14 tres potuit de nouo induci ex contractu illorũ, quia† fideicõmissum non datur ex contractu, ut probatur ex diffinitione legati, ꝙ est donatio quædam testamẽto relicta. l. legatũ. de le. 2. & instit. de leg. § j. & quæ conuenit etiam fideicommisso. quia omne legatũ est fideicommissum. l. 2. C. cõmu. de lega. & istud etiam expresse dicit Raph. in l. qui Romæ. §. cohæredes. đ uer. obl. ubi respondendo ad illum tex. dicit, ꝙ ex prohibitione alienationis, de qua ibi, non potuit fideicommissum induci, quia facta fuit in contractu, per quẽ nõ datur fideicommissum. Quẽ etiam refert & sequitur ibi Alex. in j. & in 4. col. Nec ẽt ex dicto contractu põt Ioannes frater Petri pręmortui prætendere aliquod aliud ius in præiudicium hospitalis, quia aut prætendit, quòd ab illis, & inter illos facta sit donatio causa mortis reciproca, & hoc dici non potest, quia in ipso contractu inter eos celebrato interuenerunt solum duo testes, & in donatione causa mortis requiruntur quinque. l. fin. C. de don. cau. mor, & l. fi. C. de codicil. & ubi etiam potuisset dicta conuentio ualere

15 lere in uim donationis causa† mortis tamē diceretur reuocata per uoluntariam donationem factam hospitali, sicut reuocatur legatum per alienationem uoluntariam.l.ad rem legatā.de adimen.leg.ſm Dy.in l.Stichū qui meus erit.in prin.de leg.1.& dicit ibi Bal.ꝙ istud dictum est aureum.& cum quo etiam trāsit Alex.in l.2.eo.ti.Aut dicitur,ꝙ sit facta donatio inter uiuos & reciproca & vicissitudinaria ac remuneratoria,uel ꝙ sit promissio quędam facta ex honesta causa,uidelicet,ne patrimoniū transiret ad extraneos,ut dicit Old.in d.consi.139.& Alexā.in cōs.82.Visa facti narratione.in 2.vol.& in secundo dubio. Et adhuc istud non præiudicat hospitali, quamuis donatio & promissio sit valida,per not.in l.fin.C.de pact.& per alia superius
16 allegata,quia† quamuis donatio facta hospitali sit posterior in tempore,debet tamen præualere,quia dicta bona donata hospitali Petrus donator constituit se possidere nomine dicti hospitalis,& sic prius in illud possessionem transtulit & dominium. l.ꝙ meo.in prin.de acquir.poss.quoniam vbi res donatur duobus,ille præfertur,cui prius res donata traditur, quamuis suus titulus sit posterior.l.quoties.C.de rei vendi.& l.siue autem.§.duob.de publi. & quæ iura locum etiam habent in traditione ficta,& quæ fit mediante cōstituto,ſm Gui.de Soza.in d.l.quoties.& in l.fi.C.de sacrosſ.eccl.& Io.An.in add.Spec.in ti.de emptio.& uend.§.sciendum.uer.& nota,ꝙ si aliquis.& An.de Bu.in c.cum uenissent.de resti.spo. & Abb.in ca.2.de consuetu. & Bal.in rub.C.de contrahen.emp.in 16.q.& Ale.in conſ.14.ad fi j.uol.& ubi etiam bona non fuissent prius tradita hospitali,
17 tamen deberet præferri,quia† in illud ipso iure ex dicto titulo donationis fuisset translatum dominium, sicut transfertur in ecclesiam.l.fi.C.de sacrosſ.eccl.quia pauperes,quibus donatur, utuntur priuilegio ecclesiæ in hoc, ut in illos transferatur dominium ex solo titulo,& sine possessione,ut habetur in c.2.de consue.Quia ergo prius fuit dominium translatum in hospitale,ex solo titulo,ista donatio præfertur priori, ex qua non fuit translatum dominium nec possessio translata,ſm Bal.& Ang. qui loquuntur in specie de donatione facta pauperib.in d.§.si duob.vbi etiam glo.uult idem in omnibus aliis casib.in quib.ipso iure ex solo titulo transfertur dominium.Nec potuit impediri dicta dñij trāslatio, quamuis in dicto ꝯtu esset prohibita alienō,ut no.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& in l.si ita quis.§.ea lege.de uer.obl.& per Bar.in l.filiusfa.§.diui.de le.1.& in l.ꝗ
18 absenti.§.j.de acqui.poss.† Præterea ista promissio honesta & mutua de bonis paternis successit loco fideicommissi inualidi, de quo supra,& ꝙ ex pacto conuersum fuit in donationem mutuam.Vnde quia,ut dictum fuit,etiam si testamentū ualuisset, fideicommissum esset nullū ea rōne,quia aliquod commodum non afferret,quia cū esset purū,quilibet tm̄ acciperet, quantū daret,eadē rōne dicta donatio mutua inter uiuos & pura est inualida,quia ex illa acciperet quilibet quantum daret,& sic commodum alicui non afferret d.l.omnibus.§.si a Titio.de le.1.cū concord.de quibus supra.Nam de legato, de quo ibi,ad contractum ualet argumentum,ubi est eadem rō.l.seruum filij,§.eū qui chyrographum.& l.quæ de legato.de leg.i.Et per prædicta rn̄detur,ad ea ꝗ in cōtrariū allegantur,videlicet,ꝙ istud pactū
19 de bonis paternis est ualidū, qa† nō est pactū de succedendo, nec aufert liberā testamenti factionē,& quia non inducit uotū captādæ mortis,qm̄ conceditur,ꝙ nō sit nulla ex causis prædictis,sed dicitur,ꝙ nō ualet alia rōne ꝑxime allegata,uidelicet, quia nullū affert cōmodū. Et dato ꝙ hac rōne ēt non obstāte ualeret,tamen donatio facta hospitali,quāuis sit posterior,dēt præferri,quia ex illa prius fuit translata possessio & dominium in dictum hospitale,ex causis supra allegatis d.l. quoties. C. de rei uen.& d.l.siue autem.§.si duobus.de publ.Quoad aliud, uidelicet utrum conqueri possit Ioannes ex eo,quod ei plura bona subiecta restitutioni obuenerint in partem, quam Petro fratri,& an isto prætextu possit aliquid petere ab hospitali. Breuiter est dicendum,quod non, maxime quia d. Ioannes scienter dicta bona accepit in patrem.l.si fratres.C.commu.utriusſ.iudi. & l.si fundum sciens.de euic. & hoc est uerum etiam si de euictione fuisset facta promissio in diuisione,quia cum a Ioāne nihil fuerit euictum actualiter ex stipulatione, de euictione agi non pōt.l.habere licere.de euic.Nec etiam sequi potuit euictio ex hoc,quod bona sint restitutioni subiecta, quia ex quo Ioānes superuixit omnibus suis fratribus, sua portio post mortē illorū desiit restōni esse subiecta,ex quo decesserūt sine filiis, ad quos fieri potuerit transmissio, quia sicut fideicōmissarius non trāsmittit spē fideicommissi ad filios vel ad hæredes,si moritur pendente cōdōne.l.unica.§.sin autem sub cōdōne.C.de cadu.tol.& no.in l.1.C.de his qui ante aper.tab.& in l.hære-
20 des mei.§.cum ita.ff.ad Tre. ita † etiam non potuit transmitti ad hæredes perpetuum ius in spe ad dicta bona.Et licet spes regulariter transmittatur ex contractu cōdōnali.§. ex cōdōnali. insti.de ver.ob.tamē isto casu secus, qa ista promissio sapit naturam fideicommissi,in cuius locum fuit subrogata,qm̄ uoluerunt dicti fratres teneri prout tenerētur, si fideicommissum ordinatū a patre fuisset ualidum,ut clare colligitur ex tenore conuentionis,iō in hoc dicta cōuentio est illius naturæ, cuius fuisset fideicommissum,si ualuisset,& ꝙ translatum est in dictam promissionem cū suis qualitatib.rōne ēt relationis ad illud, ꝗ inducit repetitionem oīum qualitatum,ſm Bart.in l.si quis seruum.§.fi.de le.2.& in l.sanctio legum.de pœnis,& facit,quod no.Bar.in l.1.de iure codicil.in 1.q.& tex.notab.in l.gn̄ali.§.hr̄dis de usuſ.lega.cum ibi no.per Bar.Et ꝙ Ioānes conqueri nō possit ex hoc capite,probatur etiam alia rōne,quia ꝙ bona sibi assignata in diuisione possint ab eo auferri,& ꝙ restōni sub iaceant processit ex facto suo,i.ex sua conuentione & promissione,ꝑpea non dēt audiri,quia si propter talem promissionē eo præmoriente sine filiis ab hærede suo bona fuissent ablata per alterum ex fratribus suis superuiuentibus,non posset eius
21 hæres contra illum, qui euicit, agere de euictione,quia † ubi euictio sequitur ex facto alicuius uel auctoris sui, non potest in illum casum de euictione agere.l. fundum meum.de euicti. & l.si a me.ad leg.Fal.& declarat Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres de uer.ob.in 1.q.quod est uerum,etiam si in diuisione simpliciter facta fuisset promissio de euictione per dictos fratres, nisi spāliter in hunc casum fuisset concepta,secundum Barto. Bal.Ang.& Sal.in l.familiæ.C.fam.ercisſ.& Bal.in l.1 in 11.q.de rerum diuisio.& Ale.consi.2j.5.uol.ubi late de hoc.Si ergo nō potest agi,quādo euicta est res post diuisionem ex facto illius a quo euincitur, multo minus potest agere antequam euincatur,licet restitutioni subiaceat,& euinci possit ex suo facto. Et istud quasi in terminis præsupponit gl.in d.l.si familiæ.dum ꝗrit, qd si vni ex fratrib.in diuisione obuenit allodiū,& alteri obuenit feudū, & quia iste decessit sine filijs masculis ab eius filia ꝑ dnm fuit ablatū feudū, nunquid filia cōtra patruū poterit agere de euictione,& determinat,ꝙ nō.Et sic vult,ꝙ ante euictionem, & post non possit agi per illum, cui obuenit res non libera, sed restōni subiecta in diuisione contra alium qui habuit aliam rem liberam,& dictæ restōni non subiectā,& tāto minus pōt agi ad hoc contra hospitale,qd̄ nō est vniuersalis successor Petri, sed singularis, qa non tenetur actione reali ex defectu dominii ex parte actoris,qui ꝑ diuisionem transtulit dominium istorum bonorum in ipsum Petrum.l.1.C. de alienatio.iudic.mutand.cā fact.nec etiam tenetur actione personali,quæ non datur contra singularem successorem.l.1.§.si hęres.ad Tre.& l.fi.§.fi.ff.de contrahen.empt. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit etiam Deci.consilio.488.ubi uide quod annot. Hier. Zanch.

¶ Testamentum ad alterius instantiam quam testatoris scriptum, existente testatore ualde grauato,& interrogato per notarium, an uellet ita testari, si solum respondeat, quod sic, an ualeat.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum publico instrumento confectum præsumitur ualidum & uerum,si de aliquo uitio non constat.*

2 *Testamentum non dicitur inualidum ex eo,quod notario interroganti,an esset contentus.testator solum respondeat quod sic, si articulate loquebatur, nisi esset nimis grauatus, adeo quod de omnibus loqui non posset. & nu.7.*

3 *Furor de præterito modico tempore durans non præsumitur in præsenti durare.*

4 Etiam proximus morti incipiens balbutire testari potest.& numero.15.
5 Testes sufficit esse rogatos a notario præsente testatore, & numero. 12.
6 Notarius dicitur rogatus, ex quo legit totum testamentum coram testatore.
8 Fatui quandoque etiam aliqua uerba proferunt ad propositum.
9 Testamentum factum ad interrogationẽ notarij tunc ualet, quãdo ab ipso testatore est rogatus, ut scribat testamentum, secus si ab alio.
Opi. Ioan. And. in Addi. Spe. in tit. de. testa. §.1. uersi. quid si his. in addi. incip. Pileus, declaratio.
10 Vxor dicitur magis dilecta, quam soror.
11 Testes debent a testatore rogari & notarius, nec quo ad eos in dubio præsumitur rogatus, ut ualeat testamentum.
13 Scientia ex præsentia quando arguatur.
14 Instrumentum testamenti annullatur, quando unus ex testibus in eo descriptis illi contradicit, uel aliter se rem habere narrat.
16 Mater priuatur bonis & successione filij, si intra annum non petat tutorem, uel aliud tempus a statuto requisitum, quod succedit loco illius anni.
17 Mater non dicitur in mora petendi tutorem, si pupillo est datus substitutus, cui competit onus petendi tutorem.
18 Mater secũdo nubens indistincte succedit filio pupillo ẽt quo ad usumfructum & proprietatem, quando alij filij non extant. & agitur de successione filij.
19 Ius canonicum corrigit ius ciuile priuans mulierem accedentẽ ad secunda uota a successione filiorum.
20 Filius an possit priuari successione a patre, si duxerit uxorem ignobilem, & minus dignam.
Minus dignas quis dicatur.

CONSILIVM VIII.

VISO & bene intellecto casu proposito, & omnibus diligenter & mature ponderatis, prima facie dicendum uidetur, ꝙ testamentum comitis Galeoti sit ualidum. Nam qñ de testõ extat publicũ
1 instrumentum, si ex ipsius † inspectione non apparet de aliquo uitio. præsumitur ualidum & uerum. l. si post diuisionem. C. de iur. & fact. igno. & ita no. ibi Bar. in fi. & idẽ etiam uult glo. 2. ibi, & eadem præsumptio oritur ex quolibet alio publico instrumento. l. cum precibus. C. de probat. & dicit Bal. in c. j. §. instrumentum. de not. feud. ꝙ ex instrumento publico oriuntur duæ præsumptiones, immo duæ probationes, ꝙ sit solenne, & ꝙ sit ualidum & quamuis testes examinati uideantur deponere, ꝙ notarius coram testatore legit testm̃, &
2 ꝙ † interrogatus postmodum ab eo, an esset contentus, rñdit, ꝙ sic, tñ ꝑ hoc testm̃ non est minus ualidum, ƒm gl. in l. iubemus. C. de test. & tenet hanc opi. etiã Mar. Sili. Iaco. But. & Cy. ibi, & dicit Ang. ꝙ ista opinio cõmuniter approbatur in scholis & in palatiis. & hanc opi. etiam approbat Io. And. in Spe. de testa. §. j. uersi. quid si is qui, &c. ƒm Imo. in c. cum tibi. de testa. qui dicit, hanc esse communem opin. sequitur etiam Salic. in d. l. iubemus, quando apparet, ꝙ testator loquebatur articulate, & prout dicunt testes quod intelligibiliter loquebatur d. Comes Galeotus. Et præcipue procedit dicta opinio quando interrogatio fuit facta a notario, ut in casu nostro, & quo etiã Bar. in d. l. iubemus, & in l. hæredes palam. in prin. sequitur dictam glo. & Anto. de But. in d. c. cum tibi. quia cum tota substantia actus committitur notario, ei standum est tanquam fido & carenti suspicione. Et istud etiam ponderat Bal. in d. l. iubemus. dicens, quod fides notarii aufert omnem suspicionem. Et isto casu etiam Rom. in l. j. §. si quis ita. de uerb. oblig. tenet istam opin. cum qua etiam transit Aret. in d. l. hæredes palam. dicens etiam, quod istud est etiam de intentione Ioan. Andr. in loco præallega. Nec obstare uidetur, quod aliqui testes dicere ui-
3 deantur † quod dictus testator in nocte, & in mane præcedenti uacillabat, quia per hoc non sequitur, quòd tempore testamenti non esset sanæ mentis, & prout dicunt testes, quod erat boni, & sani intellectus dicto tempore: & probatur hoc ex not. per Barto. in leg. fin. de bon. possess. infan. furio. de leg. in fin. dum concludit, quòd ille, qui semel fuit furiosus, non præsumitur hodie furiosus, nisi probetur, ꝙ lõgo tẽpore puta per aliquos annos, uel per plures menses, fuit in furore. Et sic uult, ꝙ præsumatur durare solum, quando apparet quod antea fuit in furore longo tempore, sed quando modico tempore durauit, tunc secundum Bar. ex præterito furore non præsumitur furor de præsenti, argu. l. precia rerum. ad legem Falcid. & quia ille furor potuit ex aliquo accidenti contingere. Et ita hoc modo intentionem Bar. declarat Alex. cum quo transit in l. furiosum. C. qui testamen. facere pos. & Aret. in l. qui testamento. §. nec furiosus. ff. de testam. Non ob. etiam, quod comes Galeo-
4 tus† esset proximus morti, & ꝙ alia die mortuus sit, quia non prohibetur talis testari. l. quoniam indignum. C. de test. ubi ꝓbatur, ꝙ seminecis & in extremis constitutus, etiam si incipiat balbutire, & habeat linguam ingrossatam, potest testari. Et illum text. pro singulari no. etiam ibi Ang. & omnes moder. & idem probatur in l. Pamphilo. §. propositum. de le. 3. & in l. cũ pater. §. fin. de fideicommiss. liberta. & in c. Rayn. de testamen. Nec etiam obst. quod testes nõ fuerint rogati a testatore, quia
5 satis est, ꝙ notarius testes rogauerit præsente testõre, ƒm gl. & Sali. in auth. rogati. C. de test. & Pau. de Cast. in d. l. hæredes palam, §. in testamentis. & Alex. consi. 33. Ponderatis, &c. 3. uol.
6 Et similiter notarius dicitur† semel rogatus, ex quo legit totũ testamentum coram testatore, & interrogauit illum, an esset contentus, qui respondit ꝙ sic. & tanto magis, quia notarius, ut dicunt testes, post dictam responsionem dicit, & ego ero rogatus, & uos eritis testes, præsente ipso testatore, ut probatur ex no. per gl. in l. j. de neg. gest. quæ uult, ꝙ si argentarius mercator me præsente, scribat rationem meam, uideor illi mandasse, quam etiam ad hoc alleg. Ale. & sequitur in l. 1. C. de eden. in fi. 2. col. uer. unum casum tamen, &c. Sed præmissis non obst. con
7 trarium de iure puto uerius, & etiam æquius. Nam, ut† testes deponunt, comes Galeotus ad interrogationem notarij, qui legerat prius testamentum, an esset contentus submissa uoce solum respondit, ꝙ sic, & qui, ut etiam dicunt testes, & medici, erat multum grauatus, quod probatur etiam ex præcedentib. & sequentibus, quoniam, ut aliqui dicunt, præcedenti nocte, & in mane uacillauit plurimum, & etiam die sequenti mortuus est, & sic erat tempore testamenti morti proximus, unde istis concurrentibus dicendum est, ꝙ testamentum conditum mõ prædicto, sit nullum, ut probatur ex no. per Pet. & Cy. in d. l. iubemus. qui dicunt, ꝙ tunc est uera glo. ibi posita, ꝙ si testator ad interrogationem alterius, an uelit talem facere hæredem, respõdeat, ꝙ sic, habetur pro instituto, quando non erat nimis grauatus infirmitate, ita ꝙ poterat loqui articulate & ĩtelligibiliter. Et intelliguntur prædicti, quando poterat de omnibus loqui, & prout prius, & non tantummodo de illo uerbo, sic, quia præsupponunt, ꝙ illud uerbum fuit articulate & intelligibiliter ꝓlatum, & tamen dicunt hoc non sufficere, quando est grauiter infirmus, & morti proximus. cum. n. tunc sit similis mortuo. d. l. iubemus. nõ præsumitur ex toto cõpos mentis. l. hac consultissima. §. at cũ humana. C. qui testa. facer. pos. & ꝙ non possit de facili aliter loqui. Et quamuis testes uideantur dicere, quòd quidam respondit circa aliud ad propositum, tamen dicunt, ꝙ submissa uoce dedit responsum, ideo de illo parum est curãdũ, quia cõstat ex huiusmodi uoce submissa, qđ declinabat ad occasum, & qđ uirtus erat diminuta, & in declinatione, per cõsequens qđ non erat in sensu perfecto, & qđ in illo non erat integritas mentis, quæ adesse debet tempore testamenti. le. 2. de test. quæ bene facit pro ista opi. ubi dicitur, qđ in eo, qui testatur, eius temporis, quo testamentum facit, integritas mẽtis nõ corporis sanitas exigenda est. Et tanto magis prædicta procedunt propter uacillationem, quæ præcessit de proximo, quæ causata fuit a lãguore maximo, qui etiã tempore testi durabat, & qui potius erat auctus quã diminutus, ut per peritos puto facile probari posse. Nec ex hoc, ꝙ pauca uerba protulerit ad ꝓpositum, stantibus prędictis cõiecturis in contrarium, argui
8 põt in illo integritas mentis. Nam, & † fatui aliqua uerba qñq. dicunt ad propositum, ut patet ex notatis per Bart. in tract. de test. in uersi. opposita prudentiæ. circa fi. Secundo istud ẽt probatur ex no. per Bal. in d. l. iubemus. qui dicit, ꝙ tunc procedit
9 † & est uera illa gl. quando interrogatio fit a notario adhibito ad scribendum suam uoluntatem, & aliàs secus. Et istud satis ẽt probatur in d. §. at cum l. umana, qui allegatur per d. gl. etiã, ita

ita refert Io. And. in add. præallegata. de test. §. j. in ver. quid si is. in addi. inci. Pileus tenuisse Albertum Papien. qui dicebat, ꝙ etiam si notarius non adhibitus a testatore sed a propinquis ad eorum instantiam scripsit testamentum & institutionem de ipsis, & postea legit coram testatore, & interrogauit, an ita vellet, & respondit ꝙ sic, ꝙ istud non sufficit, quia de facili isirmus & quasi mortuus respondet ꝙ sic, tunc autem dicit sufficere talem responsionem, quando constabat de intentione testatoris, antequam esset interrogatus, ꝙ ita uolebat facere. Et ita dicit hoc casu loqui. l. Pamphilo. §. propositum. de leg. 3. quæ uerba sunt notabilia & vera, & cum magna discretione dicta ſm Pau. de Cast. qui in his terminis tenet istam opinionem in cõs. 366. Viso puncto & allegationibus, &c. & in l. hac consultissima. §. at cum humana. C. de test. vbi dicit consuluisse, quod si scriptura non fuit facta ad instantiam testatoris per notarium, sed ad petitionem consanguineorum in absentia testatoris, ꝙ testm̃ non ualeat, licet postea fuerit ductus ad testatorem in graui infirmitate constitutum, & coram eo testamentum legerit, & interrogauerit testatorem, an ita disponeret, ac etiam respõderit, ꝙ sic. & iste est formaliter & proprie casus noster, quoniã mater testatoris misit pro notario, & extra cameram testatoris notarius præsente matre scripsit testm̃, in quo matrem substituit compendiose filio infanti, & ea non existente tempore existẽtis conditionis substituit sorores & filios sororum, & vxorem dilectissimam exclusit in totũ, nedũ a propria hæreditate, sed ẽt a luctuosa hæreditate filij per pupillarem, casu quo dicatur, ꝙ in dicta compendiosa cõtineatur pupillaris contra matrẽ pupilli, vnde cũ ad commodum matris testatoris, & filiarum suarũ ac descendentium ex eis solum sit facta substõ. & vxor exclusa, euidenter apparet, ꝙ testm̃ fuit scriptum ad sensum matris, & non ipsius testatoris, & ꝙ testm̃ fuit ordinatum a matre, & nõ a filio testatore, quia verisimiliter nõ prætulisset, præsertim sorores minus dilectas, vxori, quam supra omnes diligebat, maxime durante viduitate, arg. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. & per consequens testm̃ non dẽt valere, ſm determinationem rõnabilem prædictorum. Et hanc opinionem in his terminis, s. quãdo alius quam testator fecit scribi testm̃, tenet etiam Rom. in consi. 306. Proposita consultatio, &c. in finalibus uerbis, qui dicit, Io. And. ita etiam tenere in loco præallegato, quia talis modus testandi non est inuentus, nec approbatus a iure. Et cũ ista opi. transit etiam Soc. in consi. 219. Primo aspectu, &c. primo ꝓ rationem Alberti Papien. relatam per Io. And. in loco præal. uidelicet, quia aliàs daretur materia fabricandi falsum, quia infirmus mortis cogitatione turbatus de facili applaudit omnibus, & de omnibus, de quibus interrogatur, respondet quod sic. Et hanc opinionem approbat Io. Andr. ut dicit Ant. de But. in d. c. cum tibi. & Pa. de Ca. in l. hac consultissima. C. qui testa. facere pos. & cum eo transit, & idem dicit Rom. in l. gerit. de acquirẽ. hære. & subdit Soc. in d. consi. quod licet quidam dicant, quod immo Io. And. tenet contrariam opinionem, prout dicit Io. de Imo. in d. c. cum tibi. dicens quod re vera Io. And. sequitur gl. in d. l. iubemus. & etiam do. Alexã. refert Ioan. And. ita tenere, & & Are. in d. l. hæredes palam. in prin. tamen secundum Soc. omnes possunt verum dicere quantum ad intellectum verborum Io. And. Nam idem Ioan. And. primo recitat opinionem tenẽtium contra gl. demum ipse tenet gl. in d. l. iubemus. quando testator habet bonam memoriam & bonum intellectum, & sic loquitur in simplicibus terminis glo. & in hoc, qui dicunt, quod tenet opinionem gl. verum dicunt. Deinde subdit Ioan. And. se inuenire Albertum Papieñ. contrarium tenuisse, in his tamen terminis, quæ verba, in his tamen terminis, ostendunt manifeste, quod termini Alberti Papieñ. aduersantur, seu sunt diuersi a terminis gl. propter aduersatiuam, tamen, leg. quid tamen. de arb. & l. 1. & ibi per Bar. si qnis ius dicen. non obtemp. qui Albertus Papien. ponebat terminos, quando consanguinei faciũt testamentum scribi, & postea infirmum interrogari, qui respõdet ꝙ sic, & dicta, ꝙ de facili datur materia fabricandi falsum, cum infirmus quasi mortuus ad singula respondeat quod sic. l. iubemus. C. de test. Et isto casu quando tabellio, vel alius ex ordinatione consanguineorum fuit adhibitus, & testator erat grauatus & prope mortem, Albertus Papien. tenebat testamentũ non valere. Et hoc casu uerum dicit. d. Ant. & alii, quod Ioan. And. sequitur opi. Alberti Papien. quia diuersificat terminos, cuius opinionem recitat, & cum ea transit. Et hoc mõ ẽt Im. in d. l. hæredes palam declarat & intelligit opi Io. And. & cum eo transit. Et iste, vt dixi. est pũctualiter casus noster. Et dicit Soc. ꝙ pro certo in his terminis valde est naturalis dicta opinio, cũ potius mortis cogitatione turbati, & uolentes se ab infestatiõib. liberare, magis quam ex uoluntate respondeant sic, ut eleganter & uere dicit Albertus Pap. prout experiẽtia docet, quæ est rerum magistra. Et alle. ẽt Soc. pro hac opinio. Bald. in d. l. iubemus. qui vult, vt etiam retuli supra, ꝙ tunc procedit & est vera illa gl. quando interrogatio fit a tabellione adhibito a testõre ad scribendum suam voluntatem, aliàs secus, quod factũ non fuit in casu nostro, & alleg. ẽt Pau. de Cast. in d. cõsi. 366. Et in his terminis hanc opi. sequitur Pa. de Ca. & Soc. in l. 1. §. si quis ita. de ver. ob. & pro hoc est facit, quod no. Sal. in d. l. iubemus. dicẽs, ꝙ vbi interrogatus instituisset venientes ab intestato, tũc posset opinio illius glo. locum habere. Sed ubi alios instituisset, dicit habere testm̃ pro suspecto, & illi non eẽ fauẽdum. Si ergo dicimus per pupillarem comprehensam in compendiosa matrem pupilli fuisse exclusam, apparet, ꝙ in hũc ca

10 sum non uocauit illos, qui erant de iure successuri, quia† hæreditas pupilli pertinebat ad matrem eius. & nõ ad auiam paternã, & minus ad sorores testõris substitutas, & minus dilectas uxore. auth. defuncto. C. ad Tertul. & in auth. de hæred. ab intest. §. j. & consequenter testm̃ hoc est suspectũ, & nõ est illi fauendum, tãquam factum ad suggestionem matris testõris & secundum illius ordinationem. Accedit etiam, quia, ut præ supponitur, testõr vxorem ad summum diligebat & amabat. & tñ circa illã solum disposuit, ꝙ si dña Isabella eius vxor voluerit stare & habitare in eius domo ꝙ ipsa do. Hippolyta eius mater teneatur eam habere loco filiæ, & bñ tractare, &c. p q̃ verba vxori dicitur solũ legasse habitationẽ & alimẽta in domo. Ex

11 alio ẽt dictũ testm̃ nõ ualet, † vt ualeat, dẽnt ab eo testes eẽ rogati. d. l. hẹredes palã. §. in testis. & in l. hac consultissima. C. eo. & similiter notarius debuit esse rogatus. § nos aũt. in auth. de tabel. Nec in dubio pſumitur rogitus quo ad notariũ, nec quo ad testes, ſm Bar. & Doc. cõiter in l. sciẽdum. de uer. ob. & Do. in c. j. de fi de instr. cũ cõcor. de quib. in dictis locis. Qđ autem testõr nõ rogauerit notariũ & ipsos testes, añ testm̃, vel post, deponũt ipsi testes, q dñt, ꝙ notarius cœpit legere, anteq̃ testõr aliq d diceret, & ꝙ post publicationẽ & rñsionẽ testõris solũ dicẽtis, sic ad interrogationẽ notarii, notarius dixit & vos

12 eritis testes, & ego ero rogatus. Nec ob. satis eẽ, ꝙ testes† sint rogati a notario, & ꝙ notarius legerit & publicauerit testõre pſẽte, p allegata supius, q a hoc posset ꝓcedere & verũ eẽ, si testes dicerẽt, ꝙ fuerũt gesta pſẽte testõre, audiẽte & itelligẽte, sed ex hoc solũ, ꝙ dicãt iplicite vel explicite, ꝙ notarius rogatus dixerit pſente testõre, ex hoc non probatur ꝙ testõr audierit & intellexerit. Quia licet quando quis deponit de præsentia

13 propria præsumatur, ꝙ includatur scientia, si tñ† testes deponũt de pſentia tertii, ex hoc nõ probatur, nec pſumitur, ꝙ ille intellexerit, ſm Bar. in l. 1. §. 1. de aut. tuto. Et hoc dictũ cõmẽdat & sequitur Bal. in l. j. §. fi. C. de bo. possess. ſm tab. & Alex. in l. 2. §. volũtatem. sol. mat. & maxime hoc dictũ dẽt hr̃e locum in casu nostro, in quo testõr est grauissime oppressus, & morti proximus, qui mortis cogitatione turbatus facile potuit prædicta non audire, vel ad hoc non aduertere. Et istã rõ videtur vera de iure & necessaria. Non valet ẽt testm̃ alia rõne, qm̃ magister Mar. Ant. tinctor vnus ex testib. testamentariis & necessariis in vtroque examine dicit ꝙ testõr fuit per notarium interrogatus, an bñ intellexisset, & ꝙ respondit, messer si, ex quibus uerbis non probatur, ꝙ testõr disposuerit quia aliud est intelligere, & aliud est velle & disponere. potuit enim intelligere & nolle dicto mõ disponere, & eodem testificatu facto ad instãtiam dominæ Isabellæ deponit magister Mar. Ant. de Manfredinis, quamuis in alio testificatu dicat, ꝙ fuit interrogatus, an esset cõtentus de his, quæ publicata fuerant in ipso testõ, respondit, messer si, & istud est diuersum a primo, & diuersi effectus, iõ iste testis est varius, & similiter in hoc variat Luchinus de Luchinis, qui in uno testificatu deponit, ꝙ testõr post publicationem confirmauit omnia, & in alio dicit, ꝙ interrogatus testõr a notario an intellexisset, qđ legerat, respondit, messer si. Et sic etiam testis iste variat. Sed ad reprobandum testm̃,

14 † ꝙ d. Mar. Ant. tinctor dicat & deponat in utroque examine

eo

eo mō,quo dictum est,ex quo est unus de numerariis & necessarijs,quia ubi unus ex septem testib. descriptis in instrumēto contradicit & narrat rem aliter se habere, q̄ dicatur in instrumēto,instrumētum testamēti reprobatur,pm gl.in l.1.§.si quis neget.ff.queādmodū testa.aper.ꝙ Bar.ibi dicit eē notādum,& sequitur Bal.Ang.& Im. q. dicit hāc eē cōem opinionē. & idē uoluit Iac.de Are.Cy.& Sal.in l.in exercēdis.C. de fide inst.& Inn.Ioā.And.Ant.de But.& alii cōiter, in c. cū Ioānes heremita.de fid. inst. Cum enim unus ex dictis testib. dicit rē aliter se habuisse,remanēt tm̄ sex testes ꝓbātes testm̄, ꝙ nō sufficit. Iō subtracto d.magistro Mar.Ant. testamentum non ualet, & ꝙ ēt reprobatur ex eo, ꝙ alii duo,ut dixi,sunt uarij & uario mō deponūt,cū unus modus ēt in effectu & in subā differat ab alio.Vñ illis non creditur. l. q. falsa uel uaria. de testib.& tradīt in l.testium,C.eo.ti.Si ergo prædicti non probant tanquam uarii contenta in testō,igitur testm̄ remanet sine legitimo numero testiū,& eneruant uires testi. Et ita ēt ꝑ p̄dicta in terminis nr̄is pūctualiter determinat Soc.in d.consi.229.q. ēt ꝓ hoc ultimo allegat not.p Ant.de Bu.in c.nihil obstat.de uer.sig.& sequit Abb.q. uolunt,ꝙ testes deponentes sup testō,ēt si sint uarij in uerbis nihil probāt. Et quāuis ad allegata in ꝯtrariū ex p̄missis uideat̄ satis rñsum,nihilo minus rñdeo ēt specialius.Nō ob.ig tur,qđ no.gl.in d.l.iubemus.C.de test.quia,ut dictū est in his terminis nō hēt locum,uidelicet, qñ notarius nō a testō re requisitus,nec adhibitus sed a matre uel a consanguineis,q. in absentia testōris fecerunt scribi id testamentum, & illud postea legi coram testōre grauiter infirmo & morti proximo,& interrogato an ita uellet,q. solum respondit submissa,& debili uoce ꝙ sic secūdum opinionem magis rōnabilem,& æquam ac ēt magis communem,ut colligitur ex p̄missis,& maxime cōcurren tib.ēt quibusdam alijs circūstantijs,de quibus supra, & q̄ opinio ēt locum hēt,ut est ēt tactum, qñ infirmus fuit interrogatus a notario non adhibito a testatore,sed a matre.Sed ubi ab ipso testōre fuisset adhibitus,& eo uolente illud scripsisset procedere posset illud,quod in contrarium allegatur. Nec
15 etiam ob. ꝙ † semimortuus & habens linguam balbutiētem possit testamentum facere d.l. qm̄ indignum.C. de test.quia istud conceditur,qñ apparet,ꝙ habuit animum testandi,& qñ testōre proponente & dictante notarius scripsisset, sed quādo notarius ab alio adhibitus scripsit prius testamētum in absētia testatoris p̄sente matre, & ad commodum matris & filiarum suarum & ad exclusionem uxoris magis dilectæ, non ualet testamentum postea lectum coram testatore morti proximo, q. interrogatus simpliciter rñdit sic. Nec in his terminis locum hēt d.l.qm̄ indignum. quia præsumitur ꝙ tali casu non habuerit animum testandi,sed ꝙ ad suggestionem matris sic testatus fuerit.Præterea,ut etiam dictum est, instrumentum non probat,quia per testes apparet,ꝙ notarius non fuit rogatus, & ēt de rogitu testium nō cōstat, & sine quo non ualet testamentū non est ualidum, & non probat ēt instrumentum, q.a saltem unus ex testibus necessariis aliter narrat factū, & quia alii duo sunt uarii in his,in quibus consistit subā testamenti. Et sic cōcludendum est,ꝙ mater de iure succedat filio infanti, q̄ ēt isto casu non excluditur ex forma statuti,& q̄ etiam non debet excludi,ex quo tutorem non petiit,quia demū excluditur ꝑ statutum,si intra duos menses tutorem non petierit,qui non erant
16 decursi ante mortem filii, qui intra † nouem dies a morte patris d citur decessisse.Et quamuis Richar.Malūb.& Bar.dicat, ꝙ dēt mater cōfestim, & quā primū pōt, tutorē petere,per l. 2 §.si mr̄.et 9.confestim.ad Tert.quamuis de iure.C. matri detur annus ad petendum,d.l.sciant.tamē Bal.et Ang. ibi dicunt ꝙ ante lapsum anni non dēt mater excludi,per d.l.sciant.& dicit Ang.ita pluries consuluisse.Et cum prædictis ēt transit Sal. Pau.de Cast.& mod.quæ opinio secundū Raph.est humanior, & quæ post factum tenenda est,secūdum est, & cuius anni loco dati de iure cōi succedit terminus duorum mensium datus a statuto,secundum Bal.in l.fi.C.de tempo.in integr. restit.peten.& in l.in contractib.in prin.C.de non nume.pecu.& etiā secundum opinionem Bart.mater non deberet priuari,q.a ex quo intra dictum modicum tempus decessit filius,non potest mater dici negligens in petendo tutore.Præterea ex alio non
17 debet priuari, quia † auia erat tutrix testamentaria, & qui tutor testamentarius, præfertur matri, authentica matri & auiæ.C.quando mulier tutel.officio fungi potest.Et etiam excusatur,quia auia erat infanti pupillariter substituta,& cui substituto incūbit onus petendi tutorem infra annum, & interim tempus non currit matri,ut plene concludit Bar.in disputatio. incip.Pupillus.& in l.2.ff.qui petant tuto. Et quamuis testamētum, & omnia contenta in illo non ualerent, per ea quæ dicta sunt supra,nihilo minus mater, quia fuit ignorans & præsumitur ignorasse ea,quæ consistunt in facto,& ex quibus testamentum annullatur.l.uerius.C. de proba.ideo tempus istud, ꝙ currit ex negligentia.d.§.confestim.non potuit currere ignorāti, nec pœna priuationis committi,secundum Bar. in l.genero. de
18 his qui notā.infa. Nec † etiam priuatur mater ad secundas nuptias conuolans, etiam intra annum luctus,quia hic agitur de successione filij. & quamuis quantum ad illam mater priuatur proprietate,si successit ab intestato,& solum usumfructum retinet.l.mater.C.ad Tertul.& l.fœminæ.§.illud.& auth.ex testamento.C.de secun.nuptijs.nihilo minus hoc procedit,quando extant alij filij communes eiusdem matrimonij,quibus applicatur proprietas,qua mater fuit priuata. Sed ubi alij filii nō extant,prout contingit in casu nostro, tunc mater, quæ secundò nubit,indistincte, etiam de iure ciuili pleno iure succedit filio, ut satis clare innuit tex.d.l.mater,& est expressum in d.l.fœminę.§.illud.nec isto casu est recessum ab illa lege,per auth.ibi positam,& in corpore unde sumitur.Et sic non est opus quærere, utrum dictæ leges sint correctę de iure canonico uel non. &
19 etiam uerius uidetur,quod leges† ciuiles,quæ puniunt uxorē transeuntem ad secundas nuptias,sint correctæ,secundum Ab. in fi.de secun.nup. & in c.ecclesia S. Mariæ.de constitutioni. & licet Bal.in l.de cætero.de his qui no.infa.dicat,ꝙ Pau.de Eliazar.& Rayn.consuluit contrarium.tamen Pa.de Ca.dicit,ꝙ ꝑ ista opi.noluit consulere.& etiam primam opin.tenet Petr. de Anch.in consi. 100.Ex prædicto themate.in prin.dicens ita ēt tenere Inn.Host.& Io.And.in d.c.fi. Præterea secunda opinio procedit,quando subest turbatio partus,ut dicit Bald.quæ hic dicitur cessare.Sed,ut dixi,frustra in præsentiarum de hoc quæritur,quando agitur de successione filii, quia tunc non distinguitur,utrum nupserit intra annum uel post, sed de iure ciuili distinguitur solum, utrum extent alii filii eiusdem matrimonii uel non,quia si extant,mater solum habet usumfructum d. le. mater.& d auth.ex testamento.si uero non extant,succedit pleno iure d.§.illud.& d.l.mr̄.a contrario sensu.Circa uero aliud,
20 uidelicet, utrum† Comes Galeotus remanserit priuatus successione paterna ex testamento patris,qui illum priuauit, si acciperet uxorem minus dignam conditione sua instituendo cum in legitima tantum.Nam ex tali causa potuit etiam in totū priuari & exhæredari,ꝙ est fortius.l.3.§.si emancipatus.de bono. poss.contra tabu.& dicit Bal.per illum tex.in l.1.so.ma. ꝙ pater potest denegare dotem filiæ, quæ nupsit indigno. Nec per hoc dicitur auferri libera facultas contrahendi matrimonium, ex quo cum alia,quę sit digna,commode contrahere potuit,ut est expressum in l.cum ita legatum.de conditio.& dem.Sed cōtrarium est isto casu dicendum,non quidem quia causa nō fuerunt iusta,sed quia non dicitur uxorem indignam dixisse. erat enim mulier honesta & nobilis ac uenerabilis cognationis, ut in terminis decidit Bart.in l.si rogatus.de manumis. uindi. ubi quærit,quid si pater priuauit filium, si acceperit uxorem indignam, & ille accepit unam ancillam, an priuetur hæreditate. Et arguit,ꝙ non,per glossam ibi,quæ uult, ꝙ illa dicatur indigna, quæ non potest duci. Sed in contrarium facit, secundum Bar. quia indigna dicitur considerata qualitate uiri & suorum natalium,allegat d.l.3.§.si emancipatus.& sic Bar.hic habet respectum tantum ad qualitatem natalium,& sic quando mulier est honestæ uitæ, & nobilis cognationis, non potest respectu Comitis Galeoti dici indigna.Et idem uult Bar.in l.3. quæ incipit,si liberorum.C.de nuptiis.ubi dicit, quod nuptiæ dicuntur turpes,quando quis acciperet suam famulam uel filiam famuli,& tunc possunt exhæredari,per d.§.si emācipatus. Et idē probatur ex no.per Bar.in d.l.si ita legatum.ubi concludit,qđ ille dicitur indignus matrimonio, cui quis non potest nubere sine dedecore,secundum mores ciuitatis, considerata qualitate natalium,per d.§.si emancipatus.& sic Bar.ubique habet respectum ad qualitatem natalium.Et quod ista sit intentio Bar. Alex.declarat in l.si cum dotem.§.transgrediamur.sol.ma.parū

post

post prin. Ex quib. omnib. concluditur, ꝙ dicta Isabella in tot& & pleno iure succedit filio ab intestato. Laus Deo.

¶ Testator si ad alterius interrogationem dicat, volo relinquere sub fide mea, an dicatur testari, & valeat testamentum, maxime si sit testium defectus.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, uolo, in ultimis uoluntatibus an dispositionẽ inducat maxime interrogatione præcedente. & nu. 7. 10. 11.*

2 *Testes præsumuntur rogati, si in instrumento testamẽti dicatur præsentibus testibus, &c. & nu. 9.*

3 *Verbum, relinquo, adiectum uniuersitati bonorum dispositionẽ inducit. & nume. 7.*

4 *Verbum, sub fide mea, habet uim iuramenti inducentis deliberatam uoluntatem.*

5 *Institutio & testamentum in consequentiam per duos etiam testes probari potest, probato principaliter per illos iuramento in eo apposito. contrarium firmat. nu. 12. & 13.*

6 *Testamentum inualidum ex defectu numeri testium in terris ecclesiæ conseruatur de iure canonico. nu. 13.*

7 *Mulier de iure canonico an possit esse testis in testamento ue saltem in codicillis. nu. 15.*

8 *Intellectus. l. Pamphilo. §. propositum. de leg. 3.*

9 *Rogitus testium quando sufficiat ad hoc, ut uerbum, uolo, disponat.*

11 *Iuramentum quando demonstret deliberatam uoluntatem, & non operatur, ubi est defectus consensus.*

11 *Iuramentum non supplet defectum probationis faciendæ per determinatum numerum testium.*

13 *Iuramentum dicitur uenire in consequentiam dispositionis, super qua interponitur, non econuerso.*

14 *Testamentum imperfectum ratione uoluntatis non ualet, etiã ad pias causas.*

16 *Rogitus testium in testamento debet interuenire etiam de iure canonico.*

17 *Coloni testatoris non sunt idonei testes in testamento, nec in codicillis, etiam de iure canonico.*

CONSILIVM IX.

VISIS ac diligenter ponderatis dictis testium receptorum ad probandum ultimam uoluntatem Cornelii, prima facie vr̃ dd'm, ꝙ sit probata ꝑ dictos testes, qui deponunt, ꝙ interrogatus a dom. Iacoba per uerba hmõi. Dimmi il uero per tua fede, a chi voi tu lassare la tua robba d. Cornelius respondẽdo dixit, per mia fede, io vi dico in presentia di tutti uoi, che io la uo
1 glio lassare al Cio ser Orpheo. uerba igitur† illa, uolo relinquere, inducunt dispositionem, quia verbum, uolo, in ultimis uoluntatibus dispositionem inducit, secundum Bar. in l. serui electione. in princ. de leg. 1. & in l. cunctos populos. in princ. C. de sum. tri. per le. Pamphilo. § propositum, de leg. 3. & præsertim hoc procedit, quãdo interrogatio præcedit, ut in casu nostro. quæ responsio facta ad interrogationem præsumitur magis deliberata, ꝺm Bar. in l. serui electione. & in d. l. cunctos populos, & quod in proposito operetur dicta interrogatio probatur ex no. per Bar. in l. j §. si quis ita. de uerb. oblig. ubi post Pet. format. q. de illo, qui fuit interrogatus, an uellet relinquere bona sua tali, qui respondit, cui alii uellem dimittere quam sibi, & determinat, quod intelligatur reliquisse, per illum tex. & quia fuerunt verba dispositiua adhibitis testibus & alio interrogan
2 te. Allegat etiam d. §. propositum. & qui† testes etiam in casu isto uidentur adhibiti, & rogati per illa verba, io dico in presentia di tutti uoi, &c. & probatur ex no. per Dyn. in l. sciendũ. de uerb. oblig. ubi dicit, quod si in instrumento dicatur, præsentibus talibus testibus, quod præsumuntur rogati per no. per gl. in §. nos autem. in authẽ. de tabellio. & quæ verba, uidelicet uolo relinquere bona mea, &c. important institutionem, quia
3 † uerbum, relinquo, adiectum uniuersitati bonorum institutionem inducit, secundum gl. & alios, in l. his uerbis. in princi. de hære. insti. & quod dicta uerba sint deliberate prolata, ultra
4 prædicta cõfirmatur, quia† d. Cornelius dixit, ꝑ mia fede, &c. quæ iuramentum important, secũdũ Io. And. post Archid. in c. 1. de sepultu. in 6. ubi dicit, quod parum aut nihil refert promittere sub fide mea, uel dicatur, ꝓmitto obseruare ad S. Dei euangelia. & probatur in c. ad aures. quod met. cau. & in c. peruenit. cum glo. de fideiuss. & no. Imo. in c. & si Christus. de iureiuran. & Ioan. And. in c. cum tempore. de arbit. ubi dicit, ꝙ qui promittit aliquid sub fide, incurrit pœnas, de quibus in l. si quis maior. C. de transactionibus, & de quo ibi per Alex. & per eum post Ange, in l. non erit. §. dato. de iureiuran. ubi dicit Ange. hoc esse notan. pro armigeris qui sibi promittunt aliquid obseruare sub fide sua. Et idem tenent alii, quos refert, & sequitur Feli. in c. querelam, de iureiuran. unde propter iuramentum præsumitur quis deliberate accessisse ad actum, & per consequens prędicta uerba, uidelicet, uolo relinquere, pręsumuntur animo deliberato & cum proposito relinquendi ꝓ lata a Cornelio, ꝑ no. ꝑ Arch. in c. quamuis. de pac. in 6. Ant. de But. in si diligenti. de foro comp. ubi voluit, ꝙ mulier, quæ fideiussit pro alio cum iuramento, non iuuetur beneficio Velleiani, etiam si de illo non fuit certiorata, per c. ex rescripto. de iureiu. & quia ꝺm Anto. de But. propter iuramentum præsumitur, ꝙ magis deliberate accesserit ad fideiubendum. Et idem ẽt uult Ale. in l. sciendum, de uer. obl. & rõne iuramenti prædi
5 cti videtur † ꝙ etiam institutio ex dictis uerbis probetur, q̃uis de illis deponant tantummodo quatuor testes, licet in testamento regulariter debeant adhiberi septem testes rogati l. hæredes palam, §. in testamentis, C. de testa. & l. hac consultissima. C. eo. ti. ut probatur ex no. per Im. in c. cũ contingat. de iureiur. in 6. membro. vbi vult, ꝙ licet a iure sit introducta solennitas probatoria ultra solennitatem iuris diuini, ꝺm ꝙ in ore duorum, vel trium stat omne uerbum. c. in omni. de testa. prout contingit in actibus, & præsertim in testamentis, nihilo minus, secundum eum, talis solennitas non habebit locum, qñ interuenit iuramentum, saltem si agatur de probatione ipsius iuramenti, quia quo ad illud videtur, ꝙ sufficiat probatio iuris diuini, & sic per duos uel tres testes idoneos, quia lex ciuilis non uidetur hẽre ꝑtãtem super ipso iuramento, per no. in c. tuam. de ordi. cogni. & sic, secundum eum, videtur ꝙ etiam in casib. in quib. requirerentur quinq; uel plures testes de iure communi uel ex forma statuti, licet non admittatur probatio per minorem numerum, si non interuenit iuramentum, tamen quando illud interuenit, poterit probari iuramentum per duos testes idoneos, maxime coram iudice ecclesiastico coram quo agi potest ad obseruantiam iuramenti. c. cum Cōtīcus. de foro compe. in 6. & subdit Im. ꝙ si pars iurasset contractum seruare, tunc esset magis dubium, utrum possit probari iuramentũ ad effectum, ut sortiatur effectum, nisi etiam probetur contractus, qui non potest probari per duos testes ex forma statuti. Sed tamen dici potest, secũdum eũdem, ꝙ ẽt tunc poterit probari contractus eo mõ, quo & iuramẽtum, qa ex quo illud ꝓbari põt ꝑ duos testes idoneos, & talis ꝓbatio sit sine effectu si nõ probetur cõtractus, in cõsequentiam dẽt etiam esse permissa probatio contractus, arg. l. fi. de autho. tut. Et qa statutũ laicorum non uidetur facere præiudicium circa decisoria, qñ concernit rem uel personam non subiectam, ꝺm Ioan. Cal. in disputa. statuto ciuitatis, &c. eadem rõne non uidetur arctare probationem faciendam de sacramẽto, qđ est res spiritalis, ar. eorum q̃ hñr in d. c. tuam. de ordi. cogni. & in c. 2. de iureiur. in 6. unde & eadem rõne uidetur, ꝙ in casu nostro possit probari iuramentum per duos testes, & in consequentiam ipsum testamentum, non obstante dispõne iuris ciuilis, & ꝙ iuramentum in testõ põt apponi, & per testõrẽ pstari, quod facit illud ualere omni meliori mõ, & consequẽter hẽt in se clausulam codicillarem. l. cum pater. §. filius matrem de le. 2. Et ꝓpterea nõ ob. ꝙ ex dictis testib. unus non possit ẽẽ testis in testamento, quia sit mulier. l. quidam testamento. §. mulier. de testa. qa alii tres sufficiunt, & quia sicut põt esse testis ad probandum iuramentum ẽt de iure ciuili. d. §. mulier. ita ẽt in consequentiã põt probare testm̃, per prædicta. Sed etiam dato ꝙ de iure † ciuili
6 dictum testm̃ non esset ualidum de iure tamẽ canonico ualet, ꝙ in terris ecclesiæ etiam in foro seculari seruari dẽt, quia ꝺm ius canonicum sufficiunt in testamento duo aut tres testes idonei cum presbytero parochiano. c. cum esses. de testa. Et ita tenent ibi Doct. communiter, & ubi parochianus non interuenisset,

nisset, sufficiunt alii duo testes loco dicti parochiani, & sic suf ficiunt quatuor, secundum Spe. dei nstr. editio. §. cōpendiose. uer. itē per ius canonicum, cum seq. Abb. & Im. in d. c. cum esses, quia testimonium duorum uidetur fortius testimonio vnius, cuiuscunque sit authoritatis. c. cum a nobis. & c. licet ex quadam. de testibus. Et istam opinionem sequitur Io. Cald. in consi. 8. sub rub. de test. inc. Testator in loco temporali, &c. & Ro. in auth. similiter. C. ad leg. Falc. in 34. speciali. inter specialia priuilegia concessa piæ cāæ in ultimis voluntatibus. & Ale. cōsi. 17. Ponderatis his. in pen. col. 3. uol. ubi rñdet ad unam rōnē Imo. in l. nemo pōt. de leg. j. & idem tenet in consi. 176. pen. col. 5. vol.

7 Nec refert, quod alter† ex quatuor testibus sit fœmina, quia de iure canonico potest esse testis in testamento, secundum Abb. in d. c. cū esses. de testa. per illum tex. & dicit hoc esse de mente Bal. in l. j. in fi. C. de sacrosf. eccl. Et ubi mulier etiam de iure canonico non posset esse testis in testamento, & non ualeret nisi testes sint rogati, nihilo minus ualeret huiusmodi ultima uolūtas iure codicillorum, saltem de iure canonico, secundum quod, ut dixi, sufficiunt quatuor testes d. c. cum esses, & in quibus codicillis non requiritur etiam de iure ciuili, quod testes sint masculi, nec quod sint rogati, ut no. in fi. C. de codicill. & l. quidam testamento. §. mulier. nam rōne iuramenti ultima uoluntas, quæ nō potest ualere, vt testamentum, ualet iure codicillorum d. l. cū pater. § filius matrem. de leg. 2. Et quia uerbum, relinquo, adiectum uniuersitati bonorum, importat institutionem, ut no. in d. l. his uerbis. in princ. de hære. institu. quando dispositio pōt ualere ut testamentum, sed ubi potest ualere solum iure codicillorum, importat fideicommissum uniuersale, quia uerbum, relinquo, est commune, secundum glo. in l. si in filij, in versic. his uerbis. C. fami. ercisc. & ibi per Bald. & per Cyn. in l. quoties. C. de hære. insti. & per Alex. in l. hac consultissima, §. si quis autem. C. de testa. Sed istis non obstantibus contrarium, iudicio meo, est dicendum. Nam de iure ciuili est certum, quod non probatur, quod dom. Cornelius fecerit testamentum aut codicillos, quia de iure ciuili in testamento requiruntur septem testes masculi & rogati, & in codicillis quinque d. l. hac cōsultissima. & d. l. hæredes palam §. in testamentis. & in l. quidam testamento. §. mulier. ff. eo. in d. l. fin. C. de codicil. & l. fin. C. de donationibus cau. mortis. hic tamen quatuor testes interuenerunt, inter quos est una fœmina, & qui etiam non fuerunt rogati, ut dicetur infra, & quamuis examinati sint etiam alij tres testes, tamen non concordant cum aliis quatuor in loco, neque in tempore, nec etiam in substantia, & inter se etiam sunt singulares, & sic nihil probant, ut no. in l. ob carmen. §. fi. ff. de testibus & plene in c. licet ex quadam. eo. tit. non tantum ex defectu solennitatis non probatur ultima uoluntas Cornelij, ut dixi, sed etiam de ea non constat ex defectu voluntatis, quia

8 † licet dicti quatuor testes deponāt quod Cornelius dixit, uolo relinquere bona mea ser Orpheo nihilo minus verbum, volo, non inducit dispositionem etiam in vltimis voluntatibus, secundum Ang. Pau. de Cast. Imo. & alios Mod. communiter in d. l. serui electione. in prin. de lega. j. per no. per glo. ibi, quicquid dicat ibi Bar. in l. i. C. de summa trini. per l. Pamphilo. §. propositum. de leg. 3. qui non probat, secundum prædictos, quia in casu illo multa concurrebant copulatiue, ex quibus apparebat de uoluntate disponendi. Et primo, quia ad interrogationem præcedentem dixit uolo relinquere, & quia sic dicit communicatis amicis & sic rogatis testibus, & quia sic dicenti imminebat periculum mortis, quod plurimum est ponderandum, ut probatur ultra eos in leg. fin. C. de posth. am. hæred. institu. secundum communem intellectum, de quo ibi, & in leg. commodissime de liber. & posth. Ponderat etiam Roma. in leg. gerit. de acquirend. hæred. quod in casu illo dicta uerba fuerunt bis prolata, & quæ geminatio multum operatur. leg. cum scimus. per Barto. C. de agric. & censi. lib. II. Et hoc etiam approbat Aretin. Item etiam ponderat, quod ille erat miles. Et ideo quando prædicti non concurrunt, quia de uoluntate non constat, non ualet etiam dispositio iure codicillorum, ut præsupponunt prædicti. Et clare istud etiam uult Alexan. in d. l. serui electione. in princ. Nam in casu d. §. propositum. legatum fuit particulare, & sic non agebatur de testamento sed de codicillis, & tamen dicunt Docto. quod illo casu uerbum, uolo relinquere, non disponere, si prædicta non concurrerent. Et sic intendunt, quod non inducat etiam dispositionem in vim codicillorum. Et quæ in casu nostro non concurrunt, quia licet præcesserit interrogatio illius mulieris, tamen testes non

9 fuerunt rogati, nec† præsumitur rogitus testium, nisi probetur secundum Bar. & Doc. in d. l. hæredes palam. §. in testamētis, & in l. sciendum. de uer. obl. quicquid ibi dixerit Dy. alle. pro parte contraria cum concordan. aliis, de quibus in dictis locis. Nec ex hoc quod Cornelius, dixerit, io dico in nostra presentia, &c. per hoc dicitur constare de rogitu, per no. per Bar. & Docto. in dictis locis, dum dicit, quod si in instrumento dicatur, præsentib. talibus testibus, quod ex hoc non probatur, neque præsumitur rogitus. Et quamuis Bar. in d. l. gerit. & in l. fi. uelle uideatur, quod unum sufficiat ad ostendendum, quod uerbum, uolo relinquere, sit prolatum deliberate, puta, quod testes rogati, & prout etiā vult Ale. in d. l. serui electione. in prin. dum ex hoc infert, quod in testamento, de quo constet uerbum uolo, disponit, quia in eo testes fuerūt rogati, istud potest esse uerum, si incipias ab hoc, id est, ab ipso rogitu, quia ex illo constat certitudinarie, quod uoluit disponere. Sed si incipias ab interrogatione, illa non sufficit, sed requiritur etiam rogitus testium copulatiue, ut præsupponit Bar. in l. 1. §. si quis ita. de uer. obl. Et ita tenet etiam ibi Alex. & secundum prædictum intelligiter, quod ibi uult Soc. qui dicit, quod Barto. in locis requirit unum tantum, quia, ut dixi, illud est uerum, si incipias ab illo, de quo loquitur Bar. s. rogitu, sed si incipias ab interrogatione, de mente Doct. est in d. l. serui electione, quod illa non sufficiat. Et istud etiam probat Ale. in d. §. si qs ita. Nec ob. quod Bar. in d. l. serui electione, dicat, quod uerbum uolo,

10 † prolatum, præcedente interrogatione, præsumatur deliberatè prolatum, quia loquitur, quando ad interrogationem illius, cuius interest, fuit responsum, ut clare apparet ex uerbis suis.

11 Nec ob. quod etiam in casu nostro interuenit iuramentum, quod† præsupponit & præsumi facit deliberationem. c. ex rescripto. de iureiu. & ut dicit Ant. de But. in c. si diligenti. de foro cōp. & Ale. in l. sciendum. de uer. obl. quia illud potest esse uerum, quando actus, super quo interponitur, est dispositiuus ex natura uerborum, quando uerba ad disponendum sunt congrua & apta, quia tunc adest consensus, qui roboratur & firmatur ex uinculo iuramenti. Sed in casu nostro uerbum, uolo relinquere, non importat, quod quis disponat, i. quod relinquat, sed significat, quod primus motus fertur ad relinquendum in futurum. secundum Docto. communiter, in d. l. serui iuramentum, ergo superadditum non auget consensum, nec operatur, quod dicatur reliquisse de præsenti, secundum Bar. qui ita declarat in l. si quis pro eo. de fideiuss. in 8. membro. dicens quod si defectus est circa consensum, ut quia cōsensus deficiat totaliter, uel sit limitatus certo modo, uel certa conditione, eodem modo intelligitur iuramentum. Non. n. se extendit, secūdum Bar. nisi usque quo consensum est. l. fi. C. de non nu. pecu. l. si q. satisda. cogan. l. libertus. de oper. liber. & l. fi. in prin. ff. ad municipalem. Quia ergo uerbum, uolo relinquere, non habet consensum in relicto de præsenti, sed significat propositum relinquendi in futurum, vt dixi, ideo iuramentum non operatur, ut de præsenti dicatur reliquisse, sed ostendit, quod deliberauit in futurum relinquere, & enixam uoluntatē relinquendi in futurum, & in hoc importat deliberationem, s. circa actum & relictum faciendum, & non circa actum præsentem, quia aliàs extenderet consensum, contra no. per Bar. in loco prædicto, & est de mente Bal. in d. l. fi C. de non num. pe. in prin. dum dicit post Old. quod iuramentum nihil aliud addit ultra confessionem, præter religionis uinculum. Et probatur ex no. per Bar. in l. 4. §. quæsitum. in fi. si quis cautio. ubi uult, quod si super generali renunciatione apponatur iuramentum, ad illos casus, ad quos refertur simplex renunciatio, refertur etiam iuramentum, & non ad alios, per d. l. fin. C. de non nu. pecu. Et cum eo transeunt Doct. communiter ibi, & in l. 1. C. commod. & in c. 1. eo. tit. quia, secundum Io. And. actus, qui est nullus ratione deficientis consensus, non ualidatur per iuramentum. Nec est etiā

12 uerum† quod ratione iuramenti possit probari testamentum per minorem numerum testium, quam aliàs sit necessarium, vt vult inferri ex no. per Imo. in d. c. cum contingat. in 7. membro, quia contrarium probatur ex no. per Bar. in l. si quis pro eo, de fideiusso. in 7. membro. vbi vult, quod quando actus non ualet ex defectu solennitatis probatoriæ, quod non firmetur, neq; ualidetur iuramento, quia talis solennitas est introducta fauore publico,

cui

cui non pōt renūciari pacto nec iuramento.l.ius publicum. de
pac.& l.nemo pōt. de le.1. Eſt tamen aduertendum ad unum ,
ſecundum eum qui iuramētum interpoſitum ſuper actu, ope-
ratur,ꝙ actus valeat oī meliori mō d.l.cū pater.§.filius matrē.
Et iō ſi ex defectu numeri teſtiū teſtm̄ nō pōt ualere, & ſuper
illo apponatur iuramētum,valebit iure codicillorum. Et ſic ex
preſſe præſupponit Bar.& eſt de mente omnium & teſtamen-
tum,quantumcunq; iuramento firmatū,nō poſsit probari per
minorem numerum teſtiū.Et cū eo tranſit etiam d.Ant.in d.c.
cum contingat.in 7.mēbro.Et idē eſſet ēt in contractu,in quo
requireretur maior numerus teſtium ex forma ſtatuti , quia ſi
eſſet iuramento firmatus,nō poſſet contractus,nec etiam iura
mentū probari per minorem numerum,vt probatur ex no.per
Abb.in d.c.cum contingat.in pe.col.ubi vult,ꝙ ſi ex forma ſta
tuti inſtrumentum non probet, niſi de eo rogati ſint duo nota
rij ,& contractus ſit iuratus , de quo ſit rogatus unus notarius
tantū,ꝙ ex illo inſtrumento nō probabitur cōtractus neq. iu-
ramentum.Et dicit nō eſſe diſtinguendum,vtrū ſtatutum in fa-
uorē publicū prouideat vel priuatū,quia idē iuris,ex quo non
poteſt fieri probatio de iuramento.Et idem tenet etiam Abb.in
diſputatione,ſtatuto Senēſi,&c.ī vlti.char.Si enim opinio Imo
læ eſſet uera,ſequeretur, ꝙ ſtatutum uel ius commune requi-
rens maiorem numerum teſtium ad actum,de facili eſſet eluſo
rium,videlicet,per delationem & præſtationem iuramenti,cō-
tra no.in c.quanquam.de uſur.in 6.& c.ſi ciuitas,de ſenten.ex-
com.eo.libr.Et ad rationem Imo.poteſt reſponderi,inquantū
13 dicit† ꝙ ſicut iuramētum p̄t probari per duos teſtes, in conſe
quentiā ēt dēt eſſe permiſſa probatio ɔ̄ctus q̄a ipſe ɔ̄ctus non
venit in conſequentiam ad iuramentum , ut ipſe præſupponit ,
ſed extra iuramentum uenit in conſequentiam ad ipſum con-
tractum.l.non dubium. C.de legibus, & ideo ſicut contractus
non poteſt probari per duos teſtes,ita nec etiam poteſt proba-
ri iuramentum,quod uenit acceſſoriè ad contractum,per not.
per Bal. in l.1.C. de inoffic.dona.uerſi.quæro,vtrum iuramen-
tum.vbi vult,quod caſſato & ſublato principali,caſſetur etiam
iuramentum,quod uenit vt acceſſorium , per not.per gl.in l.ſi
patronus.§.fi.de his quæ in fraud.patro.Nec ob.quod ius ciui
le uel municipale nullam habet poteſtatem ſuper iuramento ,
quia ſuper facultate probandi generaliter habuit poteſtatem
arctandi modum probandi . & ideo licet in conſequentiam ar-
ctetur etiam probatio iuramenti , iſtud non eſt in conſidera-
tione.Sicut etiam videmus,quod licet ſine cauſa Papa non poſ
ſit tollere obligationem naturalem per ea quæ habentur in ca.
quæ in eccleſiarum , de conſtitu. ſi tamen veniat acceſsoriè ad
actum ſpiritualem, ſuper quo Papa habet plenitudinem pote-
ſtatis,tollitur ſine cauſa ſublato principali.c.2. de uoto. ſecun-
14 dum vnum intellectum. Et per† prædicta ſequitur , quod etiā
de iure canonico non poteſt illud,de quo agitur valere iure te-
ſtamenti,vel iure codicillorum.Quoniam,vt eſt probatum,ver
ba illa,volo relinquere,non diſponunt,nec diſpoſitionem im-
portant,& ſic quia voluntas deficit,aliquo iure ſubſiſtere non
poteſt. Sicut etiam voluntas imperfecta ratione voluntatis nō
valet,vt notatur.in l.ſi is qui.de teſt. nec etiam valet ad pias cau
ſas,ſecundum Doct.ibi,& de quo per Imo.in c. 2. & in c.cum
15 eſſes.eod.tit.poſt Pet.de Anch.in 8. q.† Nec de iure canonico
poteſt valere teſtamentum,etiam ex defectu ſolennitatis , quia
ad hoc vt valeat teſtamentum de iure canonico, requiruntur
ad minus duo teſtes cum parochiano d.c.cum eſses . vel quod
adſint alij duo teſtes idonei loco parochiani,ſecundum Doct.
poſt Spec.in loco ſuperius allegato.Et quamuis in caſu noſtro
dicantur interueniſse quatuor teſtes, tamen omnes non ſunt
idonei,quia d.Iacoba non poteſt eſse teſtis,quia fœmina,& nō
tantum de iure ciuili,ſed nec etiam de iure canonico , ſecundū
gl.in c.forus.de uer.ſig.ad fi.in ver.teſtimoniū.& Fede.de Senis
cōſ.206.Factū tale ē,&c.& Ro.in auth.ſimiliter.C.ad le.Fal.&
Imo.in d.c.cū eſses.& Ale.in cōſ.176.Viſo themate mihi exhibi
to,&c.2.vol.in 2.col.qui reſpōdet ad rōnem Abbatis , quē ali-
ter non refero. qui dicit,ꝙ Bal. ēt nō dicit contrarium in d.l.j.
C.de ſacroſan.eccle.ſed loquitur in teſtamento ad pias cauſas,
quo caſu conceditur,quod mulier poſsit eſse teſtis,dicunt Do
cto.in cap.relatum .de teſta. Item non probant dicti teſtes qui
16 non fuerunt rogati,vt ſuperius dixi,† & quæ ſolennitas rogi-
tus debet interuenire etiā de iure canonico, quando teſtm̄ nō
eſt ad pias cās,ſm Ale.in cōſi.70.in fi.2.volu.Viſo cōſilio, &c.
ꝓ no. p Ant.de But.& Im.in d.c.cum eſſes.& refert aliquos di
cētes idem,eē etiam ſi teſtm̄ eēt ad pias cās, qđ vltimum nō fir
17 mat.Et alia rōne dicti teſtes nō ꝓbāt,† ſi ſunt coloni ſer Or-
phei,vt proponit,& no.gl.in terminis in §.in teſtib.in verbo ,
in ea re.inſti.de teſta.quæ ꝓprie dicit,ꝙ in teſtō colonus non
eſt teſtis idoneus.& no. Doct.in l.etiam.C.de teſtib.vbi habet
ꝙ domeſtici repelluntur a teſtimonio,& in c.in literis.eo.ti.&
inter domeſticos colonus cōnumeratur.l.pſenti.§.fi.C. de his
q̄ ad eccle.cōfug.Et ita ēt tenet Ale.in cōſ.32.j.vol.& tāto mi
nus ꝓbant,q̄a ſi recte inſpiciātur,deponūt ꝑ eūdem,ꝑmedia-
tumq; ſermonem,& propterea etiam ex hoc & magis ex oīb.
ſimul eis non dēt credi,q̄a de ſubornatione ſunt ſuſpecti.l. 3.
in prin.de teſtib.3.q.4.in teſtib.& no.Spe.in ti.de teſt.§.1.ver.
item ꝙ teſtes idem dicunt in omnib.uel ſimilia,&c.& no.Do.
in c.nihil obſtat.de ver.ſig. Accedit etiam ad diminutionem fi
dei uilitas & paupertas perſonarum d.l.3.in prin. Et per iſtud
apparet,ꝙ iſta aſſerta vltima voluntas Cornelii non poteſt e-
tiam valere iure codicillorum de iure canonico,quia dicto iu-
re requiritur idem numerus teſtium , qui eſt neceſſarius in te-
ſtamento ſecundum Car.& Imo.in d.c.cum eſſes,Et quamuis
quantum ad probationem codicillorum non poſsint repelli ,
quia fœminæ,vel quia nō rogati,per no.in d.l.fi. C. de iure co
dicil.repelluntur tamen tanquam coloni,& ſic tanquam ſuſpe
cti,& quia non idonei,prout eſſe dēnt d.c.cum eſſes. & etiam
iure codicillorum ualere non poteſt tam de iure canonico q̄
ciuili,propter defectum uolūtatis,quia,vt ſæpe dictum eſt uer
bum,uolo relinquere,prolatum a Cornelio , non diſponit de
præſenti,ſed ſolum ſignāt,ꝙ intendebat diſponere in futurū .
Et per prædicta ad omnia in contrarium allegata colligitur rñ
ſio clara. Ex quibus etiam colligitur,ꝙ dicto prædictorum te-
ſtium non debent publicari,neque in publicam formam redi-
gi ad effectum probandi , aliquam uoluntatem ultimam dom.
Cornelij . Laus Deo.

¶ Teſtamentum factum per relationem ad ſcripturam priua-
tam, quæ per vnum teſtem probetur , an valeat , vel per di-
ctū ſolius notarij, maxime ſi teſtator morti erat proximus ,
Et an hæres ſoluens indebite legatum illud repetat

S V M M A R I V M.

1 *Teſtamentum an probetur,et ualeat, ſi fiat relatiua præceden-
tem ſcripturam priuatam & non ſolennem.& nu. 5.*
2 *Teſtamentum factum ad alterius interrogationem per reſpon-
ſionem teſtatoris valet,ſi intelligibiliter loqui poterat,aliàs ſe
cus.nu.11.*
3 *Voluntas teſtatoris ſatis eſt,quod conſtet per relationem ad aliā
ſcripturam,etiam per cōiecturas,etiam ſi aliqua eſſent imper
fecta,relatio enim fit ad perfecta .*
4 *Voluntas teſtatoris ſolenniter collata in uoluntate alterius ua-
let ſequuta declaratione.*
5 *Teſtamentum inter liberos habens aliqua capitula imperfecta
ſuſtinetur propter perfecta.*
6 *Dicto unius teſtis quando ſtetur ad probationem teſtamenti fa-
cti per relationem ad ſcripturam priuatam,quæ per unum te-
ſtem probetur.*
7 *Per comparationem literarum an hodie teſtamētum probetur.*
8 *Pluralitas teſtamentorum non præſumitur.nu.10.*
9 *Si plures qualitates copulatiue requirantur ad actū, oportet om
nes adeſſe in actu,& omnes probare.*
12 *Confeſſio an præiudicet hæredi , qui confitetur ſe eſſe hæredem ,
licet eſſe non poſſit.& nu.18.*
*Confeſſio geminata tollit prætextum erroris,maxime ſi eſt iura
ta.nu.19.*
13 *Hæres indebite ſoluens , & promittens non contrauenire cum
iuramento , non repetit , etiam ubi alias repetitio daretur nu
mero 19.*
14 *Iurantem quando non excuſet error,nec illi contrauenire poteſt,
nu.19.tenet contra.nu. 20,*
15 *Error iuris quando præſumatur.*
*Hæres præſumitur ignorare ea , quæ ex inſpectione teſtamenti
non apparent.*

16 *Error probatur oſtendendo rem aliter ſe habere, maxime quando tractatur de damno uitando, etiam ſi error ſit in facto proprio.*

17 *Solutione legati non probati & nulli ex defectu uoluntatis per errorem iuris & facti interueniente, locum habet repetitio.*

19 *Confeſſio iurata reuocatur prætextu erroris.*

20 *Iurans per errorem certus de facto, ſuper quo iurat, ſibi præiudicat.*

21 *Iuramentum per errorem præſtitum per defunctum, hæredibus non præiudicat, quin repetant indebite ſolutum.*

CONSILIVM X.

SVPER eo, de quo primo loco quæritur prima
facie dicendum videtur, ꝙ teſtamentum do. Io.
1 de Quarantis valeat, quia † licet per ſcripturam
primam factam a notario in præſentia unius te-
ſtis tm̄ non probetur teſtm̄ p̄dictum, tãquam fa-
cta ſcriptura non ſit publica ſed priuata, ex eo, ꝙ non apparet,
ꝙ notarius de ea fuerit rogatus, nec etiam in dubio præſumit̃,
ut nota. in §. nos autem. in auth. de tabellio. & per Bar. & Do.
communiter in l. ſciendum. de ver. obl. & quia non adſunt duo
teſtes in ea deſcripti prout requiritur pro forma cuiuslibet in-
ſtrumenti publici, ut no. in auth. ut præpo. no. Impe. in prin. &
l. generali. C. de tabul. lib. x. & in l. iuriſgentium. §. quod fere. de
pactis, cum concordant, & prout duo teſtes in teſtamento etiã
inter liberos ſunt neceſſarii, ſm̃ gl. in l. ſi. C. fam. erciſcun. & in
auth. ꝙ ſine. C. de teſt. & in corpore unde ſumitur. §. 1. & Bar.
& Do. in l. hac conſultisſima. §. ex imperfecto. eod. tit. per quos
& teſtes hoc teſtm̄ non probatur, quamuis etiam notarius ut
teſtis fuerit examinatus, iuxta not. in l. hac conſultisſima. C. qui
teſta. fac. poſſunt. ex quo alius vnicus, vt no. in dictis locis. Et
quia etiam ubi probaretur dicta uoluntas etiam non valeret in
ter liberos tanquam imperfecta rõne voluntatis, ſecundum gl.
paruam in d. l. ſi. & Bal. & Sali. & gl. & Doct. in l. ſi is qui. de te-
ſta. & Bar. & alios in d. §. ex imperfecto. Nihilo minus probari
vr̃ dictum teſtm̄ ex eo, ꝙ ex publico inſtrumento eiuſdem no-
tarii conſtat, ꝙ alio die notarius coram ſolenni numero teſtiũ,
qui ad hoc fuerunt adhibiti & rogati, interrogauit teſtatorem
vtrum vellet habere ratum id, quod heri ordinauerat & fecerat
in ſcriptura ab ipſo notario ſubſcripta coram Andrea de Cali-
2 no, & ꝙ teſtõr rñdit ꝙ ſic † & quæ rñſio facta ad interroga-
tionem notarij ſufficit, ſm̃ gl. communiter approbatam in l. iu
bemus. C. de teſta. & quia ſatis eſt, ꝙ de uoluntate teſtatoris cõ
ſtet per relationem ad aliam ſcripturam; vel manu teſtatoris,
uel alterius ſcriptam, ſecundum Bart. & Doct. communiter in
l. hac conſultisſima. §. per nuncupationem. de teſta. & Barto. in
l. quem hære. reb. de dub. & Bald. & Ang. in l. in tẽpus. in prin-
cip. de hæred. inſtit. quia ſecundum prædictos, ſolennitas, quæ
eſt adhibita in ſcriptura ſe referente, cenſetur ineſſe illi ſcriptu
3 ræ, ad quam fit relatio, & ſufficit etiam, ſecundum eos, ꝙ † de il
la ſcriptura, ad quam ſe refert teſtator conſtet ex coniecturis,
puta per comparationem literarum. Quinimmo ſi teſtator ſo-
lenniter diſponeret, prout declarauit Titio. cuius dicto uoluit
ſtari, valet diſpoſitio ſequuta declaratione Titii, ſecundum. Pa.
de Ca. & Mod. in d. l. ſi ita ſcripſero. per l. Theopompus. de do-
te præleg. Et ibi ẽt iſtud ſentit Bar. & ꝑpea cũ in caſu nr̃o ꝯſtet
de ſcriptura. in qua cõtinetur ordinatio teſtõris ſubſcripta ma
nu dicti notarii, & in præſentia d. Andreæ, & hoc atteſtetur
ipſe notarius, ſatis conſtare dicitur de ſcriptura, ad quam ha-
bita fuit relatio, & per conſequens probatur voluntas per il-
lam iuncta alia ſcriptura publica, & ſolenni referente ſe ad pri
mam, per prædicta. Nec obſtare uidetur, quod prima ſit imper
fecta ratione uoluntatis, & cõſequẽter, ꝙ idem defectus eẽ dr̃
in ſcriptura ſe referente, qui diſpoſitionem etiam ſolẽnem red
dit inutilem, per not. in leg. ſi is qui. de teſta. quia in prima ſcri-
ptura multa reperiuntur perfecte ordinata, & pręcipue lega-
tũ dotis, de quo agit̃ Et iõ licet legatũ aliud, ꝙ vxori facere in
tẽdebat, tũc nõ ꝑfecerit, q̱a tñ die ſequẽti ratũ habuit & firmũ
quod ordinauerat & fecerat, ꝑ hoc dr̃ habuiſſe relationem ad
primam, non quidem ſimpliciter, ſed reſpectu eorum tantum,
quę in prima reperiuntur ordinata, ac cõſumata, perinde ac ſi
explicite de nouo repetiiſſet omnia, quæ prius perfecte ordi-
nauerat, & omiſiſſet, ꝙ imperfectum reliquerat, quia ad illud
non habuerit relationem, cum non poſſit dici, ordinatum & fa
ctum ſed ſolum cæptum, ex quo volebat teſtõr vlterius proce-
dere d. l. ſi is qui. de teſt. & facit. l. contractus. C. de fide inſt. Prę
4 terea † ubi teſtamentum inter liberos quoad quædam eſt per-
fectum, quamuis quoad alia capitula uoluntas ſit imperfecta,
valet quo ad diſpoſitionem perfectam, ſi ex eius obſeruantia nõ
poteſt ſequi ſcandalum, vt quia inter fratres non ſurgit inæqua
litas, vel ſi uериſimiliter teſtõr ab illa voluntate perfecta nõ di-
ſceſſiſſet in totum vel pro parte, quia tot cenſentur eſſe diſpõ-
nes, & teſtã, quot ſunt capitula ſeparata, arg. l. ſcire debemus. in
prin. de ver. ob. & maxime ſm̃ ęquitatem iuriſgentium, quę in-
ter liberos debet ſeruari d. §. ex imperfecto, & non rigor iuris
ciuilis, ſecundum quem teſtamentum dicitur indiuiduum. l. fu-
rioſum. C. qui teſta. facere poſſunt. ideo hoc caſu utile per inuti
le non debet vitiari, ut in regula, utile. de reg. iu. in 6. Secus ve-
ro vbi ex obſeruantia talis capituli reſultaret abſurdum, puta
inæqualitas inter fratres, quæ parit diſcordias l. cum oportet. §.
j. C. de bonis quæ libe. & l. cum pater. §. euictis. de leg. 2. uel ſi cõ
ſtaret, ꝙ teſtõr volebat ab illo recedere vel ab eo aliquid detra
here. d. l. ſi is, qui prout ibi no. declarat Imo. & in c. cum tibi. de
teſt. cum quo tranſit etiam Alex. in d. §. ex imperfecto. & in l. ſi
certis annis. in 3 fallentia. C. de tranſac. Et propterea quia in ca
ſu noſtro ceſſat abſurdum, debet valere dictum legatum. Sed
præmisſis non obſtantibus contrarium puto verius. Clarum
5 eſt. n. † ꝙ teſtamentum non probatur ex illa prima ſcriptura, ad
quam dicitur facta relatio, quia eſt priuata, & non ſolennis, ꝑ
ea quæ ſuperius circa principium ſunt dicta, & per alia, de qui
bus ibi. & ſimiliter non probatur ex inſtrumento ſe referente
ad dictam ſcriptam ex duob. & primo, quia legitime non con-
ſtat de ſcripta, ad quam relatio fuit habita. Ex ipſa. n. ſcripta
hoc non probatur, quia, vt dixi, ei fides non adhibetur, cum ſit
priuata & non ſolennis. d. l. 2. C. de fide inſtr. Nec etiam ex teſti
bus conſtat, quæ ſcripta ſit illa, quæ die præcedenti dicitur de
eius voluntate ſcripta, & ab eo ordinata in præſentia Andreæ.
6 † Quia quamuis ille, qui ſcripſiſſe dicitur, deponat ꝙ eſt illa q̃
producitur, ei tamen ſoli non creditur, ex quo Andreas nõ eſt
examinatus, ut in facto proponitur. l. vbi numerus. de teſtib. &
in c. in omni negotio. eo. ti. Nec obſ. ꝙ habetur per Bart. in d. l.
Theopompus. de dote prælegata, quia loquitur Bart. quando
teſtator diſpoſuit, & uoluit ꝙ dicto vnius perſonæ ſtaretur,
tunc. n. illi ſoli creditur, quia eius fides a teſtatore approbatur.
Quod non eſt in caſu noſtro, quia non dixit velle ſtari dicto no
tarij circa declarationem dictæ ſcripturæ, ſeu illum non elegit
ad declarandum, de qua ſcripta intellexerit, & propterea dicto
eius non ſtatur, quia eius dicto in hoc ſtari debere teſtator nõ
mandauit. Et per hæc reſpõdetur ad no. per Bar. in l. ſi ita ſcrip-
ſero. de cond. & dem. quia illo caſu, de quo per Bar. ibi, conſta-
bat de ſcriptura, ad quam teſtator ſe retulit per comparationẽ
literarum, quæ illo caſu probat plene, ſecundum Imo. ibi, & So
7 ci. quia ſecundum iura antiqua † ſola comparatio probabat ple
ne, hodie vero hoc ſolum reperitur immutatum ĩ apocha, quæ
datur a parte parti. l. comparationes. C. de fide inſtru. & hoc q̱a
imputandum eſt parti, quare non procurauit habere ſcripturã
ſolennem, quia ratio ceſſat in libro rationum, & in iſta, de qua
agitur, ideo quoad eam iura antiqua remanent incorrecta, ſm̃
Bar. quem allegant in l. nuda, de donationibus cum quo trãſit
etiam Imo. in fi. immo no. per Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. faciunt
potius pro, quam contra, dum dicit, ꝙ ſi teſtator diſponat, pro
ut in ſchedula manu eius ſcripta, quæ eſt apud guardianum, ꝙ
dẽt conſtare ex legitimis indicijs vel ex legitima literarum cõ-
paratione de ſcriptura, ad quam fit relatio, & ſic præſuppone-
re uidetur, ꝙ dicto ſolius guardiani non ſtaretur. Sic igitur nec
in caſu noſtro ſtandum eſt dicto ſolius notarii. Nec prædictis
ob. ſi dicatur, ſatis eſſe, ꝙ appareat, dictam ſcriptam eſſe ſubſcri
ptam manu illius, ex quo ſe refert ad illam, quam ſubſcripſit di
ctus notarius, ſicut in caſu Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. ſufficit, ꝙ
probetur per comparationem, ꝙ ſit ſcripta manu teſtõris, q̱a
8 † nec iſto, nec illo caſu pluralitas, & maxime teſtatorum præſu
mitur ſecũdum Bal. in l. fi. de reb. credi. & probatur in c. in præ
ſentia. uer. uerum de probationib. & ibi notant Doct. & no. in
l. eum qui. §. in popularibus. de iureiu. cum ſim. quia teſtator in
caſu noſtro non retulit ſe ſimpliciter ad ſcriptam ſubſcriptam
a notario, ſed ad illam, quam heri ordinauit in præſentia An-
dreæ

dreæ, & subscriptam manu dicti notarij, & propterea oportet constare, quod heri fuerit ordinata, & Andreas fuerit præsens. Quòd autem heri fuerit ordinata in præsentia d. Andreæ non probatur ex ipsa scripta, nec ex subscriptione, de qua in illa: quia vt sæpe dictum est, illa est priuata & non solennis: ideo non est satis, quod de subscriptione simplici constet, nisi probentur aliæ qualitates expressæ circa scriptam, ad quam habetur relatio, s. quod fuerit heri ordinata, & in præsentia d. Andreæ: quia† cũ
9 plures qualitates copulentur ad demonstrandum dictam scriptam, debent omnes probari ex virtute copulæ, aliàs non dicitur sufficienter constare de dicta scripta. l. si hæredi plures. de conditio. instit. & quasi in terminis firmat Rom. in consi. *166.* incip. Viso diligenter &c. col. 2. ver. quò ad secundùm &c. ubi per eandem legem concludit, quod si exprimuntur plures demonstrationes copulatiuè ad certificandum certas petias terrarum quod non dicitur de illis constare, nisi probentur omnes: vel saltẽ non sufficit probare vnam tantum demonstrationem, sed ad minus duæ ex illis debuerunt probari, ad hoc vt res, de qua agitur, reddatur certa, secundum Bart. in l. demonstratio falsa. in pr. in 6.
10 q. de cond. & de. Nec ob. † quod non præsumatur pluralitas testamentorum: quia ex variatione, quæ oritur ex instrumento se referente ad scriptam, & ex ipsa scriptura producta, apparet oppositum. Nam in dicto instrumento fit relatio ad contenta in quadam scripta heri ordinata per do. Ioannem in præsentia Andreæ, & ab ipso notario subscripta, & ostenditur quædam scripta, quam non constet heri ordinatam per testatorem in præsentia Andreæ: ideo constat, quòd est alia diuersa ab ea, ad quam fit relatio, & sic apparet de pluralitate. Et ita etiam declarat Alex. in l. 2. C. de bon. pos. secundùm tab. dicens quòd pluralitas non præsumitur testamentorum, nisi ex varietate assertionis partium hoc deprehendatur, vt in q. de qua ibi: quia unus fatebatur testamentum non solenne fuisse conditum, in quo Titius erat institutus, & alius asserebat de testamento solenni, & illud probabat: & sic apparet, quod iste intelligit de alio testamento, & non de illo, de quo fatebatur aduersarius. Vel secundò potest responderi, quod ex quò scripta producta non habet demonstrationes expressas in instrumento se referente, quod ista, quæ producitur, est alia, & non illa, ad quam fit relatio: & quia pluralitas non præsumitur, ista sola producta fuit facta, & non illa. Sed hæc nihil prodest, quia non est solennis per se, nec per relationem aliquam, quia ad istam non fit relatio, sed ad ad aliam quę iuris præsumptione non est, nec fuit in rerum natura. Præterea & tertio, quod ista scripta, quæ ostenditur, sit ordinata & scripta de voluntate testatoris, non est probatum, ut est sæpe dictũ, & propterea negatur, quod sit scripta testatore volente. Vnde ex hoc quod pluralitas non præsumatur, sequitur quod una tantum fuit scripta de eius uoluntate & ab illo ordinata, & sic pluralitas cessat, sed quia illa non ostenditur, & sic quid in ea cõtineatur, ignoratur, ideo rõne incertitudinis dispositio uitiatur. l. duo sunt Titij. de testa. tutela. Secundo, quod hoc testamentum sit nullum, manifesta & concludenti ratione deprehẽditur. nam, vt dicunt duo primi testes examinati contra testamentum, quadã nocte do. Ioan. existens in extremis fuit interrogatus, an uellet confirmare ea, quæ heri ordinauerat &c. & qua nocte, prout deponunt ambo illi testes, amisit do. Ioan. loquelam, nec ea nocte potuit loqui adeo quod strectoria fiebãt ad pedes & ad manus illius ad effectum, ut emitteret loquelã, & ut posset disponere, & tamen nunquam potuit loqui. Et dicit secundus testis, quod cum sale pedes illius fricauit ad eundẽ effectum, & nihil profuit. Et sic concordant in hoc, quod non loquebatur, nec loqui poterat articulatè, nec intelligibiliter. Et istud satis manifestatur ex testimonio præsbyteri Stephani testis instrumentarij, dicentis quod in eodem loco pernoctauit, & ei imposuit extremam vnctionem, & fecit recommendationem animę, & quod nunquam alloquutus fuit. & ut experientia docet rerum magistra, extrema unctio, & dicta animæ recommendatio fieri non solet, nisi eo tẽpore, quo infirmus amisit & loque-
11 lam & sensum. Iõ dici põt quod erat tunc mortuo similis, & † ppea quod testamentum non ualuit ex defectu uoluntatis. l. iubemus. C. de testamẽ. & hoc uerum est etiam si ad interrogationem notarij respondit sic, quia licet, secundum gl. ibi communiter approbatam, valeat testm̃, qñ ad interrugationem tabellionis respondit, sic, quamuis aliud explicitè non dixerit, istud tamen uerum est, secundum Bart. & omnes ibi, quando testator poterat explicite & intelligibiliter loqui, alias secundum Doc. illa glo. non procedit, & ideo in nostro casu non potest habere locum ex quo per dictos testes, quibus in hoc alii non contradicunt, clare constat quod testator amiserat loquelam, & quod illud uerbum, sic, etiam ab eo prolatum, fuit ab illo per uim extractum, id est mediantibus strectoriis & artificio. & tanto minus debet hoc testamentum esse ualidum, ex quo notarius non interrogauit testatorem explicite de singulis ordinatis & contentis in dicta scripta, sed in confuso, & generaliter per simplicem relationẽ ad dictam scripturam dicendo an vellet confirmare, & ratum habere id, quod fieri fuerat scriptum & ordinatum in præsentia Andreæ. Quomodo enim uerisimile est, quod infirmus in extremis laborans, & qui loqui non poterat, & qui extremam unctionem & animæ recommedationem prius, uel paulo post receperat, memoriæ teneret omnia, quæ in dicta scripta continentur. Et idcirco dicẽdum est, quod quamuis responderit sic quod non intellexit, quid ageret. Et ista ratio est fundata ueritate & æquitate, quæ me præcipue mouet. Et ex his ad omnia in cõtrarium allegata satis est responsum. Circa secundum dubium in quo quæritur, an ex quo filius d. Ioannis confessus est se esse hæredem ex testamẽto paterno, ac promisit & soluit legatum, de quo agitur, sibi præiudicauerit, adeo quod impediatur repetitio, præsertim cũ iurauerit omnia & singula esse uera, & non contra facere uel uenire. Et uidetur prima facie, quod repeti non possit dictum legatum tanquam indebite solutum, quia quamuis de aliquo testamento & legato non constet, vel testamentum non ualeat, quia tamen filius confessus est, se esse hæredem ex testamento patris, & dictum legatum esse in testa-
12 mento relictum, talis confessio ei præiudicat, † & pro hærede habetur ex testamento quo ad Affram legatarium, quamuis hæres esse non possit. l. si filius. la. 1. & ibi no. & l. pen. cum glo. de interrog. act. ubi habetur, quod ille non est, nec hæres esse potest, si confiteatur se hæredem esse, pro hærede habetur quo ad eum cui est facta confessio. Nec iuuari potest prætextu minoris ætatis propter iuramẽtum, aut. sacramẽta puberum C. si aduersus uenditio. pigno. Præterea dicta confessio fuit geminata, ideo ab ea recedi non potest prætextu erroris, quia rei teratio præsupponit deliberationem. 2. q. 3. si quis itatus. & ibi glo. quæ allegat. l. si mulier. C. ad Velleianum. & confessio deliberata post terminum datum ad respondendum prætextu erroris reuocari non potest, ut notab. gloss. in cap. ex literis. de diuor. quam sequitur Arch. in fina. de iureiurand. lib. *6.* & Bal. in l. si quidem. C. de exceptionib. in l. cum precum. de libera. cã. in l. 1. C. de confessis, col. 12. & in l. non solum. in prin. de procuratorib. & tanto magis cum sit iurata: quia iuramẽtum etiam facit, vt quis deliberate, & ex certa scientia ad actum accesserit, secundum Archid. in cap. quamuis. de pactis in 6. & Anton. de Butr. in cap. si diligenti. de foro compe. & Roma. & Alexandr. in rubr. de verb. oblig. Si ergo standum est confessioni, non potest error allegari, & ex certa scientiam præsumitur promissum & solutum ideo cessat condictio indebiti. leg. fin. C. ad legem Falcidiam. leg. cuius per errorem. de regul. iur. & plene not. in leg. 1. ff. de condict. indeb. Accedit etiam, quia iuramentum habet vim clausulæ, ut valeat actus omni meliori modo. leg. cum pater. *6.* filius matrem. de leg. 2. & not. Barto. in leg. si quis ita. de uerb. oblig. Et confirmantur prædicta,
13 quia † licet ille, qui promisit & iurauit soluere vsuras, possit postquam soluit illas repetere. cap. debitores. de iureiurando. si tamen soluat & promittat non contrauenire, cessat repetitio, sed ad alia remedia recurrendum est, secundum Docto. in c. 1. eod. titul. Et ideo cum in casu nostro soluerit filius, & non contrauenire promiserit cum iuramento, sibi vel eius hæredi non datur condictio indebiti, quia veniret contra iuramẽtum, immo ex quo iudicium defuncti agnouit, tenetur illud obseruare. l. fin. C. de fideicom. & instit. de fideicom. hæredi. § fin. & vbi etiam dicta confessio, promissio, & solutio facta diceretur
14 per errorem, nihilo minus adhuc repetitio non daretur † quia iuramentum per errorem pręstitum obligat, nec iurans potest contra illud venire, quia esset periurus, ut probatur ex notatis per gloss. in leg. 2. C. de rescin. uendi. in cap. pen. de empt. & uendi. cum qua Docto. transeunt communiter, & Barto. in d. auth. sacramenta puber. ubi habetur, quod deceptus ultra

dimidiam iusti precii,& qui præsumitur ignoraſſe uerum, & iuſtum pcium, vt notatur in l.quiſquis.C.de reſcind. vẽd.ſi iu rat non cõtrauenire,excluditur a remedio.d.l.2.& ſic error iu rantem nõ excuſat quãtum ad hoc,vt poſſit contrauenire. Sicut ẽt videmus,ꝙ iuramẽtum extortum ꝑ dolum obligat mero iure,vt no.in c.ſi verò. de iurei. Et ita in caſu noſtro cõcludit Imo.in c.cum cõtingat.eo.ti in tertio membro prin. & cũ cõtrãſit etiam Alex.in conſi.17.in princ.3.vol. Sed præmiſſis nõ obſtã.contrarium puto verius. Nam nullum extat teſtamẽtum validum d.do.ioannis, nec dictum legatum probatur,ut
15 dictum eſt,& præſumitur† quod filius errauerit in iure, quia minor,ſecũdum gl.in auth.de inceſtis nup.in prin.& Bar.in l. ſi adulterium cum inceſtu.in prin. de adulte.& in quocunque præſumitur etiam potius error iuris quam donatio,ſecundum Raph.in l.non fatetur.in fi.prin.de confeſſis.& Alex.in conſi. 80.in fin.3. vol. & ſimiliter error facti hoc caſu probatur, ex quo non conſtat de aliquo teſtamento, uel ꝙ teſtamentũ eſt nullum ex cauſis,de quibus ſupra, quas filius ignoraſſe præſumitur,ex quo ex inſpectione teſtamenti non apparet, ut eſt caſus in l.ſi poſt diuiſionem.C. de iuris & facti ignorantia. Nam quamuis filius præſumeretur ſciuiſſe factum patris. l. de tute-
16 la.C.de in integ.reſtit.minori.& l.octaui.ff.vnde cognati. † error eſt in facto alieno,& præſertim,quia qui repetit,agit de dãno euitando,& aduerſarius de lucro, vt declarat Bar. & alij in dict.leg.non fatetur,& in d.l.poſt diuiſionem,& in leg. error. in fin.eod.ti. & d.Anton.in c.fin.de confeſſis.Et hoc procedit etiam ſecundum prædictos,ſi error eſſet ĩ facto proprio,& qui iſto caſu eſt tolerabilis,ex quo oſtenditur inſtrumẽtum publicum de dicto aſſerto teſtamento,quia excuſatur filius, ſi notario credidit,per no.in l.Titio fundus.de cond.& demon.& per
17 Bar.in d.l.non fatetur. cum concord. Et † propterea cum ſit facta promiſſio,& ſolutio per errorem iuris, & facti ex cã legati,quod non probatur, vel quod eſt nullum ex defectu volũtatis,datur repetitio,quia eſt orta aliqua obligatio.leg.2. & 3. ff.de condictio.indeb.& l.qui agnitis.de exceptionib.& d.leg.ſi quis diuiſionem.cum ibi notatis. Reſtat igitur ſolum reſpon-
18 dere ad allegata in contrarium. Non obſtat igitur primò † ꝙ ex propria confeſſione dictus filius dicatur hæres ex teſtamẽto quo ad.d.Affram,per notab.in leg.ſi filius,& in l.pen.de interrog.action.quia illud verum eſſet,ſi ex certa ſcientia confeſſus falſum fuiſſet, ſed in caſu noſtro non nocet per errorem facta confeſſio,& de quo conſtat,per prædicta. Non obſtat, ꝙ retractari non poſſit prætextu erroris, ex quo eſt geminata, per no.in cap.ex literis.de diuor.quia hoc non eſt verum,& cõtrarium voluit Io.And.in d.c.fin.de iureiũ.in 6.& Arch.& Anto.de Butr.in c.fin.de confeſſis.& Bald. in leg. iuſiurandum & ad pecunias.de iureiur.& in leg.error.colu.pen.C.de iuris & facti ignorantia, quia,ſecundum eum, etiam deliberando quis poteſt falli,allegat in argumentum.leg. de ætate.§.ex cauſa.de interrogatori.action.& idem vult Bald. & Alexan.in leg. 1.in princip.C.de erro.calcu. Nam ſi illa gloſſ. eſſet vera, ſequere-
19 tur,ſecundum eum,†quod confeſſio facta per reum in litis cõteſtatione non poſſet aliquo modo reuocari: quia oblato libello reo,dantur dilationes liberatoriæ,authen.offeratur.C.de litis conteſtatio.& tamen certum eſt, talem confeſſionem poſſe poſtea reuocari per regulam. dict.leg.error.& propterea idẽ eſt, ſi iurata. Et manifeſta ratione probatur. Nam quis poſitionibus reſpondet cum iuramento,vt nota.gloſſ.in cap. 1.de confeſſis. in 6. & tamen confeſſionem factam reſpondendo poſitionibus põteſt quis prætextu erroris reuocare, ſecundum Barto.in leg.error.C.de iuris & facti ignorantia.& in leg.1. in princip.de eo per quem fac.erit.& vult etiam, quod tali ſuccurratur poſt ſententiam per reſtitutionem in integrum.Nam vbi error probatur, omnis præſumptio ſcienter tollitur, quæ adeſſe poteſt, antequam error detegatur. Non obſtat etiam, quod quis non poſſit repetere vſuras per condictionem indebiti,ſi iurauit non contrauenire, ſecundum Docto.in cap. 1. de iureiuran.quia ſciuit vſuras eſſe ĩdebitas,iuramentum eum obligat. Sed in caſu noſtro fuit per errorem iuratum, & ideo non eſt obligatorium, vt ſtatim diceretur. Et quamuis etiam cum iuramento promiſerit non contrauenire, tamen per hoc non impeditur condictio indebiti, quando conſtat de errore, quia qua facilitate ſoluit indebitum, eadem facilitate promi-

ſit, & iurauit.& totum ab eodem errore proceſſit; & ſic ineſt error huic promiſſioni & iuramento.leg.fina.§.idem quæſiit. & ibi per Barto.& Docto.de cond.indeb. Præterea primum iuramentum poſitum in promiſſione ſoluendo per ipſam ſolutionem fuit adimpletum,ideo poſtea potuit eo non obſtante repetere, ex quo reus retinebat cum peccato. Sicut dicitur de eo, qui promiſit uſuras ſoluere.dict. cap. debitores. de iureiuran.Et hoc etiam in caſu ſimili dicit Bartol.in leg. fina. C. de non nume.pecu. Non obſtan.etiam.leg.fin.C.de fideicom. quia ille tex. habet locum, quando hæres primo legauit legatum, ſecundum vnum intellectum,vel ſecundum alium communiter approbatum, quando teſtator poſuit in fide hæredis id, quod uolebat nolens teſtari ſolenniter. Et eſt etiam opus, quod hæres promiſerit teſtatori adimplere, ſecundum Bartol. & modern.in leg. nemo põteſt. de leg. 1. quæ in caſu iſto non interuenerunt. Poſtremo non obligationibus quod iuramentum præſtitum etiam per errorem obliget, quia hoc non eſt verum, & contrarium voluit in terminis noſtris.d.Maria.Soci.in conſi.40.incip.Ex actis geſtis,& c.in 3.q.vbi concludit, ꝙ ſi quis promiſit cum iuramento per errorẽ illud, quod omni iure erat indebitum,ꝙ ad illius iuramenti obſeruantiam non tenetur, quia iuramẽtum inter alia debet habere iudiciũ. c.& ſi Chriſtus.de iureiur.quare ſi per errorem eſt præſtitum, non obligat,quia nihil eſt tam contrarium conſenſui, & iudicio, quàm error.l. ſi per errorẽ. de iuriſd. omnium iudi.& ideo cum probata ſit promiſſio erronea,non obligat iuramentũ.Et quia,ſm eum, ſicut principalis promiſſio propter errorem nõ tenet,ſimiliter nec iuramentum, vt acceſſorium l.nõ dubium. C.de legib.Et vltra cum hoc etiam vult Bald.in l.ſi. C. plus valere quod agitur.& in c.1.§.idem ſacramenta.de pace iur.firm. col.2.vbi dicit,ꝙ erronea iuramenta ſunt inualida, per d.l.fin. & per l.ſi.C.de non nu.pecu.Et dicit Bal.in l.ſi.ff.qui ſatiſd cogan.ꝙ iuramentum poteſt ſperni ratione erroris, & ignorantiæ,per l.cum Aquiliana.de tranſactio. Et allegat no.per Cy.in d.l.2.& per.Io.An.in c.cum cauſam.de empt.& vendi.& idem late tenet Pau.de Caſt.in conſi.70.incip.Viſo puncto,&c. ver. quarto loco videndum eſt,&c. Quia,ſecundum eum,non poteſt dici iurm ſponte præſtitum, ex quo per errorem eſt iuratum.Et ſic non obſtat auth.ſacramenta puberum.Nec ſm eum ob.quod notat Bar.ibi,& glo.in l.2. C. de reſcinden.uenditio.
20 cum aliis in contrarium allegatis.Nam illud habet locum † quãille,qui iurat,certus eſt de facto, ſuper quo iurat, licet non ſit certus de iure,quod oritur ex facto, ſicut quando iurat non venire contra contractum per ſe celebratum, de quo certus eſt, licet ignoret ſibi competere remedium reſtitutionis, vel d.l.2. vel mulier remedium Velleiani. Sed ſecus eſt, quando quis eſt incertus de facto,id eſt,de eo quod in facto conſiſtebat,ut quia credebat legatum factum,& eſſe validum, cum vitium appareret ex ipſo teſtamẽto,vt in caſu etiam noſtro. Nec etiam ſecundum Paulum obligat tunc iuramentum de iure canonico,quia non habet iudicium, id eſt,diſcretionem ſeu voluntatem. Et ſi forte dicatur,ꝙ dicta reſponſio ad no.in d.l.2. non videtur vera,quia in caſu,de quo ibi,venditor ignorauit & ignoraſſe præſumitur verum, & iuſtum precium rei venditæ, vt notatur in l.quiſquis.eod.tit. & ſic quòd errauit in facto, ſuper quo iurauit,& ideo iuramẽtum obligat. Ad hoc reſpondetur,ꝙ immo venditor conſenſit in precio conuento,quamuis iniuſto. quod patet,quia ſi non conſenſiſſet,cõtractus non valeret, ẽt ſine iuramento, quia conſenſum non haberet. l. conſenſu. de acti. & obl.& tamen eſt validus. d.l.2. ſtat enim ſimul, ꝙ iuſtũ preciũ ignorauerit,& tñ ꝙ in eo,de quo ꝯuentum eſt, ꝯſenſerit. Non datur ergo uenditori decepto remedium.d.l.2.ex eo capite,qa in tali precio non conſenſerit, ſed quia ueriſimile eſt, ꝙ ſi uerum precium ſciuiſſet, in eo non conſenſiſſet. Et propterea quia conſenſit uenditor in eo,quod eſt conuentum, quamuis ignorauerit ſibi competere remedium illius legis, iuramentũ obligat eum.Et per hoc apparet,quòd Imo.in d.cap.cum contingat.& Alexan.in conſi. allegato in contrarium, in hoc minus rectè ſentit, probatum eſt ratione, & authoritate, ita
21 quod opinio communis eſt in contrarium.Et dato etiam † ꝙ iuramentum per errorem præſtitum obligaſſet iurãtem, tamẽ ex quo iurans eſt mortuus,non obligat eius hæredes,qui poſſint indebitè ſolutum repetere, quia ad hæredes iurantis hoc

caſu

casu non transit iuramentum.c.ueritatis de iureiuran.& in terminis firmat Bald.in d.l.fi. C.plus ualere quod agitur, in iuramento præstito per errorem. Ex quibus omnibus cócluditur, q́ fuit bene iudicatum, &c. Laus Deo.

¶ Schedula, quæ manu testatoris dicatur scripta facta literarũ comparatione, an & quando probet uoluntatem defuncti etiam quo ad legata. Et quando non sit admittenda literarum comparatio ad plenam probationem.

SUMMARIUM.

1 *Scriptura manu testatoris confecta, etiam sine testibus, probat testamentum inter liberos, etiam non facta publicatione, quo ad publicationis effectum. nu. 11.*
Voluntas præsumitur perfecta, maximè secuta subscriptione dispontis.
2 *Testamentum quãdo probetur ex sola comparatione literarum, & quando secuta notarij subscriptione cum die, &c. & nu. 7. 10. & 19.*
3 *Ex præfationibus certa persona demonstratur.*
4 *Per comparationem literarum probatur instrumentum, quod negatur manu notarij confectum, & nu. 7.*
5 *Legata per clausulam codicillarem conseruantur, licet rumpatur testamentum propter præteritionem.*
6 *Schedula si negetur manu testatoris scripta, quomodo probetur testamentum.*
8 *Lex, comparationes. C. de fide instru. quomodo intelligatur.*
9 *Testatoris magis interest, quòd valeat testamentum, quàm hæredis,*
11 *Schedula manu testatoris per solam literarum comparationem non probat quo ad legata, nisi adsint duo testes ad solennitatem etiam in legatis ad pias causas.*
12 *Schedula manu testatoris confecta non probat testamentum, quando in ea præparatoria, & non perfecta uolũtas cõtinetur.*
13 *Vel est diuersitas temporis causans incertitudinem.*
14 *Indictionis omissio quando vitiet instrumentum. nu. 20.*
15 *Subscriptio notarij ex sola nominis expressione frequentati in loco, quæ certam non reddit personam, nihil operatur ad validitatem testamenti.*
16 *Nominis proprij pluralitas non præsumitur, nisi in loco frequentetur nomen, vel in scriptura locus non sit adiectus.*
17 *Præfationes certificant personam in sequentibus positam, quando præcedentia, & sequentia ab eodem sunt scripta; sicut præcedentia declarant sequentia in eadem, & eiusdem scriptura.*
18 *Ex affectione quando non certificetur persona, & quando ex cõparatione literarum.*
19 *Notarius si amittat prothocollum, dicitur esse in culpa, incurritque pęnam arbitrariam, & periurus efficitur.*
20 *Instrumentum quando ad publicam formam non sit deducendum ex defectu scripturæ, ex qua sit assumendum.*
21 *Contrarietas inter publicam, & priuatam scripturam, ita vitiat instrumentum, sicut inter duas publicas existens.*
22 *Originalis scriptura instrumenti tota debet esse manu eiusdem notarij scripta, aliàs ex ea non poterit releuari publicum instrumentum.*
23 *Originale si non habet signum notarij, non potest in publicam formam releuari.*
24 *Consuetudo admittens instrumentum notarij sine signo, non procedit, quando penes tertium reperiatur dictum instrumẽtum, vel quando non constat, quòd rogatus fuerit notarius.*
25 *Nomen & pronomen notarij sunt describenda in instrumento, aliàs habet falsi suspicionem.*
26 *Instrumentum manu diuersorum scriptum non caret falsi suspicione.*

CONSILIUM XI.

DE vltima uoluntate, & dispositione omnium bonorum d.Andreæ Zoboli, prima facie satis aperte constare uidetur. Et† primo, quia de dicta eius
1 uoluntate ac dispositione reperitur scriptura eius manu cõfecta cum expressione certi tẽporis, per quam probatur testamẽtum inter liberos, ẽt sine alijs testibus.authẽ. quod sine.& ibi per omnes.C.de test.& in corpore vnde sumitur. Et per consequens cum filius in ea ĩueniatur institutus, & institutio valet, & legata in ea contenta tiam alijs facta tenent, vt ibi dicitur. Nec etiam dici potest, q́ sit imperfecta ratione voluntatis, & q́ ex hoc sit nulla.l.si is qui. de testa. quia in dubio præsumitur voluntatis perfectio, vt ibi probatur, & notant Doct.& maxime Pa.de Cast.& quia subscriptio, de qua in eadem scriqtura, est argumentum perfectionis.l.hac consultissima.in fin.princip. & ibi per Doct. & paæcipue per Pau.de Cast.C.de testam.& hoc etiam procedit, si publicatio facta non esset, ex quo vt dixi, voluntas manu testatoris est scripta, secundum Bal.& Pau. de Cast.in dicta authen.& Bartolũ, Paulum, & alios in d.leg.si is qui.& Alex.in dicta.leg.hac consultissima §.ex imperfecto.C.de testamen.& Imo.in cap. 2.& in c.cum esses.in 8.q.eo.ti.& in d.l.si is qui.vbi idem dicit de testamẽto condito ad pias causas. Et idem voluit Bar.in casu etiã fortiori in leg.fideicommissa.§.quoties.de leg.3. Quod autem
2 † dicta scriptura sit manu domini Andrææ, facile poterit probari ex sola literarum comparatione, sicuti colligitur ex no. p Bar.in l.si ita scripsero.de cond.& dem.& in l. quidam hær.de reb.dub.vbi format quæstionẽ de illo, qui disposuit, & testatus fuit, sicut continetur in schedula manu eius scripta, quam dixit dimisisse apud guardianum S.Frãcisci. Et refert q́ Iac.de Belu. dicebat, talem dispositionem non valere ex pluribus causis, cuius opinio, secũdum eum, potest esse vera, quando non apparet, dictam schedulam esse manu testatoris ex legitima literarũ comparatione, vel ex alijs legitimis indicijs, aliàs autem putat Bar. q́ valeret, per dictam.l.si ita scripsero & per alia iura ibi allegata per eum. Et sic satis clare sentire vr̃, q́ sola cõparatio sufficiat. Quod etiam poterit per testes comprobari, qui deponẽt dictum do. Andræam dictam voluntatem ꝓpria manu scripsisse, & hoc scire: quia illum pluries viderunt scribere, & quia de litera eius plenam habent notitiam. Et dato quod per solam scriptam.d.Andrææ eius testamẽtum non probaretur, adhuc tamẽ, & sic secũdo probari poterit ex instrumẽto publico quoniam post illã notarius se propria manu subscripsit, & ex publicatione facta coram testibus per eum descriptis, & de loco fidem facit, ac in principio posuit annos domini, indictionem, mensem, & diem, & sic concurrunt solennitates requisitæ in confectione publici instrumẽti, de quibus in authen.vt præpo. no.Imper.in princ.& no.in l.generali.C.de tabu.lib.10.& in l. iurisgentium.§.quod fere.de pactis.& per Docto.maxime Ab. in c.2.de fide instr.& vbi aliqua dici posset omissa, id licuit facere, quia adhiberi non solet de consuetudine, quæ cõsuetudo dictis solẽnitatibus potest detrahere. c. cum dilectus.de fide instru.& per Docto. in d.c.2.& in c.1.eod.ti.& per Ioan.And.in proœ.6.lib.& per Doct.in c.cum P. de fide instr. & ideo dicit Cyn.in l.contractus.in fin.C.eodem, cum quo concordat Bal. & Sal.quod abbreuiatura notarij defuncti carẽs subscriptione & signo notarii poterit in publicam formam redigi authoritate statuti, iudicis & consuetudinis. Non obstat etiam quod in subscriptione notarii apponatur solum nomen proprium, cum dicatur, ego Albertinus rogatus fui, &c. cum in dicta subscriptione nõ reperiatur indictio, quasi q́ ex hoc solo sine alijs demonstrationibus persona non reddatur certa.l.hac consultissima.circa princ.C.qui testam.facere possunt, & per Bar.in le. demonstratio falsa.in princ.q.7.de cond.& demonś. quia cum domi. Andręas declarasset in schedula manu eius scripta, quod volebat Albertinum de Corrigijs esse rogatum de dicto testamẽto, ex hoc demonstratur, quod de illo loquitur dicta sub-
3 scriptio.†Sicut ex pręfationib.certa persona demõstratur, secũdum Bar.in d.7.q.per l.item quia.de pactis.in l.Titia.§.idẽ respõdit.de ver.ob.& per l.quoties.§.1.de hæred.inst. & quia ẽt constat ex præcedẽtib.quod testator ad d. Albertinum de Corrigiis habuerit maiorem affectione, secundum Bart.per l. duo sunt Titii.de testam.tut.& ideo in dubio de eo intelligitur leg.
4 si quis seruum.§.cum inter duos, de leg.2.& quod dicta subscriptio sit manu d.Albertini de Corrigiis, poterit etiam probari per solam comparationem literarum, per quam ꝑsona ibi nominata reddetur certa: quoniã vbi negatur instrumẽtum esse manu notarii, per dictam solam comparationem contrarium põt ꝓbari, secũdum Iacobum.de Belu.in §.sed si instrumenta. in auth.de instrum.cau.& fide. ꝑ illum tex.& Bal.in authẽ.sed

5 nouo iure.C.si cer.peta.Et† quamuis dictum testm̃ sit ruptum præteritione nepotis,qui viuo adhuc testõre incœpit primum locum tenere.l.posthumoum.de iniusto,rup.& irr. testa. & l. Gallus per totam legem,de lib. & posth. nihilo minus omnia legata in testõ relicta conseruantur per auth.ex causa.C.de libe.præt.si preteritio nepotis, qui quasi posthumus dr̃.d.l.posthumorum fuit scienter facta secũdum Bar.& alios,in d.aut.ex cã.Si vero facta fuit ignoranter, vt quia tpe testĩ nepos adhuc natus non erat neque conceptus,& tunc quãuis ſm Bar.& magis cõiter Doc.nõ cõseruẽtur legata per d.aut.cõseruantur tñ p clausulã codicillarẽ cõceptam ẽt p verba futuris tẽporis , ut quia dicatur si nõ valet,vel nõ valebit,&c.secundũ Bal. & Ful. in d.authen.ex causa.Sal.& Pau.de Cast.in l.1.C.de posthumis hær.inst.Ang.in l.i.de iure codicil. Imo.in l.filio præterito . de iniusto,rupto & irr.testam. & est communis opinio, secũdum Alex.in d.auth.ex causa.qui idem tenet,& in consi.123.co.pe. 1.vol.& latius in cõsi.142.2.vol.in cõsi.30.3.uol.& in consil. seq.& alii idem uolunt in alijs locis allegatis per eum. Et maxime hoc uerum est, quando testator post natiuitatem posthumi superuixit tãtum,quod potuit mutare testamẽtũ,sicut contigit in casu nr̃o, ſm Pau.de Cau.in d.l.1.C.de posthu.hær.inst. & in cõs.58.inc.Præclarus,& egregius,&c.& Ale. in locis pal. quæ cl̃a codicillaris in casu nostro poterit extensio cum sit cõsueta apponi propter dictionem,&c. ut per Bar.& omnes,ĩ l. Gallus.§.idem credẽdum.de libe.& posthu. & quia sapiens cuius cõsi.potest extendi,potest etiam in cõtractibus addere clausulas consuetas,secundum Doct.in leg.ex ea parte.in princip. per ibi no.de uerbo.obli.& Bar.in l.illa institutio. de hære.inst. Sed præmissis nõ obstan.cõtrarium arbitror uerius. Nam ex illa schedula,quæ dicitur esse manu domini Andrææ,si negetur

3 *Communis usus cessat in statutorum interpretatione, in quibus disponitur, verba intelligi, vt sonant, nullo extrinseco habito intellectu.*
4 *Statutum præferens coniunctum ex parte patris matri defuncti, intelligitur solum de agnatis, maximè quando aliàs esset iniquum. & nu. 17. & 18.*
5 *Statutum faciens mentionem de coniunctis ex linea materna, quomodo intelligatur. & nu. 22.*
6 *Indefinita prolata a statuto comprehendit omnes casus, in quibus est eadem ratio, aliàs secùs. nu. 9.*
7 *Statutum excludens matrem defuncti, censetur excludere omnes coniunctos per dictam matrem, etiam ipsa non extante.*
Prohibitiua & permissiua causa si concurrant, attenditur prohibitiua. & nu. 24.
8 *Alternatiua posita a statuto inter personas, inter quas cadit affectio, denotat ordinem successiuum, maximè ubi sequeretur absurdum, quòd magis dilectus esset deterioris conditionis. nume. 9. & 25.*
Relatiua dictio facit relationem cū omnibus suis qualitatibus.
9 *Masculinum non cōcipit fœmininum in statutis contra ius commune disponentibus.*
10 *Fratris appellatione continetur etiam frater patruelis, quando agitur ex forma statuti de excludenda sorore patruele, secus sorore primi gradus. & nu. 26.*
11 *Statutū prohibens interpretationē, & glossationem, non excludit legitimam, maximè prouenientem ex mente statuentium.*
12 *Matre exclusa a successione defuncti, intelligitur excludi etiā filia trahēs ab illa originē, vel vti inferioris gradus, nisi trahat originem etiam a non excluso, quem potius sequitur. num. 27.*
13 *Omnis agnatus ex parte patris dicitur etiam cognatus, non econuerso.*
14 *Verbum, quod capi potest, vt genus, & vt species, in dubio capitur vt species.*
15 *Rubrica ambigua declaratur per nigrum magis clarum.*
16 *Quicquid dicitur in lege interpretata, censetur repetitum in lege interpretante.*
17 *Frater vterinus venit sub statuto faciente mentionem de cōiunctis ex parte patris.*
Statutum uocans coniunctos ex parte patris, quando cōprehendat etiam fœminas, & cognatos. num. 18.
18 *Descendens ex fœmina, quæ coniuncta est defuncto ex parte patris, dicitur propriè coniunctus defuncto ex latere patris.*
Statutum, quamuis durum, seruandum, vbi verba sunt clara.
19 *Verba quando possunt referri ad defunctum, & ad hæredem, in dubio referuntur ad defunctum.*
21 *Indefinita prolata a lege indistinctè, quando æquipolleant vniuersali.*
22 *Statutum excludens attinentes de linea materna, intelligitur, id est matris illius defuncti, de cuius successione agitur.*
23 *Statutum in casu simplici non trahitur ad casum mistum.*
Mistum in dubio præsumitur magis participare de simplici magis fauorabili.
25 *Cognatus quando in successione præferatur agnato remotiori.*
26 *Filij fratris appellatione, quando tractatur de exclusione sororis patruelis, intelligitur de fratre primi gradus, non autem de filio fratris patruelis, qui non succedit in locum patris quoad hoc, vt sororem patruelem excludat.*

28 Ex-

28 *Extensio quòd admittatur, quando aliàs sequeretur, quòd magis dilectus esset deterioris conditionis, quàm minus dilectus, procedit, quando magis dilectus superuiuit. Item quando uerba dispositionis saltem impropriè casum omissum comprehendunt, aliàs secus.*

CONSILIVM XV.

VONIAM ad exclusionem do. Valentinæ allegantur tria statuta ciuitatis Papiæ, ideo primo uidendū est de statuto posito sub rub. ꝗ ad successionē decedentis sine testamento prius succedāt consanguinei, &c. & quia dictum statutū hēt duo capita, inclusiuū uidelicet agnatorū, uel cognatorū utriusque sexus, ex parte patris, & aliud exclusiuū, s. attinentium ex parte matris. Ideo uidendū est sub quo capite cōprehēdatur d. do. Valentina. Et prima facie uidetur, ꝗ sub dicto capite inclusiuo uocentur tm̄ agnati masculi, uel fœminæ, inter quos non est do. Valentina, quæ coniuncta est defuncto immediatè per fœminam, & sic est cognata. inst. de legi. agn. tut. §. j. & inst. de succe. cogna. §. 1. quamuis enim statutum loquatur de eo, qui relinquit agnatos, uel cognatos masculos, uel fœminas, tm̄ uerbū illud, cognatos, nō capitur strictè, & propriè pro illis, qui per sexum femineū cōiunguntur, & prout in specie differunt ab agnatis, sed capitur, ut genus, qđ intelligitur inesse i specie agnationis, cum omnis agnatus sit cognatus. l. inter agnatos. in prin. de suis & legiti. quasi uelit, ꝗ agnati, qui & cognati sunt, admittantur. Et ita in terminis probari uidetur in d. §. j. insti. de leg. agn. tut. ubi dicit textus, sunt autem agnati, uel cognati peruirilis sexus, &c. Et sic ibi sicut hic inter agnatos, & cognatos ponitur alternatiua, uel, & tamen de agnatis duntaxat loquitur, & eorū dif-
1 finitionem tm̄ ponit. Nec mirum, † quia alternatiua posita inter genus, & speciem stat expositiue, seu copulatiue, ita, ꝗ circa idem concurrere debent illa, inter quæ ponitur alternatiua. Et hoc siue genus præcedat. l. sæpe. la j. de uer. sig. siue sequatur. l. Quintus. §. fi. & ibi Bar. de auro, & arg. leg. Et tanto magis cum dispositio nō loquat̄ de cognato simpliciter, sed de cognato ex parte patris, quia ex illa adiectione intelligendū uidet̄ de agnatis, & sic ꝗ dictum uerbū assumatur, ut genus. d. §. j. ibi, quasi a patre cognati. iuncta gl. & inst. de legi agn. succ. §. j. & in l. siue autem. de legit. tut. iuncta gl. Dicitur. n. in pdictis locis agnatos esse quasi cognatos a patre. ergo in casu nostro, dū loquitur de agnatis ex parte patris, intelligitur de ipsis agnatis, q. & cognati sunt. Et ꝗ hæc fuerit intentio statuti, satis deprehenditur ex rubrica, quæ loquitur de consanguineis uocandis, quorū ap-
2 pellatione ueniunt † agnati, d. l. inter agnatos. §. fi. & per Bart. & alios, in l. cum quidā. §. qđ dicitur. de acq. hær. cū concor. de quib. ibi per Mod. Et quāuis proprijssime ueniant fratres tm̄ coniuncti ex utroque latere, uel ex parte patris. l. post consanguineos. i prin. cū gl. de suis & legi. & per Doc. ubi supra, ex nigro declaratur, ꝗ hoc modo ultimo capi nō dēt, ex quo uocātur usq. ad quartū gradū. Sicut em̄ una pars legis declarat aliā, ar. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. Ita nigrum declarat rubricam, quę multipliciter pōt exponi, nec in statutis debet capi improprissime etiam pro cognatis, nisi de communi vsu loquendi fiat fides, s̄m Bal. Imo. Pa. de Cas. &
3 Ale. in d. §. quod dr̄, q̄ etiā facta in casu† nr̄o non prodesset pp statuta disponentia, quod statuta intelligantur, ut iacent & sonant, nullo extrinseco habito intellectu, quo casu pp cōmunē vsum loquendi non receditur a uerbis statuti, ut notanter uult Iaco. de But. in l. j. ff. de fide inst. & do. Anto. in prœmio Decretalium, & Ale. in rub. de ope. no. nunc. Quod autem mēs statuti fuerit includere agnatos tm̄, satis etiam patet ex fine dicti statuti interpretantis, qui dicantur agnati, de quib. supra disposuerat. Si enim superius uocasset etiam cognatos ex parte patris, vtiq. etiam in fine declarasset, qui intelligantur cognati. Comprobātur pmissa ex no. p Ang. in consi. 282. inci. Inad-
4 uertentia statuentium, &c. vbi notanter concludit, † ꝗ statutū pferens simpliciter cōiunctos ex parte patris matri defuncti, intelligi dēt & uerificatur in agnatis tantum, non āt in cognatis masculis, quamquam coniunctis ex parte patris. Et iō, s̄m eū, frater uterinus patris illius, qui defunctus est, quamuis sit defuncto coniunctus ex parte patris, nō excludet matrē, p plura, de quib. ibi p eum. Hoc etiam confirmatur, quia aliter intelligendo dictum statutum, sequeretur unum irrationabile & iniquum, ac nullo iure unquā auditum, uidelicet, ꝗ cognatus ex parte patris remotior præferretur fratri uterino, qui est cognatus proximior, & ideo prædicta interpretatio est admittēda, p ut in simili etiā considerat Pa. de Cast. in consi. 418. inc. Qđ ista mater, &c. in 2. vol. s̄m nouam impressionem vbi concludit, ꝗ statutum præferens coniunctos masculos ex parte patris matri defuncti, intelligi dēt de masculis descēdentibus ex masculis, & sic de agnatis, & non de masculo descendente ex fœmina, puta ex auia defuncti, quamuis defuncto ex parte patris eius sit coniunctus, quia licet verba statuti superficialiter intellecta illum comprehēdant, tamen fieri dēt dicta interpretatio, ne dictum statutum remaneat iniquum, & sine ratione, & ꝗ secūdum ipsum, esset nullum, cum nulla subesse possit ratio, ꝗ cognatus remotior præferatur matri. facit etiam, quod noi Angel. consil. 119. inci. Viso puncto, &c. dum concludit, quod statutum simpliciter prēferens fratrem defuncti matri, intelligi debet de fratre ex parte patris, & non de uterino, quia & cum ipse sit cognatus, nulla potest subesse rationabilis causa, quod matrē excludat. ¶Nec obs. ꝗ statutum hoc in dicto capite inclusiuo præferat & includat etiam fœminas agnatas, per quas magis non cōseruatur agnatio defuncti, quā p cognatos. l. pronunciatio. §. familiæ de ver. sig. & in quibus videtur eadem rō, quæ est in cognatis ex parte matris. Qm̄ fęminæ agnatæ de iure Digestorum tā ciuili, quam prætorio iure præferebātur cognatis. inst. de legi. agna. suc. & de successione cogn. in prin. ad ꝗ ius nō est conueniens, ꝗ statutum voluerit redire. Et sicut tunc tale ius nō dicebatur iniquum, ita nec istud statutū dicetur iniquum, & nullo iure vnquā fuit prouisum, ꝗ remotior cognatus præferretur proximiori. Et ita in simili respondet Ang. in d. cons. 282 vlt. col. dum all. §. itē vetustas, inst. de hæ. quæ ab intestato deferūt. Superest nūc uidere de capite exclusiuo attinētium ex parte matris. Et prima facie dicēdum videtur, ꝗ sub dicto capite includatur do. Valētina, & sic ꝗ excludatur ab agnatis uocatis in
5 capite præcedenti †Nam defuncto reperitur coniuncta ex parte matris suę, ergo in ea uerificantur uerba statuti. Et hoc in terminis uidetur velle Bar. in consi. 10. dicens, ꝗ si statutum uelit in cōtractu mulieris adhiberi duos attinentes ex linea materna, ubi non adsint ex paterna, ꝗ illi dicūtur ex linea materna, qui mulieri coniunguntur ex parte matris eorum. Sicut ergo statutum illo casu mētionem faciens de coniuncto ex linea materna in dubio de his intelligitur, qui coniunguntur ex parte matris illius, qui uult admitti, & qui uocatur, ita in casu nostro est censēdum. Et per hoc tolli uidentur multæ respōsiones, quas dari audio, ad dicta Bar. in d. cōsil. Præterea quamuis in casu nostro statutum intelligi dēat de cōiūctis ex parte matris ipsius defuncti, inter quos nō connumeratur Valētina, tamen intelligi etiā dēt de coniunctis ex parte matris illius, de cuius exclusione tra
6 ctatur, quia† illa indefinita, uidelicet ex parte matris, æquipollet uniuersali. & sic illos comprehēdit qui nō tm̄ ex parte matris defuncti cōiunguntur ei, sed etiam illos, qui defuncto coniūguntur ex parte matris, eorum, per no p Bar. in l. omnes populi. in 3. q. 6. q. in princ. de iusti. & iure, dum vult, ꝗ indefinita prolata a statuto, comprehēdat omnes casus, in quib. est eadem ratio. sicut in casu nostro, in quo non subest maior ratio excludendi unum ex prædictis, quam alterum, cum ambo cognati sint. Ad confirmationem prædictorum facit etiam, quia per aliud statutū positū sub rub. in quātum, & qualiter mater, &c. cauetur, ꝗ consanguinei paterni excludant matrem defun
7 cti. Ex quo statuto nō dr̄ tm̄ exclusa mater, sed† ēt oēs alii cognati coniūcti tm̄ per dictam matrem, ut no. Bar. in l. 2. §. uidēdum. ad Tert. Et quantum ad hunc casum idem approbat Pau. de Cast. & Alex. in l. illam. C. de coll. siue mater existet, siue nō, quia exclusa radice intelligitur etiam sublatum quicquid sequitur ex ea, ut ibi latius per eos. Vt ergo statutum hoc non sit superfluum, intelligi dēt de cognatis ex parte matris illius, de cuius exclusione, uel inclusione agitur, & non de cognatis ex parte matris defuncti, qui iam per aliud statutum sunt exclusi. Ad idem facit: quia quamuis d. Valentina dicatur coniūcta defuncto ex parte patris defuncti, dicitur ēt coniūcta ei ex parte matris suæ, & sic duæ qualitates concurrunt, quarum una est prohibitiua, & altera est permissiua, ergo attendi dēt prohibitiua, & sic illa, per quam prohibetur succedere. leg. 3. in princip. & ibi

ibi Bar. de suspec. tut. facit. l. si quis in graui. §. fi. ad Silla. Cum itaque, vt ex prædictis apparet, in capite inclusiuo agnati tãtũ comprehẽdantur, & inclusiuo capite omnes cognati, concludendum videtur, ꝙ do. Valentina excludi dẽat per agnatos masculos. Secundo principaliter contra d. Valẽtinam facit, quia quamuis statutum in primo capite ẽt cognatos ex parte patris defuncti vocet, tamen cum statutũ dicat, & reliquerit agnatos vel cognatos masculos, vel fœminas, &c. agnati & cognati vidẽtur ordine successiuo vocari, i. agnati masculi primo, & secundo agnatæ fœminæ, & tertio cognati in defectum agnatorũ, quia
8 † alternatiua posita inter personas, inter quas cadit affectio, denotat prædictum ordinem. l. hæredes mei. §. fi. ad Treb. l. cũ pater. §. a te peto. de l. 2. no. Bar. & Doc. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & post. & in l. cum quidam. C. de ver. sig. & ibi in specie Bal. & Sal. loquitur, quando hoc fit a statuto. Quod aũt maiorem habuerit affectionem statutum ad agnatos, quam ad cognatos, satis aperte deprehẽditur ex alijs statutis, de quibus ẽt infra fiet mentio. Nam in vno ex illis agnatis masculos præfert matri, & auiæ, & in altero filios & fratres & filios fratrũ defuncti fœminis dotatis. Per quæ constare dicitur de maiori dilectione agnatorum, ut etiam considerat Ang. in consilijs preal. Nec dici potest, ꝙ verba præallegata non sint dispositiua, sed enunciatiua, quia ex quo sunt eorum fauore prolata, dispositionem inducunt, vt per Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tert. qui loquitur etiam in fortioribus terminis, i. in verbis enunciatiuis statuti ꝓlatis condõnaliter. Præterea aut sequens versi. dicti statuti incipiens. Illi qui sunt ex parte patris, &c. in quo dispositiue vocantur illi, qui sunt ex parte patris, stat relatiue ad personas, de quibus supra, enũciatiue nominatas, & tunc uidetur facta relatio cum suis omnibus qualitatibus, adeo, ꝙ personæ superius expressæ vñr ẽt isto casu nominatæ, & eodem ordine, ut est casus in l. si pluribus. in prin. & in l. Titia. §. fi. de verb. obl. & vtrobiq; no. Are. Aut d. ver. stat per se, vt stare potest, & non relatiuẽ, & tunc magis obstaret do. Valẽtinæ, quia ex quo uerba sunt concepta in masculino, comprehenderẽt tantum masculos ex parte patris, nec masculinum conciperet fœmininum, q̃a
9 cum † non ex propria significatione, sed extensione masculinũ concipiat fœmininum, vt no. glo. Dyn. & Bar. in l. i. de ver. sig. & per Bar. in l. si quis in tantam. C. unde vi. cum suis conco. non dẽt talis extensio & impropriatio admitti in hoc statuto, quod est contra ius. Et in specie hoc firmat Ang. in consi. 280. incip. Martinus de Florentia, &c. Et idem in quolibet statuto contra ius vult Dy. & Im. & Dominic. in c. generali. de elec. in 6. & Card. in cle. 1. eo. ti. & Alex. in consi. 28. in 3. uol. in fin. quinimmo non comprehenderet omnes coniunctos masculos ex parte patris, sed agnatos duntaxat masculos. Quia quãuis ista uerba, s. illi qui sunt ex parte patris, sint indefinita, non tamen vniuersali æquipollet ubi in omnibus casibus non est eadem ratio, secũdum Bar. ĩ d. l. omnes populi. in q. præall. & per Are. in pulchra q. in cõsi. 38. inc. In facto dicitur contigisse, &c. Sed rõ præferrẽdi agnatos masculos, uidelicet ut dignitas familiæ cõseruetur, cessat in cognatis, ergo agnatos masculos solum includit. Non uidetur etiã obstare, ꝙ ordo importatus per alternatiuam positã inter dictas personas, inter quas cadit affectio, intelligatur datus, quãdo concurrunt ad excludẽdum illos, qui sunt ex parte matris, nõ autem quãdo inter se cõcurrunt, quia si agnati uĩcunt cognatos ex parte matris defuncti, proximiores etiam cognatis ex parte patris, multo magis uincere debent dictos cognatos remotiores ex parte patris, cum non subsit ratio, quare magis excludere debeant unum, quã alterum. Præterea si cognati ex parte matris defuncti proximiores, & magis dilecti defuncto excludũtur per agnatos, multo magis exclu di debẽt cognati ex parte patris remotiores, & minus dilecti. argu. leg. si uiua matre. C. de bo. mat. per quã dicit Raph. in leg. 2. C. de in ius uocãdo, cum quo transit ibi Alex. contra Bal. quod statutũ excludat filiam defuncti extãtibus masculis, quod etiam exclusa intelligatur neptis ex filio masculo. Facit etiam, ꝙ no. gl. in l. si mater. §. fi. de vul. & pup. quæ uult, secũdum ꝙ eam declarat Bar. ꝙ in dubio faciẽda est interpretatio, per quã nõ sequatur absurdum, ꝙ magis dilectus sit deterioris condõnis, quam minus dilectus. Et idem uult Bar. in l. Gallus. §. ẽt si parente. de liber. & posth. Tertio principaliter cõtra d. Valẽtinã facit statutum posi
10 tum sub rub. ꝙ mulieres maritatæ, &c. quo cauetur, ꝙ † fratres, & filij fratrum excludant mulieres maritatas a successione auita, paterna, materna, uel fraterna, cuius fratris appellatione continetur etiam frater patruelis, quando agitur de excludẽda sorore patruele, sicut est do. Valentina, ut notat. ut concludit Ioan. And. in rub. de succ. ab intest. in add. Spec. referens Iac. de Aret. ita disputando tenuisse, tum quia uerba totaliter non repugnant, tum quia ista est intentio statuti tendentis ad conseruationem agnationis. Et idem tenet Bal. in l. scimus. in prin. in 7. q. C. de inof. test. & ita consuluit Ang. & refert Ale. in d. l. illam. C. de collationibus. Nec est uerum, quod communis opinio sit in contrarium isto casu, quamuis. n. Bar. in l. Lucius. §. q̃situm. de le. 3. uelit, ꝙ appellatione patris nõ cõtineatur frater patruelis, sed intelligatur de eo, qui est in primo gradu, & alij sequuntur, de quibus per Ale. in l. 1. C. de successio. edict. & in consi. 96. in 2. uol. tamẽ prædicta intelliguntur, qñ agitur de exclusione sororis primi gradus, quæ proximior ẽ defuncto, quo casu non est eadem rõ in fratre patruele, quæ est in fratre proprie, qui est proximior, ut colligitur ex no. per Bal. in l. ꝙ vero. de leg. 1. & declarat Alexan. in dict. suo consi. Sed ubi agitur de exclusione sororis patruelis, tunc statutum simpliciter loquens de fratre extenditur ad fratrem patruelem, quia in illo quoad sororem patruelẽ militat rõ, quæ militat in fratre primi gradus quo ad sororem eiusdem gradus. Et ita Alexã. in d. l. 1. C. de succ. edic. approbat decisionem Ioan. And. in d. rubr. & expressius in l. si dotali. ff. sol. mat. & ibi declarat aperte qualiter in casibus, in quibus consuluit contra fratrem patruelem
11 agebatur ad exclusionem sororis primi gradus. Nec † obst. ꝙ per aliud statutum prohibitum sit interpretari, & glossari statuta, quia per hoc non intelligitur de iusta & legitima interpretatione, sicut est illa, quæ prouenit ex mente statuentiũ, ut colligitur ex no. per Bar. in l. oẽs populi. in fi. 6. q. prin. & per Bal. in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. & in l. si quis filium. C. de lib. præte. & in l. non dubiũ. in 3. col. de legib. & per Ang. in l. si ita scriptũ. de lib. & posth. Et est cõis opinio, vt refert Alex. consi. 80. inci. Viso & opportunẽ animaduerso, &c. in 1. volum. Similiter non ob. ꝙ debeãt intelligi statuta ad literam, quia, ꝙ appellatione fratris veniat frater patruelis, litera omnino non repugnat, vt dicit Io. And. & alij, in locis præal. Videtur, ꝙ filij fratris patruelis, qui sunt expresse vocati, excludant vigore dicti statuti do. Valentinam. Quarto principaliter pro eadẽ parte facit statutum positum sub rub. inquantum, & qualiter mater, &c. in quo disponitur, ꝙ consanguinei paterni pro duab. partibus excludant matrem, auiam paternam, & auiam mater-
12 nam defuncti. Et quamuis † exclusa matre, vel auia materna non intelligatur exclusa do. Valentina illis non existentibus in medio, quia non est cognata ex persona earum, vt concludit Bal. & Ang. & Mod. in l. illam. C. de collat. & Pau. de Cast. in l. si defunctus. C. de leg. hær. Tamen quia est neptis auiæ paternæ, & sic defuncto coniungitur ex persona dictæ auiæ, videtur, ꝙ excludatur pro dictis duabus partibus, siue auia sit in medio, siue non, per no. per Pau. de Cast. in d. l. illam, cum quo, quantũ ad hoc, trãsit Alexã. dũ concludit, ꝙ exclusa matre ꝑ agnatos masculos, intelligitur exclusa omnis alia persona, quæ per matrem tñ defuncto cõiungitur, quia exclusa radice, intelligitur excludi quicquid inde producitur, ut ibi latius ꝑ eos, ergo exclusa dicta auia paterna, uidetur excludi filia eius mater Valentinæ, & ꝯñr d. Valentina, tanquam trahẽs originem a radice excisa, i. ab ipsa auia per statutũ exclusa. Nec dicatur, ꝙ exclusa matre non intelligitur exclusa soror defuncti, & tamen trahit originem a matre exclusa, cuius & ipsa est filia, ut consuluit collegium Perusinum, quod consilium habetur inter consi. Ang. nu. 210. inci. Statutum supradictum. Et idẽ voluit Imo. in cõsi. inci. In casu ꝓmisso, &c. ut refert Alex. in d. l. illã. & Pe. de Anch. in c. canonũ statuta. circa fi. ver. inter consilia, q̃ habeo de constitutionib. ꝙ no. Bal. in l. quicunq;. C. de ser. fug. Quia responsio colligitur ex dictis Alex. in cõsi. 80. præall. ubi dicit, ꝙ ideo dictis casib. ad exclusionẽ unius nõ sequitur exclusio alterius, quia erãt pares in gradu cũ persona exclusa, & idem si essent priores. Sed ubi sunt inferioris gradus, sicut est Valentina, nõ est tunc de illa mentio necessaria. Et tanto magis cum auia paterna sit agnata, & Valentina cognata. Pro hoc facit, quod nota Rapha. & Alexan. in dicta l. 2. C. de in ius voc. & superius retuli. Et etiã hinc videmus, quòd si testator excludit propriã filiam,

filiã, magis vr̃ exclusisse neptẽ ex filio, vt concludit Pa. de Ca. in cõs. 82. inc. Iste casus, &c. Raph. in l. 1. C. de cõd. inser. ar. d. l. si viua matre, & quia faciẽda est interpretatio, ne sequatur absurdũ, ꝙ minus dilectus sit melioris condõnis, quam magis dilectus, arg. l. Publius. §. fi. de cond. & dem. & per no. ꝑ Bar. in l. Gallus. §. et si parẽte. ff. de lib. & posth. dum refert Bar. q. Rich. Malum. Nec etiam iuuat dicere, ꝙ statutum præferat consanguineos paternos, quibus hæreditas defertur de iure sine testamẽto, inter quos vr̃ esse d. Valẽtina, quia, vt supra dixi, masculinum hoc casu nõ concipit fœmininum, & maxime stantibus alijs statutis ꝓhibẽtibus interpretationes & volẽtibus illa intelligi ad literam, & vt sonant, & ꝙ hoc fieri nõ possit ex ꝓpria significatione, manifeste colligitur ex no. ꝑ Bar. in l. 1. ff. de ver. sign. cum suis concõ. Et dato, ꝙ intelligeretur etiam de fœminis, tamẽ loquitur tãtum de agnatis, cum loquatur de consanguineis paternis, ut patet ex prædictis & hoc in specie vult Bal. in cõsi. 65. inc. Filia dictæ concubinæ. in 4. vol. Non enim intelligi potest de consanguineis strictissime, i. de fratrib. primi gradus, quia ex principio statuti cõstat, ꝙ de illis non intellexit, q̃a loquitur de eo, qui decesit nedum sine ascendẽte, vel descẽdẽte, sed etiã in illo, qui decessit sine fratre. Præterea vocat eos vsq; ad quartum gradum, igitur patet, ꝙ loquitur simpliciter de agnatis, de cognatis uero non, qui consanguinei non sunt, nisi largissime. quæ significatio capi nõ potest, ex quo uerba verificari possunt magis ꝓprie, arg. l. si serui uestri. C. de noxa. & in c. cum dilectus. de consue. Et hoc etiam procedit, quãuis ex cõi usu loquendi uenirẽt appellatione consanguineorum, quia, ut prędixi, ille attẽdi non dẽt stante statuto reijciẽte omnem intellectum extrinsecum. Nam sunt in esse, quæ rem uidetur reddere difficilem omissis quibusdam alijs leuioribus, & non necessariis. Sed tamẽ præmissis non obstantibus contrariã sẽtẽtiam puto ueriorem. Et sic, ꝙ ab intestato do. Valẽtina potior sit in successione d. Io. Ant. Nam de iure communi est certum, cum in gradu antecedat agnatos masculos, ut est tex. in §. si uero neque fratres. & in §. nullum. in auth. de hæ. ab intes. ueni. Cum ergo ipsa de iure communi habeat fundatã intẽtionẽ sola uis est in respondẽdo allegatis in oppositum. Non ob. igitur in primis, ꝙ do. Valẽtina non includatur sub primo capite statuti positi sub rub. ꝙ ad successionem decedẽtis sine testamẽto, &c. quasi, ꝙ agnatos tãtum includat, quãuis loquatur de eo, qui reliquit agnatos, uel cognatos a parte patris, ꝑ tex. qui hoc mõ loquitur in §. 1. inst. de leg. agn. tu. quia quamuis in quibusdam libris tex. dicat, agnati, vel cognati, &c. tamẽ talis text.
13 est corruptus, † & in aliis dicitur, sũt autem agnati cognati, &c. sine alternatiua, vel, & in quãtum ibi ꝓbari uidetur. ꝙ cognatus ex parte patris dicitur agnatus, respõdetur, ꝙ omnis agnatus dicitur ex parte patris, & hoc probant dicta iura. sed nõ cõuertitur, quia omnis cognatus ex parte patris non dicitur agnatus, vt patet in fratre emãcipato, qui est cognatus ex parte patris, & non agnatus. Et hoc probatur in l. iurisconsultus. §. i. de gradibus, q̃ uult, ꝙ cognatus per patrem dicitur agnatus, si sit ex eadem familia. Ergo aperte innuit, ꝙ sit dare cognatum per patrem, qui non sit ex eadem familia, & sic non sit agnatus. Et idem clarẽ probat tex. in §. 3. gradu. in ea. l. ubi dicitur, quod frater uterinus patris mei dicitur patruus meus, & sic dicit mihi coniunctus per patrem, quia, ut declarat tex. ibi, patruus dicitur quasi pater fratris, & tamẽ cognatus est, & sic constat, ꝙ est dare cognatum per patrem, qui non est agnatus. Nec obs.
14 ꝙ † alternatiua posita inter genus & speciem requirat concursum qualitatum, inter quas ponitur in eodẽ subiecto, quia hoc non procedit, si illud genus potest capi etiam, ut species separata ab altera, sicut est uerbum illud cognatos, ꝙ in specie separata ab agnatis capi potest, & ut genus, ut notabiliter declarat Bar. in l. pediculis. §. argẽto, de auro & arg. l. pro quo facit, quia ubi unum & idem uerbum stare põt, ut gñs & spẽs, in dubio capitur ut spẽs. c. Rodulphus. & ibi no. d. Ab. de rescriptis. facit etiam, quod no. Bart. in l. hoc legatum. de l. 3. Nec etiam obst. dum dicebatur ex rub. colligi, ꝙ intellexerint de agnatis tãtum
15 quia † immo ipso nigro declaratur ipsa rubrica, quæ est magis ambigua & æquiuoca. Et sic cum loquatur clare de cognatis, comprehẽditur. ꝙ uerbum, consanguinei, de quo in rubrica, capitur largissime, iuxta no. in d. l. cum quidam §. quod dicitur. de acq. hę. Similiter non ob. finis statuti exponẽtis tãtum, qui dicãtur agnati, quia licet de agnatis tãtum loquatur, tamẽ idem etiam intelligitur dixisse de cognatis, de quibus in principio dixerat, & ad cuius principii interpretationem uenit finis di-
16 cti statuti, quia † quicquid dictum est in lege interpretata, censetur repetitum in l. interpretante. §. fi. in auth. de filiis ante dota. instr. natis. & in l. nihil. & ibi no. Bar. de coniung. cum emancip. lib. Et ita in proposito declarat Are. in l. cum filio. de leg. i. cir. l. acquiritur. in prin. de acqu. rer. do. dicẽs, quod uer. sequẽs. qui uenit ad interpretationem principii, quamuis loquatur tãtum in filio, hẽt etiam locum ĩ seruo, de quo principium dictæ legis loquitur. Facit etiam, quod no. Bar. in d. l. cum filio. dum dicit, ꝙ ex quo principium illius legis loquitur tã in filio, quã in seruo, & in filio tantum prosequitur, intelligitur etiam prosequi in seruo, argu. leg. i. C. de diuer. rescript. Item non obstãn. notab. per Ange. in consilio. 282. qui uelle uidetur quod statutum simpliciter proferens coniunctos ex parte patris, intelligatur de agnatis tantum, quia immo Angel. ibi apertissime, adeo, quod per alium hoc clarius non exprimitur, con-
17 cludit, quod † frater uterinus patris defunctæ personæ dicatur coniunctus defundo ex parte patris, & quod uerba statuti loquentia de coniuncto ex patris, illum comprehendant ex proprietate sermonis. Sed in casu suo verba illa restringuntur, ſm eum, ad agnatos, quia in multis partib. statuti, & etiam ex alijs constabat clarẽ, ꝙ statuentes uoluerunt cõsulere agnationi defuncti, & illam conseruare, & sic cum de mente constaret, verba impropriantur, quæ ratio cessat in casu nostro, quia ex hoc statuto constat apertẽ, ꝙ hoc non est prouisum in fauorem agnationis conseruandæ, ex quo vocat etiam fœminas, per quas agnatio non potest conseruari. d. l. pronunciatio. §. familiæ. de ver. sign. Et in proposito ita etiam considerat Ale. cõs. 115. i. vol. Itẽ vocat cognatos expresse, ꝙ nõ erat ĩ casu Ang. & iõ in casu nostro est a verbis recedẽdũ, cũ de contraria mente nõ appareat. Et hoc mõ responderi põt ad cons. Bal. de quo faciunt mentionem Moder. in d. l. oẽs populi. uolentis, ꝙ filius amitę dicatur coniunctus ex parte matris. Nam hoc non potest procedere, ubi ex aliquibus apparet, statutum habuisse respectum ad agnatos, & ad agnationis conseruationem, prout dictum est, dixisse Ange. in consi. pręall. Præterea, ut etiam dixi, non loquitur statutum nostrum simpliciter de coniunctis, sed specifice de cognatis ex parte patris, quo casu negari non põt, quin comprehendatur filius amitæ, quia verba statuti sunt clara, & constat non emanasse ad conseruationem familiæ defuncti. Confirmantur etiam prædicta ex his quæ dixit Pau. de Ca. in consi. 418. inci. Quod illa mater, &c. in 2. vol. ſm nouam im-
18 pressionem, vbi vult, ꝙ † descendens ex fœmina, q̃ defuncto coniungitur per patrem ipsius defuncti dicatur ꝓprie coniunctus ex latere patris. Et quamuis velit non comprehendi sub statuto loquente de attinentibus masculis ex latere patris, hoc procedit, secundum eum, quia ex quo statutum loquitur de masculis, patet, ꝙ mens illius fuit conseruare agnationem, quę conseruari non potest per descendentes ex fœmina, qui sunt cognati. Et sic vult, quòd ita demum verba prædicta non comprehendat cognatos coniunctos per patrem defuncti, quando ex coniecturis constat statutum de agnatis sensisse, quod vtique non constat in casu, vt dixi, quòd consilium allegant etiam primi consultores, quamuis hoc modo non deducant. Insuper non ob. dum dicebatur, quòd intelligendo primum caput statuti de cognatis, sequitur absurdum & iniquum, qđ cognatus remotior ex parte patris pręferatur fratri vterino, quia lex quãuis dura seruanda est, ex quo verba sunt clara. l. prospexit, qui & a quibus. Et postquam sic placuit statuentibus, aliud non est inquirendum, sed sufficit pro ratione uoluntas, vbi alia rõ in legislatore non potest reddi, ut no. gloss. in §. quòd autem. inst. de vsucap. Non ob. dum dicebatur, quòd do. Valentina comprehendebatur sub secundo capite dicti statuti exclusiuo attinentium ex parte matris, quia dictum caput intelligi debet de attinentibus ex parte matris ipsius defuncti, & non matris de cuius inclusione, vel exclusione agitur, quòd apparet ey eo, ꝙ simpliciter loquitur statutũ de attinentibus ex parte matris. In dubio autem intelligi dẽt de matre defuncti, quia
19 † vbicunque verba referri possunt ad defunctum & ad hrdẽ, in dubio referri debeant ad defunctum, ut est tex. iuncta glo. & ibi Bart. & alii no. in l. ex facto. in princip. ad Trebell. & est

tex.& ibi Bar.in l.cum in testõ.de aur.& arg.le.quem dicit, ꝙ si testator & hrs erant Docto.& grauetur quis præstare libros suos alteri,quod intelligitur de libris testatoris,& non hęredis Hoc ēt probatur in l.Gallus.§.& quid si tm̃.& ibi no.Are. de libe.& posth.Et est optimus tex.in l.debitor.in prin.ad Tre.vbi dicit tex.quod hæres fuit grauatus restituere hæreditatē filiæ suæ,& exponit,i.testatoris.Nec ob.qđ illa verba indefinita,videlicet† ex parte matris,intelligi dēant de matre tam defuncti quã illius,qui vult admitti,quia in odiosis,puta in exheredatione,indefinita nõ æquipollet vniuersali.l.2.& ibi no.Bar.& omnes,de lib.& posth.& Bar.& alii,in l.si pluribus.de l.2.ꝑsertim quando ꝓfertur in singulari,secũdum Are.in d.l.2.Cum ergo statutum hoc in capite exclusiuo sit odiosum, ut concludunt omnes,in l.2.C.de in ius voc.& dicatur continere quãdam exhæredationem respectu exclusorum,secũdum Bar.in l.si defũctus.C.de suis & legi.dicendum est, quòd dicta indefinita uniuersali non ęquipolleat,sed vecificetur tm̃ in coniunctis ex parte matris defuncti. Et casu quo in dubio non dēret magis deferri ad matrem defuncti,quam alterius,dico,quod nullus cognatus remaneret exclusus,& statutũ esset elusorium, quia ex quo ratione odii uniuersalis æquipollere non dēt, vt dictũ est sed verificari posset tm̃ in matre, vnde non subesset rõ, quare magis de matre vnius,quam de matre alterius intelligi posit. Et hoc est de mente Bar.in d.l.omnes populi. in 6.q.in princ. dum dicit,indefinitam prolatam a statuto uniuersaliter capi, si in omnibus casibus subsit eadem rõ,aliàs, dicit ipse, statutum esset elusoriũ,quia qua rõne vnũ non includeret,ita nec aliud. Ita ergo nõ referretur magis alternatiua in casu nostro ad vnũ quam ad alterum,cum verificari posit rõne odii in matre vniꝰ tantum,& non in matre plurium, rõne incertitũs dispõ statuti remaneret elusoria,& sic nullus cognatus reperiretur exclusus

21 Nec prædictis ob.ꝙ alternatiua† prolata a lege indistinctè ęquipolleat vniuersali,sm̃ Bar.in l.si pluribus.de lega.2.quia loquitur Bar.eo casu,quo lex non esset vniuersalis,sed particularis, si nõ caperetur uniuersaliter,sicut est in lege,uel in statuto indefinite loquẽte de homicida,uel de adultero,quia intelligi dēt de omni sic delinquente,nõ aũt de uno,uel duobus. Sed in casu nostro quamuis statutũ indefinite loquens de matre,intelligatur de matre defuncti,& non uolẽtis succedere,tamẽ est uniuersale comprehendens omnẽ matrem cuiuslibet morientis, & attinẽtem per ipsam.Cum ergo uno respectu stet uniuersaliter,non dēt alio respectu capi uniuersaliter,i.vt comprehendat ēt matrem uolentis succedere,ex quo materia est odiosa.d. l.2.Et per hoc non desinit statutum esse gñale. Et sic cesśat rõ Bar.in d.l.pluribus. Sed hoc non est necessarium dicere,quia, prout prædixi, in dubio lex interꝑtatur intelligi de matre defuncti tm̃,quod etiam tenet Pau.de Cas.in terminis nostris in consi.6.in 3.uol.inc.Super dubio,&c.secũdum nouam impres-

22 sionem,dicẽs si† statutum excludit attinentes ex linea materna,intelligi dēt.i.matris ipsius defuncti, de cuius successione agitur.& iste est uerus sẽsus,dicit ipse. Et quamuis ibi finaliter concludat cõtra attinẽtes matris defuncti,hoc tamen non facit uigore prædicti statuti,sed alterius.Et ex prædictis clare patet rñsio ad cõsi.Bar.10.quia in casu Bar. statutum, quod loquebatur de attinẽtib.ex linea materna, nõ erat odiosum, sed potius fauorabile, & ideo illa indefinita nõ solum matrẽ mulieris contrahere uolẽtis, sed etiam matrem uolentis consẽsũ præstare,& sic omnes cognatos includit. & sic stat uniuersaliter,ex quo in omnibus casibus est eadem ratio,& materia non est odiosa,ut declarat Bar.in d.l.omnes populi. Præterea in primo capite inclusiuo statuti expresśè uocantur cognati ex parte patris defuncti,inter quos,ut dictum est,comprehẽditur d. Valetina.ergo indefinita posita in capite exclusiuo non potest eam comprehẽdere,quæ consideratio cesśat in casu Bar.in consi.quoniam in casu suo ex alio statuto, uel alio capite eiusdem nõ constabat,ꝙ a sermone indefinito esset excepta persona de qua ibi agebatur.Alia insuper ratione do.Valẽtina nõ excludi

23 tur ex dicto capite,quia† negari nõ põt,quin sit coniuncta de functo non solum ex parte matris suæ,sed etiam ex parte patris defuncti.Statutum ergo excludẽs illos, q̃ sũt ex parte matris, non cõprehẽdit coniunctum ex parte patris, & matris simul, & sic casũ mistũ,quia statutum loquẽs de simplici, nõ hēt locum in casu misto,ut est de mente Bar.in l.certi condõ. §. qm̃ igitur.si cer.pe.& Bal.in l.omnes populi.20.col.de iust.& iure. & idẽ tenet Ang.in l.si ita scriptum.de lib.& posth.Im.in l.qui fundũ.in prin.ad l.Fal.& ꝑ Ale.in d.§.quoniã.& in l.2.in prin. de uerb.ob.& hoc magis procedit, ex quo in capite exclusiuo non est facta mentio nisi de uno simplici,quo casu sub illo nũquam uenit casus mistus, nisi de illo casus mistus magis participaret. l.quæritur hermaphroditum.de sta.hom.quod in dubio non præsumitur,sed magis,quod participet de simplici magis fauorabili.l.1.§.fi.cum gl.ad l.Aqu.& per Ale.in prĩ. d.l.2. & sic in casu nostro præsumendum est, ꝙ magis dicatur coniũctus defuncto ex parte patris eius,quia istud est fauorabilius, ne a debita successione excludatur. Item non ob.dum dicebatur,quod in dubio intelligi non potest de coniunctis ex parte matris defuncti, quia illi iam erant exclusi per aliud statutum excludens dictam matrem defuncti, quia licet ex illo statuto, ex quod excluditur mater, dicerentur exclusi, qui per matrem tantum coniunguntur, tamen excludebantur per consanguineos paternos, & sic per agnatos masculos solum, ut dixi supra: at statutum hoc his cognatis ex parte matris defuncti præfert non solum agnatos, sed etiam cognatos ex par parte patris,& nedum masculos,sed etiam fœminas. Non obstant quoq. dum dicebatur, quòd do. Valentina poterat non solum dici cognata ex parte patris defuncti,sed etiam coniun-

24 cta defuncti ex parte matris suę. Ideo † attendi debet regula prohibitiua,& ꝙ nocet,quia in casu nostro prædicta cesśant, ex quo,ut probaui,in dubio verba ambigua secundum iuris interpretationem referri debent ad defunctum, & ad matrem eius. Et sic concluditur rectè, ꝙ statutum excludens coniunctos ex parte matris,debet intelligi, id est, matris defuncti, & non matris illius,qui intẽdit succedere. Et ex hoc necessario infertur, quod etiam si statutum in primo capite agnatos tantũ uocaret & præferret, ꝙ adhuc do. Valentina non esset exclusa,quia dicti agnati tam masculi quam fœminæ dicerẽtur præferri cognatis defuncti ex parte matris dicti defuncti, inter quos dom. Valentina non connumeratur, sed inter cognatos ex parte matris suæ, & ex parte patris defuncti, quibus dicti agnati præferuntur. Nec dici potest, si solum agnati dicerentur vocati,quod mens statuti fuerit,omnes cognatos excludere rõne cõseruandæ agnationis.Quia,vt dictũ est,ex quo agnatas etiam fœminas præferret, non dicitur statutum habuisse dictum respectum. Nec etiam prædictæ conclusioni obstant not.per Barto.in d.l.2.§.videndum.ad Tertul.quia decisio sua non est vera,vbi persona exclusa non est in medio,nec per eam tantum alia persona non nominata in statuto, & de cuius exclusione agitur, sicut est domina Valentina, quæ coniungitur defuncto,vt no.Doct.magis communiter in d.leg. illam.C.de coll.Non obs. dum secundo principaliter dicebatur,quod al-

25 ternatiua† posita inter agnatos, & cognatos inter quos cadit affectio, denotat ordinem successiuum, quia esto,quòd istud sit verum,talis ordo datur.qñ tractatur de exclusione attinentium ex parte matris,non autem quando agnati & cognati ex parte patris adinuicem contendunt. Non enim sequitur concurrente coniuncto ex parte patris, puta fratre uterino, & agnato, atque cognato ex parte patris agnatus etiam remotior præfertur,ergo si concurrat cum cognato ex parte patris proximiore,debet præferri,sicut in casu nostro contingit, quia agnatus contendit cũ do.Valentina cognata proximiore ex parte patris defuncti,ut aperte probatur in l.2.§. si sit agnatus. ad Tertul.ubi dicitur,quod extante patre,qui se dedit in adoptionem,& matre ac agnatis defuncti, mater succedit, quia agnati remouent ei obstaculum patris,& tamen si mater cum solo patre concurreret, non excluderet patrem,sed ipsa excluderetur a patre,ut in §.obijcitur.ead.leg.Ad idem est text.in leg.æquissimum.eod.titulo.ubi dicit.quod si concurrat auus, pater, & mater, quod auus præfertur, quia pater remouet ei obstaculum matris.& tamen si auus concurreret cum matre tantum, matrem non uinceret,sed uinceretur a matre. Ita ergo in proposito, quamuis agnatus præferatur cognato ex parte patris, quando concurrunt cum attinẽte ex parte matris defuncti, tñ non dēt ꝑferri, si contendat cum solo cognato ex parte patris defuncti,sed excludi dēt, si est in gradu remotiori. Nec huic responsioni ob.dum dicebatur,quod sicut agnatus præfertur cognato ex parte matris defuncti,ita dēt præferri cognato ex par-

parte patris, maxime si sit remotior, quia hoc contingere posset, vt dictum est, quãdo ille cognatus ex parte matris viueret, sed vbi non superstit, cessat illa regula, si vinco uincẽtem te. &c. quia ex quo non adest, non vincitur, vt declarat Bald. & alii in d. l. illam. & Pau. de Ca. in l. si defunctus. C. de suis & legi. Et q̃a in casu nostro constat, cognatum ex parte patris fuisse a statuto magis dilectum quam cognatum ex parte matris, cum excludat illum, & illi præferatur saltem nullo agnato superexistente. Allegata ergo in oppositum loquuntur, & procedũt duntaxat quando non apparet, ꝙ persona non nominata, quando de exclusione tractatur, sit magis dilecta per statutum, quam persona expresse exclusa. Sed quando constat, ꝙ fuit magis dilecta, sicut in casu nostro, cessant cõtraria, & rationes in quib. fundãtur. Et per hoc patet responsio ad no. per Rapha. & Alex. in l. 2. C. de in ius vocand. & in l. si mater. §. fi. de vul. & pup. & ad l. si viua matre. C. de bonis mater. ad quæ etiam responderi potest aliter, ut infra, circa finem dicetur. Nec ob. dum tertio principa-
26 liter contra do. Valẽtinam allegabatur statutum, per† ꝙ soror excluditur a fratre, & a filio fratris, ꝙ intelligi debet etiam de fratre patruele, & de filio eius, ex quo agitur de excludenda sorore patruele, quia si frater patruelis veniret ad exclusionem dictæ sororis, allegata in contrarium possent obstare, uel filius fratris patruelis concurreret cum descendente ex dicta sorore quib. casib. vnus non esset altero proximior, & esset eadem rõ excludẽdi, quæ militat inter fratrem & sororem primi gradus. Sed in casu nostro filius fratris patruelis concurrit cum sorore patruele, quę est in gradu proximior, & ideo appellatione filij fratris isto casu debet intelligi de filio fratris primi gradus, q̃a ratio, quæ est in illo, non habet locum in filio fratris patruelis, cum remotior sit ipsa sorore patruele, frater autem primi gradus & filius eius sit proximior. Et ideo qua ratione uolunt do. in locis in contrarium allegatis, quod ubi agitur de exclusione sororis primi gradus, appellatione fratris non ueniat frater patruelis, qui remotior est, eadem ratione quando agitur de exclusione sororis patruelis, appellatione filii fratris intelligi debet de filio fratris primi gradus, qui est proximior, non de filio fratris patruelis, qui est remotior, & in quo non est propter hoc eadem ratio, quæ est in filio fratris naturalis, ut not. Bald. in l. quod uero. de leg. & Ale. in consi. alleg. in contrarium. Nec istis obstat, quòd filius fratris primi gradus excludit sororem primi gradus expresse ex prouisione statuti, ꝙ etiam procederet, si statutum de fratre tantum loqueretur per not. per Bart. in l. liberorum. de verborum significati. & Bal. in d. l. 3. C. de in ius uocand. cum concordan. de quibus ibi per Alex. in quibus locis concluditur communiter, si statutum præferat filium masculum fœminis, ꝙ etiam habebit locum in nepote ex filio, & tamen filius dicti fratris remotior est ipso fratre & ipsa sorore. Quoniam filius sororis succedit in locum sui patris, & personam eius repræsentat, cum agatur de successione aui uel patrui sui auth. post fratres. C. de legiti. hære. & sic est in eo gradu, in quo frater & soror primi gradus, & consequenter in eo habet locum ratio, quæ militat in ipso fratre. Sed filius fratris patruelis ipsius defuncti non repræsentat personam sui patris, nec in eius locum succedit quantum ad successionem, de qua agitur, ut no. in d. auth. post fratres. & per Doct. & per Bart. in l. 3. & Cyn. in auth. cessante. eo. ti. & per Pau. de Cast. in authen. defuncto. C. ad Tertu. & per Io. And. in addi. Spec. in tit. de test. §. j. uersi. nunc de collateralibus, &c. in addi. magna, uers. sed fuit alia quæstio, &c. Et sic relinquitur, ꝙ cum tractetur de exclusione sororis patruelis, ꝙ appellatione filij fratris intelligitur de fratre primi gradus, & non de filio fratris patruelis, qui est remotior sed tunc de illo intelligi possint, quando concurreret cum descendente ex ipsa sorore patruele, cum qua esset in eodẽ gradu, & sic esset eadem ratio in eo, quæ est in fratre & in filio fratris primi gradus, quando agitur de excludenda sorore eiusdẽ gradus, & quæ ẽ inter fratrẽ, & sororẽ patruelem. Et ista est vera responsio. Ad vltimum uero, in quo adducitur statutum excludens auiam paternam extantibus agnatis mascu-
27 lis, per quod dicebatur† etiam excludi do. Valentina, quæ descendit ab ea, per not. per Pau. de Cast. & Ale. in d. l. illam. C. de collationibus, quia prędicti loquuntur in illis, qui coniuncti erant defuncto mediante persona tantum exclusa, & non per aliam personam. quo casu, ex quo radix est totaliter sublata dicitur etiam remoueri, quicquid inde producitur. Sed in casu nostro do. Valentina non tantum descendit ab auia paterna exclusa, sed etiam ab auo paterno non excluso, & iõ magis in cõsideratiõne dẽt esse. ꝙ descendit ab auo excluso, quam ab auia exclusa: ꝙ patet, quia filii ipsius aui, inter quos fuit mater do. Valentinæ, genus paternum & non maternum sequũtur, & agnati dicuntur inter se propter coniunctionem descendentium a patre, & non cognati, quamuis etiam coniungantur matre. Patet ergo, quod radix descendens ab auo potentior est, quam illa, quæ descendit ab auia. Quamuis ergo vna radix tantum sit pręcisa, ex quo tamen altera fortior uiget & adest, illa sufficere debet ad inclusionem attinentium do. Valentinæ, arg. no. in §. affinitatis. instit. de nupt. & in l. si uentri. §. in bonis. de priuile. credi. cum simi. Non debet ergo excludi do. Valentina, quamuis remotior, non superuiuente matre, vel auia exclusa, vt p Doct. in d. l. illam. Si autem superuiueret, tunc secus, quo etiam casu loquitur Alexandr. in consi. in contrarium allegato. Non
28 obst. dum dicebatur, quod † fieri debet extensio, ne sequatur absurdum, quod melioris conditionis sit minus dilectus, quã magis dilectus, quia ex quo persona exclusa non superuiuit, falsum est, quod sit deterioris cõdõnis, sicut in simili dicit Pau. de Cast. in d. l. si defunctus. dum respondet ad regulam, si uinco uincentem te, &c. Vel secundo dico, quod contrarium procedit, quando uerba dispositionis aliquo modo, saltem improprie, comprehendere possunt casum omissum, quia tunc fit extensio ad euitandum dictum absurdum. Et hoc casu loquitur Bart. in d. §. etiam si parente. & Raph. in d. l. 2. de in ius uoc. Et ita de verbis statuti expresse declarat Bald. in d. l. quod uero. & de uerbis testatoris idem clarius dicit Paul. de Castr. consilio 351. incipien. Pręsens dubium, &c. per not. in leg. in ambiguo, per Barto. de rebus dub. & ita etiam uidi consultum per domi. Alexan. consilio, incipien. Circa primum dubium, quo quæritur, &c. quod consilium credo non esse impressum. Ex quibus omnibus concludo, dict. dom. Valentinam in successione ab intestato, præferri debere filiis fratrum suorum patruelium. Laus Deo.

Ruinus Papiæ.

¶ Soror dotata a patruo, an excludatur ab eo a successione sororis, stante statuto, quod dotata a patre uel patruo, &c. nõ succedat alicui eorum, etiam non dotantium, nec descendentibus ex eis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis causa datum demonstratur, ex quo in instrumento dicitur pro dote, &c. quandoque tamen denotant quandam monitionem nu. 8.*

2 *Filia dotata, ut non succedat patri ex forma statuti, debet esse dotata, cum de successione tractatur.*

3 *Dotem constituens, siue patruus, in dubio censetur de proprio cõstituere, etiam si dicat computato eo, quod ex bonis maternis debetur, uel bonis paternis.*

4 *Statutum in capite exclusiuo licet aliquos expresse non excludat tamen excluduutur in capite inclusiuo, ex quo nulla de eis fit mentio.*

5 *Patruus quando excludat ex forma statuti sororem a successione sororis.*

6 *Soror non dicitur exclusa a successione sororis per statutum, ex quo sit exclusa mater, auus, & auia materna.*

7 *Dos quando censeatur data de bonis proprijs ipsius dotatæ.*

9 *Per inclusionem agnatorum an censeãtur exclusæ feminæ agnatæ a statuto.*

CONSILIVM XVI.


N ciuitate Camerini extat statutum sub rubr. de dotibus & dotatis mulierib. &c. in quo extat capitulum huius tenoris, uidelicet, Item statuimus & ordinamus, quod si qua mulier fuerit uel erit dotata a patre, vel a matre, vel auo, vel auia paterna, vel fratre carnali, vel patruo carnali, non possit ipsa mulier dotata, nec descendentes ex ea reuerti ad hęreditatem uel successionem prædictorum, nec alicuius eorum dotãtium, vel de-

scenden-

ſcendentium ab eiſdem, uel aliquo prædictorum, per lineā maſculinā, quouſq; ſuperuixerit aliquo prędictorum, vel deſcendētiū ab eiſdem, vel ab aliquo prædictorum per lineā maſculinā &c. Quæritur ergo, utrum ex hoc capite dicti ſtatuti ſoror excludatur a ſucceſsione ſororis pmortuæ extante patruo, a ſoror ſuperuiuens dicitur dotata. Et prima facie videtur dicendū ꝙ ſic, quia ſtatutum vult, ꝙ quando mulier eſt dotata a patruo, non poſsit ſuccedere patri, nec alicui deſcendenti ab illo, quouſque ſuperuixerit aliquis maſculus de prædictis nominatis in ſtatuto, inter quos eſt dictus patruus. Quia igitur Martia, ut aſſeritur, reperitur a patruo dotata tempore mortis Fauſtinæ ſororis ſuę, de cuius ſucceſsione agitur, dicēdum uidetur quod Martia excludatur a patruo a ſucceſsione ſororis, ex quo excluderetur a ſucceſsione patris & aliorum deſcendentium, quādo eſt dotata a patruo. Et ꝙ fuerit Martia ab illo dotata, ſatis conſtare videtur ex inſtrumento tranſactionis factæ inter illam & patruum, dum in illo dicitur, quod promiſit d. Martiæ florenos bis mille & quingentos pro dote pręfatæ do. Martiæ, & pro omni portione, & rata, quę ad ipſam pertinere & ſpectare poſſet de bonis, ſucceſsione, & hæreditate do. Alouiſii quondam patris ſui, & de bonis communibus inter dictum quondā Anlouiſium & Hieronymum, &c. Ex quo uerbo, pro dote, &c. ap-
1 paret † quod ex titulo & ex cauſa dotis fuit facta dicta promiſſio, ut probatur in rubro & nigro, de vſucapio. pro dote. Et ſi dicatur, quod Hieronymus patruus non dotauerit de bonis propriis, ſed de bonis Anſouiſij fratris, & ipſius Martiæ, quæ patri ſucceſsit, ex quo tempore mortis patris aliquo non repe-
2 riebatur dotata, & prout eſt neceſſe, quòd † ſit dotata tempore delatæ ſucceſsionis, quando ſtatutum excludit filiam dotatam a ſucceſsione patris, ſecundum Barto. in conſi. xxj. Quidam deceſsit inteſtatus, &c. & Bal. in l. ſi plures. C. de cōdi. inſer. & Pa. de Caſt. in l. Titio centum, §. Titio genero. de condi. & demon. Nihilò minus dicta reſpōſio nō videtur congrua, quia patruus in dubio videtur dotaſſe de proprio. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoris actio. Et hoc procedit quamuis ſubiungatur, & pro omni portione & rata, quæ ad ipſam ſpectare poſſet ī bonis & hæreditate Alouiſij patris ſui, &c. Nam pater etiam tunc in dubio præſumitur dotaſſe de bonis proprijs & non de bonis filiæ l. fi. C. de dot. promiſ. niſi expreſſe dixerit ſe dotare de bonis filiæ. Quid ergo ſi dicat ſe dotare filiam computato omni eo, qđ
3 filiæ debetur ex bonis tam † maternis quam paternis an tunc uideatur ſolum de bonis ſuis dotaſſe. Et dicunt Moder. Peruſini. quòd ſic, in trac. de dot. in 6. parte. in quinto ſpeciali, per d. l. fi. quam inducunt, & dicunt ita fuiſſe conſultum per Docto. Peruſinos. Idem ergo eſt dicendum in caſu noſtro, vt videatur patruus dotaſſe de proprio, non obſtantibus dictis verbis, & perinde ac ſi dicta uerba non fuiſſent expreſſa d. §. accedit. Et pro hoc facit, quod not. Bald. in d. l. fin. C. de dotis promiſ. ubi quærit quid ſi frater dedit in dotem pro ſorore rem communem cum illa, an videatur partem ſuam donaſſe, vel animo rehabendi in diuiſione. Et concludit poſt Cy. quod uidetur donaſſe, niſi bona mulieris adminiſtraſſet. Et idem tenet ibi Sal. Ex alio etiam capitulo dicti ſtatuti uidetur do. Martia ſoror ex-
4 cludi per patruum, in quo dicitur, & † ſi dictę mulieres morerētur ſine filijs ab inteſtato matre ſuperſtite, vel ea non extante, ſuperſtite auia materna uel auo materno, eo caſu ſolum legitimam debeant habere mater, vel auus, uel auia prædicta, in aliis bonis ſuccedant fratres & filij fratrum maſculi, ubi ſuperſunt, & patrui, & filii patruorum maſculi excluſa matre, vel auo, uel auia prædictis, præterquam in legitima, quouſque aliquis ex ſupradictis maſculis ſupererit, &c. Quamuis ergo ſoror non ſit nominata in capite excluſiuo dicti ſtatuti, nec per illud excludatur, excluditur tamen per caput incluſiuum, in quo nominatim uocantur ſuperius nominati, quia per incluſionem illorum videntur omnes fœminæ excluſæ. l. cum prætor. de iudi. ſecundum Bartol. in l. 2. §. uidendum ad Tertul. Et idem etiam vult Barto. in l. liberorum. de verb. ſignifi. col. pen. ver. de fauore alterius, &c. ubi dicit, quòd ſi ſtatutum excludit filias ex tantibus filiis maſculis, quòd licet nepos ex filia nō excludatur ex illis uerbis, videlicet, filia fœmina non ſuccedat, &c. excluditur tamen ex illis alijs verbis, extantibus filijs maſculis, quia uidetur etiam alios excludere d. l. cum prætor. & maxime quia ī hoc ſtatuto in capite incluſiuo ponuntur fratres & filij fratrū maſculi, unde uidetur ſoror excluſa per ſuperexiſtentiam fratris maſculi, per no. vbi ſupra. Ergo & per patruū, quia omnes ponūtur ſub eadem determinatione, quæ dēt eſſe æqualis quo ad illos. l. iam hoc iure. de vul. & pup. Nec uidetur obſtare, qđ collegium Peruſinum in quodam conſi. ꝙ eſt inter conſ. Ang.
5 nu. 210. Statutum ſupra dictum, &c. videatur † velle, ꝙ ſoror non excludatur a patruo per ſtatutum illud, ꝙ extante patruo mater non ſuccedat, cum quo tranſit Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. de conſti. circa pen. char. ver. quid ſi ſtatutum, &c. quia non loquuntur prædicti, quando per ſtatutum in capite incluſiuo ponitur patruus ſimul cum fratre maſculo, quo caſu ſoror excluditur a patruo ſicut excluditur a fratre maſculo. Et hoc ultimum probatur etiam ex no. per Bart. in l. cum auus. de cond. & demō. dū dicit, ꝙ licet quando filius eſt grauatus poſt mortem ſubintelligatur cōditio, ſi ſine filiis tam maſculis, quā fœminis deceſſerit, vt ibi ſi tamen teſtator filiū grauauit, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, ſubauditur, & fœminis, quia ponendo maſculos in conditione, videtur filias excluſiſſe, per d. l. cū prætor. in princ. Præterea videtur, ꝙ prædicta deciſio collegij Peruſini, & Pet. de Anc. nō ſit vera per doctrinam Bar. communiter approbatam in d. §. vid始endum. & in d. l. liberorum. cui nō videtur per prædictos bene reſponſum, dum dicunt, ꝙ d. Bart. procedit, quando perſona non nominata in ſtatuto vult uenire ex perſona excluſi, ſeu quando ſuccedit in locum illius, ſicut eſt auus maternus excluſa matre, uel neptis ex filia excluſa. Nā Bar. ſolum conſiderat caput incluſiuum ſtatuti, & non excluſiuum ſtatuti, & ſic vult ꝙ omnes illi, qui non includuntur in dicto capite, intelligantur excluſi. Et iſtud uult Pet. de Anch. in conſi. 331. vbi concludit etiam ſororem ex uno latere tm̄, quæ de iure communi excludebatur a matre, per no. p Bar. in d. §. videndum. Sed præmiſsis non obſt. contrarium ſine dubio puto verius. Nam certum eſt, ꝙ iure communi ſoror præfertur patruo. auth. poſt fratres. C. de leg. hęr. & ab inteſt. §. reliquū. Nec etiam per ſtatutum ſoror reperitur excluſa per patruum, quia
6 in † ſtatuto non eſt nominata, ſed ſolum per ſtatutum excluditur mater, & auus & auia materna. Et propterea ſtatutū ad ſororē nō extēditur. l. ſi verò. §. de viro ſol. mat. & prout vult etiā collegium Peruſinum in d. conſi. & Pet. de Anch. in loco pręalleg. Et probatur ex no. per Bart. in l. 1. in fin. de contratabu. ubi vult, ꝙ ſi ex forma ſtatuti agnatus excludit ſororem, ꝙ non dicetur mater excluſa. Nec ob. dum dicebatur, ꝙ prædicti loquūtur, quādo in capite incluſiuo ponitur ſolus patruus, & nō qñ etiā cum illo præfertur frater maſculus, quia negatur, ꝙ frater excludat dictam ſororem, quando cum illa concurreret, p no. in dictis locis, ſed ſolum excludit alias perſonas, de quib. in ſtatuto. Nec obſt. no. per Bar. in l. eum auus. de con di. & dem. qa illo caſu filij maſculi ponuntur in conditione excluſionem filiæ, ſed hic frater maſculus non vocatur ex ſtatuto ad excluſionem ſororis, ſed aliarum perſonarum, de quibus fit mentio in ſtatuto. Sola igitur difficultas eſt in reſpondendo ad allegata in contrarium. Non obſt. igitur primum capitulū ſtatuti in contrarium ponderatum. Et primo, quia patruus, qui tranſegit cū do. Martia, & ei dedit pro dote, & pro omni portione & rata, q̄ ad ipſam ſpectare & pertinere poſſet de bonis & hæreditate patris ſui, dotauit tanquam debitor dictæ mulieris, quæ ius habebat in ſucceſsione, & hæreditate patris, ex quo tempore, quò pater deceſsit, non erat dotata. Quamuis ergo extraneus dotā-
do videatur hoc feciſſe animo donādi d. §. accedit. Si † tamē debitor ſit mulieris, intelligitur potius dotaſſe mulierem animo compenſandi cum eo, ꝙ illi debet, quam animo donandi, ſm Bar. no. in l. vxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. & per l. fi. de peti. hęred. Et hoc eſt magis clarum in caſu noſtro, propter illa verba, pro omni eo, & toto. quæ hoc videntur importare, per no. per Bar. in l. plane. §. 1. de le. 1. & in l. triticū. de ver. obl. & ī l. 2. de noua. Et iſtud comprobatur ex no. per Soc. in l. j. ſol. matr. vbi refert genitorem ſuum quem ſequitur in c. tuæ. de ſponſa. qui vult, ꝙ ſi pater, qui tenetur filiam dotare, & qui præſumitur potius de ſuo dotare, quam de bonis filiæ, niſi expreſſe aliter dicatur d. l. fi. C. de dot. promiſſ. ſi tamen pater dotauit filiam, computato omni eo, ꝙ filiæ debetur tam ex bonis maternis quam paternis, quod uidetur filia dotata etiam de bonis propriis per plura, de quibus ibi p eum, Et melius facit, quod no. Bar. in d. l. 2. de noua. Nam Bar. ibi vult, ꝙ per talia vel ſimilia 7

lia verba inducatur nouatio,& tamen nõ solet induci,nisi hoc expresse agatur.l.fi.C.de noua.Et sic prædicti in hoc tenent cõ tra Modernos Perusinos in loco in contrarium alleg.Fortius ergo idem est in extraneo,qui dotare non tenetur.Et hoc vltimum non videtur habere dubium.Quia ergo non dotauit patruus de proprio,sed de bonis dictæ mulieris,non dicitur ab il lo dotata,per not. per Bal.in l.neque mater.de iure dot.& per Moder.in l.quoniam nouella.C.de inoffi.testa.& in l. ut liberis.C.de collationibus,& per Maria.Soc.consi. 221.Secundo respondetur, qđ dicta quantitas non fuit data ex causa dotis,
8 nec animo dotandi,† sed ex causa & ex titulo transactionis, & illa verba,pro dote,denotant quandam monitionem, ut inde mulier se nubere possit,per not.per Bart.in l. Titio genero de cond.& demon.qui etiam in alio casu exponit dicta uerba mo do prædicto.Non ob.etiam statutum in alio uer.si dictæ mulieres,&c.quia licet ibi excludatur mater & auus maternus, & auia materna per patruum,nihilo minus non intelligitur exclusa soror,quæ non fuit nominata in capite exclusiuo dicti statuti,vt etiam dictum est supra.Nec ob.no. per Bart.in d.l.2.§.vi-
9 dendum.ad Tertul.quia† ad hoc melius respondetur ꝑ Are.in consi. 159.Viso puncto ad me transmisso.&c. quam per dictũ collegium Perusinum.& Pet.de Anch.qui dicit ꝙ virtute agnatorum masculorum uidentur excludi omnes cognati, sed non agnatæ fœminæ,quæ non sunt similes matri exclusæ a statuto. Nam matris expressio ostendit, ꝙ per inclusionem agnatorũ masculorum non excluduntur consanguinei, qui sunt diuersæ speciei.id est,agnati,& non cognati,argum.l.fi.§.cui dulcia, de vino tric.& oleo leg.& per no.in c.sedes.de rescript.& in clem. non potest.de procuratori.Allegat etiam no.per Bart.in l.1.in fi.de contrab.Et quamuis non dicat istud etiam vult Pa.de Ca. in l. illam.C.de colla. qui dicit,ꝙ aut illa persona,quæ non est specificata a statuto,& de cuius exclusione tractatur,erat coniuncta defuncto per matrem tantum,puta in auia uel fratre,& sorore solum ex latere matris,quæ ꝑsonæ includerẽt patruos, & reliquos remotiores de iure communi,iuxta auth. post fratres de legiti.hære.& in auth.defuncto.C.ad Tertul.nam tunc statutum excludens matrem existente patruo uel agnatis,excludit etiam omnes alias personas coniunctas per matrem,siue extet mater,siue non,quia exclusa radice excluditur omnis, ꝙ ab ea dependet,per no.per Bar.in d.l.liberorum.dum vult, ꝙ exclusa filia,intelliguntur exclusi omnes descendentes ex illa,quæ verba Pa.de Ca.nil aliud important nisi ꝙ exclusa matre intelliguntur solum exclusi,qui sint eiusdem qualitatis,cuius est mater,& sic cognati tantum.Et in hoc Ale.ẽt transit cũ Pa.de Ca. dicens,ꝙ ad istum casum adaptatur decisio Bart. in d.§. uidendum.Et idem sentit Bal.ſm eum,in d.l.illam.& dicit Alex.qđ cum Bar.cõcordat etiam Io.And.in Spe.in rub.de success.ab in testa.in 2.& 3.col.& Bal.in l.ꝙ uero.de leg.Quia igitur in casu nostro soror non coniungitur sorori defunctæ per matrem tantum, sed etiam per patrem, & non est eiusdem qualitatis, cuius sunt personæ a statuto exclusæ,quia omnes illæ sunt cognatæ & soror utrinq. coniũcta est agnata.insti.de legit. agna. tute.in prin de legi.agna.success. in prin. ideo isto casu non loquitur Bar.in d.§.uidendum.& soror non remanet exclusa.Tertio etiam clarius respondetur in proposito ad no.per Bar.in d. §.uidendum,ꝙ Bart. loquitur de cognatis,qui solum excludebant patruum de iure communi, & non matrem,sed matrem illos excludebat, aut saltem cum illis concurrebat, sed in casu nostro soror nedum excludit patruum sed etiam matrem,auiã maternam, & auum maternum ex dispositione alterius statuti,quod censetur esse ius commune in loco.l.omnes populi.de iustitia,& iure, & sic sumus extra casum Bart. Et ratio diuersitatis est manifesta, quia primo casu, quo proximior, & magis dilectus est exclusus,fortius debet excludi remotior minus dilectus.l.Publius.§.fi.de cond.& demon.Sed alio casu ad exclusionem personæ minus dilectæ in successione, non sequitur exclusio personæ magis dilectæ,in qua est diuersa ratio.Et per prædicta patet,quod Pet.de Anc.in consi. in contrarium allegato non bene sentit secundum Are.in d.consi.159.& Alex.in d.l.illam.& etiam ad omnia alia allegata in contrarium ex præcedentibus remanet responsum. Laus Deo.

ADDITIO.

In istamet forte causa consuluit Deci. consi. 589. & Cur. iun.cõsi.150. qui Rui. hic citant. Hier. Zanch.

¶ Stante statuto, quod filia legitime dotata non succedat patri uel fratri masculis existentibus,an sub contraria conditione admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Filia dotata etiam incongrue comprehenditur in statuto excludente dotatas legitime. contrarium decidit. nu. 2. & 11.*
Omißum non dicitur,quod a lege tacite suppletur. numero 12. & 13.
3 *Conditio a lege uel statuto expreße dicitur de forma, quæ per æquipollens non adimpletur.*
4 *Mistum sub simplici in statutis non cõprehenditur,maxime quã do simplex ponitur in conditione.*
5 *Mistum quando non uerificetur in parte præpotenti. Intellectus. l. quæritur. ff. de statu homi.*
6 *Substitutio regulatur ab institutione,non autem secundum legis supplementum.*
7 *Dispositio restricta ad factum hominis locum non hẽt quatenus factum eius suppletur a lege, etiam in materia fauorabili uel odiosa,maxime quando ponitur in conditione.*
8 *Implementum conditionis legalis non transit ad hæredem.*
9 *Femina exclusa sub conditione a successione,si fuerit legitime dotata censetur sub contraria vocata.*
10 *Hæres pure institutus pro parte alio dato cohærede sub conditione,non est hæres insolidum pendente conditione,nisi lege uel statuto hoc constituatur.*
12 *Statutum excludens dotatam,quando excludat etiam incongrue dotatam personaliter uel impersonaliter disponens. Dos quando congrua debeat constitui ab homine, nec supplementum admittatur.*
13 *Statutum disponens in rem,comprehendit mandantem,secus si in personam.*
14 *L. humanitatis. C. de impuber. quæ loquitur in legitima relicta a patre habet locum etiam in ea, quæ suppletur a lege.*
15 *Lex communis, quæ loquitur in casu uero, comprehẽdit fictum, vbi materia est fauorabilis.*
16 *Fictio locum non habet in dispositione stricte interpretanda, & ubi aliquid pro forma requiritur.*
17 *Factum hominis ubi a lege ponderatur, non sufficit legis supplementum.*
18 *Testamentum filia præterita non rumpit, si ab intestato sit exclusa.*
Filia a statuto exclusa ab intestato sub conditione, ea deficiente præterita rumpit testamentum.
19 *Testator pro parte temporis potest testatus decedere, & pro parte intestatus, statuto hoc disponente.*
20 *Præteritus ut poßit rumpere testamentum, debent poße succedere tempore mortis testãtis, alias secus, nisi eßet insucceßibilis quia a statuto exclusus.*
21 *Testamentum donec speratur poße rumpi ex præteritione, ex eo hæreditas adiri non potest.*
22 *Defectus conditionis retrotrahitur, sicut implementum.*
23 *Hæres ex testamento restituit uenienti ab intestato, etiam post aditam hæreditatem, omnes fructus resoluto testamento, sicut resoluta donatione causa mortis donatarius.*
24 *Destituto uel resoluto testamento, ille admittitur, qui tempore resolutionis est proximior in totum, etiam si instituti adierint.*
25 *Transmissio ex potentia suitatis quando locum non habeat.*
26 *Clausula codicillaris quando non operetur fideicommissum debere præstari per uenientes ab intestato.*

CONSILIVM XVII.

RO Decisione quæstionis propositæ est primo videndum, vtrum do. Ioanna esset ab hæreditate patris ab intestato exclusa, si pater eius decessisset sine testamento. Et videtur prima facie dicendum ꝙ ab intestato non posset venire. Quia statutum sub rub. ꝙ mulier legitime dotata, &c. & sub alia rub. ꝙ mulier dotata, &c. & sub rub. ꝙ succedere debeãt ab intestato, &c.

&c.excludit filias dotatas legitime a patre uel fratre,extantibus filiis masculis.iō d.do.Ioanna a fratrib.debuit excludi a successione paterna,ex quo postmodum fuit dotata a fratre. Quod videtur habere locum,etiam si a dicto fratre de bonis paternis fuisset dotata incongrue,ſm Bal.in c.si proponente de rescrip. ubi per illum tex.dicit† ꝙ si filia dotata excludatur, quod locū habebit etiam in ea,quæ paruam dotem habuit.Et idem voluit in consi.inci.In cā,&c.quem refert d.Ioannes Baptista de S.Seuerino in repeti.l.omnes populi.de iustitia & iure.cha.30.ver. 23.&c.Preterea potuit d. Ioanna agere ad supplementum congruæ dotis,si dos erat incongrua, ſm Bal.in l.fi.C.de dot.promis.& in auth.res quæ.C.communia.de leg.ubi dicit,ꝙ si statutum uult,filiam dotari, quod intelligitur de dote cōgrua. Et iō si dotaretur incongrue,agere posset ad supplementum dotis congruę.Sicut ergo excluditur mulier,quæ non habuit congruam dotem,quamuis statutum de congrua dote intelligat̄, etiam si non exprimatur,& hoc quia per legem suppletur ſm Bal.ita est dicendum, quando etiam expresse statutum loquit̄ de filia dotata legitime,quia exprimitur, quod tacite inest,iō expressio nihil operatur.l.3.de leg.j.& l.non recte.C.de fideius.& quia tacitum idem operatur,quod expressum.l.cū quid. si cer.pet.Et pro hoc facit.l.fi.C.de fructib.& lit. expen.vbi ꝓbatur,ſm Bal.ibi,ꝙ non videtur omissum, quod a lege suppletur.Et qñ lex supplet factum testōris, perinde est ac si ab ipso testōre factum esset,arg.l.si pecuniam.§.fi.de cōdictio.ob cau. quem ad hoc alleg.Pa.de Ca.in consi.233.inci.Super eo quod quæritur,&c.Et adhuc istud comprobatur ex no.per Bar.in l, ex facto.de vul.& pup.col.8.vers. quęro quid si furiosus,& similes,&c. vbi vult,ꝙ licet substō exemplaria non possit fieri, nisi pater filio relinquat legitimam.l.humanitatis.C.de impub. & aliis subst.si tamen minus legitima relinquat,substituere poterit,quia ex eo,ꝙ potest filius agere ad supplementum legitimæ, perinde est,ac si esset institutus in tota legitima. Et cum Bar.transit etiam Are.& Ale.in d.l.ex facto. Ang. Pau.de Cast. & Sali.in d.l.humanitatis.Et ad idem facit,quod no.Bal.& Sal. in d.l.hac edictali.in prin.C.de secun.nup.dicens, ꝙ licet non possit plus relinqui secundo coniugi, quam uni ex filiis primi matrimonii,ut ibi in tex.tamen poterit dicto coniugi relinqui non solum tantum,quantum filio relictū est expresse, sed quātum est supplementum legitimæ,quod fit a lege,ubi in minus legitima fuisset institutus.Et propterea uidetur in casu nostro ista mulier a fratre legitime dotata, ex quo dos incongrua est suppleta per legem.Sed istis non obstātibus contrarium de iure puto uerius.Nam duo statuta † ex prædictis excludunt filiū a successione paterna sub illa conditione,si fuerit legitime dotata a patre,uel a fratre de bonis paternis uel ascendentiū ex linea paterna:& idem etiam facit in effectu aliud statutum,dum loquitur de fœminis tamē legitime dotatis, prout in alio statuto dispositum est, &c. quia dicti ablatiui absolute positi faciūt cōdōnem.l.a testatore.de cond.& demō. Et quia fit relatio ad aliud statutū,in quo exprimitur prędicta cōdō, vnde intelligitur facta cum oīb.suis qualitatibus,ſm Bar.in l.si quis seruum. §.fi.de leg.2.in l.1.in fi.si fami.fur. fecisse dica.& in l.sanctio legum.de pœnis.Et facit,quod ipse no.l.1.de recep.Et sic perinde est ac si etiam statutum hoc explicite disponeret,quod fœmina non succedat,si sit legitime dotata a patre uel a fratre de bonis paternis.Si ergo d.do.Ioanna a patre non fuit dotata,& a fratre fuit incongrue dotata,de bonis paternis,ut in facto ꝓponitur,sequitur,quod conditio illa,si fuerit a patre uel a fratre legitime dotata de bonis paternis,non fuit impleta formaliter,prout impleri debuit.l.qui hær.in princ.& l. Mæuius. de condi.& demonst.& præsertim quia conditio † expressa a statuto uel a lege censetur esse de forma,secundum Bal. in auth. matri & auię.C.quando mulier tut. officio fungi potest, & q̄ forma a lege est tradita non potest impleri ꝑ æquipollens, sed impleri dēt in forma specifica,ſm Bal.& Doc.in l.1.de lib. & posth.cum concordanti.de quib.ibi per Moder.Nec refert,ꝙ dos a matre de bonis propriis ipsius matris fuit suppleta & aucta,quia excluditur,si fuerit de bonis paternis a patre legitime dotata,uel a fratre,& ideo pro implemento dictæ conditionis non sufficit,ꝙ de aliis bonis & ab alio sit dotata,d.l.qui hęr.Et similiter quāuis ad supplemētū cōgruæ dotis agere potuisset, nihilo minus hoc supplementum non habet a fratre, prout disponit statutum loquens in personam,sed illud habet a lege. & sic a fratre non potest dici legitimè dotata,sed a fratre & a lege simul. Ergo conditio prædicta nō est formaliter impleta ex tali implemento,ꝙ debuit esse simplex & nō mistum,quia de tali misto implemento non intelligitur statutum, ꝙ est ꝓprie simplex.l.hoc legatum.de leg.3.Nam qualitas superaddita alterat ipsum simplex,ut probatur per tex. notab. cum ibi nota. ꝑ Ioan.And.in c.statutum,de electionibus.li.6. vbi habetur, q̄d appellatione ecclesiarum parochialium non ueniunt ecclesiæ parochiales collegiatę in materia stricta,quia habent qualitatē collegij supra curam,& in materia fauorabili comprehenduntur,per quem tex.dicit Abb.in rub.de maio.& obedien.& in c. bonæ.el j.in j.col.de electionibus, ꝙ appellatione clericorum non ueniunt clerici in dignitate constituti, neque canonici in materia stricta, quia in eis est qualitas, quæ non reperitur in clericis simplicibus.Ideo qualitas alterat ipsum simplex.Secus, ſm eum si materia esset fauorabilis.Et ideo in statutis casus mistus non comprehenditur sub simplicib.ut colligitur. ex no. ꝑ Bar.in l.certi cōdictio. §.quoniam.si cer.pet.& uult Ang.in l.si ita† scriptum.de lib.& post.& Pet.de Anc. in c.canonum statuta,de cōstit.ver.venio ad quartum membrū,&c. & Io.de Imo. in l.si dignum.ad leg.Fal.& Roma.in l.si tibi.in prin.si cer.pet. cum aliis concord.de quib.per Ale.in d.§.quoniam. Et præsertim hoc procedit, & est uerum,quādo a statuto ipsum simplex ponitur in conditione,sicut in casu nostro,quia cum illa conditio sit de forma, debet impleri in forma specifica,ideo non sufficit implementum mistum, quia non est formale,ut est dictū. Et† hoc procedit, etiam si dos constituta a fratre excederet in quantitate supplemētum,q̄d fit a lege.Nec ob.isto casu.l.quæritur hermaphroditum.de statu homi. quia ex quo statutū dicit,si fuerit a fratre legitime dotata,exigit integrū hominis implementum,ideo uerba statuti non possunt uerificari in illo, q̄ pro parte dotem constituit,quia in sola parte dos legitima non consistit.Sed vbi fit mentio de aliquo sexu,puta masculino, sermo uerificari pōt in illo, qui magis incalescit in tali sexu, quia uere masculus est,quamuis de fœminino etiam participet, q̄a per hoc non fit,quo minus sit masculus. Et prędicta confirmātur ex no.per Ale.in l.si in testamento.in fi.de uulg. & pup.ubi quærit post Rapha.Cuma.nunquid si pater† filium in una uncia tantum hæredem instituit,& alteri filio per hæc uerba substituit,quisquis mihi hęres erit,sit hæres filio meo, an istitutus in uncia, admittatur ex prædicta substitutione pro una uncia tantum,& an pro toto supplemento legitimæ, ꝙ petiit, & habuit,iuxta l.omnimodo.C.de inof.test.Et quamuis Cuma.super hoc cogitandum relinquat, Ale. tamen determinat, ꝙ dēt admitti pro illa uncia tantum, pro qua testator eum expresse uocauit, & non pro eo quòd lex suppleuit, quia supplementum,dicit ipse, non habet iudicio testatoris,sed ex dispositione legis.Et sic uult† ꝙ ubi dispositio testatoris restringitur ad factum hominis,ꝙ locum non habet quatenus factum eius suppletur a lege,& loquitur etiam in materia fauorabili multo magis ergo in statuto odioso idem est dicendum,& quando factū hominis ponitur in conditione,sicut in casu nostro.Et idē probatur optime ex no.per Bal.in l.j.in fin.C. de inoffi.dot.ubi in q̄one formata per eum concludit,ꝙ ubi lex ponderat factū hominis relinquentis,tunc supplementum legitimæ, ꝙ est a lege & nō ab homine,nō uenit sub tali relicto, nec in illo locum habet dicta dispositio, secus si factum hominis non respiceret. Et subdit,ꝙ illud,ꝙ suppletur,proprie non uenit appellatione dati uel relicti, arg.l.j.de his quę in testa.delen.& l.j.§.& si maxime.de colla.bono.Vnde & in casu nostro, in quo filia excluditur,si sit dotata legitime a patre, uel a fratre,de bonis paternis, non potest per supplementum dotis,ꝙ fit a lege,filia dici propriè legitime dotata a fratre: ideo cessat ab intestato exclusio, & dispositio statuti cuius uerba debent intelligi proprie, præsertim quando sunt conditionaliter prolata.l.fi.C.de his qui ueniam ætatis impetra.l.quicquid astringendæ.de ver.obl.& l.cōstitutionibus,ad municipa.Concederem tamen,ꝙ ubi frater uiueret,& suppleret dotem iam constitutam,ꝙ soror ab intestato remaneret exclusa,quia satis est, ꝙ sit legitimè dotata quandocunq. a fratre,cum statutum ad certum & determinatum tēpus se non restringat.Sed ex quo est mortuus,facultas implēdi dictam conditionem non transit ad eius,hæredem,ut est casus

sus quasi in terminis in l.prætor.in prin.de colla. bon. vbi dicit tex.ꝙ filius non admittitur ad bono.poss.sub conditione collationis, quia si interim decederet nihil hæredi relinqueret. Et hoc, quia implementum illius conditionis ad heredem trāsire non posset. Vnde ex illo tex.not.Bar.ꝙ implementum† conditionis legalis non transit ad hæredē, ꝙ dicit esse notandum. Et idem tenet Alex.in l.si decem cum petiero.de ver. obl.& in l.ꝙ patri.de acqu.hær.Masculus igitur interim, hoc est, pendente conditione, sub qua excluditur fœmina, si ab intestato decessisset, pater haberet hæreditatem, non tamen esset hæres in totū, sed pro parte, & pro alia parte hēret administrationem, & an hæres esset in totum, pendeŕet a futuro euentu, quia si quidem excluderetur filia purificata conditione, in totum semper fuisset hæres, quia ei nihil unquam decreuit. Si uero non excluderetur, vt quia deficeret conditio, sub qua est exclusa, sicut in casu nostro, & tunc non fuisset retro hæres, nisi pro parte sua. Sicut dicitur de hærede instituto pro parte purè, qui habet cohæredem institutum sub conditione, vt no.gl.in l.2.ff.si pars hær. peta.& clarius declarat Bar.cum quo transit Ang.& alij cōmuniter, in l.plane.§.si coniunctim.de leg.1.Nam & filia stante dicto statuto est exclusa sub conditione, si erit legitime dotata, & 9 ideo† sub contraria cōdōne intelligitur per statutum uocari.l. aliqñ.de cōd.& dem.& l.si penū.quando dies le.cedat.Et quemadmodum extraneus exheredatus sub conditione intelligitur institutus sub contraria cōdōne, ₰m Bart.in l.paterfamilias testamento.de hær.insti.Nam & dicta exclusio filiæ, dicitur quædā exhæredatio, ₰m Bal.in l.si defunctus.C.de legiti.hær.Et cōsequēter ab intestato videtur vocari per statutum sub cōtraria cōdōne.Et sic sumus in casu, in quo masculus pro parte vocatur pure, & fœmina sub cōdōne pro alia parte, sicut in casu gl. in d.l.2.& Bar.in d.§.si coniunctim.Quinimmo etiam dici pōt, ꝙ in casu nostro masculus interim esset hæres in solidum, & ꝙ defecta conditione, sub qua excluditur filia, desineret esse hæres pro parte, & ꝙ in illa succederet filia.Nam ideo Bar.in d.§.
10 si coniunctim.dicit† institutum pure pro parte, non esse interim heredem in solidum, quia purificata postea conditione, sub qua cohæres est uocatus, non posset, qui semel fuit hæres desinire esse hæres.l.ei qui soluendo de hære.insti. Quæ ratio solū habet locum in dispositione testatoris.sed statutum potuit trāsferre partem in filiam, si non sit dotata, & pro illa parte facere masculum desinere esse heredem, sicut ēt pōt lex. l.antiqui.ī fi. si pars hær.peta.aut.hoc amplius.C.de fideic.& no.gl.in ī l.sub stōne.de vul.& pup.& de statuto no.Bar.in l.fi.§.fi.ff. ad Trebellianum.per l.miles ita.de testa.milit.& Doctores in l.2.C.de libe.præteri.Et in casu nostro istud etiam concedit Ale.in d.§. si coniunctim. dum reprehendit Bal.in l.extraneum.C.de hære.instit.Restat igitur, vt ad contraria respondeatur.Non obst.
11 igitur, dum primo dicitur,† ꝙ statutum excludens filiam dotatam hēt etiam locum, quando dos fuit modica, quia illud procedit, quando simpliciter statutum vult filiam dotari, quia tunc uerba statuti in qualibet dote possunt verificari.Sed in casu nostro statutum excludit filiam, si fuerit dotata legitime de bonis paternis.Ideo nō sufficit quęlibet dos, sed oportet, quod sit legitima dos, & sic ꝙ adsit qualitas expressa a statuto, secūdū Io. And. in c.1.de homicidio, lib.6.Dicitur autē legitima attentis facultatibus, numero liberorū, & qualitate natalium.l. si filiæ. de leg.2. & l.quæro.& l.cum post.§.gener.de iure dotium, & per Bal.in d.l.fi.C.de dotis promis.Et istud etiam disponit statutum sub rubrica, qui succedere debeant ab intestato . in fin.
12 Non obst. etiam dum secundo dicitur, † quod dos incongrua ipso iure fuit per legem suppleta, ideo dicitur dotata congrue mediante dicto supplemento, sicut quando statutum loquitur simpliciter de dotata, quia licet intelligatur de dotata congruè quamuis hoc non exprimatur, tamen excluditur ēt si dos non sit legitima, quia suppletur, secundū Bal.in auth.res quę.C.cōmu.de le.& in d.l.fi.C.de dot.promis.quia aliquando statutum loquitur impersonaliter de dotata, vel de legitimè dotata, & tunc quia hæc verba verificari possunt in ea, quę habuit dotem legitimam tam ab homine quam a lege . Propterea locum pōt habere statutū in dote, quæ fuit ab homine incongrue constituta, & per legem ipso iure suppleta.Et isto casu habere locum possunt allegata in contrarium.Aliquando autē loquitur statutum de dotata a patre uel a fratre , & sic personaliter , & tunc aut statutum dicit, ꝙ filia dotata a patre non succedat. & dici potest etiam isto casu, ꝙ excludatur, licet dos a patre constituta suppleatur per legem, quia dicto casu est necesse, quod reperiatur dotata tempore successionis delatæ, ₰m Bar.in consi.31. inci.Quidam decessit intestatus, &c.& Bal.in l.si plures . C.de condit.inser.& Pau.de Cast.in l.Titio centum.§.Titio genero. de cond.& dem.& Ale.consi.151.circa princ.2.vol.quia qualitas adiecta verbo determinatur secundum tempus verbi, l.in delictis.§.extraneus.de noxalib.Isto igitur casu verum est dicere ꝙ filia est a patre, vel a fratre dotata, ex quo actum dotandi exercuit.Nec ob.ꝙ statutum intelligatur de dotata arbitrio boni uiri, etiam si non exprimatur, quia statutum habet dictam interpretationem ad effectum, vt non dicatur dotem diminuere. Et sic quantum ad hoc, ut non videatur voluisse prohibere petitionem supplementi ipsius dotis, ad quam pater cogi potest. l.qui liberos.de ritu nuptiarum & l.fin. C. de dotis promis.& in qua filia dicitur creditrix, sicut filius in legitima creditor esse dicitur secundum Cy.in d.auth.res quæ.C.ad Tre. & in l.Marcellus.§.res quæ.ff. eo.& Bald.in l. filium quem habentem.C. fam.ercis.& in l.2.C.ad leg.Fal.& in l.scimus.in prin.C.de inoff. test.per l.si patronus, de donationibus iuncta.l. si quis legatū. in fin.cum ibi no.per glo.de falsis.& etiam de dote notant Do. in l.mulier.§.cum proponeretur.ad Tre.Sed quantum ad effectum excludendi filiam a successione, cessat dicta interpretatio & sufficit ꝙ pater actum dotandi exercuerit, prout verba sonant, & quę intelligi debent, prout iacent, & sine restrictione, quando agitur de excludendo quem a lucro secundum Bar.in l.omnes populi.in 2.q.sextæ quęstionis princ. de iusti.& iure. per l.1.§.generaliter.de le.præstan.& prout dicitur filia isto casu a lucro excludi, quia licet hæreditas ascendentium dicatur descendentibus quasi debita.l.fi.C.de iure codicil.tñ de illa iudicamus prout de lucro, ut probatur ex no.per glo.& Bart.in l.si emancipata.C.de iur.& facti ig[illegible] Et ita expressius declarat Alex.in l.inter stipulantem.§.si r[illegible].de uerb.oblig.excepto casu, de quo in l.1.C.de imponen.lucra. descri. lib.x. ₰m eum Nam simul stare possunt, ꝙ ꝑ simplicem actum dotandi excludat filia a successione, & ꝙ tñ nō excludatur a petitione supplemēti ipsius dotis.Et isto casu propriè loquitur Bal.in d.l.fi.C. de dotis ꝓmis.& in d.auth.res q̄ nisi, ₰m eum, statutum vlterius ꝑcedat, & velit ꝙ filia sit contenta quacūq; dote data vel ꝓmissa a patre, q̄a tūc expresse intelligitur dotem minuisse & ꝓhibuisse petitionem supplementi, & valet, quamuis sit durū d.l.prospexit.Si uero statutum filiam excludat, si fuerit legitime dotata a patre, vel a fratre, & sic personaliter & sub illa cōdōne, vt in casu nostro, & tūc q̄a statutum factum hominis dotantis ponit in cōdōne, & illud ponderat, non tantum quo ad dotem, sed etiam quo ad qualitatem importatam per illud verbum, legitima, iō oportet, ꝙ dos legitima sit ab homine constituta, nec sufficit, ꝙ suppleatur a lege, ut probatur ex not. per Bal.in d.l.1.in fi.C.de inof.dotib.& per Ale. in l.si in testamento, in fi.de uul.& pup.& per alia, de quib.supra.Quamuis secus dici posset, quando verba statuti essent impersonaliter ꝓlata, ut dixi in primo casu. Et ista differētia satis aperte probatur ex not.per Pau.de Cast.in l.si mulier.in fi.sol. mat.vbi concludit, ꝙ si statutum velit, ꝙ mulier, quę nubit nulla dote constituta, intelligatur omnia bona dedisse in dotem, & contingat mulierem secundo nubere nulla dote constituta ꝙ non habebit locum statutum, si in priori matrimonio fuerat dotata, quia dicto casu videtūr in dotem dedisse quod primo viro dederat. l. pen.§.si vxor.& ibi per Doctores sol.ma.& per Cy.in auth.sed quamuis.C.de rei vxor.act.& per Bar.in disputatio.incip.Mulier habens amplum patrimonium, &c. Et propterea, ₰m eū, dici nō pōt, nullam dotem fuisse constitutam, ex quo a lege reperitur constituta.Si vero statutum loqueretur de dote constituta expresse, & tunc dicto casu haberet locum statutum, quia licet sit dos a lege constituta, non tamen est constituta expresse.Idem igitur in casu nostro eadem rōne, ut.s.dos legitima nō dicatur constituta a patre uel a fratre, quando constituitur vel suppletur a lege, & tanto magis quando factum hominis est in cōdōne positum a lege, quæ dicitur esse de forma, & quæ per consequens non potest adimpleri per equipollens.vt dixi. Et istud etiam confirmatur ex no.ꝑ Bar.in l.dotem.de castren.pecul.cum quo transit Pa.de Ca.in l.2.C.fami.ercis.& Ale.in l. si cum-

cum dotem.§.transgrediamur. ff.soluto matrimonio, dum dicunt, ꝙ si statutum disponatur, ꝙ vir lucret dote uxoris præmortuæ, & sic in personam, quod tunc vir dotem lucrabitur, & non socer, quamuis ille onera matrimonii sustinuerit. Aut loquitur simpliciter de recipiente dotem, & tunc est aliter dicendum, ut ibi per eos. Et pro hoc etiam facit, quod no.Bar.in l.aut qui aliter.§.fi.ff.quod vi aut clam, & in l.hæc verba legis.ff
13 ad leg.Iul.de adult.vbi vult † ꝙ si statutum loquitur in rem, ꝙ comprehendit mandantem. Secus si loquatur in personam, q̃a tunc non dicitur vere sed ficte facere, quæ fictio non habet locum in statuto.l.3.§.hæc verba.de neg.gest.& ibi no.Et ꝑ hoc ad quædam alia colligitur responsio, s. ꝙ id non videtur omissum, quod a lege suppletur. l.fi.C.de fru.& lit.expen.& ibi no. Bal.ꝙ vbi lex supplet factum testatoris, ꝙ perinde est, ac si ab ipso testatore factum esset, arg.l.si pecuniam.in fi.si cer.pet.& per Pau.de Cast.consi.233.quia hoc verum est ẜm fictionem, & non ẜm ueritatem, ẜm Bal.in d.l.1.in fi.C.de inoffi.dotib.Et hoc etiam dicunt prędicti Doct.per verba fictionem importãtia, quæ, vt dictum est, in statutis non habent locum, & præsertim quando conditionaliter uerba proferuntur.l.fi.C.de his q̃ ven.ęta.impetra.Non ob.etiam, quod no.Bar.in l.ex facto. de
14 vul.& pup.dum † dicit, quod l.humanitatis. C. de impuber. q̃ loquitur de legitima, suppletur per legem, quia dici pōt, ꝙ in hoc minus bene dicat, & contrarium tenet ibi Ang.Im.& Raph.& Imo.in c.Raynutius.in materia exemplariæ, de testamentis, præsertim ea rōne, quia non dicitur relicta a patre, vt vult d.l.humanitatis. Et dato ꝙ opinio Bar.esset vera, adhuc nō obstat, q̃a Bar.dicit, ꝙ vbi legitima suppletur illo casu perinde habetur, ac si esset relicta a patre, quæ dictio, perinde, importat fictionem.l.iure ciuili.de cond.& dem.quia ergo d.l.humanitatis, est fundata in humanitate, & sic est fauorabilis, ideo locum
15 pōt hr̄e in casu ficto, quia † lex communis, quæ non sit stricte interpretanda, sed large loquens in casu vero trahitur ad fictũ ẜm Imo.& Ale.in l.1.§.lex Falc.ad le.Fal.& in l.Gallus.§.& q̃d si tm̃, de lib.& posthu.& Are.in §.quod si is, ea.l.sed fictio, secundum prædictos, locum non habet statuto exorbitanti &
16 stricte interpretando, ut in casu nostro, & maxime, † ut sæpe dictum est, cum de forma sit, ꝙ filia ab homine sit dotata, & nō quidem simpliciter, sed legitime, quæ forma, vt etiam dictum est, in casu ficto impleri nō pōt, per no.per Bal.& Doc.in l.1. de lib.& posth.Et comprobatur, quia licet illud, quod fit a maiori parte, fingatur factum ab omnib.l. quod maior. ad municip.hoc tamen non procedit, quando consensus omnium pro forma requiritur, secundum gl.in c.vbi periculum.§.idem quoque, de ele.in 6.in verbo, vel singulis.Et similiter quamuis rati habitio æquiparetur mandato.l.fi.C.ad Maced.tamen illa non sufficit, vbi mandatum requiritur pro forma, secundum Bal.in l.executorem.C.de execu.rei iudic.Et hinc est, ꝙ iurans soluere non liberatur compensando, quamuis compensatio sit ficta solutio.l.Iulianus.de cond.& dem.Et hoc, quia iuramentũ dēt impleri in forma specifica.c.ad nostrã.de iureiu.& ibi ꝑ Doc.& l.amplius non peti.rem ratam habe.quicquid dicat ibi Bar. Vltimo etiam non obst.quod not.Bald.in l.hac edictali. C. de
17 secun.nup. quia † in casu Bald.lex habet respectum ad factum hominis, & non tantum ad id, quod relinquitur ab homine, sed etiam ad id, quod relinqui debuit, secundum Bal. in d.l.1. in fin.C.de inoffi.dotibus per l.quoniam præteritæ.C. de sec. nup.Et fatetur Bal.ꝙ ubi lex factum hominis ponderat, sicut in casu, in quo est dictum, factum ponitur in cōditione, quod tunc non sufficiat supplementum a lege.Quia igitur, ut ex præmissis colligitur, dom.Ioanna a fratre dotata incongrue bonis paternis, illo mortuo succederet patri ab intestato, si ille decessisset sine testamento. Dicitur, quod testamentum patris, ĩ quo fuit præterita, rumpit, non quidem per natiuitatem eius superuenientem post mortem patris, sicut rumpunt alii posthumi de iure communi.l.uxoris abortu.C.de posth.hære.insti. & l.3.§.ex his.ff.eo.quia illa ab intestato non vocatur pure, sed sub conditione illa, si non erit legitime dotata, uocatur ex forma statuti, vt in præcedentibus dixi. Et iō quãdiu pendet illa conditio, tanquam præterita non potest testamentum rumpere, ꝑ
18 regulam, ꝙ qui ab† intestato non succedit, præteritus non rũpit.l.posthumo.§.si quis ex his.de inof.test.& per Bart. & omnes in l.Gallus.§.& quid si tantũ, de lib.& posth.Sed demũ do. Ioanna rumpit, & rumpere potuit defecta dicta conditione, quia nec tunc esset ab intestato exclusa, si testamentum nō reperiretur extare, vt egregiè probatur ex no.per Bart.in l.fi.§.fi. ad Tertu.vbi concludit, ꝙ si ex forma statuti excludatur filia ab intestato, quamdiu extabunt masculi, & illa sit in testamento ꝑterita, ꝙ masculis deficiētibus, quandocunq. & sic ēt post mortē patris, testamentum rumpit, quia exclusio temporalis statuti nō dēt trahi ad exclusionē perpetuam.l.Imperator.ff.de po-
19 stul.Nec ob.ꝙ quis non possit pro parte† tp̄is testatus decedere, & pro parte intestatus.l.miles ita, de test.mili. quia statutum, sicut lex potuit hoc facere.auth.hoc amplius.C.de fideic.& no.in l.in substitutione.de vul.& pup. Et idem vult Bart.in cons.xj.inci.Proponitur, ꝙ pater filiam, &c.& in cons.43.inci. Super prædictis, &c.& cum eo trãsit Bal.& Ang.in d.§. & quid si tantum.& Imo.Pau.de Ca.& Are.in l.si quis posthumos.§.si filium.eo.ti.& Bal.Sali.& Ale.in l.2.C.de lib.præteri. & Ange.& Imo.in l.ei qui soluendo.de hæred.instit.& Ang.in l.si pars. per illum tex.ff.de inof.testam.Nec obst.secundum prædictos,
20 ꝙ debeat attendi tempus mortis, s.† an illo tempore possit ab intestato succedere, ad hoc ut possit tanquam præteritus rũpere d.§.si filium.& per totam.l.Gallus.quia hoc procedit, quãdo quis tempore mortis est exclusus de iure communi, secus ē qñ excluditur ex dispositione statuti.Et eodem modo respondent ad alias rationes, per quas Rayne.de Forli.& collegium Senēse consuluit contrarium, vt refert Bal.in d.l.1.Si ergo in casu Bar. in quo filia est ab initio extantib.masculis pure, & simpliciter exclusa, & in diem incertum, hoc est in defectum masculorum vocata, & sic quando exclusio pura resoluitur sub conditione, filia rumpit tanquam pręterita, si masculi desinunt extare, multo magis in casu nostro, in quo filia per superexistentiam masculorum non excluditur pure, sed sub illa conditione, si fuerit legitimè dotata, dēt rumpere posse defecta dicta conditione, si reperiatur in testamento paterno præterita, quamuis illa pēdēte a rumpendo sit exclusa. Et quia possibile fuit testamentum
21 rumpi præteritione d. Ioannæ † non potuit interim ex testō hæreditas adiri ex dicto testamento per fratres eius, quia ex testamento, ꝙ speratur rumpi, non potest interim hęreditas adiri.l.cum quidam.§.ꝙ dicitur.de acq.hær & ita concludit Bar.in d.l.fi.& in d.cons.in casu, de quo supra, ubi concludit, ꝙ testm̄ rumpitur, vt ex retro, saltem quia hæreditas non fuit adita, & q̃ adiri non potuit, & per no.per gl.in d.§.& quid si tantũ, q̃ vult, ꝙ filius deportati restitutus ita demum dicat testamentum nullum, si sit restitutus ex causa, quæ trahitur retro, & sic oportet fingere, ꝙ filius fuerit huius conditionis tempore mortis, vt debuerit institui. Ergo in consequentiam fingitur testamentũ retro fuisse nullum. Adducit etiam exemplum de posthumo & de capto ab hostib.qui post natiuitatem, vel reditum ab hostibus rumpit ut ex retro.l.3.§.1.& l.si quis filio exhæredato.in prin. de iniusto, rup.& irri.test.& d.l.Gallus.§.in omnib.& in l.pen. eo.ti.& cum eo transit Alex.in d.l.1.C.de lib.præt.Et quamuis in hoc opi.Bar.non procederet, quia contrarium tenet Bal. & Sal.in d.l.2.& Bal.in l.si quis filium.C.de inof.test.& Ang.in §. si quis autem.in auth.de hęr.& Fal.& Imo. in d.l.ei qui soluendo.& Pa.de Ca.& Are.in d.§.si filium, quia statutum facere potuit, ꝙ quis esset hæres ad tempus, & post tempus desineret eē hęres, ideo, secundum eos rumpitur vt ex nunc, & ut ex retro. Et dicunt, ꝙ rationes Bar.procedunt in terminis iuris communis. Tamen hoc dici potest in casu Bar. quia filia est pure exclusa tempore mortis extantib.masculis, & propterea masculi possunt adire, & sic non potest testamentum vt ex retro rũpi. Sed in casu nostro non est exclusa pure, sed sub conditione, vt dictum est, ideo si deficiat condō, perinde est, ac si ab initio exclu
22 sa non fuisset a statuto, quia† defectus conditionis trahitur retro.l.necessario.post prin.de pericu.& commo. rei uendi. & l. pecuniam.& ibi no.omnes, si cer.pet.Sicut etiam e cōuerso implementum retro trahitur.l.potior.& l.qui balneum. qui pot. in pign.habeã.Et per consequens in casu nostro testamentum annullat̃ de necessitate, vt ex retro, ex quo sequitur, ꝙ masculi interim non potuerunt adire ex testamento, ex quo potuerat testamentum rumpi in futurum, d.§. qđ dicitur.vel saltem dici debet, ꝙ conditione defecta masculi desierunt hæredes esse, & ꝙ causa intestati cœpit locũ habere quasi ꝙ statutum fecerit, & facere potuerit, ꝙ causa testati duraret ad tempus, & post tēpus

pus cessaret d.l.miles ita.& per Doct.in locis præalleg.& propterea d.do. Ioanna, quę non fuit legitime dotata a patre, uel a fratribus debet suam partem ab intestato percipere, quia defecta est conditio, sub qua ab intestato per statutum erat exclusa,
23 ac etiam† consequi debet omnes fructus partis suæ interim p ceptos, hoc est, a die mortis patris a fratribus, quia & hi augent portionem suam hæreditariam. l.itē ueniunt. §.fructus.de pet. hęre.etiam si fratres interim ex testamento fuissent hæredes in solidum, vt probatur clare in l.cum quis. de cond.ob cau.& l. videamus.§.idem est si mortis.de vsuris.vbi habetur, ꝙ si donatio causa mortis resoluatur, ꝙ res donata cum fructibus reperitur, & tamen dominium interim fuit apud donatarium.l.j.de donationibus.l.senatus.§ j. de donatio.cau. mor. & l.2.de public. Pari igitur modo resoluta aditione facta per masculos in casu nostro, debet habere locum fructuum restitutio. Et multo magis si masculi interim non potuissent adire. Quinimmo uidetur, ꝙ d. do. Ioanna in totum succedat patri ab intestato.
24 Quia† aut fratres interim adire non potuerunt, & cum hoc tēpore, quo testamentum destituitur, & ad causam intestati deducitur, sola reperiatur filia extare, ideo ab intestato dēt in totū succedere, quia vbi conditum est testamentū, admittitur ille, q tpe destituti testī proximior reperitur, d.l. si quis posthumos. §.si filium.& ibi Bar.de lib.& posth.& l.si quis filio exhæredato.in prin.de iniusto, rupto & irri.test. Et idem si ēt masculi interim adiuerunt, & adire potuerunt, quia ēt isto casu ex post cessauit cā testati, & incœpit hēre locum cā intestati ex prouisione statuti. Quia ergo tēpore, quo res deducitur ad cām intestati, extat sola filia, ad eā debet in solidū hæreditas pertinere, p iura prędicta. Et istud ēt est de mente Bart.in d.l.fin.ad Tert.& Doc.in l.i.C.de lib.præte.qui pręsupponunt, ꝙ in casu, de quo ibi, & de quo supra mentionem feci, filia ab intestato succedat
25 in solidum. Nec dici potest† ꝙ masculi transmiserint ex potentia suitatis portionē eorū ad suos hæredes, iuxta.l. apud hostes. C.de suis & legiti. quia ex testamento nō potest habere locum transmissio, siue adiuerint, siue non, quia, vt dixi, cessauit, & sublata est causa testati Nec etiam ab intestato, quia quamdiu vixerunt, & congrue sororem dotare potuerunt, semper causa testati potuit habere locum, ideo cessauit causa intestati.l.quamdiu.de acq. hær. Cum ergo illis uiuentibus eis nunquam fuerit ab intestato hæreditas delata, ex hoc capite nō potuerunt trāsmittere, iuxta no.in l.is potest.de acqui.hær. Nec etiam d.Ioanna per clausulam codicillarem tenetur iure fideicommissi hæ-
26 reditatem scriptis hæredibus restituere.† Quia illa conditio, si non valet, vel valebit, quæ in dicta clausula comprehēditur, nunquam fuit purificata masculis viuentibus, quia cum semper potuerint dotare legitimè sororem, uel dotem constitutam supplere, & sic eam excludere, ut dixi, nunquam illis viuis desijt vltima uoluntas iure testamenti posse valere. Et sic illa condirio, scilicet, si non valebit, dum vixerint, non fuit impleta, sed demum post mortem illorum fuit purificata. Cum ergo pendente cōdōne, de qua in dicta clausula, masculi sint mortui, nō potuerunt fideicommissum, quod per eandem clausulā intelligitur datum, trāsmittere.l.vnica.§.sin aūt sub conditione.C.de cad.tol.& l.si in personam.C.de fideic. Vel secundo dici pōt, ꝙ virtus dictæ clausulæ non habeat locū, quando testm̄ annullatur præteritione posthumi ignoranter præteriti, prout contingit in casu nostro, ſm Bar.in l.1.in 6.q.de iure codi.& in consi. 210.inci.In Dei nomine amen, omne illud, &c.& in cons. 135. incip.Lapus fecit testamentum, &c. cum quo transeunt plurimi, quos refert Ale.in auth.ex causa.C.de libe.præt.& Aret.q. hanc opinionem tenet in l. Titius. in prin.de lib.& posthu. & in consi.24.& in consi.vlt.vbi dicit.opin.Bar.esse communem. Et ex relatis ibi per eum apparet, ꝙ idem consuluit d. Io. Bap. de S.Seuerino, & do.Barth.Soci. Et quamuis etiam multi cōtrarium teneant, tamē pro opinione Bar.quam puto veriorem & æquiorem bis consului, & per allega.per Bar.quibus per tenentes contra eum non est congrue responsum, & per quædam alia vltra Bart. Et quia iste articulus difficilis est, & longus eum aliter non prosequor, quia in casu nostro hoc non est necessarium. Quia quæstio, quę disputatur, & super qua inter Doctores variatur, procedit, & locū hēt, quando illa cōdō, s. si nō ualebit, quæ in clausula codicillari continetur, purificata fuit uiuente adhuc hærede instituto, & sic quādo illo adhuc uiuo cessit & venit dies fideicommissi. Sed quando illo iam mortuo est adimpleta, & fuit semper in pendenti illo viuente, sicut in casu nostro, tunc sine dubio cessat dicta disputatio, quia instituto fideicommissum non potest deberi, quia mortuus est, nec illud transmittere potuit, quia pendente conditione sub qua per fideicommissum vocatur, est defunctus.d.§.sin autem sub conditione. Concluditur ergo pro dom. Ioanna, sicuti ex præmissis colligitur. Laus Deo.

¶ Statutum præferens in successione ascendentium masculorum vel fœminarum masculos descendentes fœminis, an comprehendat etiam masculos ex fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Masculorum descendentium appellatione ueniunt etiam descendentes ex fœminis, quando cessat ratio agnationis conseruandæ, maxime quando ueniunt ex propria persona. numero. 2.5. & 6.*

Dictio, quibuscunque, includit personas, quæ in simplici dispositione non comprehenderentur, nisi restringatur per statutum. num.8.

3 *Non inconuenit fœminas excludi, masculos autem ex eis admitti ex dispositione statuti masculos uocantis.*

4 *Statutum uocans masculos, quando comprehendat solum masculos ex linea masculina.*

5 *Masculi quando in dispositione uocantur, ueniunt solum ex masculis descendentes, maxime quando aliàs sequeretur, quod fœmina proximior esset deterioris conditionis, quam remotior filius.*

7 *Descendentium simpliciter appellatione non ueniunt in materia odiosa descendentes ex feminis.*

Verba, ex linea masculina quomodo sint interpretanda.

8 *Verbum uniuersale restringitur ex dispositione legis, & ubi sequeretur aliquod absurdum.*

9 *Statutum excludens fœminas, comprehendit etiam masculos ex eis, licet non se fundet in fauore agnationis.*

10 *Statutum si excludit feminam, censetur excludere etiam omnes attinentes ex ea, licet illa præmoriatur ei de cuius successione agitur. Secus, si renunciatione uel pacto excludatur. & quare.*

11 *Solutum ex pluribus causis simpliciter intelligitur solutum pro rata cuiuslibet causæ, nisi ex aliqua causa non debetur, quia tunc solutum primo censetur ex ueris causis, reliquum pro indebita.*

CONSILIVM XVIII.

CIRCA casum, de quo quæritur, videtur prima facie dicendum, ꝙ nepotes masculi ex filia do.Catharinę in eius successione ab intestato præferantur sororibus suis, & hoc vigore statuti Brixiensis positi sub rubrica, de successione ascēdētium. In quo cauetur, ꝙ hæreditas ascēdētium masculorum seu fœminarum decedentium ab intestato deferatur masculis quibuscunque descendentibus per ordinem ex linea masculina, exclusis semper fœminis & descendentibus ex eis. Cum ergo prædictum statutum uocet quoscunque masculos descendentes, & illos præferat fœminis, videtur ꝙ dicti nepotes masculi, quamuis ex filia, excludant sorores suas & neptes d. do. Catharinæ
1 ex eadem filia, quia † masculi sunt, & descendentes, quorum appellatione veniunt etiam, qui ex fœminis descendunt, ut probatur in auth.de hæred.ab intesta.post prin.& in l.fi.C.de suis & legiti.& facit.l.cognoscere.§.liberorum.de uer. sig.& l.j.C. de cond.insertis. Et pręsertim quia hæreditatem defert statutū quibuscunque masculis, &c. Et sic per verbum uniuersale geminatum, sicut est uerbum illud, quibuscunque, cuius virtute sub dispōne comprehenditur persona, quę sub verbis simplicibus non includeretur, ſm Bal.in ca.Imperialem.in prin.de prohibi.feu.aliena.p Fede.in l.1.q.34.de rer. diui.dum concludit, ꝙ licet in feudis appellatione hæredum non veniant extranei regulariter, tamen vbi pro hæredibus quibuscūque fuisset quis inuestitus, extranei quoque intelliguntur vocati.facit, qđ notatur in l. balista.ad Tre.& in l.cum pœna.de arbitris. & cum eo

transit

transit Alex.in l.si patroni.in prin.ad Tre.Confirmantur præmissa.Nam eo casu,quo descendentes masculi uocatur ad successionem fœminarum ascendentium,dici non potest,ꝙ statutum masculos præferat rõne agnationis conseruandæ,quia dicti descendentes etiam masculi non sunt agnati dictæ mulieris ascendentis,de cuius successione agitur. l. pronunciatio. in fi. & in l.familiæ.§.fi.de ver.sig.Hoc igitur factum videtur potius gratia sexus masculini,quam agnationis.Considerans forte statutum,ꝙ satis sit,fœminas esse dotatas, & ꝙ masculi onus familiæ sustinent,quæ rõ ita cadit in masculi onus familiæ sustinent,quæ rõ ita cadit masculis ex fœminis,sicut ex masculis.Et vbi cessat rõ agnationis conseruandæ,appellatione descendentiũ masculorum veniant etiam qui ex fœminis descendunt,tenent Moderni Senenses in l.Gallus. §. nunc de lege. de libr.& posth.per hoc primo inferentes in pe.col.ver.quam tamen dupliciter limita,&c.ꝙ princeps concessit alicui & suis descendẽtibus masculis iurisdictionem vel dominium,quod ĩtelligũtur vocati etiam descendentes masculi ex fœminis,ex quo concessio non est facta rõne agnationis conseruandæ sed ex alia cã. Allegant no.per Io.An.in Spe.in rub.de testa.iuxta finem,dum refert disputationem Rich Malum.ponderãdo rõnem,de qua ibi per eum quæ hoc casu cessat.Secũdo etiam inferunt in fina lib.uerbis,& magis ad propositum,ꝙ si testãr mentionem faciat de liberis masculis alicuius filiæ institutę,vel alterius mulieris,ꝙ ueniunt masculi ex fœminis,ex quo non sunt agnati testatoris,vel fœminæ eius liberi.Et sic cum non possit dici, ꝙ agnationi voluerit testãr prouideri.& iõ dicit etiam Are. in d. §.nunc de lege.ꝙ si mulier recipiat emphyteusim pro se & suis descendentibus masculis, ꝙ in inuestitura comprehenduntur etiam masculi ex fœminis. Et expressius hoc tenent ibi prædicti Moderni per aliqua, de quib.ibi per eos. Ad prædictorum etiam confirmationem facit, quia isti nepotes d. Catharinæ ve-
2 niunt ex propria persona,ex quo d.Beneuenuta † eorum mater mortua est uiuente adhuc d.Catharina eius matre.Et ideo isto casu ueniunt appellatione descendentium masculorum, ẽm Cy.& Bal.in auth.cessante.C.de legiti.hẽredib. vbi concludunt,quod appellatione masculorum descendentium ueniunt etiam masculi ex fœminis,si ex propria persona, & non matris ueniant. Quod autem ueniant ex propria persona, qñ mater eorum est mortua eo uiuente,de cuius hæreditate agitur,probatur ex no.per Bar.& alios,in l.qui superstitis.de acq. hær.& l.pactum.C.de colla.cum concor.de quib.ibi late per Alex.In quib.etiam locis ad propositum concluditur, ꝙ exclusa pacto vel renunciatione ab hæreditate paterna,nõn nocebit filiis suis si uiuente patre moriatur, quia non ueniunt nepotes ex ea ex persona matris,sed ex propria. Sic igitur in proposito, quãuis
3 † fœminæ sint exclusæ,non tñ suis descendentib.masculis dẽnt obstare,ꝑsertim si præmoriantur eo viuente, de cuius agit̃ successione.Et hoc etiam confirmatur ex not. per Ang.in l.illam. C.de colla.& per Pau.de Cast.in l.si defunctus.C.de legi.hæredib.vbi quęrunt, quid si mater excludatur ex forma statuti ab agnatis masculis,& contingat extare aliquos cognatos proximiores,& qui de iure communi præferrentur agnatis,an stante dicto statuto excludentur,sicut mater per subexistentiam agnatorum.Et concludunt,ꝙ aut mater est in medio, & superuiuit,& tunc excludentur etiam cognati,qa eẽt absurdum, ꝙ mater proximior excluderetur,& alii remotiores existentes in eodem gradu cognationis nõ. Si uero mater nõ suꝑuiuat,tũc nõ excluduntur alii cognati, quamuis sint remotiores ipsa matre,quia isto casu cessat rõ ꝑdicta.Et idẽ est ẽt de mente Bal.in d.l.illam.Non videtur ergo absurdum similiter in casu nr̃o, ꝙ fœminæ descendentes excludãtur,& tñ masculi ex eis uocẽtur matre eorũ non existẽte in medio tꝑe successionis, & ꝙ alijs fęminis ꝑferantur.Sed tamẽ præmissis non obstantib.cõtrariã sententia proculdubio arbitror ueriorem.Et est considerãdum
4 † ꝙ aliqñ statutum defert masculis descendentib.ex linea masculina hæreditatem ascendentium simpliciter & indistincte, & tunc probabiliter dubitari posset,utrum intelligatur delata hæreditas ascendentis masculi tantum,& sic an descendẽtes ꝑ uirilem sexum & agnati solum intelligantur uocati.Et ista dubitatio nõ ꝑtinet ad ꝑsentẽ cõsultationẽ,sed est illa,de qua loquitur Pau.de Cast.in consi.171.inci.Præsens casus,&c. & latius in consi.341.incip.Pręsupposito ꝙ dictũ statutũ,&c.ver. nũc videndum est,&c.Qñ vero statutum masculos descẽdẽtes per lineam masculinam præfert fœminis successione ascendentium masculorum vel fœminarum. Quo casu certum est, qđ masculi etiam ex fœminis ascendentibus sunt præferendi in successione earum.Et isto casu dubitari potest,vtrum statutum intelligatur de masculis natis ex masculis solum an autem intelligatur etiam de his, qui descendunt ex fœminis. Et iste est proprie casus noster,de quo ad præsens quæritur,& super quo cõsilium petitur. Dico igitur, ꝙ masculi descendentes ex masculis tantummodo sunt vocati,& fœminis præferendi, non autẽ masculi nati vel nascituri ex fœminis.Quia quamuis appellatione descendentium simpliciter veniant omnes prædicti,per iura allegata in princ. tamen quando † in dispositione vocantur masculi descendentes,ueniunt solum illi,qui ex masculis descẽdunt,& hi duntaxat vocati intelliguntur, & non descendentes ex fœminis etiam masculi,vt colligitur ex d.Spe.in ti.de loca.§. nunc aliqua.ver.147 & idem vult Bal.& Ang.in l.sed si hac.§. liberos.vbi etiam per Ale.de in ius vocan.& Bal.in auth.si quas ruinas.in fi.C.de sac.san.ecc.& in l.1.C.de cond.insert.& Ioã. And.in additio. Spe.in rub.de test.circa fi. dum refert disputationem Rich.Malum.& ita in terminis nostris uult Pa.de Ca.ĩ d.cõs.341 in prin.Nam,dicit ipse,pręsupponendo, ꝙ statutũ locum habeat in successione matris & aliorum descendentium per matrem,tunc certum est,dicit ipse,qđ sicut per masculos excluditur filia, eodem modo excluditur etiam filius eius, etiã masculus,quia inconueniens esset,ꝙ filia proximior excluderetur,& ꝙ filius eius remotior includeretur.l.si viua matre.C.de bon.mat.Nec obst̃m eum, ꝙ masculi vocãtur,& ꝙ filius filiæ sit masculus,quia appellatione descendentium masculorũ non veniunt masculi ex fœminis,sed ex masculis solum,alleg.Spec. in loco pręalle.& Bal.in d.l.1.C.de condit.inser.Et sic vult Pa. de Ca.explicite,ꝙ ubi statutum uocat descendentes masculos ad successionem ascendentium etiam fęminarum, sicut in casu nostro formaliter contingit, ꝙ tunc intelligitur vocare solum masculos descendẽtes ex masculis,& illos nedum fœminis præferre,sed etiam filijs earum etiam masculis.Et sic dicti masculi ex fœminis non sunt comprehensi in capite statuti inclusiuo masculorum,sed in capite exclusiuo fœminarum.Relinquitur ergo in casu nostro,ꝙ nepotes masculi ex filia non possunt excludere neptes ex ea,quia tales non pręfert statutum fœminis, sed solũ masculos ex masculis.Et ultra ꝑdicta,ꝙ ubi vocãtur masculi descẽdẽtes,intelligãtur vocari ex masculis nati, nõ fœminis,ĩ terminis ẽt uult Pa.de Ca.in d.l.Gallus.§.nunc de lege.præsertim ratione præallegata,quia cum filia sit exclusa,quæ est ꝑximior, multo magis filius eius etiam masculus debet excludi, cum sit remotior.d.l.si uiua matre,& cum eo ibi transit Alex.l. fi.& etiam Are.& Ale.in §.etiam si parente.eadem.l. & in l.ex facto.§.fi.ad senat.Trebellianũ. Et pro hoc optimẽ facit tex.ĩ c.1.§.hoc autem notãdum.qui feu.da.pos.vbi habetur, ꝙ sicut fœmina excluditur in feudo,sic etiam excluditur ex ea descendens etiam masculus. & tanto magis hoc est etiam dicendum in casu nostro, in quo vocantur nedum descendentes masculi ad successionem mulieris ascendentis,sed etiam vult statutũ,ꝙ sint ex linea masculina.Quæ uerba hoc casu significãt,i.ex masculis,ut declarat Pau.de Ca.in dictis consiliis,& præsertim in consi.341.Vel ultra eum dici potest,ꝙ illa uerba,ex linea masculina,non referantur ad mulierem,de cuius successione agitur,quæ non potest habere lineam masculinam descendentiũ. d.l.pronunciatio.§.fi.& d.l.familiæ.sed referantur ad ipsos descendentes masculos. Et est sensus, ꝙ descendentes masculi ex linea masculina,s.ipsorum descendentium,præferantur fœminis.Nam ipsi descendentes masculi ex fœmina,de cuius agitur successione,possunt esse ex linea masculina eorum,quando descendunt ex masculis,& non quando ex fœminis nascuntur.Et ideo uerba prædicta,quę sunt sui natura apta referri ad fœminam ascendentem,de cuius successione agitur,& ad descendentes suos masculos, ratione subiectæ materiæ referri debent ad dictos descendentes masculos,& non ad dictam fœminã ascẽdentem,cui non possunt dicta uerba conuenire,arg.no.in l.ex facto.in prin.ad Treb.& per Bar.in l.cum in testamẽto.de aur. & arg.leg.& per Are.ad propositum,in d.l. Gallus.§. & quid si tantum,in notabilib.& propterea cum nepotes ex filia nõ sint ex masculis nati, nec sint de linea masculina etiam descendentium

tium ipsius do. Catherinæ, illa verba ex linea masculina, nō pos sunt illis aliquo mō conuenire. Et ꝙ dicti nepotes dicantur de exclusis & vocatis, probatur etiam concludentes ex uerbis eius demmet statuti ibi, exclusis semper fœminis, & descendentib. ex eis, &c. Ex quibus verbis clare probatur, ꝙ descendentes excludantur simpliciter & indistincte, & sic siue sint fœminæ, siue masculi. l. j. §. & generaliter. de le. præstan. iuncta. d. l. 1. de cō di. infer. Cum ergo per superexistētiam descendentiū masculorū ex linea masculina excludant ḡnaliter descendētes ex fœminis, sequitur, ꝙ masculi descēdētes ex fœminis nō sunt de illis, qui excludere possint fœminas. sed ꝙ excludantur, sicut & fœminæ, a quibus descendunt per masculos natos ex masculis. Et hoc vltimum, iudicio meo, sufficeret. Postremo confirmantur pdicta ex statuto posito sub rub. de succes. descendentiū ex mulieribus transeuntibus ad secunda vota, &c. in quo filii masculi & descendentes masculi ex eo in successione matris præferū tur filiabus & suis descendentibus, siue sint ex eodem matrimonio, siue ex alio. Quod ergo in hoc statuto specialiter disponitur in successione mulieris transeuntis ad secunda uota, disponitur generaliter in alio statuto sub rub. de succes. ascendentium, & in illo speciali, hoc tātum declarat, ꝙ filii masculi & eorum descendentes masculi præferantur filiæ & suis descendentibus siue sint ex eodē siue ex altero matrimonio. Ex dicto igitur statuto speciali primo probatur, ꝙ hæreditas per prius defertur filio masculo & suis descendentib. masculis. Item quod excluditur filia, & sui descendentes, etiam masculi. Ex quo sumi potest interpretatio & declaratio statuti generalis, vt s. intelligatur etiam de prædictis personis tam respectu capitis inclusiui, quam etiam capitis exclusiui. Et sic ꝙ solum filij masculi, & descendentes masculi ex eis in successione fœminæ ascendētis præferantur, & quod filiæ descendētes sui vtriusq; sexus excludantur extantibus dictis masculis. Qua. n. ratione vult statutum specificare, ꝙ masculi solū, qui nascātur ex masculis, pferantur in successione matris trāseuntis ad secūda uota, eadē ratione idem est dicendum, quando in primo matrimonio permansit. Et ideo de istis intelligendum est etiam aliud statutum generale. Nō enim voluit prædictum statutum speciale in hoc aliquam differentiam introducere inter casum, de quo in alio statuto generali, sed solum explicite uoluit declarare, quod prędicti masculi excludant filias nedum natas ex eodem matrimonio, sed etiam natas ex alio quocunque. Cum igitur ueniat dictum statutum speciale ad interpretationem, & declarationem & extensionem dicti statuti generalis, debet intelligi secundum legem interpretatam. §. fin. in authen. de filiis ante dotis instr. nat. & in l. nihil. & ibi Bart. de coniugen. cum eman. lib. Ex quib. omnib. manifeste constat, ꝙ nepotes masculi ex filia non præferuntur neptibus ex ea in success. auiæ maternæ. Supest demum ad allegata in contrarium accommodare responsū.

6 Non ob. igitur in primis † ꝙ appellatione descendentium ueniant etiam descēdentes ex fœminis, quia illud procedit, quando de descēdētib. simpliciter fit mentio: Sed secus est, quando loquitur dispō de descēdētibus masculis, secundum Pa. de Castr. in d. consi. & in d. §. nunc de lege. & alios in aliis locis allegatis pro hac ultima parte. Quinimmo ubi etiam de descendentibus fit mentio simpliciter in materia odiosa, puta in priuile-
7 giis, dici tunc potest † ꝙ non ueniant descendentes ex filia, ut probatur in l. 1. in fin. de iu. immu. & per Barto. in l. quia personale. sol. mat. & in l. 1. de const. prin. & Imo. in l. si ita scriptum sit filiab. de leg. 2. & Alex. in consi. 166. 2. vol. Idem ergo in casu nostro, in quo statutum est odiosum, maxime respectu successionis fœminarum ascendentium, quia non potest dici factum fauore agnationis conseruandæ, ut dixi superius. & contraria locū habēt, vbi agitur de fauore, uel in materia non odiosa. Item in casu nr̃o uocantur masculi ex linea masculina, quæ uerba exponuntur, i. nati ex masculis, secundum Pau. de Cast. in d. consi. 341. quia aliter congrue exponi nō possunt. Vel, ut etiam ultra eum dixi, referuntur ad ipsos descendentes masculos. Et est sensus, ꝙ deferatur masculis descendentib. ex linea masculina ipsorum descendentium, & sic ad descendētes ex masculis, qui proprie habēt lineam masculinam. Præterea in casu nostro non potest alia ratione intelligi de nepotibus ex filia quia & ipsi propter masculos ex linea masculina sunt expresse exclusi per illa uerba, uidelicet, fœminis semper exclusis, & carū descēdentib. &c. Et similiter ex alio spāli statuto declarat, ꝙ masculi sunt inclusi, & ꝙ masculi ex fœminis sunt exclusi, vt
8 latius est tactū. Nō ob. ꝙ † loquatur statutū de masculis quibuscunq;, & sic p uerbū vl̃e & geminatum, & sic ꝙ illius uirtute dēt includi, qui aliàs non includeret, argumēto notatorū, ī l. balista. ad Treb. Quia illud uerbū recipit restrictionē, nō ab hoīe, sed ab ipsomet statuto. Nam ex quo subiunxit statutū, ex linea masculina, datur intelligi ex hoc, ꝙ intellexit de natis ex masculis. Et hmōi r̃nsio probatur in l. gn̄li. §. uxori. de usufr. l. Nā licet uerbū uniuersale nō recipiat restrictionē ab hoīe, ſm Bar. ibi p l. Iulianus. in prin. de l. 3. tñ restrictionem recipit, q̄ sibi dedit testōr disponēs, ut ibi pbatur ſm Bar. Itē ꝙ ita restringi dēat, colligitur ex alio statuto, ut etiā dictum est. Praeterea cessantib. ēt prædictis, adhuc illud uerbum geminatum non obst. Nam pro absurdo euitando licita est restrictio. l. scire oportet. §. aliud. de excu. tut. l. aliud. §. absurdum. de reg. iu. l. furti. §. pactus. & ibi no. Bar. de his qui not. infa. & per eum in l. omnes popu. de iust. & iu. dū loquitur de interpretatione restrictiua. Cū ergo filia sit exclusa, esset absurdū, ꝙ eius filius remotior includeretur, d. l. si viua matre, & per Doctores in locis pręalleg. & maxime Pau. de Cast. in d. §. nunc de lege. Ideo illud uerbum, quibuscunque, dēt restringi, ut non includantur nepotes masculi ex filia. Et hac ratione, in terminis in casu econuerso utitur Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocan. vbi concludit, ꝙ si quis recepit emphyteusim pro se, & liberis, ꝙ in concessione includatur etiam fœmina, quamuis hoc sit ex interpretatione, quia aliàs sequeretur absurdum, ꝙ filii masculi ex ea comprehenderentur. l. liberorum. de uer. sig. & ipsa non, quāuis sit proximior. d. l. si uiua matre, ideo pro absurdo euitando permittitur extēsio, ſm eum, & sic ꝙ in contractib. masculinum concipiat fœmininū, quāuis regulariter sit secus, ut ibi latius per eum. Non ob. insuper, ꝙ prouisio statuti non attendat ad agnationis conseruationē, ex quo agitur de successione fœminæ ascendentis, cui eius descēdentes non sunt agnati, & sic ꝙ includi uñr ēt masculi ex filia, per ea quæ allegantur per Modernos, in d. §. nunc de lege. Quia in primis potest di-
9 ci † ꝙ male loquantur, & contrarium uult apertè Pau. de Ca. in d. consi. 341. in prin. ubi in terminis uult, ꝙ eo casu, quo statutum masculos descendentes præfert in successione fœminæ ascendentis, ꝙ nepotes ex filia nō includantur, uel uocētur, sed ꝙ immo dicantur exclusi sicut & ipsa filia. Et quāuis cesset fauor conseruandæ agnationis, alia tamen ratione nepos ex filia non debet admitti, uidelicet, quia esset absurdū, ꝙ filia proximior excluderetur, & nepos remotior admitteretur, contra d. l. si uiua matre. Et sic vult, ꝙ ubi pōt sequi dictum absurdū, ꝙ indistinctè nō dicantur nepotes ex filia de vocatis, ēt si cesset ratio conseruandæ agnationis. Quod absurdum utiq; non potest locū habere in descendentibus ex masculis. Cum igitur non sit eadē ratio præferendi omnes descēdētes masculos, s. tam ex masculis quā ex fœminis, merito fit restrictio ad illos, qui ex masculis descendunt, & de his, qui ex fœminis proueniunt, non intelligitur caput inclusum ipsius statuti, ut absurdum prædictū euitetur. Vel secundo dici potest, ꝙ nos loquimur, quando statutum defert hæreditatem masculis descēdentib. ex linea masculina, propter quod vltimum verbū constat, ꝙ loquitur de his, qui ex masculis descendunt, quia nō potest aliud significare, ut per Pau. de Ca. in pręalle. consi. Sed Moderni in d. §. nunc de lege. loquuntur, quādo masculis descendentibus simpliciter prouidetur absque eo, ꝙ dicatur, ex linea masculina, uel per lineā masculinā. Tertio ēt potest responderi, ꝙ dicti Moderni loquūtur, qñ de masculis descendentibus fit mentio in materia fauorabili, puta in concessione principis. l. si quando. C. de bon. vac. lib. 10. & in l. fi. de consti. princ. & c. cū dilecti. de donat. vel in dispositione testatoris similiter fauorabili. l. in testa. de reg. iu. Sed nos loquimur in statuto hoc casu odioso, & restringibili, vt supra fuit dictum, ideo appellatione descendentium masculorum non ueniunt masculi ex fœminis. l. 1. de iure immunitatis, & per Barto. in l. quia personale. ff. soluto matrim. cum concord. de quibus supra. Postremo non obst. quòd isti filij filiæ, non veniant ex persona matris præmortuæ, quo casu continentur appellatione descēdentium masculorum, secūdum Cy. & Bal. in auth. cessante. C. de legit. hære. quia Ang. in d. §. nūc de lege. ēt isto casu tenet oppo-

18 situm per rōnes, de quibus ibi per cū. Nec refert, q̄ † filia mortua sit ante do. Catharinam, de cuius successione agitur, q̄a ex quo nepotes ex filia sunt tm̄ coniuncti auiæ per filiam, & eius persona mediante, sicut filia excluditur, sic etiam omnis dependens ab ea, quamuis tempore successionis non viuat, vt in terminis concludit Pa. de Ca. cum quo in hoc transit Alex. in d. l. illam. C. de coll. vbi vult, q̄ si statutum exclusit matrem extantibus agnatis, q̄ excludētur etiam alij cognati, qui attineant & cōiungantur defuncto per matrem solum, quamuis de iure cōmuni proximiores sint ipsis agnatis, & hoc siue mater exclusa superuiuat, siue præmortua sit tempore successionis, quia exclusa radice excludūtur omnes, qui dependēt ab ea. alleg. not. per Cy. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. & Io. And. in tit. de test. §. j. & per Bar. in l. liberorum. de verb. sign. & per Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. vbi concludunt Do. q̄ statutum excludens filiam ꝑpter masculos, intelligitur excludere etiam oēs eius descendentes, quamuis filia non superuiuat. Et ꝑpter ea distinctio Ang. in d. l. illam. de qua in præcedentib. mentionem feci, non procedit. Nec prædictis etiam obstant no. per Bar. in l. qui superstitis. de acqu. hær. & per Doc. in l. pactū. C. de coll. dum uoluit, q̄ filia exclusa pacto vel renunciatione a successione paterna, non obstet suis descendentibus venientibus ex propria persona, quia casu illo renunciatio filię habet tacitam conditionem, videlicet, si hæreditas fuerit delata, argu. l. quoties. de nouationib. ideo si filia præmoriatur, conditio renunciationis defecit, & consequenter nō potest obesse nepotibus, vt declarat Imo. in d. l. qui superstitis. & Alex. in d. l. pactum Sed in casu statuti filia ab origine & pure fuit exclusa, tanquā statutum iniecerit uinculum in ipsa natiuitate, secundum Ioan. And. in regula, sine culpa, de regu. iur. in 6. & dict. Anto. & Abb. in c. quod clericis. de fo. compe. & Roma. in leg. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & Pa. de Ca. consi. 335. Posset etiam ad contrarium respōderi, q̄ statutum non vocat descēdētes masculos simpliciter, sed quando addit, ex linea masculina, quia ex hoc percipitur, q̄ loquitur de descendentibus ex masculis, sicut sæpius dictum est. Et sic demum concluditur quòd nepotes do. Catharinæ ex filia non excludunt neptes ex ea forma dicti statuti, sed quod succedunt simul, & pariter masculi & fœminæ de iure communi. Deuenio nunc ad aliud dubium. Circa quod prima consideratione uidetur dicendum, quod bona adiudicata & assignata dom. Beneuenutæ ex pluribus causis expressè intelligantur pro rata ex qualibet causa as-
11 signata. Quia ubi tacite & † præsumptiue ex pluribus & diuersis causis soluitur, solum intelligitur pro rata cuiuslibet debiti. leg. in his. §. Imperator. & ibi Barto. & in leg. illud. & in l. pupilli. §. pen. de solu. & notatur in leg. prætoris. §. 1. & ibi per Barto. & omnes de damno infec. & in l. si finita. §. cum autem. eod. tit. Idem ergo est dicendum, quando expressè soluitur ex diuersis & pluribus causis, sicut in casu nostro, quia ex quo manifestè constat ex pluribus causis fuisse solutum, in quamlibet causam pro rata debet solutio cedere. Sed his breuiter non obstantibus contrarium posse concludi arbitror, præsupposito, quod dicta domi. Beneuenuta nihil posset petere ex testamēto Ioanni aui sui, & hoc constat clare, sicut in puncto præmittitur. Quia quamuis bona etiam sint assignata ex illa causa, id est, ex eo quod petere & exigere posset occasione testamenti, tamen ex quo apparet quod ex eo nihil debetur, uidetur in dubio adiudicatio facta prius ex aliis causis ueris, & pro tota, & integra quantitate uere debita, & illud tantum, quod superest, uidetur assignatum pro alia causa indebita, quia ex quo ex aliquibus causis domin. Beneuenutæ uere debebatur, & ex alia non, uidentur in dubio arbitri uoluisse integre, & in totum satisfacere ex causis uere subsistentibus, argum. leg. in his. §. Imperator. de solu. ubi habetur, quod solutio uidetur in dubio facta potius pro debito ciuili & naturali, quam pro naturali tantum, quia subest ratio, quare magis ꝓ uno quam pro alio solutum intelligatur. Ergo, cum subsit ratio, quare magis solutio facta ex pluribus causis, cedat pro maiori rata in unam causam magis, quam aliam, hoc præsumitur factum. Et tanto magis, quia solutio facta in causam indebitam habetur pro non facta, & conuertitur in causam uere debitam. l. creditor. §. fina. & ibi Doc. de sol. & per Bart. in l. cum ex pluribus. la 2. eod. tit. Et ꝓpea in dubio est præsumendum, q̄ assignatio facta fuerit, quatenus vere debebatur, non autem ex causa indebita, nisi pro illa parte, quæ superest, & quæ in causam debitam cadere non potest. ¶ Nec obstant allegata in contrarium, quia procedunt, quando omnes causæ, ex quibus fuit solutum, essent veræ, & ex eis uerè debebatur, quia non subest ratio, quare in vnam magis quam alteram possit dici fuisse factam solutionē, & ideo in quamlibet causam cedit pro rata. Sed secus est, quando altera ex dictis causis non est vera, vel quando ex ea nihil verè deberetur, quia tunc videtur solutum ad extinguendum in totum causam veram, & illud, quod superest, pro causa indebita, & non vera. Et ita concludo. Laus Deo.

¶ Statutum si excludat matrem propter agnatos, an extendatur ad sororem defuncti, maxime matre in medio existēte. Et an clausula codicillaris conseruet successionem iure fideicommissi posthumo ignoranter præterito. Et an fideicommissaria substitutio censeatur facta inter plures vocatos sub nomine collectiuo per verba communia.

SVMMARIVM.

1 *Mater sicuti a statuto excluditur a successione propter agnatos, ita debet etiam soror censeri exclusa a successione fratris, contrarium tenet, nu. 3. & 7.*
Exclusa una persona, debet censeri exclusa etiam sibi similis, in qua sit eadem ratio excludendi.
3 *Statutum excludens matrem propter agnatos, non censetur excludere vlteriores cognatos, quando mater est præmortua. secus si sit in medio, & tales sint, quos de iure communi excluderet, aliàs secus. nu. 5.*
4 *Mater licet a statuto excludatur propter agnatos, tamen si extat etiam soror defuncti, mater ad portionem admittitur cessante statuto in isto casu.*
6 *Argumentum a contrario sensu sumitur in statutis, ubi non resultat correctio iuris communis.*
8 *Posthumo ignoranter præterito clausula codicillaris nihil operatur, ut per fideicommissum censeatur vocatus, nisi esset apposita per uerba futuri temporis.*
9 *Fideicommissaria substitutio, an censeatur facta inter descendentes ordine successiuo, quando sub nomine collectiuo innitantur, & in præcedentibus inter filios sit facta fideicommissaria. & nu. 11.*
10 *Substitutio facta adinuicem inter vocatos sub nomine collectiuo est vulgaris tantum, quando est concepta absque uerbis habentibus tractum temporis.*
12 *Species derogat generi, quando præcedit specialis enumeratio personarum.*

CONSILIVM XIX.

CIRCA præsentem consultationem de trib. principaliter dubitari contingit. Et primo, an do. Helisabeth sit exclusa a successione fratris intestati per superexistentiam agnatorum vigore statuti Mutinensis positi sub. rubr. q̄ attinentes venientes ex linea materna &c. Secundo utrum ex testamento paterno consequi possit bona patris sui, saltem iure fideicommissi. Tertio agnati masculi ex testamento Angeli ad eius bona per fideicommissum, uel aliter intelligantur uocati. Circa primū,
1 uidetur prima consideratione † dicendum, q̄ prædicta domina ab intestato sit per agnatos masculos exclusa a successione fratris. Et hoc virtute statuti ꝑdicti disponētis, q̄ agnati masculi usq; ad quartū gradū excludāt matrē & auiā paternā ab intesta. &c. Qua ergo rōne mater excluditur per masculos, s. rōne agnationis cōseruandæ, s̄m Io. And. in addi. Spe. in rub. de succ. ab intest. & Cy. in l. j. C. de adul. & Bal. in l. quod uero. de legib. cum suis concor. eadē rōne dēt soror defuncti ꝑ agnatos masculos excludi, cū succedat pariter cum matre de iure cōi. auth. defuncto. C. ad Tert. Nā dicta cā finalis statuti dēt esse cā extēsionis, sicut, q̄n cessat cā finalis, cessat statutū. l. generaliter. C.
2 de episc. & cle. Et † quia exclusa una persona debet excludi sibi similis, in qua est eadem rō excludendi. Vnde exclusa matre a statuto, uidetur exclusus auus maternus, & exclusa filia intelliguntur exclusi nepotes ex ea, s̄m Bar. in l. liberorū. ff. de verb.

sig.

fig.& Cyn.in dicta l. 1.C.de adul. Quinimmo exclusa filia dicitur etiam exclusa neptis ex filio masculo per identitatem rationis prædictæ, ſm Fulg.& Alex.in l.2.C.de in ius voc. Et, quamuis non dicant, idē vult Bal.in l.scimus.in fi.prin.C.de inof.test. vbi dicit, ꝙ dicta neptis ex filio excluditur etiam a nepote masculo ex fratre, quamuis loquatur statutum de fratre & sorore de quo etiam per Io.And.in d.rubr.de suc.ab intest.quāuis Bal. in d.l.2.de in ius voc.aliter dixerit. Sed præmissis non obstanti
3 bus contrarium proculdubio puto verius. Nam certū est, ꝙ † dicta soror defuncti dēt de iure communi agnatis remotioribus ab intest.præferri, in auth.de her.ab intest.§.reliquum. Nec est verum, quòd exclusa matre per statutum fauore agnatorum intelligatur soror exclusa. Quoniam aut mater non superuiuit, & iste casus, cum sit a statuto omissus, remanet in dispositione iuris communis.l.commodissime.de lib.& posth.l.si extraneus de condic.ob.caus. & probatur ea notatis per Ang. & Alexan. in l.illam.C.de colla.dum quærunt post Bal. quid si mater per statutum excludatur per agnatos masculos, & contingat etiam extare cognatos, qui de iure communi præferrentur agnatis superstitibus, an per exclusionem matris sequatur exclusio cognatorum. Et concludunt concordando opiniones cōtrariat Bar. & Bal. ꝙ aut mater superuiuit, & dicti cognati censentur exclusi, aut mater non est in medio, & tunc cessat prouisio statuti, & succedunt cognati de iure communi: quia casus iste a statuto reperitur omissus. Si ergo isto casu matre non extante cognati remotiores non excluduntur, quia de illis statutum non loquitur, secundum prædictos, multo magis in casu nostro, si mater, quæ excluditur, de medio iam sublata inuenitur, non debet soror excludi, quæ de iure communi succedit simul cum matre. Et quia isto etiam casu militat ratio prædictorum. Et vbi mater defuncti adhuc superuiueret, etiam isto casu non
4 excluderetur soror, immo † mater beneficio sororis succederet pariter cum illa, & cessaret prouisio statuti, prout consuluit collegium Perusinum, cuius consilium reperitur inter consilia Angeli nume. 210.incip. In nomine domini, &c.statutum supradictum, &c.vbi concluditur, quòd si patruus excludat matrem ex forma statuti, & contingat, quòd cum prædictis concurrat soror vtrinque coniuncta, quòd soror non censetur per statutum exclusa, immo tunc mater non excluditur per patruum, sed cum sorore defuncti beneficio eius succedit, & patruus excluditur, per tex.optimum in dict.leg.2.§.si sit consanguinea ad senatuscon.Tertul. Et idem tenet Petr.de Ancha. in cap.canonum statuta ad fin.de constitu. versic.inter consilia, quæ habeo, & faciunt notata per Barto.in leg. 1.§. si filium.de bon.poss.contra tab.vbi vult, quòd si soror utrinque coniuncta excludatur a fratre consanguineo, & cotingat tempore successionis etiam matrem extare, quæ per statutum non est exclusa, quod soror beneficio matris succedet cum illa, excluso fratre ex parte patris tantum, per dictum §.si sit consanguinea. Et idem in simili voluit Bald.in leg.quicunque.C.de ser.fug.dum concludit, quod si auus paternus excludatur a patruo per statutum, & superextet etiam auia, quæ non est exclusa, ꝙ eius beneficio succedet etiam auus cum illa, & excludetur patruus, quia, secundum eum, inclusus trahit ad se exclusum. Et idem in alia simili quæstione volunt moderni Perusini in leg.fin. C.ad Tert.per dictum.§.sit consanguinea.& Alexā.in dict. leg.illam.
¶ Nec prædictis obstat quod uoluit ibi Ang. & Alexand. in a-
5 lia quæstione, quos superius retuli, † quia ipsi loquuntur, quādo cum persona exclusa, puta si cum matre concurrant cognati, qui ab illa de iure communi excluderentur. Nam isto casu superexistentia matris uidentur exclusi, licet de illis statutum nō loquatur, per rationem eorum. Sed est aliud, quando persona in statuto non nominata concurrit in successione de iure communi cum persona exclusa: quia tunc persona, quæ non est nominata, puta soror, in casu nostro non intelligitur exclusa, siue persona, quæ excluditur, puta mater, extare inueniatur tempore successionis, siue sit sublata de medio, sicuti authoritate præmissorum in terminis, & clare comprobatur. Et quod in casu nostro non dicatur soror exclusa per statutum, immo magis exclusa, potest etiam confirmari, quia alio statuto cauetur, quod soror defuncti non succedat extantibus fratribus ex eodem patre, uel liberis masculis ex dictis fratribus. Cum ergo statutum excludat sororem solum, quando superest frater, videtur illo non extante illam non ex-
cludere, argum.l.cum prætor.in princ. de iudic.vel saltem per
6 argumentum a contrario sensu statutum velle videtur, ꝙ † nō excludatur, si frater non extat, quod argumentum hoc casu licitē sumitur ex statuto: quia per illud ius commune non corrigitur, sed potius conseruatur, quia cum iure communi concordat statutum, si a contrario sensu sumatur argumentum, quod in statutis semper licet assumere, quotiescunque non inducitur per hoc correctio iuris communis, secundum Bald.in l.2.in princ. C. de condi. inser. in l. apud antiquos. C. de furt. Salic.in l.conuenticulam. C. de episco.& cleric. Anto. de Bur. & Imo.in c.cum Apostolica. de his quæ fi.a præla.& Alexand. in l.1.in princ.de officio eius cui manda.&c.& est ex mēte Barto. ibi, & in l.omnes populi. in 6. quæstio. princ.de iust.iure.
7 Nec obstant allegata in contrarium, dum dicebatur † quòd exclusa matre intelligitur exclusus auus maternus, & exclusa filia, nepos ex ea, quia auus, & nepos succedebant loco exclusorum, & erat quædam repræsentatio in eisdem exclusis. Sed non sic in matre & sorore, quæ diuerso iure veniunt ad hæreditatem, & non vnā in locum alterius. Et ita rńdet formaliter Petr.de Ancha.in dicto c.canonum statuta. in ver. præalleg.& Alex.in d.l.illam. Similiter non obst.quòd neptis ex filio masculo excludatur, quamuis de illa statutum non loquatur, sed de filia, & tamen neptis ex filio non succedit loco filiæ exclusæ secundum Fulg.& Alex.in d.l.2.de in ius vocan. quia, vt dicit Alex.in d.l.2.non potest venire ex persona propria: q̄a filius proximior eam excludit, nec ex persona patris, quia in ea non potest esse qualitas masculinitatis, quæ est in parte. Et sic illo casu neptis venire non potest, nisi in locum alterius succedat, ꝙ non est in casu nostro in sorore, quæ venit suo iure, & absque eo ꝙ succedat in alterius locum. Vel possumus dicere, ꝙ Bal.in d.l.2. ubi contrarium tenuit, melius loquatur, cuius opinio satis probatur ex his, quæ in fauorem sororis sunt allegata. Et ad rationes tenentium contrarium facillime posset responderi: sed quia non expedit, vlterius circa hoc non insisto. Deuenio nunc ad secūdum dubium, in quo versatur maior dif
8 ficultas. Nam testamentū fuit † ruptum natiuitate posthumi ignoranter præteriti.l.uxoris abortu.de posth.hær.insti. Dubitatur ergo, vtrum virtute clausulæ codicillaris in testamento appositæ dicatur posthumus grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem dictæ do.Helisabeth hæredi institutæ. Et videtur prima facie dicendum ꝙ non, vt per plura concludit Bar.in l.j.in 6.q.de iure codi.& in consi.inci.Quidam noīe Lapus Nānis, &c. Bal. sequitur in l.si totas.C.de inof.don. Ang. in l.idem erit.de iure codi.& Are.in cons.24.inci. Quatuor dubia. & in consi.vlt.vbi dicit in fi.ꝙ cōis opin.est cum Bar. cum quo etiam nouissimi trāseunt in auth.ex causa.C.de lib.præte. Rōnes & iura ipsorum non refero, quia longum esset, & q̄a, vt ex infra dicendis apparebit, non est necessarium. Sed præmissis non obstantibus contrarium videtur verius, & ꝙ succedētes ab intestato teneātur dicto casu virtute cl'æ codicillaris restituere hr̄ditatē hæredi scripto, qn̄ cōcepta est p̱ verba futuri temporis, sicut in casu nostro, quia in genere uidetur cogitatum de quocunq. modo rumpendi, ꝙ sufficit.l.qui iure militari. de testa. mili.l.sub prætextu specierum. C. de transa.Et per alia plura hoc voluit Bal.in d.l.1.de iu.codi.ubi etiam respōdet rationib.Bar.Et idem tenet in d.auth. ex causa. & in l. gn̄aliter. §.ex testamento.de fideic.libe.Idem ēt vult Sal.in l.1.in fi.C. de iu.codi.& Imo.in l.filio præterito col.13. de iniu.rup.& irri.testa.ubi dicit, quod consuleret contra Bart.& fuit de mente antiquorum, scilicet Dyni, & Iacobi de Belui. ut refert Bart.in d. vj. q.& Oldr. in consil. 149.incip.Super j.q.Hanc opinionem sequitur etiam Roma.in consi.122.& Alex.late in d. authē. ex causa. vbi etiam attestatur communem opin.esse contra Bart. & in consi.123. incip.Discussis hæsitationibus, &c.1.uolu.& in consi.142. incip.Circa primam dubitationem, &c.2.volum.& in consi.213. uolum.incip.Ponderatis his quæ in themate, &c. Et dicit Ang.Aret.insti.de cod.in prin.ꝙ sæpe consuluit p̱ hac opinione. Et quamuis hincinde multa possent allegari, & articulus sit disputabilis, tamen satis est in præsentiarum loqui conclusiue, quia in casu nostro ista disputatio non est necessaria, sed superflua. Quia cum, ut in præcedenti dubio, sit clare, & aperte ostensum, & probatum, quod domi. Helisabeth

cedit fratri ab intestato, & ꝙ præfertur agnatis masculis, frustra quæritur, an dicti agnati tãquam hæredes defuncti posthumi teneantur dictæ dominæ restituere hæreditatem iure fidei cõmissi, quoniã ipsa hæres fratris posthumi, vt dictũ est, & eius bona capere põt ut hæres, & illa retinere. Idõ sibi non nocet, ꝙ clausula codicillaris nihil operetur, quia alio remedio, s. per successionem ab intestato sibi succurritur. Deuenio igitur ad tertium quæsitum. Et circa illud uidetur prima consideratione dicendum, ꝙ agnati prædicti possint ad hæreditatem Angeli venire iure fideicõmissi. Quoniam d. Angelus post institutionem de filijs, & substitutionem vulgariter, pupillariter, & ꝑ fideicõmissum inter illos factam, adhuc ꝓcessit vlterius ꝑ hæc verba. Nam asseruit dic. testator velle, & suæ intentionis esse, ꝙ hæreditas sua deueniat & descẽdat ad eius descẽdentes masculos legitimos, & naturales, & non ad fœminas, neque ad extraneos, &c. Constat ergo ex uerbis prędictis, descendẽtes esse uocatos,
9 quorum † appellatione veniunt omnes masculi in infinitum, qui a testatore descendunt, ꝓut sunt agnati prædicti, vt in auth. de hær. ab intes. post principium, & in l. fi. C. de suis & leg. & per consequens vnus est vocatus post mortem alterius & ordine successiuo, quia inuitantur prædicti sub illo nomine collectiuo descẽdentes. l. cum ita. §. in fideicommisso. & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. l. fi. C. de uerb. sig. & per omnes in l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. Et ꝙ substõ inter illos sit etiam fideicommissaria, voluit Pau. de Cast ibi, & in §. etiam si parente. ea. l. & satis etiam declaratur in casu nostro ex pręcedentibus, vbi testator inter filios institutos fecit etiam substõnem fideicommissariã, & qui filij sunt etiam comprehẽsi sub dicto verbo, descendentes, sequenti, sub quo, ut dixi, continetur substõ inter eos ordine successiuo. Sed quo ad filios est etiam fideicommissaria, ut declaratur per pręcedẽtia. Ergo quo ad alios descendentes dẽt etiam dici fideicommissaria, ut inter omnes comprehensos sub eodem verbo æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. de vul. & pup. l. quamuis. & l. hæreditatem. C. eo. ti. Sed præmissis nõ obstantib. contrarium est verius. Nam quamuis alii descendentes
10 masculi post filios tanquam vocati per † nomen collectiuum sint adinuicem substituti ordine successiuo, per prædicta. substitutio tamen inter eos non est fideicommissaria, sed uulgaris duntaxat, quia reperitur absque aliquib. verbis significantibus tractum temporis, sed simpl'r per illa verba, deueniat & descendat, quæ sunt communia, secundum Bar. in l. centurio. in fin. de vulg. & pup. cum quo alii transeunt. Bald. in l. fi. C. de sac. sanc. eccl. in leg. precib. C. de impub. & al. subst. & Imo. in cap. Rayn. ad fin. de testa. Ideo dẽt in dubio iudicari uulgaris tñ, sicut quãdo est facta simpliciter per verbum, substituo. d. l. iam hoc iure. Et ita etiam volunt & declarant Are. moderni Senenses in dict. l. Gallus. §. 1. contra Pau. de Cast. Et istud etiam apertius vult Alex. in cons. 22. inc. Attentis verbis testamenti. 3. vol. Nam in casu suo testator, quandocunque filius suus institutus decesserit sine filiis substituit fratrem, filio & nepotes fratris. Et dato ꝙ filii & nepotes non dicantur simul & eodem tempore uocati cum patre, sed ordine successiuo, secũdum opinionem Bart. in d. §. 1. quod tamen inter illos non intelligatur facta substitutio fideicõmissaria, sed solum vulgaris. Quia licet frater sit substitutus etiam per fideicommissum filio instituto, ex eo ꝙ uocatur per uerba importantia tractum temporis, secus tamẽ est in filiis & nepotibus fratris, qui simpliciter sunt vocati, & sine uerbis significantibus tractum temporis. Et dicit ita tenere ẽt Raph. in dic. §. 1. pro quo etiam allegat no. per Bar. in l. liberorum. de uerb. signifi. versus fin. ut ibi latius per eum. Idem ergo magis in casu nostro, quia in casu Alex. substitutio facta de fratre, filiis & nepotibus, erat sub vna conceptione verborum. Et sic probabiliter poterat dici, ꝙ illa uerba, quandocunque filius decesserit sine filiis, quæ fideicommissariam inducunt, ut plene per omnes, in dicta leg. Centurio. & in d. leg. precibus, referentur nedum ad fratrem primo substitutum, sed etiam ad sequentes, argumento. dic. leg. iam hoc iure. Sed in casu nostro substitutio compendiosa facta inter filios testatoris institutos, & alia, quæ facta intelligitur inter alios descendentes uirtute nominis collectiui, non est facta sub eadem, sed sub diuersa uerborum conceptione, & in diuersa oratione, ideo ultima facta simpliciter per uerba communia debet uulgaris tantum hoc casu facilius iudicari. Et quamuis Moderni Senenses, in dicta l. Gallus. §. primo, contra Alexand. quædam allegent, tamen rationes suæ in casu nostro cessant, ex quo, vt dixi, prima fideicommissaria inter filios est facta in separata, & diuersa oratione. Præterea opi. Alexan. potest etiã ab his, quæ obijciuntur, facilimè defendi, verum quia ille non est propriè casus noster, aliter non insisto. Confirmantur præmissa ex not. per Raph. in d. l. cum ita. §. in fideicommisso. vbi concludit, quòd si testator reliquit aliquid familiæ vel cognatis, & sic pluribus per nomen collectiuum, ac per verbum obliquum, ꝙ admittuntur solum proximiores, quibus postea exclusis, secundum eum, vlteriores non vocantur, quia sufficit, ꝙ simul fuerit verificatum legatũ, allegat no. per Bar. in d. l. peto. §. fratre. Si vero ꝑdictis relinquatur, vt non alienetur extra familiam, vel vt in familia remaneant, quia tunc relictum habet tractum successiuum, hoc importat, ut perpetuo sit in familia. Et isto casu procedit text. in d. §. in fideicommisso. Et cũ eo concordant Moderni Senenses, in l. si cognatis. de reb. dub. In primo igitur casu, in quo relinquitur familiæ, & sine uerbis significantibus tractum successiuum, vult Raph. ꝙ in fideicommisso intelligatur facta solũ substitutio vulgaris, sicut fieri potest. l. ut hæredibus. de leg. 2. l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. tollen. Idem ergo magis in casu nostro. in quo substitutio facta est simpliciter per verbum commune. Et ad idem facit, qđ voluit Pau. de Cast. in l. fin. C. de ver. sign. dum vult, ꝙ si testator fratribus suis relinquat, ꝙ fratres vtrinque coniuncti uidentur prius vocati, si extant aliis exclusis, sed si non extant, alii ex uno latere tantum admittuntur. Et sic uult, ꝙ admissis vtrinque coniunctis, alii excludantur, & consequenter quòd nõ dicantur per fideicommissum vocati, sed per vulgarem, quę expirat postquam quis fuit admissus. l. post aditam. C. de impub. & aliis substitu. Nec ob. allegata in contrarium. Et primo tex. in dicto §. in fideicommisso. quia responsio colligitur ad illum tex. ex no. per Rapha. ibi, quem maximè retuli. & Pau. de Ca. in dicta l. Gallus. §. 1. & in §. etiam si parente. male loquitur, ut per Aret. & Moder. in dicto §. 1. Item non ob. quòd inter
11 filios sit facta etiam fideicommissaria substitutio, quia † per hoc non sequitur, ꝙ inter alios descendentes sit facta eadem substitutio, immo in dubio censetur vulgaris, ut not. in l. uerbis ciuilibus, de vulg. & pupil. & probatur ex no. per Alexand. Raph. & Pau. de Cast. in locis præalleg. vbi volunt, ꝙ prius sit vocatus per fideicommissum, & tamen reliqui uocati in eadẽ oratione dicuntur primo vulgariter substituti, & ꝙ inter illos substitutio sit vulgaris tantum. Idem ergo magis in casu nostro, in quo descendentes simpliciter vocantur, & separatim, in diuersa oratione. Non ob. postremo, ꝙ sub illo uerbo, descendentes, includantur etiam filii instituti, & quòd sicut substitutio quo ad illos est etiam fideicommissaria, ita etiam intelligatur esse quo ad alios, vt æqualis sit determinatio. d. l. iam hoc iure. quia falsum est, quòd filij, inter quos facta erat prius substitutio specialis, veniant sub generali prouisione facta de descendentibus. l. cohæredi. §. qui patrem. de vulg. & pupil. ubi est casus. Et præsertim cum præcedat specialis enumeratio personarum, species debet derogare generi, sicut dicitur de legato facto priori, & fratribus, l. Titia. §. qui Marco. & ibi per Barto. de ann. leg. & per Cyn. in l. cum q. C. de lega. & Barto. in l. 4. de stip. seruo. & l. quæsitum. §. fin. de fun. instru. & est communis opi. secundum Imo. & Alexã. in d. §. qui patrem. ubi allegat concor. Concluditur ergo, quòd agnati, qui contendunt cum domina Helisabeth, non possunt ex hoc capite uocari, quia cum proximiores fuerint admissi, ipsi ex uulgari venire non possunt. d. l. post aditam. Laus Deo.

¶ Soror dotata an excludatur a successione fratris uterini, etiã respectu dotis maternæ, stante statuto excludente dotatas, & quid in filiis sororis.

SVMMARIVM.

1 *Pater per transitum ad secunda uota non priuantur successione filij, licet secus sit in matre. & nu. 14 ubi contrarium tenet.*

2 *Frater non aditam matris hæreditatem transmittit ad sororẽ, ipsa ad filios suos, licet non conceptos, auia uiuente.*

3 *Filio mortuo antequã adiret hæreditatẽ maternã, vel adire recusaret,*

cusaret, pater ad aliquam portionē non admittitur, sed soror.
5 Ius non agnitum quando mater transmitat ad filios.
6 Stante statuto, quod soror excludatur a fratre in bonis maternis si pater sit in medio, & fratrem excludat, cessat statutum, & admittitur soror, sublato ei per patrem obstaculo.
7 Soror non dicitur dotata a fratre, licet pater illam dotet nomine fratris, & ideo cessat statutum loquens de dotata a fratre.
8 Statutum præferens sorori fratrem in successione fratris non cōprehendit bona materna.

CONLISIVM XX.

VISO themate trāsmisso, & habita super eo matura deliberatione, videtur dicendum paima facie, ꝙ filii sororis præmortuæ nullo mō possint succedere patruo, qa a patre defuncti eorū mater, & eiusdem defuncti soror saltem ꝑ dimidia fuit exclusa. auth. defuncto. C. ad Ter. Et quamuis ibi dici uideatur
1 & expressius per gl. dicatur† ꝙ per transitum ad secunda uota excludatur, hoc solum in matre habet locum, & de ea tex. loquitur, & gl. Sed ꝙ pater, qui secundas nuptias contraxit, a successione filii remoueatur etiam respectu proprietatis solum, non reperitur iure cautum, ut expresse dicitur in auth. de non elig. sec. nuben. §. optimam. & ibi de nouo etiam statuitur, ꝙ mater non priuetur, quod in matre tantū postodum corrigitur in auth. de nup. §. hinc nos alia euocat. in fi. & sic in patre nihil innouatur. Et vbi soror defuncti non adiuisset hæreditatem fratris illam ad filios non trāsmisisset. l. vnica. §. in nouisimo. C. de iu. deli. nec ēt venire possent per successorium edictum, sed portio deficiens accreuisset patri defuncti. l. vnica. C. qñ non pet. partes, quod ius accrescēdi est potentius successorio edicto. d. l. 1. ꝭm vlt. lec. & l. meminimus. circa medium. C. de leg. hær. & ibi no. Bal. & Alex. in l. pactum. C. de coll. & ubi dictæ sororis filij non essent exclusi de iure communi, ad minus ex dispositione statuti non possunt admitti, in quo disponitur, ꝙ mulier dotata a patre, prout fuit dicta soror defuncti, non possit reuerti ad hæreditatem & successione dotantis, vel alicuius ex descentibus ex persona dotante, nec possit ipsa mulier dotata sucedere ab intestato alicui personæ, a qua fuerit dotata, uel alicui ex descendētibus ab ipsa persona per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam, &c. Cum igitur tempore mortis istius, de cuius hæreditate agitur, extarent fratres illius consanguinei, soror illius a patre dotata, quæ etiam tunc superuiuebat, non potuit succedere fratri, quia erat descēdēs patris dotantis, & multo minus filii ex ea pñt admitti, tum quia primū locum non tenebant tempore delatæ successionis, quia mater eorum illos præcedebat. l. si quis posthumos. §. si filium. de lib. & posth. tum quia exclusa matre, & sic radice, intelliguntur ēt exclusi descendentes ex ea. l. si uiua matre. C. de bo. mat. & no. Io. And. in rub. de test. in vlt. col. & Bal. in auth. quas actiones, C. de sac. sa. ecc. & Bal. Ang. & Ale. in l. sed si hac. §. liberos de ī ius voc. & Pau. de Ca. & moder. in leg. Gallus. §. nunc de lege. de lib. & posth. Et non ob. quod agatur de bonis, quæ a matre defuncti peruenerunt ad eum, & fratres eius sint solum ex parte patris, & soror etiam ex parte matris. Quia ubi statutū non extaret, istud posset eē in consideratione. l. de emancipatis. C. de leg. hær. Sed inter bona quæsita a matre vel a patre, aut aliūde non est differentia propter statutum prædictum, quod simpliciter excludit filiam a patre dotante, non solum a successione dotantis, sed etiam a successione cuiuslibet descendentis ab eo. Et ista soror, quæ erat utrinq; coniuncta, & quę de iure commuui debuisset in omnibus bonis undecunque quæsitis præferri fratribus ex parte patris tantum, authen. itaque. C. commu. de succes. sicut excluditur ab aliis bonis per statutum, ita etiam quo ad bona, in quibus frater successit matri communi, debet excludi. Nam distinctio dictorum bonorum habet locum, quando concurrit frater ex parte patris cum fratre uterino, & simul ad successionem admittuntur, quoniam frater ex parte patris bona paterna, quæ peruenerunt ad defunctum capit solus ante partem, & uterinus bona materna, & reliqua bona postmodum inter eos pariter diuidūtur. dicta l. de emancipatis, ad instar prælegatorum hæredibus. lege ex facto. de hær. inst. Sed in casu nostro soror non concurrit cum fratre, qa ab illo excluditur, stante dicto statuto, & ꝭm ius cōe excluderetur frater a sorore defuncti vtrinq. coniuncta. d. authen. itaq. C. com. de succ. Et ex alia ēt parte statuti videtur soror excludi, videlicet, dum uult, ꝙ mulier dotata a fratre illi nō succedat, nec alicui fratri ipsius dotantis, donec aliquis frater supererit. Et iō quia fuit soror ista dotata non solum a patre, sed ēt nomine fratris de cuius successione agitur, & de bonis illius, ideo debet excludi a fratribus defuncti. Sed istis, & aliis
2 non obstantibus contrarium puto concludendum. Nā† si iste frater defunctus non adiuit hæreditatem matris, quam non potuit adire sine iussu patris, in cuius potestate erat. d. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acq. hære. de iu. communi in totum fuit delata matris successio sorori. d. l. unica. C. quando non peten. par. & ipsa etiam decedens hæreditate non adita transmisit ad filios suos hęreditatē maternam. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. quamuis ēt dicti filii tempore mortis auiæ non essent concepti, secundum Dy. Cy. Bar. & alios, in d. l. 1. Nec pater defuncti dicto casu ad aliquam partem potuit admitti, quia quāuis filio recusante adire hæreditatē sibi delatam, possit etiam pater adire. l. fi. in prin. C. de bo. quæ lib. Secus tamen, quando filius mortuus est antequā adire, uel adire recusaret. l. si infanti. in fin. C. de iu. deli. per locum a speciali. & tenent Doct. cōmuniter, in d. l. fin. ubi etiam rationem diuersitatis assignant. Nec etiam isto
3 † casu excluditur soror, aut filij eius a statuto, quia non agitur de successione alicuius descendentis dotantis, nec de successione fratris dotantis, sed de successione matris, uel auiæ, quoniam, ut dixi, si defunctus hæreditatem matris iussu patris nō adiuit, in totum eius sorori delata fuit, quam ad suos descendentes transmisit, quo casu statutum non loquitur, nec habet locum. Et istud fundamentum est clarum. Et vbi etiam defunctus adiuisset hæreditatem matris expresse, vel præsumeretur adita, iuxta leg. qui in aliena, in princip. de acqui. hæred. &
4 leg. si filius. C. de pet. hære. adhuc † sorori delata fuit successio fratris defuncti. dict. authen. defuncto. C. ad Tertull. & in authen. de succ. ab intest. §. reliquum. nec cum ea admittitur pater in proprietate quo ad bona materna, quæ peruenerunt ad defunctum, & de quibus agitur, quia ea fuit priuatus per transitum ad secunda uota ante, uel post mortem filii, secundum gl. cōmuniter approbatam in l. fœminæ. C. de secun. nup. quæ uult, ꝙ sicut priuatur mater successione filii quo ad proprietatem extantibus aliis filiis ex ea, per trāsitum ad secundas nuptias, sic etiam excludatꝰ pater, qñ ꝯhit secundas nuptias, & ibi Sali. in terminis ita concludit, ubi uult, quòd si bona materna peruenerunt ad filium exclusa filia ex forma statuti, & cui deinde succes sit solus pater statuto sic disponente, ac postmodum transeat ad secunda uota, & moriatur superstite filio ex hoc posteriori matrimonio, & etiam filia ex priori, ꝙ bona materna, quæ peruenerunt ad patrem mediante successione filii, debent ad filiam pertinere, per gl. ibi, & ad cōtraria rñdetur per Doct. in eodē loco quos aliter non refero. In casu
5 igitur nostro ius† cōpetēs & quæsitū filiæ in bonis maternis ꝑuentis ad fratrem præmortuum, fuit transmissum ad filios suos, etiam si ab ea non fuit agnitum, quia dicta bona materna non ꝑtinent ad filiā tanquā hæredē fratris, quia non succedit propter hoc in vniuersum ius, nec in quota hæreditatis, sed in certis rebus ex dispōne legis, ideo ius in eis competens etiam nō agnitum transmittitur, ꝭm Bal. Sal. & Mod. maxime Alex. in l. cum antiquiorib. C. de iu. deli. qui etiam ad hoc alle. not. ꝑ Bar. Cy. & Bal. in l. si arrogator. ff. de adop. cum concordan. de quib. ibi per eum. Et ubi ēt ageretur de successione vniuersali, uenirēt filii sororis tanquam hęredes matris, si illa hæreditatē fratris adiuisset, & aliàs ex successorio edicto. l. 1. §. quib. de succes. edic. & insti. de legi. agna. succ. §. placebat. & per Alexand. in l. pactum. C. de coll. Nec etiā huic sorori dicto casu obstat statutum. Nam aduertendum est, quòd illud excludit filiam dotantis a successione illius, & cuiuslibet sui descendentis per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus descendens ab ipsa persona dotante per lineam masculinam. Ex quibus ultimis uerbis manifestē patet, quòd statutū loquitur quando dotans erat præmortuus, non solum quādo agitur de successione illius, sed etiam qñ agitur de successione alicuius descēdentis ex illo, quia excludit mulierem dotatam fa

uore aliorū descendentium,& solum descēdentes alios superuiuentes præfert,iuxta no. ꝑ Bar.in l.2.§. uidendū. ad Ter. Sed in casu nostro nedū cū sorore concurrebat frater consanguineus,
6 sed ēt † extabat pater, qui de iure cōi in totū excludit fratrē coniunctū ex parte patris tm̄,vt probatur.in d.auth.defuncto.quæ loquitur indistincte.& ibi hoc vult Bal.expresse, nec Pau.de Cas.contradicit,& cum eo ēt transeunt Mod. Et ꝑpea isto casu,qui est omissus a statuto, pater exclusit dictū fratrē, & remouit sorori defuncti obstaculū,& ipsa sola in bonis maternis admitti debuit,ꝑ tex.vbi est casus,in l.2.§. si sit agnatus. ad Tert.& expresse idē probatur ex no.ꝑ Bar.in l.2.§.pe.de bo. pos. contratab. Et hoc ēt vult Alex. in casu simili in l. illam.C. de coll.per d.§.si sit agnatus.& Are.in consi.37.inci. Proponit ex facto &c.vbi determinat, ꝙ si ex forma statuti filia excludatur a successione paterna ꝑ superexistentiā agnatorū trāsuersaliū,& contingat aliquem decedere relicta filia,dictis agnatis, & patre,ꝙ sola filia succedet non obstante statuto, quia pater defuncti,q̄ non excluditur ꝑ statutū , filiæ remouet obstaculū agnatorū,ꝑcipue ꝑ tex.in d.§.si sit agnatus . Et idē ēt vult Are. in consi.158.Viso puncto ad me transmisso &c. & de quo per eum latius in dictis locis,super quo aliter non insisto, quia articulus subtilis est,& longus. & quia in prædictis locis plenè tāgitur,in quib.rationes hincinde allegātur,q̄ uideri pn̄t. Nec pater pōt facere partē filię,quia per transitū ad secunda vota fuit proprietate priuatus,vt dictum fuit.Et hac ratione ēt non ob. alia pars statuti, qua cauetur , ꝙ soror non succedat fratri dotanti extantib.alijs fratribus,q̄a statutū non loquitur qn̄ ēt cōcurreret pater . Vn̄ illo superextante soror vtrinq; coniuncta succedit,q̄ pater remouit ei obstaculū fratris consanguinei. Præterea non est verū, ꝙ ista soror fuerit dotata a fratre ꝑmor
7 tuo,q̄a † licet pater ēt noīe eius ꝑmisisset partē dotis, tn̄ hoc facere non potuit,quia officium patris est dotare filiā,& nō fratris,qn̄ potest dotari a patre,l.fi.C.de dot.promis. nec frater habuit ratam promissionē patris factā eius noīe, ideo non pōt ei præiudicare,per no.in l.si ego, de neg.ge. Item statutū loquit, & intelligi dēt,qn̄ soror est simpliciter dotata a fratre,& nō ꝑm quid,hoc est, qn̄ dotatur pro parte a patre, & pro parte a fratre,quia verba statuti debēt intelligi simpliciter, & nō ꝑm q.d. l.hoc legatū.de leg.3.nec ēt hēt locū in hoc casu misto, cum sit contra ius.l.vim passam §.præscriptione. de adul. & colligitur ex no.per Bar.in l.certi cōdictio.§.qm̄.si cer.pe.& ibi no.Mod. Et faciunt no.in l.2.in prin.de ver.oblig.& præsertim,quia ista dotis constitutio magis participat de dote paterna quam fraterna,quia maiorem partē nomine suo promisit pater,ideo iudicari debet prout de dote paterna tm̄.l.quæritur hermaphroditum.de sta.homi.& per Alex.in d.l.2. in prin. Non ob.ēt ꝓdi
8 ctum statutū, quamuis † ēt dicta soror cōcurrisset tm̄ cum fratre consanguineo,& pater nō fuisset in medio respectu bonorum maternorum , de quib.agitur, vt in terminis decidit Pau. de Cast.in d.auth.itaque.C.commu.de succ.cum quo etiā transeunt Mod.vbi refert habuisse talem casum de facto: Statutum dicit,quod frater ex latere patris tantum præferatur fratri uterino, quæritur quid si frater defunctus habebat bona quæsita a matre cōi inter ipsum & uterinum, an in illis frater ex latere patris præferatur Et uidetur ꝙ sic,q̄a illorū bonorū est habēda ratio,quando frater cōsanguineus, & vterinus simul in successione concurrunt, vt primus ante partem capiat bona paterna,secundus verò bona materna, & reliqua inter eos diuidantur ad instar prælegatorum d.l.ex facto.de hær.insti. Sed in dicto casu uterinus excluditur a consanguineo . Vnde dici non potest , quod ante partem capiat bona materna , quia ea non debet capere,nisi sit hæres fratris.Et probatur, secundum Pau. de Cast.per illam auth sed contrarium determinat,quia resultaret magna iniquitas, & sufficit ꝙ statutum præferat fratrem consanguineum,vt ipse solus succedat in bonis aliunde quæsitis,& hanc iniuriam faciat fratri vterino.Et his terminis cōtentum debet esse statutum, absque eo, ꝙ extendat vires ad bona materna.Vnde debet restringi, cum sit correctorium iuris cōmunis, ad bona aliunde quæsita, & ꝙ in maternis habeat locū dispositio iuris cōmunis,& sic ꝙ dupliciter isti succedatur,s.ex forma statuti in bonis aliunde quæsitis,& de iure cōi in bonis habitis a matre . Nec est hoc inconueniens , quia illa censetur habere diuersa patrimonia , sicut & miles.leg.1. & 2.C.de tes. mil.ꝑꝑ dispōnem.l.de emancipatis.C.de legi.hær.Et dicit Pau de Ca. ꝙ ꝑista parte consuluit tanquā æquiori.Est ergo idem dicendum in casu nostro,vt s.ista mulier per statutū intelligatur solum exclusa a fratre consanguineo quo ad bona fratris defuncti aliūde quæsita, & non quo ad bona materna quæ ad illum peruenerūt,per rōnes prædictas,quæ etiam isto casu hn̄t formaliter locum,& in quo ēt militat maior rō,quia ista soror erat utrinq; coniuncta fratri defuncto,& sic de iure cōi præferebatur fratri consanguineo tantum.d.authē. itaque.& in casu Pa.de Cas.agebatur de exclusione fratris vterini tantum , quia de iure communi concurrebat cum alio.d. authē.itaq;. Tertio confirmatur ista opinio,quoniam ut dictū est pater in successione filij defuncti de iure debuisset in totum præferri fratri illius coniūcti ex parte patris tantū.d.auth.defuncto.cū ibi not. ꝑ Bal.& qui,licet etiam debuisset in totum præferri filiæ ex forma statuti,proprietate fuit priu tus per transitum ad secunda uota fauore filiæ ex eodem matrimonio, ex quo etiam natus erat frater illius mortuus.d.l.fœminę. cum ibi no.per gl.& ꝑ Sali.in terminis.C.de sec.nup.illud ergo , quod aufertur a patre ex legis dispositione,debuit applicari filiæ,cuius contemplatione fuit exclusus.l.cum duo.de coll.bo.& ibi no. Bart. & per eū in d.l.2.§.uidendum.ad Tert.Ex quib.omnibus concluditur,ꝙ ad filios ipsius sororis pertinent bona auiæ maternæ peruenerunt ad eius patruum præmortuum. Quibus etiam non obstātibus promissio patris de faciendo , quod uxor non peteret aliquid de bon. maternis, tamen quia illud pactus . de pact. & quod remitti potuit , nedum expresè, sed etiam tacite. leg. 2. cum ibi notab. eod. titul. & quia illa promissio de non petendo bona materna non porrigitur ad bona matris , in quibus successit frater , quia desierunt esse bona materna , & cœperunt esse bona fraterna , si ille adiuisset expresè tacite, iuxta, dict.leg.qui in alienat. in princip. vt probatur ex notab. in leg. 1.§.ueteres.de acqu.poss. Et in specie istud ibi firmant omnes moder. Laus Deo.

¶ Mater non priuatur successione filij quo ad legitimam uel Trebellianicam , licet extet statutum præferens patruos, & eorum filios matri, si extent filii patrui magni . Et licet etiam maritus illam usufructuariam reliquerit, donec esset uidua , quo cessante uoluit totum usumfructum ad institutos reuerti . Et quomodo legitima , & Trebellianica sit detrahenda.

SVMMARIVM.

1 *Patruus magnus an excludat matrem,stante statuto excludente matrem,si concurrat cum patruis.nu.4.*
2 *Mater filio succedit etiam quod transierit ad secunda uota, si est mortuus nullis relictis descendentibus,nec patre,nec fratribus etiam auia paterna exclusa.*
3 *Maritus priuans vxorem usufructu , si accesserit ad secunda uota non comprehendit legitimam filij , nec etiam Trebellianicam.*
5 *Statutum de una persona quando ad aliam extendatur.*
6 *Mater a patruo vel filijs eius ex dispositione statuti non excluditur , quando sequeretur absurdum , quod melioris conditionis,&c.*
7 *Trebellianica censetur prohibita , si testator grauauit hęredem totam hæreditatem restituere.*
8 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non potest.*
9 *Per legem generalem nunquam censetur derogatum priuilegio speciali iure concesso.*
10 *Trebellianica quando non censeatur prohibita.*
11 *Fructus in Trebellianicam an imputentur in filijs primi gradus Intellectus.l.iubemus.C.ad Treb.*
12 *Portio , quæ ex pupillari prouenit , an subiacet restitutioni fideicommissi,& an ex ea detrahi possit legitima & Trebellianica.*
13 *Hæres impuberis in dubio non censetur grauatus in eius legitima.*
14 *Hæres pupilli quando potius censeatur grauatus , quam pupillus.*

CONSILIVM XXI.

IRCA casum, de quo quæritur, est primo videndum, an do. Ludouica mater succedat Peregrino ab intestato. Et prima facie dicendum videtur quod non quo ad bona, quæ fuerunt eius mariti & patris ipsius Peregrini, quia transeundo ad secunda vota filio adhuc superstite, de iure cõi fuit priuata proprietate dictorum bonorum, nullis etiam aliis extantibus filijs, secundum glo. in aut. ex testã. in verbo, filiæ. C. de sec. nup. & etiam vsufructu per maritum in testã fuit exclusa, ad quem fuit vocata, donec fuerit vidua, &c. & similiter videtur exclusa ex forma statuti sub rub. de suc. ab intes. ver. & si cum patruis, &c. vbi disponitur, quod si ma
1 ter† concurrat cum patruis vel filijs eorum, quòd excludatur. Cuius patrui appellatione videtur quod contineatur patruus magnus Peregrini, idest, frater aui paterni eiusdem. l. iurisc. §. quarto gradu, de gradibus, sicut videmus, quod appellatione auiæ etiam in materia correctoria venit proauia, secundum Bart. & Bal. in l. cui eorum. §. affinitatis. de postulan. Bar. in l. quæ sub cõdõne, de tes. tut. & Bar. & Imo. in l. Gallus. §. instituens, de lib. & post. Et similiter appellatione filiorum patrui uidetur, quod ueniant eis nepotes, per no. per Bar. in l. liberorum. de ver. sig. uer. his præmissis, &c. dum concludit, quod nepos ex filio excludit fœminam, stante statuto, quod illa non succedat extantibus filiis masculis. Et de qua per Io. An. in add. Spe. in rub. de suc. ab intest. & per Bal. in l. quod vero. de leg. & in l. maximum uitium. C. de lib. præte. & in l. 2. C. de in ius vocan. cum conc. de quibus ibi per Moder. & per consequens videtur, quòd agnati extantes, & qui sunt nepotes patrui magni ipsius Peregrini, excludant matrem ex dispositione dicti statuti. Et quamuis statutum ei reseruet vsumfructum, per maritum fuit exclusa per transitum ad secũda uota. Sed tamen præmissis non obstantibus in hoc contrariũ est
2 de iure uerius. Nam intentio† matris est de iure communi fundata, secundum quod illa succedit filio, descendentib. ex eo non extantib. & non extante patre vel fratribus, & excludit auiam paternam, etiam in bonis prouentis a patre. aut. defuncto. C. ad Ter. & in auth. de hær. ab intest. §. consequẽs. & §. seq. Et vtrobiq; no. per gl. communiter approbatam, quamuis maius sit dubium, quando concurrunt duo ascendentes in pari gradu existentes, quo casu loquitur Bar. & alii, in l. quod scitis. C. de bonis quæ lib. Et declarat Mathesi. in trac. de succes. ab intest. in 2. par. versi. clarius tamen distinguendo, &c. Non ob. igitur dum primo dicebatur, quod per transitum ad secunda uota fuit priuata proprietate bonorum mariti, quæ ex successione obuenerunt ad filium, quamuis solus sit, quia hoc verum est, vbi extarent alii filii eiusdem matrimonii. Sed aliis filiis non extantibus, mater filio succedit etiam in proprietate, siue transierit prius, siue post ad secundas nup. secundum Bar. & Bal. & Sal. in d. auth. ex testã per tex. in l. fœminæ. in fi. eo. tit. qui in hoc non reperitur correctus. Et idem probatur in l. cum alii. eo. ti. de sec. nup. & ibi illũ tex. no. Bal. cõtra gl. in d. auth. ex testã. & probatur in §. hoc ãt, in auth. de non elig. secun. nubẽ. & ibi ad hoc illum tex. no. An. & idem tenet Mathe. in tracta. de suc. ab intes. in 2. par. ver. item omnia prædicta, &c. Nec etiam testamento mariti ista mulier priuatur vsufructu quoad bona filii, quæ non subiacent restitutioni fideicommissi, quia vsumfructum non petit testã illius, sed tanquam hæres ab intestato filii sui, a quo non fuit priuata, & a quo non priuatur a lege per transitum ad secunda uota. d. auth. ex testamento. Quamuis. n. testator matri & uxori reliquerit usumfructum post mortem filii decedentis sine filiis, uxore permanente in uiduitate, & sic ex testamento mariti usumfructum sibi relictum petere non possit, quia ad secunda uota transiuit ante mortem filii. Ex quo tamen ab intestato succedit filio, retinet etiam usumfructum tanquam hæres illius patris,
3 † in qua filius a patre grauari non potuit hoc est, legitimæ, quæ debetur filio cum fructibus. l. Papinianus. §. unde si quis. in fi. de inoffi. tes. & quia etiam filio uel eius hæredi debetur Trebellianica, quæ non est prohibita. c. Raynut. & ibi not. de testa. & no. in d. leg. Papinianus. §. quarta. & in l. quamquam. C. ad le. Falcid. cum concord. de quibus per Alexand. in leg. in ratione. §. quod uulgo. ad leg. Falcid. ideo dicta Trebellianica uenit detrahenda non tantum de proprietate, quæ subiacet restitutioni fideicommissi, sed etiam de legato usus fructus relicto auiæ maternæ dicti Peregrini. l. Marcellus. §. idem Pomponius. ad Trebel. & æstimari debet quo ad effectum detrahendi quartam dicti vsusfructus secundum dispositionem. l. hæreditatum. ad leg. Falc. & illo finito reuertetur ad matrem pro rata dictæ quartæ Trebellianicæ. Non ob. etiam dum dicebatur, quod mater filio succedere non potest ex dispositione statuti, quia istud mi-
4 nime verum est. Nam† statutum matrem excludit extante fratre, aut filio fratris, ac etiam extante patruo vel filio patrui. Dum ergo statutum præfert patruum, non intelligitur de patruo magno, i. de patruo patris mei, sed fratre patris, qui simpliciter patruus appellatur. l. iurisc. §. 3. gradu. de gradib. secundum Iac. But. Bal. Ang. Sal. Pau. de Cast. & Alex. in l. 1. C. de suc. edic. & multi alii, in variis locis idem tenent, de quib. per Alex. in d. l. j. qui ex hoc dicunt in terminis, quod si statutum excludit matrem extante patruo, quod nõ habebit locum in patruo magno. Ex quo sequitur, quod dum loquitur statutum de filiis patrui, quod non intelligitur de filiis patrui magni, & consequenter nec etiam de nepotibus, sicut sunt isti, qui concurrunt cum matre dicti Peregrini, sed loquitur statutum de filiis patrui simpliciter, qui dicuntur fratres patrueles defuncti. d. l. iurisc. §. quarto gradu. Et ideo vbi extarent filii eius, qui dicitur patruus simpliciter, hoc est ex fratre patris ipsius Peregrini, vel nepotes ex eo, tunc dici posset, quod mater excluderetur, per ea, quæ in contrarium sunt allegata. Sed a patruo magno Peregrini, nec a filiis vel nepotibus eiusdem potuit excludi, quia de his non intelligitur statutum, vt est probatũ. Nec ob. quod no. Bar. & Bal. in l. cui eorum. §. affi-
5 nitatis. de postu. quod † statutũ loquens de vna persona extendit ad aliã, quando solũ differt mediante dictione, pro. & hoc per regulã iuris antiqui, de qua in d. §. affinitatis. quæ passiue se extendit ad statutũ, in quo permissa est extensio passiua. l. j. § lex Falcid. ad leg. Falc. & ibi per Bar. Et ita respondet Imo. in d. l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. & Alex. in d. l. j. C. de succ. edic. Sed in casu nostro agitur de actiua extẽsione, quæ est prohibita, vt dixi, & adhuc istud cõfirmatur. Statutũ. n. prædictũ in ver. agnati nãque, & c. disponit, quod agnati masculi transuersales vsq; ad quartũ gradum inclusiue, numerando gradum secundum ius ciuile præferantur omnib. fœminis trãsuersalib. agnatis etiam existentib. infra dictũ gradũ, & sic dictæ mulieres transuersales non possunt excludi a filio patrui magni ipsius defuncti, quia non est in quarto, sed in quinto gradu. Patruus. n. magnus est in quarto. d. l. iurisc. §. quarto gra. & eius filius in quinto, eadẽ. l. §. quinto gra. Si igitur fœminæ transuersales existentes etiam in tertio vel quarto gra. non excluduntur per filium patrui magni ipsius defuncti, multo minus ab eo debet mater excludi, quæ est proximior, & quæ dictis fœminis ab intest. præfertur. d. auth. defuncto. C. ad Tert. Esset nãq. absurdũ, quod illa, quæ est remotior, in hoc esset melioris condõnis quã mater. l. Publius. §. fi. de cõd. & dem. & l. si viua matre. C. de bo. mat. & propterea ne sequatur dictũ absurdum, dicendũ est, quod statutũ loquitur de exclusione matris extante patruo vel filio patrui, quod nõ intelligatur de filio patrui magni, qui est in quinto gradu, sed de filio patrui simpliciter. i. de filio nato ex fratre patris defuncti, qui est in quarto gradu, vt dixi, quia pars sequens statuti declarat partẽ præcedentem. n. l. vtrum. & ibi no. Ang. de pet. hær. & facit l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. ff. de leg. 1. Quinimmo vbi etiam statutũ præferens filium patrui matri, intelligi deberet in dubio etiam de filio
6 patrui magni, adhuc tamen in casu nostro secus esset, sed † restringi deberet ad filium eius, qui dicitur patruus simpliciter, qui est in quarto gradu. & hoc rõne euitandi dictum absurdũ, quod, vt dictum est, sequeretur, si aliter diceretur, s. quia agnatæ trãsuersales remotiores excludi non possent per filium patrui magni, quia est in quinto gra. & tamen mater proximior, & quæ illis de iure præfertur, ab illo excluderetur. Sicut etiam pro tali absurdo euitando verba extenduntur, secundum Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocan. Et bene facit, quod no. gl. in l. si mater. §. 1. secundum quod eã subtiliter saluat & declarat Bart. Et idem colligitur ex not. per Bar. in l. Gallus §. etiam si parente. de lib. & posthu. & in l. quidam relegatus. §. fi. de reb. dub. Ex quib. omnib. colligitur, quod mater Peregrini iunioris grauata a patre per fideicommissum, tanquam hæres ab intestato filii, ex persona eius consequi debet legitimam, & fructus legitimæ, in qua non potuit per fideicommissum grauari. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pup. iuncta. l. Papinianus. §. vnde si quis. in fi. ff. de inoffi. testam. Sed de

Trebellianica magis dubitatur, qa testõr postquã reliquit vsũ fructum matri,& vxori,subiunxit post mortem vero ipsarum, &c. voluit & disposuit idem testõr, & vsum & vsumfructum hmõi consolidari cum proprietate,& totam & vniuersam hæreditatem ipsius testõris in† proprietate,possessione,& vsufru
7 ctu & administratione pleno iure puenire hæredem seu hæredes institutos & substitutos vt infra,& mõ & ordin e ut infra, &c. Vnde quia voluit testator totam & vniuersam hæreditatẽ puenire ad substitutos,ex illis verbis vniuersalib.videtur phibuisse Trebellianicam,vt pbatur ex no.per gl.ĩ l. decẽ.de fidei com.libe.& per Bal.& Pau.de Ca.in auth.sed cum testator.C. de le.Fal.& Rom.in auth.similiter.in fi.eo.ti.cum conc. de quibus per Alex.in consi.133.5.vol.& Are.in consi.12.qui idem tenẽt,& Mod.maxime Are.in l.centurio.de vol.& pu. Et p Trebellianica prohiberi põt,secundum Bart.& Doc.communiter in l.Marcellus.in prin.ad Tre. quod etiam procedit in filio primi gradus grauato,secundum Cyn.in l.iubemus.C.ad Treb.& Raph.in l.in fideicommissariam.in prin.ff.eo.& d.l.cohæredi. §.cum filiæ.& sequitur Alex.in d.l.Marcellus.ĩ prin.& no.per Dyn.Ray.& Imo.in l.Lucius.§.maritus.ad Treb.vbi volunt,ꝙ pater possit disponere ꝙ filius imputet sibi legitimam in Tre. eo casu,quo potest duas quartas detrahere,& sic isto mõ Trebellianicam prohibere.Ergo debet etiam valere directa prohibitio.Et istud etiam sequitur Soc.& dicunt,ꝙ d.l.iubemus.nõ
8 pbat contrarium,vt statim dicam. Sed contrarium, & sic † ꝙ pater non possit filiis primi gradus prohibere Treb.tenet Bal. & Sal.& mod.Perusini in d.l.iubemus.& Rom.in d.l. Marcellus.in prin.& in consi.206.per illum tex.quia si non potest facere,ꝙ fructus imputentur in dictam quartam,ut ibi dicitur, multo minus poterit prohibere illam. & sic auth. sed cum testator.distingui & limitari dẽt per ius antiquum,secundum Sali.vt no.in l.sciendum.in prin.qui satisf.cog.& licet Raph.& Alexan.dicant,ꝙ non probat illa lex,quia illo iure non poterat aliquo casu prohiberi Treb.l.quod de bonis.§.1.ad leg.Falc. & sic quo ad hoc in filiis primi gradus ille tex.nihil statuit de nouo,sed etiam illis ius commune seruatur. Et ideo cum hodie a iure communi sit recessum.d.auth.sed cum testator,quo ad dictos filios etiam ius commune intelligitur sublatum.Nihilominus ista responsio non videtur bona.quia illa lex contra ius cõmune in fauorem dictorum filiorum de nouo induxit, quod fructus non imputentur in Treb. Si ergo in hoc dicta lex nõ sit correcta,sequitur ꝙ.d.auth.sed cum testator.quo ad filios non corrigit ius commune,quia si non potest testator Trebellianicam per indirectum prohibere,hoc est,mediante dicta imputatione,quę ẽst prohibitio indirecta,multo minus dẽt posse hoc directo facere.Non dicitur ergo,ꝙ pater non posset iure speciali prohibere illo iure Trebellianicam, sed conceditur,quod nõ poterat de iure communi. Sed dicitur,ꝙ isto casu a iure cõmuni non est recessum durante priuilegio contra ius filiis concesso,per d.l.iubemus.quod stare non potest,nisi ius commune quo ad filios remaneat incorrectum.Et quamuis Cy. in d.l.iubemus.dicat,ꝙ hodie illa lex sit correcta per d.auth. sed cum testator.& Raph.velit,ꝙ fructus veniunt saltem in restitutione fideicommissi,quando pater disposuit,ꝙ ili computarentur in quartam.hoc tamen non videtur uerum, quia per le
9 gẽ† gñalem nunquam intelligatur derogatum priuilegio speciali iure concesso,secundum Bal.in l.non plures. C.de sac.sa. ecc.per tex.cum gl.3.C.de silentia.li.12.& no.Bald.in l.fi.in 2. col.C.si contra ius uel uti.pub.& in c.1.in fi.quo tempo.miles, & probatur in c.cum ordinem.de resc.Et.facit,quod no.gl.ĩ c. pe.de capel.monac.cum concor.de quibus per Alex. in consil. 101.1.uol.& in consi.117.inc.Nec arguendi sumus,&c.2.uolu. Est.n.fauorabilius& rationabilius,ꝙ priuilegium non tollatur & per illud ius commune in hoc conseruetur, quam ꝙ ẽt isto casu ius commune corrigatur, & ꝙ in consequentia priuilegium auferatur,quia legum correctio est euitanda.le.præcipimus.in fi.C.de app.& l.sancimus.in fi.C.de tes. Nec etiam ob. responsio Soc.in d.l.Marcellus.quã dat ad d.l.iubemus.dicẽs, ꝙ imputatio fructuum,de qua loquitur ille tex.non pendet a potestate prohibẽdi Trebellianicam.Quod patet, quia licet de iure Digestorum testator non posset illam prohibere, tamen in ea imputabantur fructus percepti iudicio testatoris,ut not. in l.fideicommissaria.in prin.ad Tre.Qm̃ uerum est,ꝙ argumẽtum non procedit affirmatiue incipiendo a fructibus, nec negatiue incipiẽdo a Trebellianica,quia non sequitur,vt ipse dicit,fructus imputantur,ergo potest prohiberi quarta. Nec ex hoc,quod non possit phiberi,sequitur,quòd fructus non debeant imputari.Sed argumẽtum procedit negatiue, incipiendo a fructibus, quia si non imputantur in quartam testatore uolente, ergo nec illam potest prohibere, quia ualidũ est argumẽtum a multo magis.auth.multo magis. C.de sac.san.ecc. Non ob.no.per Dy.& alios,in l.Lucius.§.maritus.ad Tre. qa, ut ibi ẽt dicit Im.illud dictũ est uerum ẽt de iure Digest. & tamẽ illo iure non poterat phiberi Trebellianica.Et iõ Alex.in d.l.Marcellus.dicit.quod opi.Bal.põt stare, q̃uis ẽt illud dictũ sit uerum.Et est rõ illius dicti, quia licet non posset illo iure dicta quarta phiberi,tamen poterat testator disponere,quod debitũ a se ipsi hęredi,illi imputaretur in Falcidiam,& isto mõ illam prohibere.l.cum pater.§.Titio.de leg.2.& ibi Bart.Ideo potuit etiam uelle, quod legitima debita filio imputaretur ei in Trebellianicam. Et per hunc modum olim, & hodie dillam prohibere,sed non per alium modum.Sed dato etiã quod Tre
10 bellianica prohiberi posset,dico† quòd in casu nostro nõ fuit prohibita per illa verba superius relata, s.voluit totam & uniuersam hæreditatem peruenire ad hæredem, seu hæredes institutos & substitutos,& ĩfra,&c.Quia ergo testõr dixit,ad hæredes institutos & substitutos,& retulit se ad substõnẽ directã, s.pupillarem,& vulgarẽ comphẽsã in substõne facta filio,per quã substitutus capit totã, & vniuersam hæreditatẽ sine detractione Trebellianicę,& sic quando uenirent ex directa, voluit testator,ꝙ substituti haberẽt totã & uniuersam hæreditatẽ, & non quando uenirent ex fideicommissaria,ꝙ patet ex illis verbis,ad hæredes institutos & substitutos,quæ ſm propriã significationẽ fideicommissario non conueniunt, q. propriè hr̃s nõ ẽ.l. si filius.ff.ꝙ cum eo.& l.postulante.in prin.ad Treb. Cum igitur uerba de necessitate non comprehẽdant substitutum veniẽtẽ per fideicommissum,immo ſm proprium significatum non possint in eo habere locũ,& uerificari possint propriè,s.quãdo contingeret illũ venire ex directa substõne,& iõ Trebellianica non potest dici prohibita,ſm Pau.de Ca. in d.auth.sed cum testator.& in consi.150.inci.In cã,quæ uertitur,&c.& Ro.in d. auth.similiter.in fi.& Aret.in d.cõsi.& in d.l.Cẽturio.ubi concludũt,ꝙ tũc demũ dicitur prohibita Falcidia,quãdo de necessitate ex uerbis colligitur,ꝙ testõr eã prohibere uoluit.Sed qñ uerba possunt prohibitionẽ importare,& ẽt alium sensum habere,tunc nõ dicitur prohibita,ex quo de necessitata in uerbis prohibitio non continetur,prout latius declaratur ẽt per exẽpla in dictis locis. Cum igitur ĩ casu nostro uerba de necessitate nõ referãtur ad substitutũ veniẽtẽ per fideicommissum, nec istum casum ex propria significatione possint includere, sed verificari possint casu,quo veniat ex directa, & huic casui tantum conueniat proprietas uerborum, dicendum est ꝙ de isto intelligatur,& non de alio, & per consequens ꝙ Trebellianica non dicatur prohibita. Et istud ẽt clarius confirmatur ex not. per Bar.in l.qui quadringenta.in prin.ad legẽ Falc. ubi concludit,ꝙ si testõr dixit, velle vnum legatum præstari integrè & sine vlla diminutione,& in alijs hoc non dixit,qđ istud non nocebit hæredi,quin consequatur integram Falcidiam,sed alijs legatarijs nocebit,quia de alijs legatis integra Falcidia detrahetur,& sic etiam pillo legato,quod sine diminutione debuit pstari.Nec obs.ſm Alex.ꝙ hodie hæredi possit prohiberi Falcidia.d.auth.sed cum testõr.qa,ſm eum, dicta uerba possunt habere duplicem sensum,s.ꝙ pillo legato hæres non habeat Falcidiam.Item ꝙ hæres non perdat, sed quòd alij legatarij suppleant pro illo.iõ Falcidia,quæ expressè dẽt phiberi.§. si uero expressim.in auth.de hæredi. & falcid. non intelligitur prohibita,ex quo pñt verba aliud importare.Sic igitur & in casu nostro formaliter est dicendum, qđ non dicatur prohibita Trebellianica,cum verba vniuersalia, quæ aliàs solẽt significare phibitionem, verificari possint in directa substõne, & in fideicommissa,non ſm pp̃riam significationẽ uerborum,a qua nõ est recedẽdum ad effectum, ut inducatur prohibitio quartæ. Et ista est optima & uerissima rñsio, quæ ꝯcludẽter ex præmissis probatur. Sed adhuc circa hanc Trebellianicã oritur aliud
11 dubiũ, videlicet,an † isto casu fructus percepti per Peregrinũ sint in ea imputandi.Et dubiũ facit,qa quãuis a clã,q̃ est,quod fru-

fructus percepti iudicio testatoris,hoc est,pendente die vel cõditione,imputentur in Trebellianicam.l.mulier.§.si hæres. ad Tre.& no.in l.in fideicommissaria.in prin.eo.ti.excipiantur filii primi gradus.d.l.iubemus ille tamen tex.loquitur,& solum habet locum,quando una quarta tantum ueniret detrahenda ut probatur ibi in uerbo,dodrans,nec dẽt extẽdi ad alium casum,ut ibi dicitur in fi.Et sic non dẽt habere locum, quando duæ quartæ ueniunt detrahẽdæ,sicut fit,quando filius est grauatus sub conditione d.c.Ray.prout singulariter uoluit Pa.de Cast.in l.mulier §.cum proponeretur.ad Trebell.& ibi Ale.in fi.4.col.dicit,illud dictum non esse obliuioni tradendum,quia est peregrinum.& idem vult etiam P .de Cast.in l. quod de bonis.§.fructus ad leg.Falc.& plenius in consi.92.incip.Quia dubia supra formata.Secundo alia rõne d.l.iubemus. nõ uidetur obstare, quia loquitur, quando filius fuit grauatus restituere alteri descendenti ipsius testõris,ut apparet ex prin.& in fi.dicitur ꝙ non extenditur ad illas personas,& sic locum habere nõ uidetur,quando restõ est facienda trãsuersalibus,ut in casu nostro.Et ita etiam tenet ibi Cy. Ray. & Franc. de Ramponib.ac etiam Raph.qui ponderat etiam ibi glo.ad hoc. Et idem tenet in auth.contra rogatus.eo.ti.& Raph.Cum.in consi.123.Sed istis non ob.contrarium de iure puto uerius & æquius,per d. l.iubemus, quæ uult ꝙ filiis primi gradus non imputant fructus in Trebellianicam,ẽt si testõr hoc expresserit.Nec ob.allegata in contrarium.Et primo, ꝙ illa lex non habeat locum, vbi duæ quartæ ueniunt detrahendæ,ꝭm Pau.de Cast.in dictis locis,quia hoc non uidetur uerum,& cõtrarium, expresse sentit Bar.in l.quod de bonis.§.quod auus.ad leg.Falc.Nam dum gl.ibi per l. iubemus.dicit fructus non imputari in quartam filiis primi gradus,dicit Barto. cautum debere eẽ aduocatum,ut quando fit restõ fideicommissi, & grauatus uult retinere legitimam & Tre.iuxta no.per gl.in d.c.Rayn.aduertatur,an grauatus sit de liberis primi gradus,quia tunc potest deducere dimidiam,in quam non debent sibi imputari fructus in Treb.d. l.iubemus.Et sic vult,ꝙ illa lex locum habeat etiã,quando duæ quartæ ueniunt detrahendæ.Et uerba Bar.ibi ad hoc ponderat Alex.contra Pau.de Cast.& allegat etiam Ang.qui idem uoluit in consi.123.incip.Zolus do.Damiani,&c. Et hanc opi.sequitur etiam Ale.dicẽs,quod durum esset in practica obtinere cõtrarium propter authoritatem Bar. & Ang. pro qua facit, ꝭm eum,quia uanum esset priuilegium illius legis concessum filiis primi gradus,si locum solum haberet,quando una quarta tantum retineri poßet, quia cum legitima debeatur nedum dictis filiis primi gradus,sed etiam ulterioribus sine imputatione fructuum.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.test.satis erat prius consultum liberis in una quarta, & sic inane eẽt priuilegium illius legis.Nec obst.secundum eum,tex.in d.l.iubemus.in d.l. uerbo,dodrans. quia intelligitur de eo quod superest deducta prius legitima,prout eam hoc modo intelligit etiam Bald.in l. filium quem habentem.C.fam.ercis.versi.extra oppono,&c.& ipsemet Pau.de Ca.in d.l.iubemus.pro ista parte ponderat uerba Bar.in d.§.quod auus.& dicit,ꝙ ista pars est securior. Non obst.etiam secundo,dum dicitur,ꝙ dicta lex locum non habet quando filius grauatur restituere extraneo, quia istud similiter non uidetur uerum,& contrarium tenet Sal.& Pau.de Ca. in d.l.iubemus. quia illa lex est facta fauore filiorum & maior est ratio,ꝙ fructus non computentur in Trebellianicam,quãdo grauatur restituere extraneo,quam qñ grauatur restituere descendẽti.Et quamuis Raph.Fulg.in d.auth.contra rogatus, dicat,ꝙ aliquo respectu potest dici,ꝙ adest minor rõ,quia inuidia crescit inter fratres.l.cum oportet.in prin.C.de bon.quę liber.ideo minus ęgre fert si grauatur restituere extraneo,quã si grauetur restituer fratri. Tamen ista responsio non videtur bona quia immo in dubio præsumitur maior affectio ad fratrẽ quam ad extraneum.l. Procula.de probatio.& l.si seruus cõis. de donationib.inter vir.& uxo.& per Bar.& Doct. in l.quę dotis.sol.mat.Et hinc etiam uidemus, ꝙ impensa facta in persona uel rebus fratris,præsumitur facta animo donãdi, qui animus non præsumeretur erga extraneum,ꝭm Bald.in l.filię,col.3.C. fam.erc.& Guliel.& Bal.in l.Nessennius.ff.de neg.gest.& Ale. in l.si filius.in fi.C.eo.& faciunt no.per eum in l.si negotium,i fi.eo.ti.per no.per glo. in l.ex duob.§. Titium.ff.de neg.gest.Et eandem opinio.s.ꝙ d.l.iubemus locum habeat,quando facienda est restitutio extraneo,tenet etiam Imo.& Alex.in d.l. ꝙ de bonis.§.ꝙ auus.per rationem prædictam & dicunt,ꝙ gl.& ibi, & in l.iubemus.& gl.& Bar.in d.l.in fideicommissariam. videntur idem velle,dum indistincte dicunt,ꝙ filiis primi gradus nõ imputantur fructus in quartã.Nec obst.secundum Imo. tex.in d.l.iubemus.& Pa.de Cas.ibi,quia dum tex. dicit,ꝙ non debet fieri extensio ad alias personas, intelligitur de personis grauatis,& sic non debet extendi extra personam filii grauati.Sed nõ prohibetur extensio quoad personas quib.relinquitur.Et dum etiam tex.dicit,ꝙ extensio non est facienda ad alios casus, dẽt intelligi tex.quo ad cautionem,quia extra casus,de quib.ibi,ꝑstatur.Et quamuis Moder.Perusini in d.l.iubemus.dicant,ꝙ rñsio Imo.restringit illum tex.& diuinat,nihilo minus mihi uidetur uerissima.Nam,vt dictum est,absurdum esset,ꝙ filius testõris,cui uenit facienda restitutio per alium filium,esset deterioris conditionis,quam extraneus minus dilectus,d.l. Publius.§. fi.& d.l.si uiua matre.& ideo ne sequatur hoc absurdum,quãuis dicta lex simpliciter prohibeat extensionem ad alias personas,tamen restringi debet prohibitio extensionis ad personas grauatas tantum, mediante qua restrictione dictum absurdum euitatur,sicut etiam contra propriam significationem uerba restringuntur & impropriantur, ut idem absurdum tollatur, & euitetur,secundum Bar.in d.§ etiam si parente.& in d.l.quidã relegatus.§.fi.& probatur ex nota.per eum,in d.l. si mater.§.j. de vul.& pup.vt proxime dixi.Et ista opinio tanquam æquior & benignior,est tenenda,ut etiam dicit Alexã. in d.§.qđ auus. Tertio uidendum restat, quæ & quanta sit legitima & Trebellianica dicti Peregrini iunioris,& de quibus bonis sit detrahẽda per do. Ludouicam eius matrem & hæredem ab intestato. Et est considerandum,ꝙ Euangelista & frater eius Peregrinus et testamento successerunt patri,& quilibet pro tertia parte,& pro alia tertia ex pupillari Alexandro eorum fratri,quorum ẽt aditione potuit cõfirmari dicta pupillaris substitutio.l. si filius qui patri.cum ibi no.per Bar.& Doct.de vul.& pup. & in leg. Iulianum.§.idem Iulianus.ad Treb.uel dictam partem Ale.saltem ex uulgari per ius accrescendi potuerunt consequi, si non fuit ab eo hæreditas adita. Deinde Euãgelista consequutus est hæreditatem Peregrini fratris ab intestato,in qua cõtinebatur tertia portio bonorum quam habuit ex instõne paterna,ut dictum est,& dimidia tertię partis d.Alexandri ex substõne pupillari,ut dixi.Et sic in effectu ad Euangelistam ꝑuenit tam ex instõne quam ex substitutione tota hęreditas paterna. Mortuo igitur Peregrino iuniore & filio d.Euangelistæ sine filijs masculis,cessit primo, & uenit dies fideicmissi relicti ab Alexandro auo paterno d.Peregrini.qui uoluit, ꝙ decedentibus filiis suis sine liberis masculis, ita ꝙ ex filiis liberis seu descendentibus ipsius testõris nullus sit superstes, tunc & his casibus, &c. Et maxime,quia uoluit idem testator hæreditatem & bona ipsius continue remanere in progenie ipsius testatoris, & dictorum suorum fratrum & descendentium ipsius & ipsorum, &c. De hoc igitur fideicommisso relicto ab auo paterno Peregrini detrahenda est legitima & Trebellianica per do.Ludouicam eius matrem & hæredem ex ꝑsona Euangelistæ & Peregrini,& quæ Trebellianica ꝑ dictum testõrem non fuit prohibita,nec ẽt prohiberi potuisset, ut dixi circa fideicommissum relictũ ab Euangelista,cuius portio subiacet ẽt restõni dicti fideicommissi,quia Euangelista.ad quem peruenit ex fideicõmisso paterno in ea reperitur primo honoratus,& deinde grauatus,iuxta no. per Bar.& Doct.in d.l.Marcellus.§.quidam liberis.ad Treb. & per Doct.in l.cum virũ.C.de fideic.Et quia,vt infra dicetur,fideicommissum post mortẽ omnium intelligitur ab omnib.relictum,& non tãtum ab ultimo decedente. Sed maior est dubi
12 tatio,an † portio Ale.quę ex pupillari ꝑuenit ad eius fratres, subiaceat restitutioni dicti fideicõmissi,quia Doct.in l.ita tñ. §.qui suspectam.ad Treb.in hoc loquuntur vario modo, nihilo minus Bar.ibi isto casu velle videtur,ꝙ veniat,ex quo primo ordine intellectus, & scripturæ dicti fratres uocantur ex pupillari,& deinde per fideicommissum sub illa condõne,si decesserit sine filiis,sunt per fideicõmissum grauati,& præcipue, quia per verba indefinita voluit bona & hęreditatem ad alios ꝑuenire.Quo casu ẽt Raph.& Pau.de Cast. in lect.Paduana,& Bononiensi,idem tenet,& etiam Alex.& Bald.in l.cum uirum. C. de fideic.& Raph.Cuma.in d.cõsi.123.& Pet.de Anch.in cõsi.

in princ.& dato ꝙ in restõne primi fideicommissi veniat dicta portio pupilli, adhuc dubitatur, vtrum ex illa ueniat detrahenda legitima & Trebellianica. Et est ardua & subtilis qõ, ꝟm Bal. in l.ex tribus.in fi.C.de inof.test. & ad quam satis obscure rñdet. Sed Pau.de Cast.ibi loquitur clarius, qui format.q.quãdo pater habens duos filios, eos inuicem substituit vulgariter pupillariter, & ꝑ fideicommissum, & vltimo morienti, vel si omnes decesserint sine filiis, substituit Caium, an de portione pupilli, quæ ex pupillari peruenit ad superuiuentem, possit detrahi legitima & Tre. post mortem alterius, qui decessit pubes, & ꝑ quem cessit & venit dies fideicõmissi. Et dicit, ꝙ ex parte puberis sine dubio detrahi poterit, sed de parte pupilli Treb. solũ est detrahenda, & non legitima, quia etiam in dubio onus fideicommissi quo ad hanc partem non intelligitur iniunctum ipsi pupillo, sed hæredi eius, ꝟm Bar. in l. qui duos. de vulg. & pup. & Doct. in d.l.ex trib. & Im. & Pau. de Cast. in l. cohæredi. §. cũ filiæ. de vul. & pup. & per omnes Mod. in l.1.§.fi.eo.ti. qui hæres pupilli potuit etiam in legitima grauari. l. si fundum ꝑ fideicommissum. §. fi. cum seq. de leg. 1. & ꝑ Bar. & Doct. in d.l.1.§. fi. Sed fideicommissum reliquisset ab eis, & quolibet eorum, tunc secundum Pau. de Cast. ẽt de impuberis detraheretur legitima, quia fideicommissum esset etiam relictum a pupillo, q. non potuit grauari in legitima. Et idem ẽt voluit Cuma. in d. consi. 123. vbi concludit, ꝙ primo casu poterit detrahi Trebellianica tantum de parte pupilli, & non legitima, per rõnẽ ꝑdictam. Sed Bal. in d.l. ex tribus. vult, ꝙ vtroque casu detrahatur etiam legitima ex persona impuberis, quia ẽt in primo casu est interpretandum, ꝙ impuberi sit facta duplex substõ directa, s. si decesserit in pupillari ætate, & fideicommissaria post mortẽ omnium, & sic hæc vltima facta dicto casu, intelligitur facta omnibus. & sic etiam pupillo, non aũt vltimo morienti. Et ita Cuma. in d. consi. fatetur Bald. hoc velle. Si ergo portio pupilli restituitur ex persona eius, tanquam ille sit grauatus etiam legitima, in qua grauari non potuit, detrahetur. Et istud etiam aperte sentit & vult Ang. & Imo. in d.l. ita tamen. §. qui suspectã ad Treb. vbi quærit quid si testõr plures filios impuberis instituit, & eos inuicem substituit pupillariter, & deinde adiecit. ꝙ si omnes dicti filii sui decesserint sine filiis, vadant ad pauperes & contingat, ꝙ omnes in pupillari ętate uno excepto decedãt, qui postremo decessit pubes & sine filiis, an pauperes uenient solum ad partem vltimi, an uero ad portiones aliorum, qui decesserunt in pupillari ętate. Et concludit, ꝙ ex fideicommisso uenient etiam ad partem eorum, qui impuberes decesserunt, ea rõne, quia testõr fecit duplicem substõnem, unam pupillarem inter se, aliam fideicommissariam omnib. & post omnes, & iõ paupes capient portionem impuberum, uelut impuberib. substituti eo casu quo omnes sine filiis decedãt. Et sicut Ange. intelligit substõnem factam omnib. & post omnes, ꝑ illa verba, de quib. in themate, s. & si omnes filii mei decesserint sine filiis, &c. & per consequens sequitur ex hoc, ꝙ de portione impuberis grauati legitima venit detrahenda. Et hoc etiam sequitur, ꝟm Ale. in d. §. qui suspectam, ꝙ veniunt in restõne solũ bona, quæ fuerunt testõris. Sed vbi intelligeretur ultima substõ fideicommissaria facta solum ultimo morienti, in restõne venirent ẽt bona pupilli aliunde quæsita, in quib. eius hæres potuit grauari. d.l. si fundum per fideicommissum. §. fin. Et ista opinio videtur posse confirmari optima rõne, quia licet hæres impuberis possit grauari in legitima impuberi debita, d. §. fin. in† dubio tamen nõ uidetur in ea grauatus, ut colligitur ex not. per gl. in l. precib. in gl. fi. C. de impub. & aliis substõ. quæ uult, ꝙ si miles filio substituit ꝑ fideicommissum, ꝙ eius hæredes potuerũt detrahere legitimã ex ꝑsona filii. Vt quãuis Bart. de hoc dubitet, quia ꝟm illa tẽpora poterat miles filiũ priuare legitima, & exhęredare eum, nec filiis conqueri poterat. l. de inofficioso. & l. fi. C. de inof. test. Nihilo minus Ang. in d.l. precib. sequitur opi. gl. q̃a q̃uis miles posset expresse filiũ ptiuare legitima exhæredãdo eũ, tñ grauãdo eũ per fideicõmissũ nõ videtur in dubio eũ voluisse priuare legitima, ideo põt per eius hæredẽ retineri. Et ad hoc reputat illam glos. singula. & cum eo transit Pau. de Cast. & alij Mod. & Imo. in l. Centurio. de vulga. & pupil. in 2. colu. & in c. Ray. in materia compendiosæ. de testa. Sic igitur eo casu, quo filius potest in legitima grauari, non intelligitur in dubio in ea grauatus, ita & hęres impuberis, licet possit grauari in legitima impuberi debita, tamen in dubio fieri dẽt interpretatio, ꝙ in illa non sit grauatus, & ꝑ pea in casu nostro interpretãdũ est, ꝙ oib. & post mortẽ oĩum sit facta vltima substõ fideicõmissaria, q̃uis simpl'r testõr dixerit, ꝙ si oẽs decesserint sine filijs, &c. quia mediãte hac interpretatione hr̃s impuberis retinebit legitimã ex ꝑsona pupilli grauati. Nec ob.

14 illa rõ, ꝙ in dubio† præsumitur potius relictũ ab hærede pupilli, quã ab ipso pupillo, per no. ꝑ Bart. in d.l. qui duos. de vul. & pup. & per alios, in locis præallegatis, quia illud nõ hẽt locũ qñ hæres pupilli est ẽt a testõre grauatus ex persona propria, vt quia fuit ab eo ẽt honoratus sicut cõtingit, qñ testõr filios impuberes instituit, & eos inuicem substituit vulgariter pupillariter, & per fideicõmiss. & adiecit, ꝙ si oẽs decesserint, voluit bona sua ad alios peruenire, sicut in casu nostro. Nã certũ est, qđ pubes postremò moriẽs est grauatus in sua portione ex sua ꝑsona, de qua dimidia detrahitur pro legitima, & Trebellianica, ut etiam fatetur Pa. de Ca. in d.l. ex tribus. & Raph. in d. cõsi. Sicut ergo de portione istius ad substitutum non pertinet nisi dimidia, ita præsumendum est ꝙ testator noluerit ad eum peruenire dimidiam de portione impuberis, vt æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. de vul. & pup. Et ideo interpretandum est, ꝙ substitutio fideicommissaria post mortem omnium intelligatur facta oib. & sic ẽt mortuus in pupillari ætate. Et istam rationem sentit ẽt Pet. de Anc. in consi. 16. incipien. Non seruato ordine dubiorum, &c. in 3. dubio, qui ẽt sequitur opinionẽ Bal. in d.l. ex tribus. Sed qñ testõr instituit filiũ impuberẽ, & si decesserit sine filijs, vult bona sua ad alium peruenire, vel quando substituit ei pupillariter illum, quẽ aliter non honorauit, & deinde facit aliam substõnẽ fideicõmissariã, istis casib. intelligi potest, ꝙ onus sit iniunctum in dubio ab hærede uel a substituto pupilli, & ꝙ in restitutione veniat legitima, sicut in ea veniunt alia bona pupilli aliunde quæsita quam a patre, in quibus ipse pupillus grauari non potuisset. Et hoc casu procedunt, quæ allegantur in contrarium, quia tũc cessat rõ inæqualis determinationis, quæ locũ habet in casu nostro. Præterea ad dictam partem Alexandri alij fratres sunt vocati pupillariter, & vulgariter, & ex una vel altera, ac ẽt per ius accrescendi potuerunt venire, prout elegissent. l. recusare. §. Titius. & ibi Doc. ad Treb. ac eligere debuerunt. l. fi. C. de codici. ꝙ cũ non sit factum, adhuc do. Ludouica, tanquam hæres eorũ, potest eligere vulgarẽ substõnẽ, per quam illi intelliguntur patri successisse. insti. de vul. substi. in prin. & per consequens ex persona eorũ de dicta etiã parte põt retineri legitima. nã quia dictæ substitutiones sũt vnitæ cũ iure accrescẽdi, potuerũt ad dictã hæredẽ transmitti. l. q. patri. de acq. hære. vel saltẽ illa põt per ius accrescendi admitti, ꝙ potuit transmitti. l. si ex pluribus. de suis & legiti. & erit idem effectus. Ex præmissis igitur colligitur, ꝙ Peregrinus, vel mater eius hæres ex testõ Alexandri non tenetur vltra dimidiam partem bonorũ eius, quia aliam dimidiam potest retinere pro legitima & Trebellia. debita Euangelistæ & fratribus suis, & in qua Trebe. non computantur fructus interim percepti, vt superius dixi circa legitimam Peregrini, & multo minus veniunt in dicta restitutiõe alia bona per dictos fratres quæsita. Sed hæc, quæ ex dicto primo fideicommisso deducuntur, subiacent restitutioni alterius fideicommissi relicti a dict. Euangelista post mortem Peregrini filij sui, retenta tamen, & detracta dimidia dictorum bonorum pro legitima eiusdem Peregrini, in qua nonpotuit grauari, & ꝑ Trebe llianica, quæ nõ fuit prohibita, & quæ non potuit prohiberi, vt dixi, per d.l. iubemus. C. ad Treb. Et pñr ex prædictis satis cõstare põt, quid & q̃tũ apud d. do. Ludouicam matrẽ Peregrini cũ effectu remanere possit, & debeat, quia dimidia totius, & dimidia alterius dimidię tam ex primo quam ex secundo fideicommisso venit restituenda, & altera dimidia dimidiæ, & sic quarta portio omnium bonorum, quę remanserunt post mortem Euangelistæ, remanere debet apud d. Ludouicam matrem Peregrini iunioris pro legitima, & Trebellianica debita filio. Et ita concludo. Laus Deo.

ADDITIO.

Post nume. 14. In hac eadem causa consuluit Bero. ut per ipsum consi. 79. col. 18. post med. uol. 2. Hier. Zanch.

¶ Sta-

¶ Statutum excludens matrem a successione filij propter patruum, an etiam excludat propter amitam, stante alio statuto quod masculinum concipiat fœmininum. Et an a patruo magno excludatur, si etiam a fratribus patruelibus excluditur.

S V M M A R I V M.

1 *Masculinum concipit fęmininum non solum, quando est differentia generis tantum, sed etiam & nominis. nu. 1.*

2 *Diuersitas nominis non constituit differentiam, vbi in effectu est similitudo.*

3 *Masculinum non concipit fœmininum, ubi discretiue statutū de masculo & fœmina disponit, aliàs secus.*

4 *Statutum excludens matrem à successione filij extantibus fratribus, non intelligitur de fratrib. uterinis, aliàs esset iniquum, & inualidum.*

5 *Statutum conseruans bona inter masculos, in dubio uidetur consulere uoluisse agnationi, & publicæ utilitati.*

6 *Agnationis conseruatio est fauor defuncti, secus in cognatione.*

7 *Statutum generaliter loquens non debet trahi ad illicita.*

8 *Statutum præferens sororem defuncti matri, dicitur aliqualiter consulere agnationi, ideo non est arguendum, quod consulat et cognationi ad matris exclusionem, licet filij sororis succedant ex representatione matris.*

9 *Mater si excluditur a statuto propter patruum agnatum, non excluditur ab amita, & quare. nu. 11.*

10 *Statuentium ratio sumi potest a consuetudine.*

Agnationi in successionibus quare consulant statuta.

11 *Interest reipublicæ habere diuites ciues, qui potius subeant onera & commoda, quam pauperes, a quibus male reg retur.*

12 *Statutum præferens sororem matri, non debet extendi ad aliam remotiorem fœminam.*

13 *Masculinum solum in his fęmininum concipit, quæ fœminę conueniunt.*

14 *Similes casus illi dicuntur, in quibus eadem est ratio.*

Statutum disponens masculinum concipere fęmininum, intelligitur, si eadem sit ratio. idem si concedat extensionem lex.

Masculinum quando non concipiat fęmininum.

15 *Mater an ex cludat agnatos uel cognatos trāsmissa adeunda sibi hæreditate iure suita tis per filiam infantem.*

16 *Hæres iure transmissionis ueniens succedit ex persona transmittentis & eius personam repræsentat.*

17 *Statutum excludens matrem propter patruum, an comprehēdat etiam patruum magnum, maxime si per statutum excluda tur etiam a fratribus patruelibus.*

CONSILIVM XXII.



VISIS statutis ciuitatis Aretinę, & his quæ copiose & eleganter in iure ponuntur per clariss. d. Consultorē, prima facie vr̄ dd̄m ꝙ mater excludatur a successione filiæ per amitam eiusdē propter statutum sub rubrica de successio. ab intestato, iuncto alio statuto sub rubrica, ꝙ masculinū genus concipiat fœmininū. Nā per primū statutum excluditur à mater successiōe filij uel filiæ, extante fratre vel sorore defuncti, vel defunctæ, uel filiis ipsorū, vel patruo, vel fratribus patruelibus, seu fratre patruele defuncti, &c. Cū ergo patruus defunctæ præferatur matri in successione ab intestato ex forma prædicti statuti, dēt ēt illi præferri amita personę defunctę, quæ est in pari gradu cū patruo. l. iurisconsultus. §. tertio gradu. de gradib. & hoc vigore alterius statuti disponentis, ꝙ quodlibet capitulū præsentis statuti, i. voluminis, ꝙ loquitur in masculino genere, extendatur ēt ad fœmininum, si id, ꝙ in prædicto capitulo continetur, pōt ad fœmininū genus cōgrue adaptari, &c. Et sic vult, ꝙ caput inclusiuū dicti statuti, dū loquitur de patruo extēdatur ēt ad fœmininū, & per cōsequens ad amitam, q̄ sexu differt a patruo, & non gradu, nec ēt consanguinitate, quia & ipsa est agnata, sicut patruus. institu. de legiti. agna. tute. in prin. Et istud ēt uidetur esse de mente statuti prædicti de successi. ab intesta. qđ præfert matri nedum fratrem defuncti, sed etiam sororem. Qua ergo ratione in hoc non differt fœmina a masculo, ita nō debet amita differre a patruo, quæ solum differt ab illo ratione sexus, sicut soror a fratre. Nec obstare videtur quod statu-

1 tum videatur permittere extensionē, † quando solum inter per
sonas est differentia generis, & non qn̄ inter illas est differētia
generis & nominis, vt in casu nostro, & prout dicebat præstantissimus d. Fran. de Ramp. discipulus Bar. in quodam suo consilio, quia uidemus, ꝙ etiam eo casu, quo de iure communi masculinum concipit fœmininum, quod tunc appellatione fratris continetur soror. l. Lucius. §. quęsitum. de leg. 3. & l. tres fratres & ibi not. de pact. & tamen soror non minus differt a fratre nomine, quam genere. Sicut ergo ius commune concipit fœmininum, quod differt a masculino, non solum genere, sed etiam penitus nomine, ut in dictis iuribus, idem est dicendum de statuto generaliter disponente, quòd masculinum concipit interpretationem a iure communi. l. si serui vestri. C. de noxali. & ca. cū dilectus. de consue. Nec ob. ꝙ dictum statutum velit, ꝙ masculinum extendatur ad fœmininum, si id, quod dicitur de masculino, potest ad fœmininum genus congrue adaptari, quia cum amita sit in pari gradu cum patruo. d. §. tertio gradu. de iure cōmuni succedat pariter & simul cum illo, ut dixi, aut. pøst fratres C. de leg. hære. congrue potest adaptari, & etiam debet dispositio de patruo ad am tam, & non minus quam ꝙ soror præferatur matri, sicut & fra ter prout in statuto supra proxime est expressum, & per quam partem statuti declaratur etiam intētio stati, dum postea loquitur de patruo, & de fratre, ut scilicet videatur sensisse etiam de amita & de sorore patruele. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. si. de leg. 1. & l. vtrum. de peti. hære. & ibi Ang. no. illum tex. ad statutum. Nec etiam dici potest ꝙ pp̄ omnimodam diuersitatem nominis, illud, qđ hr̄ de patruo non possit congrue adaptari ad amitā, quia cum statutum, ut dixi, uelit, ꝙ soror, sicut frater excludat matrem quam uis inter prædictos sit differentia generis & nominis, & non minus quam inter patruum & amitam, patet, ꝙ statutum non habuit respectum ad differentiam nominis. quando dixit, si pōt ad fœmininum genus congrue adaptari, &c. Et merito, quia
2 † sicut casus dicuntur similes non attenta diuersitate nominis
dummodo effecta non differant. l. qui liberis. in prin. de uul. & pup. & ibi no. Ang. & alii, ita quo ad personas differentia nominis non debet attendi, sed effectus. Statutum ergo habuit potius respectum ad materiam, ut. s. illa possit congrue adaptari ad fœminā, & prout pōt in casu nostro, ex quo amita est agnata sicut patruus, & est in eodem gradu cum illo, & simul & æqualiter succedat cum ipso, & sic non est, quo ad successionē deterioris conditionis quam patruus. Et similiter non obst. ꝙ non sit eadem rō inter patruum, per quem bona conseruantur in agnatione, & amitam, per quam dicta bona non possunt in familia conseruari, & sic quod propter diuersitatem rōnis non possit materia congrue adaptari ad fœmininum genus, quoniā cum statutum pręferat etiam sororem & filios tam fœminas quam masculos sororis, qui sunt cognati, & de aliena familia. s. cum ex hoc apparet, ꝙ non habuit statutum respectum ad conseruationem agnationis. Et quamuis illud, quod dicitur de sorore & filiis, non possit extendi ad amitam remotiorem, cum statutum in hoc sit exorbitans. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & l. sancimus. in fi. C. de appellationibus, & per no. in auth. quas actiones. C. de sac. san. eccl. nihilo minus per hoc declaratur, quod intentio statuti non exclusit matrem ea rōne, ut bona conseruent in agnatione, quia, si hoc uoluisset, sororem & filios sororis qui sunt cognati, & de aliena familia, nō prætulisset matri. Cessante igitur dicta rōne, sequitur ꝙ illud, quod dicitur de patruo, extenditur ad amitam ex dispositione alterius statuti, quam masculinum concipiat fœmininum. Nec etiam obst. quòd statutum loquatur discretiue de masculo & fœmi-
3 na, quo † casu masculinum non concipit fœmininum, secun
dum Bal. in l. in multis. de statu homi. quia solum discretiue loquitur de fratre & sorore, propterea fatendum est, ꝙ appellatione fratris non continetur tunc soror, quia expressum facit silere præsumptum. l. si ita. de lib. & posth. & l. Clemens. de hære. insti. quo casu loquitur Bal. Sed de amita non loquitur statutum sed solum de patruo. ideo cessat dicta ratio, & sic masculinum concipit fœmininum propter aliud statutum. Quod statutum, si non extaret, concedi posset, quod etiam de persona patrui non posset fieri extensio ad amitam, per no. per Pau. de Cast. & alios Mod. in l. illam. C. de colla. Et isto casu, s. quo statutum non extaret, alia multa locum habere posent, quæ alle

gari

gari possent in contrarium. Et prędicta confirmantur. Nam statutum matrem excludit fratribus defuncti extantib. Sub quib. uerbis includit etiam frater tantum uterinus, quia ucre est frater, sicut frater ex latere patris, vel ex vtroque latere, d. auth. de consang. & uteri. Et similiter præfert filios dicti fratris uterini, & tamen ille, & illi sunt cognati, & non agnati. insti. de legiti. agna. tute. in prin. & de iure communi excluditur in totum a matre. d. auth. cessante. C. de legi. hære. Et per hoc etiam constat, q soror nō præfertur ea rōne, quia cum matre æqualiter succedat, ut dixi, statutum loquitur etiam de fratre & sorore ex parte matris tantum, & de filiis eorum, & tamen de iure communi non minus excluduntur omnes prædicti a matre, quam ipsa amita. Et similiter loquitur statutum de sororibus patruelibus per extensionem permissam a dicto statuto sub rubr. q masculinum concipiat fœmininum, & tamen de iure communi illę etiam excluduntur per matrem. Sed præmissis non ob. contrarium omnino puto uerius de iure. Et præmitto, q dum
4 statutum † excludit matrem excludit matrem extantib. fratrib. & sororibus defuncti, & eorum filiis, q dictum statutum non intelligitur de fratribus uterinis, sed solum de consanguineis, uel de fratribus utrinque coniunctis, quia uerisimiliter non ptulisset statutum fratrem uterinum, uel filios dicti fratris matri cui ordine turbato defertur successio filii. l. nam & si parentib. in prin. de inof. testa. cum prædicti sint cognati, & de iure in totum excluduntur a matre. d. auth. cessante. Et cum intentio statuti sit fauere agnationi contra matrem, ut statim dicam. & ita etiam uult in spē Ang. in consi. 119. Statuto Tudertinæ ciuitatis. qui per rationem prædictam uult, q si mater excludatur a fratre defuncti ex forma statuti, q nō intelligatur de fratre vterino. Secundo istud probatur rōne. Nam in dubio præsumi debet, quòd statutum sic disposuerit gratia domus & agnationis
5 conseruandæ, † quia intelligendo statutum mō pdicto, tale statutum est iustum & rōnabile, continens publicam utilitatem, & etiam priuatam ipsius defuncti. l. 1. §. denunciari. de uentre in spic. Cum igitur publice utile, q familia, i. agnatio conseruetur tale statutum sustinetur, licet mater excludatur a iure suo, quia utilitas publica præfertur priuatæ. l. 1. §. fi. C. de cad. tol. & not. Bar. plene in l. j. sol. matr. Si autem statutum intelligeretur etiā de fratrib. & sororib. uterinis, qui sunt cognati, statutum tunc non contineret publicam, nec priuatam utilitatē ipsius defuncti. Iō statutum excludens matrem esset iniquum & sine iusta
6 & rōnabili cā † Non. n. pōt subesse aliqua iusta cā, q cognatus remotior dēat pręferri matri, quæ potior esset debet, iō statutum non esset seruandum. 8. dist. erit autem. l. toties. de pollicita. & l. si priuatus. qui & a quibus. Solum. n. statutum contineret odium matris sine fauore defuncti, qui non uertitur in conseruādis cognatis sed agnatis, & sine fauore publico, igitur nō ualeret. l. filium. §. sed cum exhæredatio. de leg. præst. Non. n. psumendum est, quod statuentes habuerint hunc intellectum, per quem ipsorum statutum redderetur iniquum & inualidū, sed proximum, per quem redditur iustum & rōnabile, continensque publicam utilitatem, arg. l. miles qui destinauerat. de test. militis. Et ita etiam in terminis per istam rōnem concludit Pau. de Ca. in consi. 418. Quod ista mater, &c. in 2. col. uer. 3. sic, &c. Et ultra eum prædicta probantur ex not. per Bart. in l. si quis sub conditione. de cond. instit. ubi vult, q statuta, quæ
7 † generaliter loquuntur, non debent trahi ad illicita. Solum ergo statutum intelligitur de fratre agnato, & sic de consanguineo, vel vtrinq. coniuncto, & similiter de sorore agnata, & nō de uterina. Nec ob. q per sororem etiam agnatam bona non conseruentur in agnatione, cum soleant transire ad alienas familias, & quod a matre in totum excludatur, si ex parte patris tm̄ sit coniuncta. d. auth. defuncto. quoniam soror per statutū ēt præfertur, & ipsa est agnata, & ex hoc capite etiam p l. 12. tabularum in totum pferebatur matri. insti. ad Tertul. in prin.
8 & ad quam statutum fauore sororis uoluit redire. † Et licet agnationi non sit ita plene consultum, sicut quando masculus pfertur, negari tñ nō pōt, quin saltem aliqualiter agnationi cōsulatur, ex quo ea ad minus uiuente bona apud eū sunt remāsura. Et q statutum hoc, inquantum pfert masculos matri, sit factum fauore agnationis, ēt qn̄ sororem præfert matri, vult Bal. exprese in cōsilio statim allegando. Et ultra prædicta etiā pbatur ex pcedente parte & sequenti eiusdem statuti, in quibus partibus excluduntur fœminæ a successione patris, & matris ac etiam fratris fauore masculorum, & per quæ præcedentia & sequentia declarantur media. d. l. vtrum. de peti. hęredi. & d. l. si seruus plurium. §. fi. Nec etiam præmissis ob. q filij tam masculi quā fœminæ sororis defuncti ēt præferantur matri, & & tamen sunt cognati, d. §. 1. insti. de legi. agna. tut. & l. cum legitime de statu ho. cum ibi no. quia tales præferuntur, quia in locum matris præmortuæ succedunt, quando agitur de successione ascendentis vel patrui. d. auth. cessante. & ibi per Doct. Et sic est quædam repræsentatio sororis in illis, per no. per Bar. in l. liberorum. de ver. sig. dum vult, q sicut filius excludit filiā ex forma statuti, ita etiam nepos ex illo excludat eam. Et potissime ea rōne, quia nepos succedit in locum patris, & eum repræsentat. insti. de hære. quæ ab intestato. §. cum filius. Et idem est ecōuerso, quia licet exclusa vna persona per statutum non intelligatur exclusa alia similis. d. l. illam. C. de collatio. & ibi notāt Fulg. Pa. de Ca. & Moder. tamen exclusa matre uidetur exclusus etiā maternus, & exclusa filia intelligitur exclusus nepos ex ea, scđm Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tertul. & Cy. in l. 1. C. de adulte. Et ea ratione, quia prædicti, s. auus & nepos succedunt loco exclusorum & est quædam repræsentatio in eisdem exclusis, secundū Pet. de Anch. in c. canonum statuta. de constit. ver. inter cōsilia quæ habeo, &c. quem etiam refert & sequitur Ale. in d. l. illam. His igitur sic præmissis dico, q in casu nostro amita non excludit matrem, quia de amita non loquitur statutum, secundum Pau. de Ca. in d. l. illam vbi format. q. quando mater excluditur
9 † per patruum, an ēt intelligatur exclusa per amitam, quādo nō extat patruus. Et concludit q non, quia statutū loquitur de patruo ideo non extenditur ad amitam, licet sit in eodem gradu, per illam l. & quia, fm eū, in ea non est eadem rō excludēdi, qa patruus excludit ratione sexus masculini, per quam conseruatur agnatio. Sed amita, licet agnata, tamen per illam non conseruatur agnatio. l. pronunciatio. §. fi. cum l. seq. de uer. sign. Et idē etiam vult Bald. in quodam suo consilio incipiente, Martinus Ioannis de Florentia, &c. inserto inter consilia Ang. num. 271. vbi uult, q si statutum disponat, q per agnatos mater excludatur, q amita non excludet matrem, quia statutum debet intelligi de agnatis masculis ex tacita & coniecturata mente & rōne statuti, quia de mente statuentium fuit prouidere agnatis masculini sexus excepta sorore, quę etiam per illud statutum matri præferebatur, per quos agnatos familia & agnatio conseruatur, & non per amitam. Et sic loquitur Bal. eo etiam casu, quo non tantum agnati præferebantur, sed etiam soror, ut cōtingit in casu nostro, & tamen uult, q agnati dicantur præferri gratia agnationis conseruandæ. Et hæc mens, secundum eum, sumitur ex causa & ratione, quæ mouit uerisimiliter statuentes. Et
10 † primo ratione cuiusdam rationabilis compensationis sumptæ ex quadam consuetudine Modernorum tēporum, ex qua probabiliter sumitur coniecturata mens & ratio statuentium. d. l. si seruus plurium. § fi. & l. cum de lanionis. §. a sinā. de fundo instr. Est enim consuetudo Moderna, q superstites agnationis succedant in oneribus defunctorum, quantum ad propulsionē iniuriarum actiue & passiue. & quo ad similia, & multa onera, & incommoda. Est igitur æquum, vt commodo prouenientia ex agnatione, collocentur, vbi collocantur incommoda. l. 1. §. fi. de aqua pluuia arcē. & de reg. iu. l. secundum naturam. Secundo ratione cuiusdam publicæ vtilitatis, quæ exposcit facultates suas singulis agnationibus conseruari, ut familiarum salua sit dignitas & honestas, quæ non potest conseruari sine diuitijs. l. ab omnib. circa prin. de leg. 1. & de vent. inspici. l. 1. §. si seruus. & in auth. de testib. §. sancimus, quia honores. & commoda pu-
11 blica † potioribus & honestioribus indicenda sunt. l. honores. de decurio. Et interest reipublicę per ditiores, & digniores regi, & non per abiectos & pauperes. in auth. de defenso. ciuit. in prin. & §. j. & d. l. honores. Igitur interest reipublicę suos subiectos abundare facultatibus. Honores autem, & onera gerendorum publicorum officiorum constat solum ad uirilem sexum pertinere. l. 2. de reg. iur. & l. 3. §. corporalia. de mune. & hono. Et hęc fuit ratio. secundum Baldum, coniecturatiue mouēs statuentes. Et insuper quia per agnatos uirilis sexus contingit secundum communiter accidentia perpetuari & conseruari memoria agnationis & agnatorum, q optat unusquisque in se fieri. & hæc fit per personas agnatorum uirilis sexus, & non per

fœmi-

fœminas,quia in eis non est apta perpetuari memoria agnationis,sed finiri.d.l.pronunciatio.§.fi.cum seq.Et talis coniectura debet etiam sumi,secundum eum,gratia absurdi euitandi, ꝙ resultaret,si mater excluderetur per fœminas remotiores,quoniã repelleretur a luctuosa hæreditate filii odio sui,quæ non est digna odio,sed fauore.l.si quis in suo.§.fi. C. de inof.test.iuncta l.fi.C.de inst.& substi.Nam ratio aliqua non subest, ꝙ excludi debeat per fœminas remotiores.Confirmatur etiam iste intellectus,dicit Bal. qui matrem iuuat summa æquitate, qua matri consulitur ratione pia, & æqua in obtinenda filii luctuosa successione,pro qua ius in dubio præsumit,& omnẽ præsumptionem contrariam,& quemlibet tacitum intellectum tollit.l.in testamento.in fi.de testa.militis.& d.l.fi.& l.precib.C.de impub.& alijs substitutionib.Ex prędictis ergo manifestè cõstat,ꝙ dispositio istius statuti,per ꝙ excluditur mater a patruo,non potest extendi ad amitam.Nec etiam de sorore,quæ similiter matrem excludit,ad illam potest fieri extensio,secundum Bald.in terminis in d.consi.quia secundum eum,ius sororis est par iuri matris.d.auth.defuncto . C.ad Tertullianum. igitur de minus iniquo ad magis iniquum non datur consequentia rationabilis. Et ista ratio refertur solum ad sororem vtrinq. coniunctã. Et alia ratione, quæ respicit etiã sororẽ ex latere paterno tm̃, non põt sumi consequentia ex persona sororis,cum in persona sororis dictum statutum matrem expellens sit minus rationabile,quam in persona matris,quia cum in eius persona cessent rationes superius allegatæ,& declaratę, non debet inde consequentia sumi,quia ad vnum inconueniens in singulari non dẽt dari aliud, nisi necessariò , & inseparabiliter sequatur ex eo , vt no.in l.a diuo Pio.in prin.de re iudica. & probatur in leg.quod verò.de legib.& l.ad ea quæ.& l.in his,& l.quod ratione. eo.ti. Præterea soror,etiam ex parte patris tãtum est proximior,quã sit amita.d.leg.iurisconsultus.§.secundo gradu,iuncto.§.seq.& amitæ in successione prefertur.d.auth.post fratres.

12 † Ideo statutum præferens sororem non debet extendi ad aliam fœminam remotiorem,etiam agnatam,per no.per Bar.& Doc.communiter,in l.1. C. de successo. edicto.dum voluit,ꝙ statutum prẽferens patruum in successione matri defuncti,non trahitur ad patruum magnum,quamuis etiam dicatur propriè patruus. Et hoc , quia verba statuti debent intelligi in dubio per prius . Et per hoc cessat comprehensio & etiam extensio,quia non est eadem ratio in patruo magno,cum sit in gradu vlteriori. Et si dicatur,ꝙ omnia prædicta possunt locum habere, si non extaret aliud statutum,ꝙ masculinum extendatur ad fœmininum , sed cum in casu nostro possit & fieri debeat extensio ad fœmi-

13 ninum ex forma alterius statuti,† dispositio de patruo dẽt extendi ad amitam.Ad istud respondetur,ꝙ statutum vult fieri talem extensionem,si id,de quo agitur , potest ad fœmineũ sexũ congrue adaptari . Et vbi etiam statutum sic non declararet expresse illud subintelligeretur tacitè,secundum Bal. in l.seruus. C.com.de successio. dicens, ꝙ masculinum solum concipit fęmininum in his,quæ possunt adaptari fœminæ, per l. 1.§.ad filias.ad legem Iuliam maiesta.& per notata per Iac. Butrig.in l. si quis in tantam.C.vnde vi.Dicitur aũt posse cõgruè adaptari ad fœminã,qñ in illa militat eadem ratio,quia tunc fęmina dicitur esse persona similis alteri pſonæ expressæ in statuto . Sicut

14 dicimus† ꝙ duo,pluresve casus dicuntur similes , qñ in oĩbus locũ hẽt eadem rõ,ſm Bal.in l.illud.C.de sac.san. eccl.per l.nõ solum.§.qui principalium.de excusa.tuto.& Ange. Alexan. & Moder. in l.qui liberis . in prin. de vulg.& pup.Et dicto modo etiam debet interpretari statutum,vt scilicet,uelit extensionem fieri ad fœminam solum ex identitate rationis , & non vbi militat diuersa ratio . Sicut etiam quando lex concedit extensionem,intelligitur solum concessa,quando subest eadem ratio,& non quãdo diuersa est ratio.l.naturaliter.§.nihil commune. de acqui.poss.l.inter stipulantem.§.sacram.versi. sed hæc dissimilia.de verb.oblig.& l. Papinianus exuli. de mino. & a quo iure communi statutum prædictum debet sumere interpretationem d.c.cum dilectus.de consuetu. & l. si serui.C.de noxa. Sed in casu isto ratio , propter quã patruus excludit matrẽ,s. vt bona conseruentur diutius in agnatione,cessat in amita, secundũ Pau.de Cast.pręcisè & in specie. & Bald.in dict.consilio. Ergo statutum isto casu non intelligitur concedere extensionem de masculo ad fœminam . ¶ Secundò etiam , & alia ratione adamitam non põt commode adaptari id, quod conceditur patruo,quia si amita matrem excluderet,esset iniquum,& irrationabile,quoniam sine causa rationabili mater excluderetur a luctuosa filii hæreditate per aliam mulierem remotiorem secundum Bald.in d.consilio. In his ergo,quæ ratione carent, masculinum nunquam concipit fœmininum, secundum Bald.in d.l. seruus. Præterea, secundum Bald.in loco præallegato,mater per amitam diceretur excludi solum odio sui . quæ non est digna odio,sed fauore d.l.si quis in suo.§.legis.C.de inof.test. iuncta.d.l.fi.C.de instit.& substit.vbicunque igitur odium est irrationabile, masculinum non concipit fœmininum de iure communi,secundum Barto.in l.1.de uerb.sign.& in l.1.de pecu. & in d.l.si quis in tantam.& Bald. in l. quicunque.C. de seruis fugi,per l.quisquis.ad legem Iuliam maiesta.Idem ergo est dicendum de statuto.d.cap. cum dilectus.& d.l.serui vestri.& eo magis,quia hic agitur de excludẽdo matrem a iure suo, & quo casu cessat extensio.Et quando ea mediante quis pateretur dãnum indebite,secundum glo.quum ad hoc ibi ponderat Pau. de Cast.& Moder.in l.fin.§.in computatione C. de iure deliberan.Et propterea non est in dubio pręsumendum, quòd statutum voluerit masculinum concipere fœmininum in alterius præiudicium,l.2.§.merito.& §.si quis a principe. ne quid in loco public.& c. quamuis. de rescriptis in 6. Et per prędicta satis colligitur responsio clara ad allegata in contrarium, quoniam certum est,quod isto casu masculinum non concipit fœmininum de iure communi,nec ex forma alterius statuti,quo cessante non est dubium,quod statutum præferens patruum,nõ habet locum in amita , & minus fit extensio de sorore ad amitam , ut in specie dicunt Doctor. in locis præallegat. Et pro ista parte , ut etiam refert dict. consultor , & in terminis istius statuti consuluit insignis Doct. Francisc. de Rampo. & Corneus in consilio 11.1. uolum. & Andr. Siculus in consilio 50. quamuis de prædictis non faciant mentionem . Ex quibus etiam in terminis deciditur iste casus.Sed circa eundem ca-

15 sum,vt audio,mouetur aliud dubium . † Nam agitur nunc de hæreditate filię infantis , quæ decessit in infantili ætate hæreditate patris adhuc non adita,& idẽ illam ad matrem transmittere non potuit ut aditam,vigore.l.si infanti.C. de iure deliberandi,quia quo ad hoc illa lex solum habet locum in patre,& non in matre,secundum Doct.cõmuniter ibi. Et vbi dicatur,ꝙ hæreditas patris fuit transmissa ad matrem ex potentia suitatis. l. apud hostes.C.de suis & legi.& prout tenet Bar.& Doct.communiter in l.ventre.de acq. hær.& d.l.si infanti . non tamen ex isto capite transmittitur hæreditas vt adita,sed ut adeunda. l. si quis filium.§.j.de acq.hære.Si ergo necesse est, ꝙ mater adeat hæreditatem transmissam,ex tali aditione mater non succedit filiæ in hæreditate paterna, sed succedit patri ipsius filiæ,secundum Iaso.in d.l.si infanti.col.pen.Cum ergo agatur de successione patris ipsius filiæ,non potest uxor testõris & mater filię succedere marito extantibus coniunctis proximiorib.l.2.C.vñ vi & vxor. Sed his non obstat omnino dicẽdum,ꝙ ad matrem sit hæreditas transmissa ex potentia suitatis , secundum Doct. in locis præalleg.Et quamuis transmittatur vt adeunda, tamen mater põt adire,& excludere alios agnatos & cognatos defuncti,alias sequeretur,si ratio contraria esset vera, ꝙ ex potentia suitatis quasi nunquam transmitteretur cum effectu hæreditas ad hæredem extraneum,contra intentionem Doct.communiter,quia cum ad illum transmittatur ut adeunda,extantib. agnatis uel cognatis defuncti,non posset extraneus illi succedere, & sic talis transmissio esset elusoria.Et ad rõnem contrariam, in qua est fallacia manifesta,respondetur,ꝙ

16 † ius adeundi reperitur in hæreditate transmittentis,& est ius hæreditarium. Vñ mater,vel alius extraneus,ad quem fit transmissio.non adit hæreditatem defuncti ex ꝓpria persona,nec suo proprio nomine sed adit tanquam hæres transmittentis,& ex persona illius , & velut repræsentans illum,& propterea prefertur aliis agnatis, sicut præferretur transmittens,si adiuisset quoniam,ut dixi,hæres illius adit ex persona transmittentis, & tanquam repræsentans transmittentem,& sic fingitur adita ab ipso transmittẽte, quia factum hæredis fingitur factum defuncti,secundum gl.& Bar.in l.si seruus.in prin.de condi.furti.& Ale. in l. stipulatio ista,in prin.de verb.ob.Et prædicta clare probantur ex notatis ꝑ Bar.in l.qui duos.de reb.dub.in prin.uersi.quæro,hæres primus.

mus,&c.vbi concludit,ꝙ ius deliberandi,qđ ad hæredes transmittitur,iuxta l.cum antiquiorib.C.de iure deliberãdi, effectũ est ius hæreditarium,ꝙ apparet,quia ad hæredes transmittitur. l.item uidendum.§.1.in fi.de petitio.hæred.Ergo si est hereditarium,eo modo transmittitur,quo transmittitur hæreditas.l. videamus.quod metus cã.Nec ob.secundum eum,ꝙ ius adeundi non sit in bonis nostris.l.precia rerum.ad leg.Falc.quia hoc est verum taliter,ꝙ estimationem recipiat,& ea rõne, quia adhuc possum hæreditatem non acquirere.Sed tamẽ alio respectu dr̃ esse in bonis nostris,quia ad hæredem transmittitur, & per cõsequens ex illo iure transmisso potest hæreditas adiri nomine & ex persona transmittentis, quæ in illo repræsentatur per hæredem suum,etiam extraneum.Et istud apud me nullum habet dubium.Sed quia,ut de nouo audio, extat patruus magnus in-
17 fantis,qui concurrit cum matre,remanet dubium† utrum ꝓferatur matri.Et quãuis Bal. & Doc.in l.1.C.de successio.edic. communiter dicant,ꝙ vbi statutum excludit matrem extñte patruo,ꝙ non excludatur ꝑ patruum magnum, per illam rõnẽ q̃a est in gradu remotiori, tamen in casu nostro aliter vr̃ dicendum,ex quo matri præferuntur fratres patrueles ex forma statuti,qui sunt in quarto gradu simul cum patruo,& iõ rõ,ꝑꝑ quam dicti fratres patrueles preferuntur,videlicet, ut bona remaneant in agnatione,militat in patruo per omnia,ex quo est in pari gradu cum predictis.Et cessat rõ Doct.in d.l.1.quæ posset locum habere,qñ patruus solum præferret matri, & nõ frater patruelis.Quib.tñ non obstã.contrarium est dicẽdum. Nã ẜm Bal.& Doct.in d.l.1.ad patruum magnum non porrigitur statutum,non solum ea rõne quia sit remotior sed quia nõ est patruus simpliciter,sed cum illa adiectione magnus, & sic ẜm quid,unde verba statuti dẽnt intelligi simpliciter & nõ ẜm q d l.hoc legatum.de le.3. Hac ergo rõne attenta multo minus fieri dẽt extensio de fratrib.patruelib.ad patruum magnum,q̃ differt ab illis nedum ẜm q d,sed simplicter & in totum. Quamuis ergo ambæ rõnes quas patruus magnus nõ cõtinetur appellatione patrui locum non habuit agitur de extensione facienda, de fratrib.patruelib.ad patruum magnum. Sufficit tamen, ꝙ altera ex eis etiam isto casu possit locũ habere. ꝑ no.in §.affinitatis.instit.de nup.& in l.si ventri.§.in bonis.de priuil.credito. cum conc. Et istud ẽt comprobatur ex nõ.per Pa.de Ca.in d.l. illam.C.de colla.vbi vult,ꝙ si mater ex forma statuti excludatur a patruo ꝙ non extenditur statutum ad amitam, quamuis sit agnata,& in eodem gradu,in quo est patruus.Et hoc duplici rõne,videlicet,quia isto casu fieri non dẽt extensio de persona ad ꝑsonam.Secundo q̃a in amita rõne sexus non est eadem rõ.Et quamuis ista vltima rõ cesset in casu nostro,prima tamẽ locum habet,quod sufficit, per no.in locis præallegatis. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Statutum excludens matrem stantibus parentibus masculis ex parte patris & aui, an comprehendat parentem ex parte abaui ex altera linea.

SVMMARIVM.

1 *Aui appellatione in materia etiam exorbitanti & correctoria uenit etiam proauus & abauus,& nu.8.*
2 *Statutum,quod disponit de parente et coniuncto ex parte patris comprehendit de proprio significatu fratrem uterinum.*
3 *Parens ex parte patris dicitur etiam descendens ex fœmina coniuncta ex parte patris,& quis etiam alius dicatur, contiuue uel effectiue.nu.11.*
4 *Lineæ descendentium ab uno tot sunt,quot ex eo proueniunt filij & illæ omnes faciunt unam transuersalem.*
5 *Statutum præferens in successione parentes ex parte patris,quo modo intelligatur.*
6 *Linea patris illa dicitur,quæ habet originem,& a patre descendit.*
7 *Dictio,ex,significat causam materialem & essendi.*
9 *Copulatiuæ natura est copulare ea,quæ sint de eodem genere,& una pars aliam declarat.*
10 *Superfluitas toleratur,cum aliquid additur.*
12 *De cognato ex parte patris ubi fit mentio, quando intelligatur de agnato.*

CONSILIVM XXIII.

ISIS & mature ponderatis oĩb.quæ proponuntur,& in facto & etiam in iure, tam per primum clariss.do. consultorem,quam per alios,& præsertim circa interpretationem illorum verborum, parentes ex parte patris, & aui,&c.de quibus in statuto.Nihilo minus contra matrem occurrebat unum,quod non est tactum.Nam quamuis interpretatio data ad verba prædicta procederet,adhuc tamen uidebatur,ꝙ Iulianus pro parte esset ex prouisione dicti statuti matri præferendus,ex quo vult, ꝙ non extantibus ascendentibus uel descendentibus succedant defuncto parentes eius masculi ex parte patris & aui paterni, usque ad quartum gradum,in dimidia suæ hæreditatis, & in alia dimidia succedat mater, &c. Quia Iulianus prædictus licet non possit dici parens ex parte patris,per allegata per do. consulentes,videtur tamen ꝙ sit parens ex parte aui, & de eius li-
1 nea etiam effectiuè,quia appellatione† aui ex propria significatione uenit proauus,& eadem ratione abauus, etiam in materia exorbitanti & correctoria,ẜm Bar.& Bal.in l. cui eorum.§. affinitatis.de postu.per illum tex.vbi dicunt, ꝙ auth.matri, & auiæ.C. quando muli.tut.offi. fungi po.quæ defert tutelã auiæ contra iura antiqua,locum etiam habet in proauia,quia illa dicitur proprie auia.Et idem vult Bar. in l.si quis sub cõditione. si quis omis.cau.testa.& cum eo transit Cuma.Imo.& Alex. in l.Gallus.§.instituens.de lib.& posth.Et quamuis loquãtur prædicti solum de proauia uel proauo, idem tamen est, vt dixi, in abauo vel atauo,ut expresse determinatur ex dictis Bar.ĩ d. §.instituens.vbi concludit, ꝙ appellatione nepotis proprie venit pronepos & abnepos,& similes.Nam,secundum eum, qui libet verè est nepos,& solum additur præpositio, vt discernatur primus a secundo,& a quolibet vlteriori, allegat.d.l.cui eorum.§.pen.Et deinde ꝙ dixit Bar.de pronepote,infert ad proauiam in fine eiusdem. §. cum quo transeunt prædicti. Et quãuis contra Bar.teneant aliqui,quando sumus in materia correctoria & strictè interpretanda,tamen in practica non esset tutũ recedere ab opinione Bartoli propter eius authoritatem,& q̃a per prædictos est approbata. Quia igitur d. Iulianus descendit a Luca abauo Alouisij defuncti,dicitur de linea aui d.Alouisij, cuius appellatione,vt dixi, venit proprie Lucas abauus eiusdẽ, & consequenter dicitur parens ex parte aui d.Alouisij, etiam secundum interpretationem dominorum cõsulentium,& sic cõprehenditur ex verbis statuti,cum sic etiam in quarto gradu,secundum computationem iuris canonici,iux.no.in c.pen.de cõsang.& affi.& quæ seruanda est ex dispositione alterius statuti. Et propter hoc prima facie multum substiti.Secundo dubium facere videbatur, quia cessantibus etiam prædictis,videtur statutum prædictum,dum loquitur de parentibus ex parte patris ꝙ comprehendat quemlibet,qui sit coniunctus mediante persona patris vel aui,licet non sit de eadem linea effectiuè, nec ẽt contentiuè,qđ est fortius prout expressè videtur velle Ang. in consi.282.incip.Inaduertentia statuentium,&c.ubi dixit,quòd
2 statutum, ꝙ† loquitur de parente vel coniuncto ex parte patris præferendo illum matri defuncti, comprehẽdit ex propria significatione fratrem vterinum patris defuncti, de cuius successione agitur.Quia verum est dicere,ꝙ ille est coniunctus defuncto per patrem, & tamẽ ille frates vterinus patris defuncto per patrem,& tamen ille frater vterinus patris defuncti, qui ẽt patruus eius appellatur.l.iurisconsultus.§.quarto gradu.de gradi. non erat de linea patris defuncti effectiuè, nec contentiuè quia non ab eodem descenderat, & erant cognati tantum per matrem coniuncti. Et quamuis postmodum Angelus concludat,ꝙ ille non excludit matrem,hoc non sequitur ex eo, quod verba ex propria significatione illum non comprehendant,sed ex eo ẜm Angelum,quia ex verbis alijs statuti apparebat,ꝙ intentio eius fuerat agnationẽ conseruare, ideo illa uerba restringuntur ad agnatos contra proprium significatum, quæ rõ cessat,& in casu nostro non habet locum,ex quo Iulianus ẽ agnatus,iõ quia defuncto cõiungitur propter patrẽ, & quia illi erat coniunctus,ideo contineri debet sub uerbis dicti statuti. & idẽ uidetur expresse de mente Pa.de Cast.in consi.418.inci.Quod ista mater,&c.in 2.parte antiquorum consiliorum ẜm nouam
3 impressionem,ubi clare præsupponit,ꝙ† descendens ex fœmina,

na, quę defuncto coniungebatur per patrem, dicatur parens il
lius ex parte patris. Et licet postea concludat, illum non com-
prehendi sub statuto Senensi loquente de parente ex parte pa-
tris, hoc tamen non causatur, quia proprietas verborum defi-
ciat, sed quia statutum sensit de agnatis, cum loquatur de ma-
sculis, vt ibi latius per eum. Et quod sufficiat, quod saltem sit de
linea patris contentiuè, quamuis non sit de illa effectiuè uult
etiam Pa. de Ca. in consi. 1 1 1. incip. Super primo dubio, &c. ſm
veterem impressionem, dicens quòd frater est de linea fratris,
& soror de linea sororis. Hoc autem intelligi non potest, nisi
contentiuè, hoc est, ꝙ continetur sub eadem linea, non autem
effectiue, quia frater non generat fratrem, nec soror sororem.
Et ideo Iulianus videtur parens Alouisij ex parte patris & alii
cum contineatur sub eadem linea, s. Lucæ, sub qua prædicti con
tinebantur, quoniam paria esse videntur, ꝙ quis sit parens uel
cōiunctus ex parte patris, vel ꝙ sit de linea patris, vt præsuppo
nit Bar. in consi. 10. inci. Statuto ciuitatis Tuderti, &c. & Capra
consi. 8. Quinimmo uidetur, ꝙ omnis agnatus dicatur parens
ex parte patris, siue sit eiusdem, vel diuersæ lineæ, vt probatur
in le. sunt autem. ff. de legi. tuto. & insti. de legi agna. tut. & de
legi. agna. successi. in princ. ubi postquam legislator posuit diffi-
nitionē agnati, subijcit, ꝙ agnatus dicitur a patre cognatus. Et
sic ibi probatur, ꝙ cognatus a patre vel per patrem seu ex parte
patris, quia hæc omnia idē important, & agnatus idem sunt. Eo
dem modo & fortius in casu nostro, in quo statutum non loqui
tur de cognato, sed de parente ex parte patris, est dicendum qđ
illa verba verificentur in quolibet agnato dummodo sit ī quar
to gradu, sicut est Iulianus. Et idem probatur clarius in l. iuris-
consultus. §. j. de gradi. ubi dicit text. quod illi, quos lex. 12. ta-
bul. agnatos uocat, nos etiam cognatos appellamus. Sed hi, qui
sunt per patrem cognati, ex eadem familia sunt, &c. Et sic aper
te textus vult, ꝙ cognatus per patrem dicatur omnis agnatus.
Ergo idem dicendum est de parente ex parte patris, vt dixi. Sed
præmissis non obst. concurro in sententiam dominorum cōsu
lentium. Et præmitto, ꝙ Lucas abauus Alouisij & Iuliani ha-
buit duos filios, Hieronymum, scilicet, & Antonellum, quorum
quilibet fuit principium unius lineæ descendentium, & sic ab
eo processerunt duæ lineę descendentes diuersæ, & separatæ,
quia esse possunt duæ, pluresve lineæ descendentes ab vno, &
4 tot quot sunt filij† ex stipite c. quod dilectio. & ibi no. glo. 2. de
consang. & affi. & c. fi. eod. tit. Et de hoc est tex. apertus in ca. 1.
de nat. successi. in feud. Et istæ plures lineæ descendentes faciunt
unam lineam transuersalem. secundum gl. in d. c. quod dilectio.
& Host. in summa de consang. & affi. §. quot sunt lineæ. Ex quo
sequitur in proposito nostro, ꝙ Iulianus & Alouisius non sūt
de eadem linea descendentium, nec effectiue, nec etiam conten
tiue, quia Iulianus descendit a Hieronymo filio dict. Lucæ, qui
Hieronymus fuit principium & caput unius lineæ, & Aloui-
sius descendit ab Antonello altero filio d. Lucæ, & qui fuit prin
cipium & caput alterius lineæ, secundum Pau. de Cas. in l. mari-
tus. C. de proc. Sed d. Iulianus & Alouisius possunt dici de eadē
linea transuersalium, quia, vt dixi, dictæ duæ lineæ descenden-
tes faciunt vnam lineam transuersalem, in qua sunt prędicti, &
continentur. Statutum igitur istud quod loquitur de parenti-
5 bus† ex parte patris, intelligi potest effectiue, & sic quod intel-
ligatur de illis, qui descendunt a patre defuncti. Item intelligi
potest contentiue, & hoc duobus modis. Primo quo ad lineam
descendentem, vt. s. intelligatur de omnibus parentibus, qui sūt
de linea descendenti, in qua continetur pater. Et intelligendo
istis duobus modis Iulianus non diceretur in casu nostro uo-
catus ab intestato simul cum matre ad successionem Alouisij,
quia non descendit ab illo, nec cōtinetur in linea descendenti,
in qua continetur pater d. Alouisij, ut colligitur ex præmissis.
Alio igitur, & si secundo modo pōt dici Iulia parens Alouisii ex
parte patris cōtentiue, scilicet respectu lineæ transuersalis quæ
processit ab illis duabus lineis descendentib. Et secundum hūc
intellectum diceretur Iulia. p statutū vocatus, quia est in linea
transuersali, in qua continebatur pater Alouisij, ſm Host. in lo
co præallegato. Videndum est ergo, qūo capi debeant & intelli
gi illa verba statuti, scilicet, ex parte patris & aui, &c. Et qa, vt di
xi, idem important, ac si dictum esset, ex linea patris, vt est de
mente Bar. in d. consi. 10. & Benedic. Capræ in consi. 8. dicendū
est, quod intelligi debeant effectiuè, seu actiuè, & sic de illis, qui
6 descendunt a patre defuncti, quia proprie † linea patris est illa
quæ originem habet & descendit a patre, secūdum Bar. in quo
dam consilio relato per primum dominum consultorem, qđ
non est impressum, & prout uoluit etiam Bar. in aliis consiliis
relatis per Cor. in consi. 198. inci. In proposita consultatione,
&c. in 3. uol. & prout etiam colligitur ex dictis Nelli in tract. de
banni. in 1. parte primi temporis. q. 9. & Soc. in l. Gallus. §. nunc
de lege. de lib. & posth. & in consi. 9. & consi. 33. in 3. vol. & de
quibus fit mentio tam per primum do. consultorem quam per
alios. Et confirmatur, quia, ut etiam tactum est, dictio, ex, signi
ficat causam immediatam. l. 1. §. ex incendio. de incen. rui. nau.
& l. si eo tempore. de pecu. prout etiam in proposito considerat
Bald. in consi. 271. in 2. uol. secundum primam impressionem,
& qui etiam ad hoc allegatur per primum consultorem. Et ap
7 tius declaratur. Nam dictio, ex, † significat cām materialem. d.
§. ex incendio, & quia causa materialis est causa essendi, ideo di
cimus, ꝙ significat causam immediatam. Et ita declarat Bald.
in l. ex hoc iure. de iusti. & iure. col. 4. ver. septimo opponitur,
&c. Si ergo illa uerba, ex parte patris, significant causam essen
di, ergo intelligitur de his, qui habent esse & principium a pa-
tre. Et ideo Iulianus admitti non potest ex hoc, ꝙ uocentur pa
rentes ex parte patris defuncti, quia non est de linea patris esse
nec etiam continue respectu lineæ descendentis, ut dictum est
sed solum continetur in linea transuersali, in qua similiter con
tinebatur pater Alouisii. Sed talis linea transuersalis non dici-
tur linea dicti patris, nec propter hoc dicitur parēs ex parte pa
tris secundum Bar. in dictis consiliis. Et modo non potest dici
parens ex parte aui uel proaui ipsius Alouisii per eandem rō-
nem. Nec obst. ꝙ saltem potest dici parens ex parte abaui quæ
propriedicitur auus, & de quo loquitur etiam statutū. Quia
8 † primo negari potest, quod in materia correctoria uel stricte
interpretanda appellatione aui uenit proauus uel ulterior, ut
uoluit Ang. & Pau. de Cast. & Aret. in d. l. Gallus. §. instituens
& Ang. & Pau. de Cast. in §. idem credendum, eadem l. & Ang.
in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tuto. offic. fungi po. &
est de mente Bal. & Rom. in l. 2. C. de successo. edic. p rōnes, de
quibus plene per eos in dictis locis, quæ opinio est multū iuri
dica & probabilis, & præsertim, qa text. in l. cui eorum. §. pe. p
quem solum mouetur Bar. non probat opinionē suam, vt cla-
re probat Are. & Mod. in d. §. instituens. Sed adhuc tenendo o-
pinionem Bar. & sequacium, pōt aliter rñderi. Nam licet statu
tum dicatur loqui de parentib. defuncti, etiam ex parte abaui
per allegata in contrarium, intelligi tamen dēt de parentibus
transuersalibus defuncti, qui descendunt ab abauo mediantę
illa linea descendenti, in qua reperitur pater ipsius defuncti, de
cuius successione agitur, & sic de illis transuersalib. defuncto
qui sunt in linea illa descendenti, in qua est etiam pater defun-
cti; & parentes defuncti ex parte patris effectiue. Puta in casu
nostro in linea, quæ incœpit ab Antonello proauo Alouisij, &
in qua continetur pater eius, & auus, & etiam parentes ex par
te patris, & aui effectiue Non autem intelligitur statutum de
parentibus transuersalibus defuncti ex parte abaui, qui descen
dunt ab illo per aliam lineam descendentem, puta a Hierony-
mo, quamuis & hi dici possint parentes ex parte abaui etiam ef
fectiue. Quod probatur, quia statutum uocat parentes trans-
uersales ex parte patris & aui, &c. Quamuis ergo appellatione
aui contineatur abauus, quia tamen loquitur statutum de pa-
rētibus ex parte patris & aui copulatiue, intelligitur solum de
illis parentibus ex parte abaui, qui sint eiusdem lineæ descen-
dentis ab eo, cuius etiam sunt parētes ex parte patris effectiue,
& qui etiam sunt de illa linea descendenti, quæ incœpit ab An-
9 tonello. d. c. 1. de natura suc. in feu. † quia de natura copulæ est
copulare ea, quæ sunt ex eodem genere. l. cum de lanionis. §. a-
sinam. de fun. instru. & l. fi. §. cui dulcia. de vi. tri. oleoque leg. &
probatur hoc egregrie ex no. per Bal. Sal. Pau. de Cast. Alex. &
alios Moder. in l. fi. C. de success. edic. Nam quamuis appellatio
ne nepotis ex propria significatione ueniat solum nepos ex fi
lio, & non ex fratre. l. iurisconsultus. §. secundo gradu. de gra.
& l. liberorum. de uer. signi. si tamen ut mentio de fratre & ne-
potibus, quia aliquid legetur uel concedatur fratri, & nepotib.
ueniunt dicto casu nepotes tantum ex fratre, & non ex filio, se-
cundum prædictos Doc. & hoc uirtute copulæ, quæ secūdum
eos copulat ea, quæ sunt ex eodem genere. Et sic dicunt Mo-
der.

der.Papien.in d.l.fi.ad propositum,ꝙ illi nepotes propter copulam ueniunt,qui sunt de eadem linea cum patre, & eo magis,quia auus .i. pater patris, de quo statutum loquitur, est similiter de eadem linea. Et pro hoc etiam facit, quia sicut una pars alternatiuæ declarat aliam,l.1.ff. de reb. dub. sic vna pars ex copulatis declarat aliam copulatiuæ partem,ſm Ro.in consil.231.incip.Præmissorum Doctorum,&c.Et si forte dicatur ꝙ abauus uenit appellatione aui,quia omnino si cõtineret pro auum & non abauum, omnes parentes seu cõiuncti defuncto ꝑ dictam lineam,quæ incœpit ab Antonello,uenirēt,quia omnes illi originem trahunt a proauo,uel patre defuncti,ut ergo abauus ueniat appellatione aui cum effectu aliquid operandi dicendum est,ꝙ ueniant etiã parentes ex parte abaui,qui sunt de alia linea descendenti.Qm̃ rñdetur,ꝙ est satis, ꝙ expressio facta de auo operatur ultra expressionem factam de patre,q̃a uocatur parentes ex parte aui & proaui effectiue,qui aliàs nõ dicerentur uocari,& iõ nõ inconuenit,ꝙ frustra ꝑsõna proaui
10 sub eodem verbo includatur,† quia superfluitas toleratur,q̃n aliquid additur,ut colligitur ex no.per gl.i.in c.si tibi absenti. de præb.lib.6.& ibi no.Domini.& no.gl.iuncto text.in l.1.in prin.C.de rap.virgi.Vel si volumus superfluitatem,etiam quo ad proauum in hoc euitare,dicendum est,ꝙ rõne spãli hoc casu appellatione aui veniat etiam proauus,sed non abauus,quãuis aliàs sit regulariter secus,per allegata in cõtrarium. Et hoc ex natura copulæ,quæ,vt dictũ est,solet copulare ex eodẽ genere.Vnde statutum vocãs parentes ex parte patris, & aui,effectiuè intelligi dẽt de illo auo,a quo descendunt parentes transuersales quo ad defunctum,qui sint eiusdem lineæ descendentis a stipite,cuius sunt parẽtes ex parte patris effectiuè, & iõ veniunt solũ parentes ex parte aui primi,& proaui, nõ aũt parentes transuersales defuncto ex parte tantummodo proaui,quia illi sunt de alia linea descẽdenti ab eodẽ stipite. Et sic ad auum primum & proauum restringitur significatio uerbi ex natura copulæ,sicut etiã contingit in casu do.in d.l.fi.C. de suc.edic. Nam & ibi verbum,nepotes, ꝑp copulam restringitur ad nepotes ex fratre,& q̃ improprie nepotes sunt, quod est fortius & ꝙ nõ includit nepotes ex filio,qui proprie nepotes dici possunt.Non ob.ẽt qđ uult Ang.& Pau.de Cast.in consiliis in cõ
11 trarium allegatis,dum sentiunt † ꝙ cognatus, qui attinet defuncto mediante eius patre,dicatur parens ex parte patris, q̃a hoc uidetur falsum,& contra rõnes & authoritates superius allegatas.Præterea hoc saltem in casu nostro dici non põt, quia statutum hoc,vocat parentes masculos ex parte patris. Cũ ergo de masculis loquatur,sensit de his,qui descẽdãt ex masculis & sic de agnatis,ſm Io.And.post Rich. Malumb. in quadã sua dispu.in addi.Spec.in rub. de test.ad fi. Et hoc ẽt fatetur Ang. & Pau.in dictis locis.Et licet uelle uideatur, ꝙ omnis agnatus intelligatur vocatus,hoc cõcedit,q̃n ille est in linea descẽdẽti, de qua est pater defuncti.Et sic quantum ad illam lineã illa verba,ex parte patris,stabũt cõtentiue. Sed ubi agnatus est in alia linea descendẽti,de tali non intelligitur statutũ,ꝑ ꝑdicta. Nec apparet,ꝙ prędicti loquantur de tali.Et ubi etiam vellent,ꝙ talis intelligeretur uocatus, adhuc dictum eorum non obstaret q̃a ipsi loquũtur,q̃n simpliciter fit mẽtio de parentib.ex parte patris.Sed in casu nostro uocantur parentes ex parte patris & aui.Vñ si statutum intellexisset de quolibet agnato tam eiusdẽ quam alterius lineę descendentis,satis erat uocare parentes ex parte patris absque illa additione, & aui. Ne ergo talis additio sit superflua, ut etiam tangitur in consilio,dicendum est,ꝙ statutum per illa uerba, ex parte patris,non intellexit, nisi de illis qui a patre defuncti descenderant, & sic ꝙ intellexit ex parte patris effectiuè,etiam respectu eiusdem lineæ descẽdẽtis. Ergo & quo ad auum dẽt ẽt intelligi effectiue, quia verbũ illud, ex parte,determinat uerbum,patris,& aui,iõ dẽt eẽ determinatio æqualis.l.iam hoc iure.de uulg.& pup.Et per hæc colligitur ẽt responsio ad no.per Pau.de Ca.in consi.111. dum dicit,ꝙ frater est de linea fratris,quia hoc est uerum cõtẽtiuè.Sed in casu nostro uerba capiuntur effectiuè,& præsertim quo ad aliam & diuersam lineã descendentẽ,de qua nunc agitur. Vnde si dicimus,ꝙ uerba capiãtur cõtentiuè, dẽt intelligi quo ad eandem lineam descendentem,hoc est,ꝙ cõtinetur sub eadem linea descẽdẽti,sub qua continetur frater,uel pater,prout loquitur Pa. de Ca.sed non debet intelligi de eo, qui non est eiusdem lineæ descendentis nec effectiuè,nec contentiuè,sed est solum eiusdẽ lineæ transuersalis, quęoritur ex illis duabus lineis descendentibus,sicut est Iulianus, & hoc, ut statutum contra ius minus lædat ius commune,quam fieri possit.l.2.C.de noxa. & c. cum dilectus,de consue. Et præsertim ne mater excludatur a luctuosa hæreditate filii.l.fi.C.de insti.& substi.sub condi.fac.Et quia etiam inter unam lineam & alteram non uidetur eadem ratio,ut probatur in d.c.1.de natu.success.in feu.ubi habetur, ꝙ si feudum sit alicui concessum, & ab eo descendant plures lineæ,ut quia decedat relictis pluribus filiis masculis, si quidem feudum in totum peruenit ex diuisione ad illos de una linea, quamdiu extat aliquis de eadem linea,in infinitum transibit de vno in alium exclusis omnibus alijs alterius lineę descẽdentib. Et sic patet,ꝙ facilius fit conseruatio inter eos, qui sunt eiusdẽ lineæ transuersalis,quæ habuit ortum a duabus lineis descendẽtibus.Nec ob.ꝙ tex.in d.c.i.uelit,ꝙ finita linea, in qua reperitur feudum,ꝙ reuertatur ad alios alterius lineæ, quia illud est ex eo,quia fuit feudũ acquisitum ab illo, qui caput est utriusq; lineæ, qui pro se, & omnibus suis descendentib.acquisiuit,& ideo quia ex antiqua inuestitura erant uocati simul cum alijs, licet per accidens ad alios deuenerit, propterea ad eos reuertitur feudũ,quæ consideratio non cadit in casum nostrũ. Postremo non ob.tex.in l.sunt autem.de legi.tut.cum concor.in cõtra
12 rium allega.quia licet in dictis iurib.probari dicatur† ꝙ ubi fit mentio simpliciter de cognato a patre vel per patrem,ꝙ intelligitur de agnato,non tamen sequitur, ꝙ semper ueniat omnis agnatus,maximè in materia exorbitanti & strictè interpretãda, vt in casu nostro. Conceditur ergo, ꝙ statutum intelligatur de agnatis,sed dicitur,ꝙ nõ sensit de omnibus,sed solum de illis, qui sunt de eadem linea descendenti,per rationes præallegatas. Et ideo extra casum s.in materia iuris communis, & vbi cessarent rationes allegatæ,concedi posset,ꝙ appellatione parentis masculi ex parte patris,veniret omnis agnatus, quasi ꝙ isto casu verba starent simpliciter contentiuè,& maxime in dictis iuribus,vbi declaratur,qui sint agnati vt est sequens expositio,scilicet quasi a patre connati, ideo ratione subiectæ materiæ dicto modo intelliguntur, nam & propter materiam subiectam vna præpositio sæpe impropriatur & pro alia ponitur,ut no. in l.eas causas.de condi.& dem.& per Bart.in l.Gallus,§.ille casus. de lib.& posth.& per Bal.in l.3.de ac.empt.Vnde concluditur vna cum domino Consultore, quod mater debet in totum succedere. Laus Deo.

¶Statutum excludens matrem propter parentes ex parte patris,& aui,an comprehendat parentes ex parte abaui.

SVMMARIVM.

1 *Genitiuus significat causam efficientem.*
2 *Verbum,quod potest capi in genere & in specie,in materia strictè interpretanda,capitur in specie.nu. 5.*
3 *Statutum excludens matrem a successione filij,quando agnationi non dicatur prospicere.*
4 *Genitiuus in dubio stat potius restrictiue, quam demonstratiue.*
5 *Statutum excludens matrem propter patruum,non habet locum in patruo magno.*
6 *Statutum etiam fauorabile strictè interpretandum, ubi tertio præiudicatur.*
7 *Statutum loquens de parentibus ex parte patris & aui,ad matris exclusionem quomodo intelligatur.*
8 *Copulatorum concursus uerificatur etiam respectu habitus, & potentię.*

CONSILIVM XXIIII.


D EA, quæ obijciuntur, quamuis sit egregiè responsum, nihilominus adhuc potest aliter cõgrue responderi, ac etiam responsiones datæ possunt confirmari.Dum ergo primo fit differentia inter illa verba,ex linea paterna,& illa, ex parte patris, tanquam hæc ultima sint magis amplã,& ꝙ comprehẽdat omnes agnatos. Ad istud ultra ea,quæ dicta sunt,respondeo,non negando etiam,ꝙ illa verba,ex parte patris possint intelligi generaliter,ita ꝙ includunt omnes agnatos.Sed dico,ꝙ ẽt possũt dicta

dictā verba intelligi effectiuè,& ſecundum hunc ſenſum capiũ-
1 tur ſpāliter. Et† ꝙ ita poſſint capi,probatur,q̄a ille genitiuus,
ſ.patris,pōt ſignificare cām efficiētem,vt no.gl.in l. quoties in
ſtipulationibus.de ver.ob.dum ponit exemplum de libro Ari-
ſtotelis. Et probatur in l.librorum.in §.1.in fi.ibi,volumē Ho
meri.de leg.3.& no.Bar.in rub.ff.de ope.noui nunc.& omnes
in proœmio.C.& ibi præcipue p Sali.dum dicit,ꝙ ſi ſtatutum
mandat in libro bannitorum deſcribi nomē banniti, patris ſui
& cognomen,& dicatur.Matthæus Petri de Aſinellis,ꝙ eſt ſa
tisfactũ ſtatuto,quia ille genitius, Petri,ſignificat cām efficien
tē.Si ergo illa verba,ex patris,poſſunt generaliter capi pro om
2 ni agnato† & poſſunt capi effectiuè,& ſic in ſpecie, ut ſolũ in-
cludant illos,qui a patre deſcendunt,vel ab auo,ergo cum in ca
ſu noſtro ſtatutum ſit odioſum, dēnt verba prædicta capi in
ſpecie,& non in genere,quia ſumus in materia ſtricte interpre
tanda,verba ſtatuti capienda ſunt,vt probatur in c.Rodulphus
& ibi no.Abb.de reſcrip.& no.per eundem in c.ad audiētiam.
in prin.de dec.& etiam vult Bar.in l.talis ſcriptura.in princ. de
le.1.Et confirmatur, quia ſtatutum eſt cōtra ius commune,iō
capi dēt illa ſignificatio,per quam ius commune minus corrigi
tur.c.cum dilectus.de conſuet.Ex quo no.d.Abb.prope finem
vbi vnum verbum poteſt habere duplicem ſenſum,& ſignifica
tionem,ꝙ illa dēt capi,per quam ius commune minus corrigi
3 tur,etiam ſi ſit impropria. Nec ob.quòd immo hoc ſtatutũ ex
parte agnatorum ſit fauorabile,ſecũdum Bal.& Doc. in d.l.2.
C.de in ius uoc.& quòd rō ſtatuti fuit agnationis conſeruatio,
quæ rō dēt operari,quod dicta verba capiātur generaliter, ex
quo in omnib.agnatis hēt locum.l.cũ pater.§.dulciſſimis.de l.
2.& per Bar.no.in l.pater.§.fundum.de leg.2.quia,vt etiam ta
ctum eſt,in caſu noſtro nō eſt verum, quod ſtatutum hoc ha-
buerit reſpectum ad agnationem.quod patet manifeſte, quia
matrem vult excludi per fœminas,puta per ſororem defuncti,
& per filiam fratris,& etiam per filiam ſororis,quæ eſt cogna-
ta,per quas fœminas in agnatione bona non conſeruantur. Et
etiam iſtis fœminis plus fauet ſtatutũ,quā alijs maſculis ex par
te patris:quia illæ excludunt matrem in totum,& alij in parte.
Item ſi dictæ fœminæ & maſculi concurrunt, fœminæ præfe-
runtur ad excluſionem matris, & in parte a qua illa excludi-
tur.immo fœmina remotior,puta filia fratris, uel ſororis præ-
fertur agnato proximiori,ſcilicet patruo, nec etiam reforma-
tio quo ad hoc aliter diſponit,ſed ſolum,ꝙ patruus, & frater
patruelis excludat in totum,ſicut prædictæ fœminæ,ſed ubi fę
minæ & prędicti concurrerent,nō recedit reformatio a ſtatu-
to,inquātum excluſā matre præfert dictas fœminas.Si ergo ſta
tutum voluiſſet agnationi prouidere,non vocaſſet fœminas an
te ipſos agnatos maſculos,& fœminas plus ita excluſione ma-
tris nō tribuiſſet,quam alijs agnatis maſculis. Et propterea cũ
in capite incluſiuo ſtatuti ſint poſitæ fœminæ etiam p prius,
& in excludendo ſint melioris condōnis, quam maſculi etiam
proximiores,ſtatutum nō poteſt dici reſpectu iſtius capitis in-
cluſiui fauorabile,ſed eſt odioſum,& cōtra ius etiam reſpectu
maſculorum, ſicut ſine dubio eſt odioſum ex parte fœminarũ
excludentium matrem. Et ideo fieri dēt ſtricta interpretatio
quò ad dictas fœminas,ita etiam quantum ad maſculos eſt eā-
dem interpretatio ſumenda, quod etiam probatur efficaciter.
Nam, vt dictum eſt,dictæ fœminæ per ſtatutum fuerunt ma-
gis dilectę,quam parentes maſculi ex parte patris, vt colligitur
ex præmiſſis.Si ergo ſtatutum quantùm ad dictas fœminas tan
quam odioſum interpretaretur ſtrictè, & quantum ad maſcu-
los tanquam fauorabile interpretaretur largè, in hoc fœminæ
magis dilectæ eſſent deterioris condōnis,quam maſculi minus
dilecti.ꝙ eſſet abſurdum,& contra mentem ſtatuti. l. Publius.
§.fi.de cond.& dem.& no. Bart. in l.Gallus.§.etiam ſi parente.
de lib.& poſth.& in l.quidam relegatus.§.fi.de reb.dub. & Al.
in l.ſed ſi hac.§.liberos. de in ius vocan. Vnde ſicut recedimus
a verbis,& verba impropriantur, vt prædictum abſurdum eui
tetur, ſecundum prædictos: ita pro abſurſio euitando dicen-
dum eſt, quòd ſtatutum hoc ſit interpretandum ſtrictè quan-
tum ad dictos maſculos,ſicut quo ad fœminas. Nec obſtan.ꝙ
reformatio videatur ad agnationem habuiſſe reſpectum,quia
ad eam reſpexit, quantum ad patruum, & fratrem patrue-
lem, & quo ad alios a ſtatuto non diſceſſit, quod ad agnatio-
nem, vt dixi,non reſpexit, & ꝙ ad eam non reſpexerit, etiam
dicta reformatio præſupponit,dum habuit pro abſurdo, quòd
fœmina remotior, & cognata per ſtatutum præferatur prædi-
ctis agnatis.Et ex hoc colligitur reſponſio ad not.per glo.in l.j.
C.vnde vir & vxo.& ad l.Iuriſcōſultus.§.1.de gradib.cum ſuis
concord.quas in alio conſilio allegaui pro parte cōtraria, quia
in caſibus illis verba illa,ex parte patris poſſunt intelligi effecti
uè & contentiuè,& ſic generaliter, quia ſumus in materia iuris
communis,& non in materia correctoria,vel odioſa, ſecũdum
Abb.& Bar.in locis præalleg.Sed in caſu noſtro, vt odium,& le
gis correctio euitetur, vel reſtringatur, debent verba prædicta
capi effectiuè,& ſic in ſpecie, vt dictum eſt. Quod etiam alia ra-
tione confirmatur,quoniam ſtatutum præfert parentes maſcu
los ex parte patris & aui. Si enim ſolum ſtatutũ loqueretur de
parentibus maſculis abſque illa additione,ex parte patris, intel
ligeretur de agnatis,ex quo de maſculis mentionem faceret,ſe-
cundum Ioan.And.in add.Spec. in rubr. de teſt. ad finem. ſicut
etiam quando fit mentio de liberis maſculis, nō venit nepos ex
filia,propter illud verbum,maſculis,ſecundum Spec. in titu.de
loca.§.nunc aliqua.verſi.146.& Bal.& Sal.in l.1.C.de conditio.
inſer.& Pau.de Caſt.& Moder.in l.Gallus.§.nunc de lege.de li-
ber.& poſthum.Bal.& Ang.in d.l ſed ſi hac.§.liberos. de in ius
vocan. cum concordantib.de quibus ibi per Alexan. Et ſub di-
ctis verbis,quia generalia ſunt, comprehenſi fuiſſent omnes a-
gnati. Alia igitur verba adiecta, ſcilicet ex parte patris, veniunt
reſtrictiuè ad dictam generalitatem,& non demonſtratiuè, ne-
4 que declaratiuè, quia genitiuus ille in † dubio capi debet po-
tius reſtrictiuè,quam demonſtratiuè,vt no.probatur in c.cum
capella. de priuilegijs. & ibi not. dom.Anto. & multum com-
mendat, & ſequitur etiam hoc Alexand. in rubrica, de operis
noui nunciatio. & per conſequens operatur, quòd omnes a-
gnati non intelligantur vocati, ſed illi ſolum, qui proueniunt,
& originem habent a patre, vel ab auo. ¶ Præterea quamuis
ſtatutum ſimpliciter maſculos præferret matri, & non fœmi-
nas,& ſic diceretur factum fauore agnationis, iuxta notata per
Ioannem Andræam in rubrica, de ſucceſſio. ab inteſtato, &
Cyn.in l.1.C. de adulter. & Bald. in l.maximum vitium. C. de
liber.præteri. cum concordantibus, adhuc tamen deberet ſtri-
ctè interpretari, prout decidit Bald. in l. prima. C. de ſucceſſo.
5 edicto. vbi concludit primo, & probat, † quòd patruus ma-
gnus dicitur propriè patruus. Et ſecundo determinat, quòd ſi
ſtatutum velit, quòd patruus excludat matrem, quòd non intel
ligitur, nec habet locum ſtatutum in patruo magno, quia uer-
ba debent intelligi per prius.l.qui liberis.§.hæc uerba.de uul.&
pu.Et quia,ſm Bal.hoc ſtatutũ eſt ſtrictè interpretandũ. Et cũ
eo tranſit Sal.Pau.de Ca.Are.& Alex.& eſt cōis opinio,& idem
tenet Bal.in l.quod uero.de legib.cũ concordantijs, de quibus
per Alex.& Mod.in d.l.1. & ſic quia ſtatutum hoc eſt ſtrictè in
terpretādum,volunt,ꝙ uerbũ,patruus,prolatum a ſtatuto,qđ
poteſt intelligi generaliter,quo caſu comprehenderet patruum
magnũ & fratrem patris, & capi ſpāliter pro fratre patris tm̄,
capiatur in ſpecie, & ſic ſolum includat patruũ proximiorem.
Et ꝙ dictũ nomen poſſit eſſe genus, & ſpēs,hoc ibi clarè p̄ſup-
ponit Bal.dum allegat.l.1.ff.de adopt.Ita ergo & in caſu noſtro
illa uerba,ex parte patris,& aui,quæ poſſunt capi in genere, &
in ſpecie,ut dixi,debent capi in ſpecie, &, ni fallor,caſus noſter
videtur ī ſpecie deciſus ex no.p Doc.in d.l.1. Nec obſtāt rōnes
contrariæ,ſ.ꝙ ſtatutum hoc dicatur fauorabile ex parte maſcu
lorum,& reſpectu capitis incluſiui, & factum fauore agnatio-
nis,quia & in caſu Bal.& aliorũ,non minus habent locũ dictæ
rōnes ad fauorem patrui magni,ut etiam ibi dicunt nouiſſimi,
& tn̄ Bal. & alii determinant, ꝙ patruus magnus,qui etiam ex
proprietate verborum poterat dici incluſus,non excludat ma-
trem. Et ad dictas rationes aliquibus modis prædicti nouiſſi-
mi in d.l.1. conantur reſpondere,quos aliter non refero.Et q̄a
etiam dictæ reſponſiones non uidentur eis ex toto ſatisfacere,
6 ego aliter reſpondeo,& equidem clare,iudicio meo.Nā† q̄uis
ſtatutum ſit fauorabile ex parte maſculorũ,quia tn̄ ex hoc præ
iudicatur matri,nec curo,ꝙ hoc ſit in conſequentiā, ſtrictiſſi-
ma fieri debet interpretatio,quia diſpoſito ſui natura fauorabi
lis ſemper reſtringitur,ne tertio præiudicium inferatur. l. nec
auus.& ibi Bald.C.de emancip.lib.l.impuberi,de admin.tuto.
& l.cũ filius.de teſt.mil. Et propterea,quāuis beneficia princi-
pum ſint latè interpretanda.l.fi.de conſtit. prin. Nihilo minus

quando agitur de præiudicio tertij, fit stricta interpretatio, ꝑm gl. & oēs in d.l.fi. & Inn. in c. dilecti. de dona. dicens, ꝙ priuilegia principum, quatenus tangunt iura concedentium, debent latissimè interpretari. d.l.fi. sed quatenus respiciunt præiudiciũ tertij, debent strictissimè interpretari. c. olim, de ver. sig. Et ibi hoc ēt vult Io. An. Et sic patet isto casu, ꝙ beneficium, quod ex parte recipientis est fauorabile, restringitur contra tertium, de cuius præiudicio agitur. Et ideo quamuis statutũ ex parte masculorum sit fauorabile, quia tñ non est fauorabile simpliciter, sed etiam odiosum, & ad alterius præiudicium, idcirco nõ extenditur, sed restringitur contra matrem, quia excluditur. Et tãto magis, cum ēt sit contra ius cõe, quia in hoc est simile priuilegio, quod restringitur, q̃a contra ius cõe conceditur. l. si qñ, in prin. C. de inoff. test. & per oēs, in d.l.fi. de const. principum. Et hac ēt rõne fauore agnationis, ꝓꝑ quam caput inclusiuũ masculorum reputatur fauorabile, non operatur extensionem in præiudicium tertij. Et istud ēt confirmatur, q̃a ubi concurrũt duæ regulę, quarũ una est ꝓmissiua, & altera prohibitiua, l. tutor. in prin. ff. de suspec. tut. & ibi not. Bar. & Ale. in l. j. §. j. in fi. de ope. noui nunc. prohibitiua præualet. Sed in casu nostro, q̃uis caput inclusiuum masculorũ sit fauorabile, & ꝑ ꝯñs regulariter quo ad illud fieri debeat lata interpretatio, ex parte tñ fęminarũ, & sic caput exclusiuum dicti statuti, est odiosum, ꝑm oēs in d.l.2. C. de in ius vocã. & ꝯñr ad eius fauorem, & ut odiũ excludatur, stricta rīr fieri dēt interpretatio, vnde ista regula ꝓhibitiua extensionis dēt præualere. Ex ꝓmissis ēt satis colligi põt, ꝙ non est dña, vtrum dicatur, ex linea patris, vel ex parte patris, quia ēt primo casu uerba pñt capi in genere, s. pro linea cõprehensiua, & pro linea effectiua patris, sicut uerba sequentia, vt dictũ est, iõ in casu nostro, in quo agitur de ꝑiudicio tertii, debent uerba præcedentia & sequẽtia capi in specie, ut minus lædatur ius tertii, & ius cõe. Nec ēt ob. dum dr̃, ꝙ statutum loquitur de parentibus ex parte patris & aui, & sic copulatiue. iõ
7 nõ possunt† uerba intelligi effectiue, q̃a copulatiue duo non possũt esse caput eiusdē lineæ. Quia dicta uerba, ex parte patris sunt informiter & materialiter prolata, & nõ exponũtur pro linea, capiẽdo lineã formaliter. Vnde dũ dicit, parẽtes ex parte patris & aui, perinde est, ac si diceret, parentes, qui descendunt, ex auo & patre, sicut est nepos & reliqui. Nã nepos dicitur natus ex auo, quamuis dictio, ex, denotet causam immediatam, & iõ illa cõdõ, si quis decesserit sine filijs ex se natis, deficit per superexistentiam nepotis. l. Lucius. de hær. inst. & not. Bar. in l. liberorum. de uer. sig. col. pen. uers. quæro quid si in aliqua dispõne, & c. & Alex. & Are. in d.l. Gallus. §. instituens. & pulchre declarat Pau. de Cast. in consi. 181. In præsenti causa, &c. Et ubi etiam loqueretur statutum expresse, uel interpretatiue de linea
8 patris & aui,† adhuc locum habere posset concursus copulatorum respectu habitus & potentiæ, quia in habitu & in potentia potest quis esse de linea aui, & patris, quia potest inchoari ab auo, & a patre licet in actu non possit esse de linea utriusq. & de qua potentia deberet intelligi statutum. l. Labeo. de statulib. Vel põt copula hoc casu resolui in disiunctam, si concursus eius nõ põt habere locum. per not. in l. si is qui ducenta. §. utrũ. de reb. dub. Et hoc modo potius debet capi, quãuis improprie, cum per hoc odium excludatur, & ius commune corrigatur. d. c. cum dilectus. de cõsuetud. & ibi no. Abb. circa finem. Et sic ꝑ prędicta remanet responsum ad primum, ad ꝑm, & ad quartũ, in quo allegatur tex cũ glo. in l. 1. C. vnde uir & uxo. Non obst. dũ tertio & quarto ꝯsideratur, ꝙ vbi illa uerba, ex parte patris, intelligerẽtur effectiuè, ꝙ sequeret absurdũ, ꝙ remotior agnatus succederet exclusa matre, & nõ proximior, ut per exempla pars aduersa nititur probare, quia ad hoc per dñm consultorẽ est optimè responsum, ꝙ statutũ loquitur matre extante in medio, quo casu licet remotior eam excludat, & proximior non, tamen proximior iniuriam non patitur, quia omnino nõ succederet, si non excluderetur a remotiori. quia mater succederet. Et pro ista responsione allego Pa. de Cast. in l. si defunctus. C. de legi. hæ. ubi concludit, qđ si statutum uelit, ut mater excludatur extantibus masculis, quod ēt cognati remotiores erunt exclusi matre extante in medio, nec possunt conqueri cognati, secundum eum, quia ubi agnati non extarent, excluderẽtur a matre. ¶Secundo ēt respondetur, ꝙ statutum hoc non habuit pro absurdo, quod patet, quia filiam fratris & sororis præferebat patruo defuncti, qui erat proximior defuncto, & etiam in hoc, ut dixi supra, non receditur per nouam reformationem a statuto. Si ergo fœminam ēt cognatam prætulit & præfert masculo agnato & proximiori, minus absurdum est, ꝙ cõtingere possit qñque, ꝙ agnatus masculus ꝑferatur alteri agnato proximiori. Tertio dictum absurdum cessat penitus, intelligendo, ꝙ sub illis uerbis, s. ex patris & aui, includantur etiam transuersales, dũmõ descendant ab auo per illam lineam, in qua erat pr̃ & auus Alouisij, & non alij trãsuersales, qui descẽdunt a dicto abauo per aliam lineam, in qua reperitur Iulianus, qm̃ tunc de dicta linea præferretur unusquisq;, prout eēt proximior. le. cum ita. §. in fideicõmisso. de l. 2. & prout latius deduxi in alio consilio, ꝙ non repeto. Sexto non ob. ꝙ statutum faciat mentionẽ de auia ex parte matris, & tamen hoc uerbum non capitur effectiue, quia illud est ex eo, quia impossibile est, ꝙ dicto modo capiatur, cum filia non possit esse cã efficiens matris suæ, & ideo per hoc non possunt declarari uerba alia, s. ex parte patris, in quę dicta impossibilitas non cadit, sed possunt stare effectiue, & contentiue. Et similiter no ob. dum octauo dicitur, ꝙ in reformationibus fit mentio de coniunctis ex latere matris, sub quib. uerbis omnes cognati comprehenduntur, quasi quod ꝑ hoc declaretur, ꝙ etiam sub illis uerbis, ex parte patris, includantur omnes agnati. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiabus. in prin. de leg. j. quia est aduertendum, ꝙ dictæ reformationes referunt statutum, in quo tamen expresse non excluduntur cõiuncti ex parte matris, sed solum mater & auia, per exclusionẽ quarum intelliguntur tacite omnes cognati remotiores exclusi, secundum Bar. in l. 2. §. uidendum. ad Tertullianum. & maxime existente matre in medio, secundum Bald. Ang. & modernos in d.l. illam. C. de collat. & Pau. de Cast. in d.l. si defunctus. Quia ergo dicto casu per exclusionem matris intelligebantur uirtualiter ex mente & non ex uerbis statuti exclusi omnes cognati, propterea reformatio, quæ uenit ad interpratationem dicti statuti, intelligitur eodem mõ de omnib. cognatis, quia lex interpretans intelligitur secundum legem interpretatam. §. fi. in auth. de fili. ante dota. instr. natis. & l. nihil. de coniung. cũ emanci. lib. Sed statutum nõ uocat omnes agnatos ad exclusionem matris, sed parẽtes tantum ex parte restrictiue, & non absolute, quæ uerba, ut dictum ẽ, stare dẽnt effectiue. Ad octauũ uero. s. ꝙ appellatione aui ueniat ꝓauus, & per ꝯsequẽs, quod oēs descẽdentes ab illo intelligantur uocati, plene responsum fuit in alio meo consilio, ubi concedẽdo primũ assumptũ, cõsequẽtiam negaui, sed dixi & probaui, quod solum uocati intelligũtur illi, qui sũt de linea descẽdenti ab abauo, in qua est pater Alouisii, & nõ Iulianus, qui a dicto abauo descendit mediante alia linea. Qđ etiam probatur ex omnibus rõnibus, ex quibus probaui supra, ꝙ in casu nr̃o facienda est stricta interpretatio, & ꝙ uerba sunt intelligẽda minus gñaliter, quam fieri possit, ad exclusionem odii, & ad euitandum correctionem iuris cõis. Et ex his tollitur aliud, quod obiicitur. s. ꝙ Pa. de Ca. in consi. 346. aliàs 384. pręsupponit, ꝙ uigore huius statuti patruus magnus excludat matrẽ, qui non descendit a patre, nec auo, sed ab abauo. Quia quamuis uerum dicat, illud est ex eo, quia ille est de linea descendenti, in qua est pr̃ Alouisii, & auus, sed tñ per hoc non sequitur, ꝙ ueniant illi agnati, qui descendunt ex alia linea, immo alii non intelliguntur uocati, ut dixi. Et sic omnia quæ obiiciuntur, remanent sublata. Laus Deo.

¶Amita an excludat matrem stãte statuto, ꝙ succedant attinentes ex linea paterna usq; ad quartum gradum, & etiam stante, matri sororem præferri.

SVMMARIVM.

1 *Statutum includens agnatos ad successionem, censetur omnes alios excludere qui sub dicto capite non includuntur.*
2 *Statutum quando uideatur agnationi consulere.*
3 *Amita non excludit matrem, si statutum in successione prætulit masculos in perpetuum, & illi defecerint.*
4 *Statutum disponens, sororem matri preferri, non debet extendi ad amitam attinentem ex parte patris, quasi quod non consideret agnationem.*
5 *Mens disponentis attendenda etiam uerba impropriando. Secus si uerba menti, nec proprie, nec improprie conueniant.*

CON-

CONSILIVM XXV.

VISIS statutis terræ Massæ, & illorum mente, ac verbis diligēter ponderatis, prima facie dicendū uidetur, ꝙ mater defūcti ꝑ amitā excludatur. Nā statutū vult, ꝙ nō extantib. descēdentibus succedant ascēdentes ꝑ masculinam lineam, salua gradus ꝓrogatiua. Si uero ꝑdictas personas nō reliquerit, succedat primo frater germanus, siue sit ex uno parte tm̄, siue unus, siue plures sint, &c. Et prædictis non extantibus succedant attinētes ex linea paterna de patrimonio coniuncti usq. ad quartum gradū, ſm computū Decretorum, salua gradus prærogatiua, ita, ꝙ masculi semper fœminis præferātur, &c. dum ergo statutū primo in defectum descēdētium uocat ad successionem ascēdētes per lineā masculinā, sine dubio uidetur excludere ma-
1 trem, quamuis de illa non sit facta mētio, † quia ex capite īclusiuo ipsius statuti, per quod ascēdētes per linea masculinam uocantur, intelliguntur tacite exclusi oēs alij, qui sub dicto capite non includuntur, arg. l. cum præt. de iud. & ꝑut uult Bart. in l. 2. §. uidendū. ad Tertul. qui dicit, ꝙ ex capite inclusiuo agnatorum, excludūtur oēs cognati, qui ēt non sint expresse exclusi, & qui ēt loquitur in fortioribus terminis, qn̄ agnati non sunt ī dispōne positi, sed in cōdōne, & qn̄ mater solum erat noīatim exclusa, & in capite exclusiuo posita, multo ergo magis ī casu nostro in quo dicti ascendentes ponuntur in dispōne, & nullus nominatim excluditur, ad quem possit restringi caput exclusiuum. Et eadem rōne dicendum est, ꝙ frater germanus defuncti, uel soror eius non extante fratre excludat matrem, inq̄tum uult statutū, ꝙ si non reliquerit defuncti ascēdētes per lineā masculinā, succedat primo frater germanus, siue sit unus, uel plures, & filii dictorū fratrū præmortuorum, & non extantibus prædictis, ueniat soror germana. Et sic statutū defert successionē fratri & sorori ordine successiuo non extantib. dictis ascendentibus. Et per consequēs excluditur ex capite inclusiuo ipsius statuti, per no. per Bar. in d. §. uidendū. & per Bal. in l. si quis filium. C. de inof. tes. Et similiter non extantib. prædictis ascendentibus, uel transuersalibus, mater excluditur per alios agnatos usq. ad quartum gradum, ex sequēti parte statuti, dum subiungit. Et prædictis non extantibus, succedant uenientes, & attinentes ad lineam paternam de patrimonio, coniuncti usq. ad quartum gradum, secundum computum Decretorum, salua gradus ꝓrogatiua, ita ꝙ semper masculi præferantur in eodem gradu agnationis, &c. Et iste est casus noster, in quo non extant, ascendentes per lineam masculinam, neque fratres, aut sorores, sed extat mater solum & amita, propterea uidetur ꝙ mater sit exclusa ex hac parte statuti, per quam ad successionem uocantur attinentes ex linea paterna usque ad quartum gradum infra quod reperitur amita. l. Iuriscōsultus. §. tertio gradu, de gradi. & magis de iure canonico, secundum quod statutū uult gradum computari, per no. in c. fin. de consan. & affin. Nā statutum includendo dictos attinētes ex parte patris, non extātibus aliquibus personis prius nominatis & uocatis per prius, dicitur matrē excludere, per rationem, de qua supra, & de qua per Bar. in d. §. uidēdum. Et sic non uidetur uerum, ꝙ iste casus sit a statuto omissus, ex quo per inclusionem prædictorum mater tacite intelligitur per statutum exclusa, sicut nec in casu Bartoli in loco præallegato, non dicitur casus omissus quo ad cognatos, quos dicit excludi per statutum, de quib. in statuto nulla fuit facta mentio. Nec etiā præmissis obstare uidetur aliud statutum, quo cauetur, ꝙ mino. 14. annis hæreditatem non aditam transmittat ad quemcunque suum primum hæredem, qa licet in casu, de quo agitur, mater de iure communi sit hæres prima, secus tamē est ex forma statuti, de quo supra, per quod ut dictum est, mater excluditur per amitam, ꝙ sic amita, ſm dispōnem dicti statuti, per quod quantum ad successionē matris est recessum a iure communi, dicitur hæres prima, & q̄ statuti dispositio dēt attendi, & non iuris communis, aliās sequeretur quod per statutum, quod loquitur de transmissione, recederetur ab alio statuto, quod generaliter loquitur, saltem pro parte recessus, uel quod in hoc dicta statuta essent contraria. Vnde capienda est prædicta interpretatio, per quam euitetur contrarietas, uel correctio. §. quib. in prima const. C. ꝑ no. per Bar. in l. i. §. & parui. quod ui, aut clā, & ꝑ Bal. in l. ita nobis ꝑudor. C. de adult. Sed prædictis non obstantibus, contrarium puto
2 uerius. Et præmitto, † quod statutum de successione ab intestato, est conditum in fauorem agnatorum, & quod prouidet, ut bona conseruentur in agnatione, ut manifeste colligitur ex serie ipsius statuti. Nam primo præfert descendentes masculos fœminis, contra dispositionem iuris cōis. l. maximū vitium. C. de lib. præte. & in auth. de her. ab intest. in prin. & in defectum descendentium præfert ascendentes per lineam masculinā. Quibus etiam non extantib. defert successionē fratri, & filiis fratris, & sorori, & quibusdam aliis agnatis, & illis nō extantib. vult, ꝙ succedant attinentes ex linea paterna, ita ꝙ semper masculi fœminis præferantur. Ex quibus ostenditur, ꝙ uoluit statutū agnationi fauere, ut ēt vult Io. An. & Spec. post Iac. de Aret. in rub. de succes. ab intest. & Cy. ī l. j. C. de adul. & Bal. in d. l. maximū uitium. & in l. quod verò. de legib. cum concor. Quamuis ergo uerum esset, ꝙ mater dicatur excludi a successione filij per ascendentes ex linea paterna, & etiam per attinentes ex latere patris, per allegata in contrarium, tn̄ statutū
3 intelligitur de attinentibus masculis, & non de fœminis. † Ex quo infertur, ꝙ amita non excludit matrem: quia isto casu ex verisimili & ex coniecturata mente statuti, non venit appellatione attinentium ex parte patris, quia cum intentio & mens statuti sit, ꝙ bona perpetuo conseruentur in agnatione, nō sensit statutum de agnatis fœminis, quæ transeunt ad alienas familias, & ad quas per dictas fœminas dicta bona transirent. Et quamuis dum uiuunt dictæ fœminæ agnatæ, dicantur in agnatione bona conseruari, illis tamen mortuis facile possent ad suos descendentes transire, qui sunt de aliena familia. insti. de patria pote. in fi. & sic conseruatio non esset perpetua, de qua sensit statutum. Loquitur igitur statutum de attinentibus, per quos bona in agnatione conseruari possent perpetuo, & sic de masculis, licet hoc in statuto non exprimatur. Et idem dicendum est, quando statutum præfert ascendentes ex linea paterna, quia intelligitur de masculis, & sic non excluditur mater per fœminas eiusdem lineæ, per rationem prædictam. Absurdum enim esset, ꝙ amita, vel alia fœmina remotior ascendens, uel transuersalis excluderet matrem, contra dispositionē iuris cōis, quamuis esset agnata, ex quo per illam non conseruantur bona ꝑpetuo in agnatione ſm intentionē statuti. Nec
4 prædictis ēt ob. ꝙ † soror & descendentes ex ea præferātur, & tn̄ per ipsam bona nō conseruantur perpetuo in agnatione, sicut nec per amitam, & minus conseruantur bona in agnatione defuncti per ascendentes ex ea, qui ēt illa nō extante præferuntur, quia non sunt de eadem, sed de aliena familia, ut dixi proximè, qm̄ fatendū est solū quantùm ad sororē & ad descēdētes eius, ꝙ statutū nō habuit respectum ad agnationē, sed his exceptis statutū ad agnationē respexit. Et rō diuersitatis statim assignabitur. Et ita ēt in terminis per prædicta in effectu decidit & concludit Bald. in consi. incip. Martinus Io. de Flor. quod est inter consilia Ang. nu. 280. & idem etiam tenet Ang. in duob. consiliis seq. Nam & in casu suo statutum Florentię expresse excludebat matrem per agnatos simpliciter, & ēt per sororem defuncti, & contingit extare matrem & amitam nullis aliis extantib. unde fuit dubitatum, an amita excluderet matrem, ex quo simpliciter ꝑfert agnatos, & de masculis non loquitur. Et ꝯcludunt prędicti, ꝙ mater non dēt excludi, qa ex mente statuti dū loquitur de agnatis, intelligitur de masculis, qm̄, ut ipsi probāt intentiō statuti fuit, ut bona perpetuo, & non ad tempus in agnatione conseruarentur. Et ideo de agnatis fœminis statutū non intelligitur, quia bona facile transferrentur extra familiā, & agnationem, ad quam statutum habuit respectum, nisi quo ad sororem, quæ in casu suo expresse excludebat matrem. Et ea ratione statutum exclusit matrem per sororem, quamuis in illa dicta ratio statuti cesset, quia secūdum Ang. non consilio ꝑxi. sed in alio seq. 282. Inaduertentia statuentium, &c. sic etiam erat de iure antiquo quo ad sororem, inst. de legi. agna. succes. §. quod ad fœminas. & cum quo statutum uoluit se conformare. Et quamuis etiā filij, & filiæ sororis præferātur in casu nostro, & non de iure antiquo, nec etiam in casu Baldi, tamē statutum illos ēt prætulit, quia in locū matris succedūt, quādo agitur de successione patrui. §. reliquum. in auth. de hær. ab intest. Et hoc etiam statutum considerat, vt ex lectura eius apparet. Et ideo uoluit statutum, ꝙ subrogatum saperet naturam eius, in cuius lo-

locũ subrogatur.l.si eũ.§.qui iniuriarũ.si quis cau.quemadmodum rõne prędicta,si ex forma statuti,filius excludit filiam,nepos ex filio masculo excludit illam,quãuis de illa non sit facta mentio in statuto,ẽm Bar.in l.liberorum.de ver.sig. q mouet rõne prædicta.Si ergo in casu Bal.& Ang.in quo mater expresse excluditur per agnatos vsq; ad quartum gradum restringit statutum ad agnatos masculos per prædictam rõnẽ, quæ in casu nostro ꝑ oĩa hẽt locum, multo magis isto casu dẽt fieri dicta restrictio,cum per statutum mater non excludatur exp̃sse. In dubio ergo stante rõne prædicta,fieri dẽt interpretatio, vt non dicatur etiam exclusa tacitè per amitam a luctuosa filij hæreditate.l.si.C.de inst.& subst.sub cond.fac.& per no.per Doc. in l.precibus.C.de impub.& alijs subs.& in l.centurio.de vulg. & pup.Et idem,quod prædicti,vult Io.de Ana.consi.4.& Corne.consi.224.Non sequendo ordinem quæsitorum.2.uol.& in consi.271.De hac quæstione,&c.col.4.4.vol.Et prædicta cõprobantur,quia quando de mente disponentis apparet ex con
5 iecturis,† verba restringuntur,& etiam impropriantur,& mẽs cõiecturata seruatur contra propriam verborum significationem.l.non aliter.in prin.de le.3.& no.Bar.in l.in ambiguo.de reb.dub.dum rñdet ad l.non aliter.& hoc etiam vult ibi clarius Pa.de Cast.& in consi.351.Præsens dubium,&c.& Alex.in l.3. §.fi.in fi.C.de lib.præt.in cõsi.189.6.vol.Et probatur ex no.ꝑ Bar.in l.Gallus.§.etiam si parente.de lib.& posth.Secus autem si verba propriè,vel impropriè,largè,vel strictè,vel alio modo nõ possent menti conuenire, quia tunc a verbis non esset recedendum,secundum prædictos.Et idẽ vult gl.& clarius Sal.in l. cum virum.C.de fideicom.Cum ergo, vt dictum est, intentio statuti fuerit consulere & prouidere agnationi, & vt bona perpetuo remanerent in illa, dicendum est, ꝙ de attinentibus masculis solum senserat, & non de fœminis extante matre proximiore, & quæ de iure illis debet preferri in successione. Et per prædicta colligitur responsio clara ad allegata in contrarium. Laus Deo.

¶ Filia dotata minus quam sit legitima,an supplementum petere possit,stante statuto,ꝙ dos nõ sit minus legitima.Et quãto tempore præscribatur huic petitioni supplementi, stante statuto disponente generaliter circa præscriptionem, & an fructus veniant in petitione supplementi.

SVMMARIVM.

1 *Iuri agendi ad supplemẽtum legima præscribitur per quinquennium, & non transmittitur ad hæredes.nu.2. contrarium decidit nu.6. & 12.*
3 *Statuto disponente,dotem non esse minorem legitima,ea existente minore agitur ad supplemẽtum dotis, non legitimę.& nu.5. & nu.17.*
Ius petendi supplementum dotis non transmittitur ad hæredes,
4 *Statutum disponens,quod si creditor non petit intra certum tempus creditum suum,cadat ab omni iure suo,quando locum habeat.& nu.26.*
5 *Filia non legitime dotata quando agat ad supplementum,maxime quando a fratre est dotata,stante statuto, quod dos non sit minus legitima. nu.24.*
Statutum excludens dotatam, non declarata quantitate dotis, intelligitur de ea,quæ ascendat ad legitimam, quam petere potest.
6 *Ius agendi ad supplementum legitimæ, non tollitur nisi triginta annos,cum ad illud agatur condictione ex lege.nu.24.*
7 *Petitio supplementi legitimę non sapit in omnibus naturam querelæ.*
8 *Supplementum legitimæ non dicitur subrogatum loco querelæ, quando ab intestato uenit petendum ex forma statuti.*
9 *Filio renũciãti hæreditati paternę quod datur, succedit loco portionis hæreditariæ.*
Supplementum legitimæ subrogatur quandoque loco portionis, quæ proueniret ab intestato,& eius naturam sequitur,iõ non tollitur eius petitio,nisi per trigintas annos.
10 *Intellectus.l.si quis filium.C.de inoff.test.*
11 *Querela inofficiosæ dotis quare quinquennio tollatur. Intellectus.l.si.C.de inoff.dotibus.*
12 *Ius petendi supplementum legitimæ transmittitur ad hæredes, maximè quando petitur ab intestato ex forma statuti.nu.15.*
13 *Debitum ex legis dispositione,ita quòd auferri non possit,licet nõ sit delatum,tamen transmittitur.*
14 *Petitio supplementi legitimæ est pura, & conditio si petatur, inest tantum repletioni, sicut conditio satisdationis in tutore non inest dationi, sed administrationi.*
16 *Quarta, quæ debetur filio arrogato, transmittitur ad hæredes etiam non agnita, sicut portio lucri dotis marito delata ex forma statuti, & adhuc non agnita.*
18 *Dos recipit augmentum etiam soluto matrimonio.*
Dotis supplementum dicitur ipso iure constitutum, si ex forma statuti debeatur vsque ad legitimam,ideo etiam mortua muliere transmittitur.
19 *Restitutio in integrum datur ex capite ignorautiæ aduersus præscriptionem etiam quadraginta annorum. nu.32.*
20 *Mulier ex contractu dotis inito cum marito,& etiam cum ipsa, licet maior, potest petere restitutionem in integrum, si est decepta.*
21 *Iuri petendi restitutionem aduersus contractum, non præscribitur, nisi a die scientiæ, quòd tale ius competat.*
Ignorantia ex quibus præsumatur.
22 *Fructus supplementi legitimæ, vel dotis debitæ ex forma statuti,etiam bona fide consumpti,peti possunt.nu.33.maximè mora commissa.*
23 *Præscriptio, aduersus quam competit restitutio, non liberat a fructibus.*
Titulus rescindibilis non prodest ad præscriptionem, sicut ius rescindibile ad fructuum acquisitionem.
24 *Dos enim de iure communi non debet esse minor legitima.*
25 *Supplementum legitimæ petit filia etiam quòd dotem simpliciter receperit,vel legatum a patre factum agnouerit.*
26 *Statutum generaliter loquens, non comprehendit causam dotis.*
27 *Filius, qui adit hæreditatem, quasi contrahit,censeturque ex illo ad prestandum ex forma statuti integram dotem sororibus obligatus, & ad illam bona sunt tacitè hypothecata,nec liberatur,nisi præscriptione quadraginta annorum.*
28 *Instrumentum si cõtradicat confessioni etiam iuratæ, magis creditur instrumento.*
29 *Statutum non potest inducere præscriptionem cum mala fide,et iuramento mediante.*
30 *Iuris etiam statutarij presumitur scientia,nisi probetur ignorantia.*
31 *Ignorantia non præsumitur,vbi de lucro tractatur.*
Scientia patrimonij præsumitur etiam in minore cum administrante.
34 *Restitutio ubi conceditur,de iustitia cõceditur etiam ad fructus.*
35 *Dos in locum legitimæ subrogatur, & eius naturam sequitur, stante statuto excludente filiam dotatam a successione.*

CONSILIVM XXVI.

VIDETVR prima facie dicendũ,ꝙ ad supplemẽtum legitimæ agi non possit. Et primo,† quia per
1 lapsum quinquenij dicto iuri agendi præscribit. l.si quis filiũ. in fi.C.de inof. test. referendo dictã legẽ ad oĩa præcedẽtia.Et ita tenet Bar.ibi per illũ tex.ac ẽt per rõnem,ꝗa cũ subrogetur loco q̃relę dẽt toll quinquennio,sicut ipsa querela.l.si eum.§.qui iniuriarũ. si quis cautio. Et idem tenet in consi.13.incip. An iuri agendi ad supplementũ,&c.vbi pro hac opi.alleg.ẽt.l.si.C.de inof.do. q̃ optime probat.Nã q̃rela inofficiosæ dotis datur ẽt ad supplementũ,ubi est aliq̃d relictũ,vt no.in l. 1.eo.ti. & tñ eo casu, quo ad supplementũ cõpetit,finit quinquẽnio.Et hanc opi.sequitur Ro.in l. certi condictio,in prin.ff.si cer.pet.Cõfirmatur hæc opi.ex no. per Alex.in l.Gallus.§.& q̃d si tantũ. de lib. & posth. ubi cõtra Sal.cõcludit, ꝙ filia, q̃ per statutũ iubetur esse cõtenta ab intestato quacunq; dote,excluditur a petitione supplementi,ea potissimum rõne in proposito,quia sicut si fuisset exhæredata,nõ haberet querelã.l.posthumus.§.si quis ex his. de inoff. testam. ita nec ei cõpetit petitio supplemẽti, q̃ loco q̃relæ succedit pro iniuria illata filio.l.oĩmodo.C.de inof.test.Et prædicta opi.saltem locum hr̃e vr̃ quo ad filias mortuas post quinquennium a
2 die aditæ hæreditatis,† quia hoc casu ius agendi ad supplementum

tum non transit ad hæredes filij præmortui, ſm Ang. not. in l. Papinianus. §. ſi condōni. de inof. teſ. ꝑ tex. in d. l. ſi quis filiū, q. ſm eum, hoc caſu loquitur, & dicit eſſe nouam conſiderationē ad illam legem. Et eſt rō, ſm eum, q̄a q̄n filius ꝑ quinquēniū tacuit & moritur anteq̄ ad ſupplemētum agat, videtur illud repudiare, iō non tranſmittitur. Cū igitur q̄dā ex filiabus elapſo iā quinquēnio mortuæ ſint nulla petitione ſupplemēti facta. ceſſat tranſmiſſio. quinimmo videtur, ꝙ dictum ius agendi ad ſupplementum abſolutè non tranſmittatur poſt annum, ſicut quarta, quę filio arrogato dętur, poſt annum non trāſmittitur, vt no. gl. in l. cum antiquioribus. C. de iur delib. Facit ēt, quod no. Ang. in conſi. 81. inc. Dña Maria de Baſtardis. vbi inter plura concludit, ꝙ lucrum dotis delatum ex forma ſtatuti non agnitum, non tranſmittitur ad heredes. Præterea dicit ſtatū, dūmō dos non ſit minor lĩa. Si ergo dos fuit, non pōt agi ad ſupplementum lĩæ, quia cum mulier ſit ab inteſtato excluſa, ſibi lĩa non dētur, & ꝑpterea teſtm̄ non eſt nullum, ſi prætereat, ſm Bar. & alios, in d. §. & quid ſi tm̄. & Alex. in l. ſi emancipati. C. de colla. Facit, quod no. Bar. & Pa. de Caſt. in l. Titio. in §. Titio genero. ff. de cond. & dem. & Pau. de Caſt. in conſi. 195. inc. In caſu pñti, & conſi. 273. Quoniam fundamentum. & conſil. 130. inc. Si dicta. Sed agitur ad ſupplementum congruæ dotis, iuxta no. per Bal. in auth. res quæ. C. cōia. de leg. & in l. fi. C. de
3 dot. prom. Et ideo dum ſtatutum vult, † ꝙ dos non ſit minor lĩa, per hoc non minus intendit excludere a legitima, ſed declarare, ꝙ dos aliter non ſit congrua, niſi aſcendat ad legitimam, vt quaſi in terminis declarant moder. Peruſini in tract. de dote, char. 31. per §. quamobrem. in auth. de reſt. & ea quæ par. Si igitur id, quod ad legitimam deeſt, petitur vt ſupplementum congruæ dotis, non uidetur ius petendi tranſmitti potuiſſe ad hæredes mulieris, quia ſicut dotis conſtō cōferri nō pōt poſt mortem mulieris, vel mortis ſuæ cā promitti, quia tunc onerib. matrimonij deſeruire non poteſt. l. ſi pater mulieris. §. fina. ff. de iure dot. eadem ratione non debet poſſe augeri, uel ſuppleri. Vltimo ipſis mulieribus, & earum hæredibus obſtare uidetur ſtatutum ſub rubri. de præſcript. 25. annorū diſponens,
4 † ꝙ ei, cui cōpetit ius agendi, petendi, vel officium iudicis implorandi q̄uocunque, qualitercunque, & ex quacunque cauſa, præſumatur ſolutū, & ſatisfactū, ſi ſteterit per 25. annos, ꝙ debitum nō petierit in iudicio, vel extra, & debitor ſit mortuus. Si verò viuat, & iuret ſoluiſſe, vel aliter ſatisfeciſſe, ſtetur eius iuramento. Quod ſtatutum præſumens ſolutionem valere videtur, per no. per Bar. in l. omnes populi. in 2. q. 3. prin. de iuſt. & iur. verſi. ecce alia, dicit ſtatutum, diſponēs ꝙ qui non petit debitum infra decem annos, cadat a iure ſuo, non valeat. Si vero dicat, ꝙ contractus vel inſtrumentum præſumatur fictitium, tunc valebit, quia talis cauſa excludit peccatum. Idem ergo in caſu noſtro, in quo præſumitur ſatiſfactum. Et cum Bar. cōcordat Pe. de Anch. in c. j. char. 17. ver. item ſi ſtatuto, extra de conſti. & Ang. in repe. l. 1. C. de iud. & Rom. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuca. & Pe. de Anch. in c. poſſeſſor. vlt. char. verſ. ſeptimo quæro, & c. de reg. iu. & Abb. in c. fin. in v. col. de præſcr. & prę ſertim hoc caſu dēt ſtatum habere locum, cum tempore, quo dos iſtis mulierib. fuit conſtituta, eius fratres, contra quos agēdum eſt, eſſent minores, & eorum patrimonium non adminiſtrarent. Ex quibus præſumitur, ꝙ non habuerunt ſciētiam valoris dicti patrimonij, ſecundum Bal. in l. 2. in v. & 6. q. C. de reſcin. ven. Et ſic fuerunt in bona fide, quia probabiliter potuerunt ignorare, vtrum ſorores fuerint in conſtituenda dote deceptę, in cuius conſtitutione forte etiam non interuenerunt. Qua bona fide ſtante & interueniēte, dato etiam ꝙ ſtatuti prę ſcriptio non ſufficeret, tamen præſcriptio iuris communis nō deficit, maximè contra plures ex dictis mulieribus, quæ ceſſarunt a petitione dicti ſupplementi ultra annos triginta. l. ſicut. & l. omnes C. de preſcr. trigin. vel quadrag. ann. Quinimmo videtur, ꝙ etiam cū mala fide dicto tempore, iure etiam canonico currat præſcriptio, ſecundum Bar. in d. §. ſi viam. & in l. fi. ff. quemad. ſer. amit. & in l. hoc autem de ſeruitu. vrb. & præd. & in l. ſi is cui. in §. Flauius. ff. de ſol. & in l. legaui. de libera. legata. & idem tenet Innoc. in cap. circa. de iure patro. & in cap. quia plerique. de imm. ecc. & Arch. in §. poteſt. 16. q. 3. & Abb. in dicto c. fina. de præſcript. per plura, de quibus in dictis loc. &c. ¶Sed tamen præmiſſis non obſtantibus, contrarium proculdubio puto verius. Nam ſtatutum ſub rubrica intra quantum tempus
5 frater, & c. diſponit expreſſe † ꝙ vbi dos a patre præmortuo nō ſit conſtituta, debeat a fratribus conſtitui qualitate perſonæ, & quantitate patrimonij conſiderata, dummodo dicta dos non ſit minor legitima. Si igitur pro dote non conſequuntur a fratribus integram legitimam, dicuntur incongrue dotatæ, & per conſequens agere poſſunt ad ſupplementum legitimæ, vel congruæ dotis, ſecundum Bal. in d. auth. res quæ. C. commu. de leg. & in d. l. fi. C. de dot. promi. vbi vult, ꝙ filia dotata excluſa a ſucceſſione per ſtatutum, poſſit agere ad ſupplementum congruę dotis. Et ſequitur Pau. de Caſt. in conſi. no. inci. Super primo quæſito. maxime quando filia reperitur incōgrue dotata a fratre. Quinimmo vbi ſtatutum ſimpliciter vellet filiam dotatam excludi, nec aliter quantitatem dotis declararet, adhuc poſſet dici integram legitimam deberi, ſecundum Sali. & Raph. in auth. res quæ. C. com. de leg. quos ſequitur Alexā. in conſi. 68. 1. vol. & conſi. 72. 2. vol. & conſi. 83. 4. vol. Et in dictis locis refert Bal. pro hac opinione pluries conſuluiſſe, pro qua & multi alij conſuluerunt, vt refert dominus meus Senenſis, in dicto §. & quid ſi tantum, quæ diſputatio ad præſens non eſt neceſſaria, ſtante ſtatuto prædicto, &c. Sola igitur vis, & difficultas eſt in reſpondendo ad alleg. in contrarium. Et in primis non ob. ꝙ ius agen
6 di ad ſupplementum tollatur quinquennio: † quia immo cum ad illud agatur condictione ex lege, ut not. gloſſ. in l. omnimodo. C. de inoſſicio. teſtamen. & Bald. in l. ſi quis in ſuo. & Salic. in l. ſancimus. in prin. eo. tit. durat triginta annis, not. in l. 2. C. de conſti. pec. inſtitu. de perpe. & tempo. act. in §. 1. & dicta l. ſicut. & d. l. omnes. Et hanc opin. tenent Bal. Sali. & Pau. de Ca. in dicta l. ſi quis filium. Bald. in auth. presbyteros. C. de ſacroſan. eccleſ. & in repet. l. pater filium. de inoffic. teſtam. & Ang. in l. Papinianus. §. ſi conditioni. eo. ti. pro qua dicit conſuluiſſe cum pluribus aliis, & Pau. de Caſt. in conſi. 122. incip. Dubia, de quibus, dicens hāc eſſe communem opinionem, idem dicit Florianus. in d. l. ſi quis filium. & Alexan. qui idem tenet in conſi. 127. inci. Conſideratis verbis inſtrumēti, &c. primo uolumine.
6 gatur in cōtrarium, dū dicit, ꝙ si statutum† excludit filiam dotatá extantib. filiis, uel nepotibus, & sic alternatiuē, ꝙ ad partē filiæ exclusæ solus filius superstes nō admittitur, sed nepos ex filio præmortuo simul cum filio dēt admitti, quia successit in locū patris, & gradus non corrūpitur, sed repræsentatur, quia dici pōt, ꝙ Bal. male loqtur, qñ statutum loquitur alternatiue, maxime per. d. l. hæredes mei. §. cum ita. cum ibi no. p Raph. & Ale. sed dictum eius posset habere locū, si statutum loqueretur copulatiuē quo casu voluit etiam Ang. in consi. 36. Quidá Ioā. & c. & Pau. de Cast. in cōsi 37. Viso puncto. in fi. & Ang. & Ale. in d. §. quidam recte ꝙ ad emphyteusim receptam pro se, filiis, & nepotib. admittātur simul cum filio nepotes ex alio præmortuo, per. §. cum filius. inst. de hær. quæ ab intest. Et pro ista opinione Alex. in d. §. quidam recte all. etiam Bal. in d. l. i. C. de sec. nup. qui, ut dixi, posset bene loqui, qñ inter filios & nepotes poneretur copula, prout loquūtur prædicti. Vel tenendo op. Bal. etiam si statutum loquatur alternatiue, dicēdum ꝙ in casu nostro ordo successiuus īter fratres, & nepotes ex filio pmortuo non solum causatur ex uerbis alternatiuis, sed etiam ex alia cōiectura, uidelicet quia statutum exprefse induxit dictum ordinem in alio casu simili, & inter alias personas, in quib. cadē est rō, hoc est, inter patrē & fratres defuncti. Stante igitur tali cōiectura in casu nostro alternatiua debet propriā naturā retinere, quę est, ut ordinem successiuum inducat, vt in iurib. superius allegatis. Nec ob. ēt, quod no. Bal. in l. in quib. C. de sec. nup. quia Bal. ibi non firmat, ꝙ nepotes ex filio præmortuo concurrant cum alio filio testōris superstite, ut ēt dicit Ale. in d. cons. 127. allegato p hac ultima parte, qui ēt rñdet ad d. l. in quib. quæ loquitur in dispōne iuris cōis, quæ ab ipso initio clare induxit filios fratris uenire cum patruis, & cum illis concurrere. Sed nos loquimur in statuto ueniēte derogatiue ad ius commune, & quod uocat fratres defuncti non per modū conditionis, sed dispōnis. Secundo respondetur, ꝙ in casu Bald. ex aliis partibus statuti non declarabatur, utrum filii uocarentur copulatiue, uel alternatiue. Et in dubio fieri debuit illo casu interpretatio, quod essent uocati copulatiue, prout uocantur de iure cōmuni d. §. quidam recte, secundū unum intellectū, prout expsse uult Bar. in l. uxorem. testō. de leg. 3. Sed in casu nostro tá ex præcedentibus, quam ex sequentibus declaratur, ꝙ fratres, & filii fratrum uocātur alternatiue, & per consequēs ordine successiuo. Et est, ut dictū est, cōstat, ꝙ ista fuit intentio statuti, ex eo quod per illud idem et fuit dispositum & ordinatum in alio casu simili, & in quo est eadem rō. Non ob. etiā, quod uult Ale. in cons. 26. in 6. uol. quia illo casu filii fratrum intelliguntur in dubio uocati copulatiue cum fratribus defuncti, quia de cōtraria mente non apparet ex præcedentibus, neque ex sequentib. imo ſm Ale. apparet potius, ꝙ ista fuit intentio statuti, de qua constat ex hoc, ꝙ etiam patruum admittit, ut ibi latius p eum. Sed in casu nostro colligitur, ꝙ filii fratris uocantur post fratres mediante alternatiua tá ex præcedentibus quam ex sequētibus, ut dictum est superius, quæ denotat ordinem successiuū d. l. peto. §. pe. & d. l. hæredes mei. §. fi. Vnde non negatur, quod ēt p hoc statutum nō uocētur filii fratrū, sed dr, ꝙ uocentur post illos, & ordine successiuo, & sic fratribus non extātibus, uel extantib. & non succedentibus, uel quia nolint, uel qa nō possint. Nec ex hoc resultat absurdum, de quo in casu Ale. quia cum pater defuncti per statutum pferatur frib. ēt utrinq; coniunctis, & sic inter illos detur ordo pdictus ↄtra dispōnē iuris cōis, ſm q̄, ut sæpe dictū est, in successione cū patre defuncti concurrunt fratres sui. Non est absurdum, immo potius rōni consonū, ꝙ idē ordo seruetur inter fratres & filios fris, q con currūt de iure cōmuni ad instar patris & fratris. Quæ ratio cessat in casu Alex. Et per hoc rñdetur ad no. in l. tale pactū. §. fi. de pactis, quia negatur, ꝙ isto casu statuissent filios fratrū admitti cū fratrib. si interrogati fuissent, immo determinassent illos admitti ordine successiuo, sicut prouisum fuit inter patrem & fratres defuncti, quia utroque casu est eadem ratio. Postremo nō ob. quod no. gl. in l. cū ita. §. in fideic. de leg. 2. quia primo dici potest, ꝙ non bene loquatur, & ↄ glo. tenet ibi Bal. & Raph. & Alex. consi. 204. 2. vol. & consi. 229. 5. vol. Vel tenendo gl. quæ uult, ꝙ licet vocati per nomen collectiuum admittantur ordine successiuo, & prout quisq; est proximior, ut ibi, tñ nepos ex fratre præmortuo admittatur simul cum patruo, istud tamen adhuc non ob. quia q̄uis filius, fratris pmortui ex ppria perso
7 na & per se sit remotior patruo, quia tñ subintrat in gradu patris, & illū repsentat. d. §. cū filius, hoc respectu patruus non dr pximior, cū sint ambo in eodē gradu. l. 2. §. hrditas, de suis & legi. Sed qñ inter fratres defuncti & filios fratris pmortui ponit alternatiua, ut in casu nro, patet ꝙ est datus ordo inter illos, quāuis sint in eodē gradu, saltē repsentatiuē: qa istud est de natura alternatiuæ. Et est aliud, qñ plures vocantur sub noīe collectiuo, ut in casu. d. §. in fideic. quia tunc datur solū ordo inter existentes in diuersis gradibus, & non inter illos, qui sunt in eodem gradu uerè uel repræsentatiuē, ut est ēt de mente Raph. & Alex. in d. l. hæredes mei. §. fi. inquantum casus, de quo ibi, & in hoc diuersificatur a casu, de quo in d. §. in fideic. cum gl. & est rationabile & iuri consonum, per rationem proximē assignatam. Et hoc magis in casu nostro procedit, ex quo, vt dictum est, cundem ordinem statutum seruari voluit inter patrē, & fratres defuncti, & qui non seruatur de iure cōi, & qui licet sint in diuersis gradibus, verè tñ quo ad successionē, & ius succedendi habētur pro existentib. in eodem gradu ex dispositione iuris, quæ illos admittit simul, & eodem tempore, ex quo, iunctis ēt aliis, declaratur, ꝙ intentio huius statuti est, ꝙ idem seruetur inter fratres defuncti & filios fratris præmortui. Laus Deo.

¶ Nepos ex patruo, an excludat auunculum stante statuto, ꝙ patrui vel filij patruorum succedant defuncto, & quòd tunc auunculi non succedant.

SVMMARIVM.

1 *Filij appellatione comprehenditur etiam nepos in statuto feminas excludente propter filios masculos, cum statutum agnationi dicatur consulere. nu. 11.*
2 *Filij appellatione uenit nepos sub lata significatione, ubi tractatur de fauore filiorū, licet vertatur ēt odium respectu alterius.*
3 *Ratio licet non sit expressa in statuto, si vnica est, habetur pro expressa.*
4 *Auunculus de iure cōi in successione præfertur nepoti ex patruo.*
5 *Nepos patrui non excludit auunculum stante statuto, quòd excludatur per patruum, & per filios patrui. nu. 7. & 8.*
6 *Filij appellatione cum ex propria significatione nepos non ueniat, non comprehenditur in statuto contra ius commune, sicut appellatione patrui non uenit patruus magnus, nec fratris frater patruelis. nu. 8.*
8 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, quando statutum uocat ad successionem fratres, uel filios fratrum, uel patruos.*
9 *Filiorum appellatione non ueniunt nepotes, quando lex, quæ de filijs disponit, non uult ad alias personas porrigi.*
20 *Dictio, tunc, adiecta personis prohibet extensionem ad alias personas sicut adiecta tempori uel casui.*

CONSILIVM XXXI.

VISIS ac diligenter ponderatis verbis statuti Perusini, & quantum in me est, omnibus bene consideratis, prima facie dd̄m videtur, ꝙ nepos patrui excludat auunculū a successione, de qua agitur. Quia licet statutum solum de filio patrui loquatur, & illum præferat auunculo, nihilo minus debet extendi ad dictum nepotem, per no. per Bar. in l. liberorum. de verb. sign.
1 dum vult, quòd si † statutum excludat filias extantib. filiis masculis, quod nepotes ex filio præmortuo excludent etiá dictas filias, per rationes, de quibus ibi per eum. Et sic Barto. uult, ꝙ in terminis huius statuti, uel similis, appellatione filii ueniant ne-

nepos. Idē ergo & in casu nostro, in quo auūculo prefertur patruus & filius patrui, ut s. appellatione filii comprehēdatur nepos. Et cum Bar. trāsit ēt Bal. & alii in l. 2. C. de in ius uocan. & Bal. in l. si uero. §. de uiro. sol. ma. Et rōne istud confirmatur. Nā statutū hoc factū creditur rōne agnationis conseruandæ, & ut in agnatione cōseruentur bona, ut probatur in l. i. §. pe. de uentre insp. & prout uult Io. And. in add. Spe. in rub. de succe. ab intest. & Cy. in l. 1. C. de adult. & Bal. in l. quod uero. de le. & in l. maximum uitium. C. de lib. præt. & in l. Titia cum testamēto. §. Lucius. el 2. de leg. 2. & in l. cunctos populos. C. de summa trini. & Ang. in consil. 66. Martinus & Ioannes, &c. & sentit Bar. in l. 2. §. uidēdū. ad Ter. Et idem uult Ro. in consi. 16. Viso themata Bal. & Ale. in l. 2. C. de in ius uocan. & alibi sæpe. Et
2 † similiter appellatione filii uenit nepos, saltem ex lata significatione uocabuli, ut per Bar. late in d. l. liberorū. in 2. q. prin. Vnde prædictum statutū, quod etiā ex parte masculorum est fauorabile ſm Bal. Fulg. Pa. de Cast. & alios, in d. l. 2. quamuis loquatur de filio, dēt extendi ad nepotem. l. filium habeo. ad Maced. ubi fortius probatur, quod dispō legis facta principaliter in odium alterius, quæ loquitur de filio, extenditur ad nepotes, si resultat in fauorem filiorum. Nam & aliās dispō exorbitans, quæ loquitur in uno casu, extenditur ad alium, qui sublata significatione uocabuli pōt comprehendi sub expresso, ſm gl. in cle. 1. de ele. gl. & Ang. in auth. ut hi qui obli. §. 1. & Ant. de Bu. in c. fi. de cōsue. in 12. fallen. & Dom. in c. i. de tempo. ord. in 6. Nec refert,
3 quod in casu nostro nō sit expressa rō, quia ex quo sola ratio agnationis cōseruādæ reddi potest, & nō alia, illa hr̄ pro expressa, ſm Bal. in terminis huius statuti in d. l. maximum uitium. & Ro. qui etiā in spē loquitur de isto statuto in consi. 32. per. l. milites agrum. de milita. test. quem allegat Bal. in l. maximū uitiū, C. de lib. præte. & probatur ex no. per gl. quam ad hoc ponderat Bal. & alii, in l. quamuis. C. de fideic. & idem uult Bal. & Im. in l. fi. de hær. inst. Et in summa hæc sunt, quæ uidentur adduci posse contra auunculum, quamuis dilatari possent latius, sed non expedit, quia superfluum esset, & quia talia sunt satis nota & uulgaria. Sed istis aliis non ob. cōtrarium arbitror. Et quod non excludatur auunculus defuncti a nepote patrui, de iure cōmuni
4 est clarū, quoniam † auunculus est in tertio gradu, & dictus nepos in quinto. l. Iuriscōsultus. §. 3. gradu. & §. 5. gradu. ff. de gradib. Vnde auunculus tanquam proximior dēt preferri sublata dr̄ia agnationis & cognationis, in auth. de hæred. ab intest. §. si vero neque fratres. Et iō etiam si dictus nepos succederet in locum patris sui, quia est in 4. gradu. d. l. iurisconsultus. §. 4. gradu non posset auūculum excludere, qui est, ut dixi, in 3. gradu, & sic proximior, & qui etiam a patruo nō excluderetur, sed simul cum illo concurreret, quia sunt in pari gradu, & quia cū nō agatur de succesione ascendentis, neque de successione patrui, nō potest nepos patrui succedere in locū patris, vel aui auth. post fratres. la 2. & ibi per Cy. & alios. C. de leg. hær. Nec
5 etiam per statutum † excluditur auūculus defuncti per nepotē patrui, qa de illo nō loquitur statutum, sed de patruo tantum, & de filio patrui. Iō cum sit contra ius commune, & agatur de præiudicio alterius, non dēt fieri extensio ad nepotem, qui, ut
6 dixi, † nō uenit appellatione filii ex propria significatione uocabuli, vt quasi in terminis probatur ex no. per Iac. But. in l. j. C. de succe. edi. vbi uult, ꝙ si statutum non hēt locū in patruo magno, quia ille non est patruus propriè, quoniam illud uerbum, magno, denotat improprietatem, quæ non attenditur in statutis. Et idem tenet ibi Bal. Fulg. Pa. de Cast. & Alex. non per rationem predictam, quia secūdum prædictos patruus magnus est propriè patruus, sed per aliam rationem, videlicet quia uerbum indifferenter prolatum, debet intelligi per prius, & de patruo magis proximo, & non de remoto. leg. qui liberis. §. hæc uerba. de uul. & pupil. & l. boues. §. hoc sermone. de uerbo. sig. Et quia istud statutum est contra ius commune, & excludit matrem a successione filii, ideo debet intelligi de patruo magis ꝓximo, in quo est minor exorbitantia, & maior ratio admittendi. Et idem tenet Bald. in l. iubemus. C. ad Trebel. per illum text. in fin. & in l. omnes populi. de iusti. & iure. & in l. hac edictali. uersi. quam obseruationem. C. de secun. nup. & in aliis locis, de quibus per Alexan. in dicta l. j. quæ rationes formaliter locum habent etiam in casu nostro. Nam, ut dictum est, nepos proprie filius non est. Et sic ratio Iacob. Butr. in illo militat, & multo magis ꝓcedit rō Bal. & sequaciū, qui volunt, ꝙ patruus magnus dicatur patruus propriè, sed ꝙ in illo statutum nō habeat locum, quia dēt intelligi de patruo per prius, & nō per posterius. Ergo minus statutum loquēs de filio, locū habet in nepote, qui est filius impropriè, & non per prius, sed per posterius. Et similiter ēt statutū istud est contra ius cōe, sicut in casu Bald. & ideo non minus in casu isto, quā in illo, dēt intelligi de magis proximo, in quo est minor exorbitantia, & maior ratio admittendi filium quā nepotē. Et sic ēt in casu nostro cōcurrit alia ratio Bal. Secundo principaliter ista opinio confirmat: qa statutū disponens, ꝙ frater excludat sororem, intelligitur de fratre proximiori, & non de fratre patruele, qui est remotior, ſm Bal. in l. iubemus. in fi. C. ad Treb. vbi dicit ita consuluisse & Ang. in l. 1. de inof. test. per nota. per glo. ibi, & Pet. de Anch. post medium versic. dicto de filiis & nepotibus, &c. Et probat ex no. per Bar. qui idem sentit in l. Lucius. §. quæsitum. de le. 3. & Bal. in l. vxor. C. qui accu. & Imo. in l. si dotali. sol. mat. & Alc. in d. l. j. C. de succe. edict. Et hoc qn̄ agitur de exclusione illius, quæ propriè est soror defuncti, & quæ in gradu præcedit fratrem patruelem. Sed ubi concurrit frater patruelis cū sorore patruele, & quæ esset in pari gradu cum illo, tunc esset maius dubium, per no. per Ioan. And. in rub. de success. ab intesta. in add. Spec. quāuis eius dictū nō procedat sine dubio. ut per Alc. plene in consi. 204. Consideratis verbis, &c. 2. vol. Tertio facit etiā alia ratio. Nam statutum vult, ꝙ morienti ab intestato sine ascendentibus, uel descendentibus succedant fratres vel filij fratrum, si extant, vel patrui & filij patruorum, & auunculi tunc non succedant, sed intelligantur exclusi ab hæreditate prædictorum, &c. Dum ergo statutum vult primo, ꝙ decedenti succe-
7 dant fratres vel filij fratrū, † hoc loco appellatione filiorū nō veniunt nepotes fratrum, quia vocat fratres, filios fratrum, & patruos ordine successiuo, quoniam alternatiua prolata inter dictas personas importat dictum ordinem. l. hæredes mei §. fi. ad Treb. & l. cum pater. §. pe. de leg. 2. & no. Bar & alij, in l. Gallus. §. quidam rectè. de lib. & posth. Et ideo in hac parte, i. quantum ad filios fratris, & ipsum patruū defuncti recipit statutum interpretationē a iure communi, ſm ꝙ licet filius fratris excludat patruum defuncti. auth. post fratres. l. j. C. de suis & leg. ꝓut uoluit Frā. de Rāpo. & cōsuluit Bal. ut referunt & ēt tenent Mod. Perusi. in auth. itaq; C. cō. de succes. quamuis Sal. ut ipsi referūt, in cōtingētia facti aliter diceret, nihilo minus nepos ex filio fratris nō excludit patruū defuncti, quia hoc priuilegiū cōceditur solū filijs fratrū, vt succedant in locū patris, & qd cōcurrāt cū patruo eorū, & ꝙ excludāt patruū defuncti, sicut exclusus fuisset a patre illorū. Sed hoc nō conceditur nepoti, & alijs descēdētib. fratris, ut ꝓbat in auth. vt fratrū filij in prin. & in auth. de hære. ab intest. §. reliquū. & ibi no. Ang. Sicut ergo in priuilegio cōcesso filijs fratrū p ius cōe, vt præferantur patruo defuncti, appellatiōe filiorū nō cōtinētur nepotes, ita nec ēt dicto casu in statuto, ꝙ in hoc concordat cum iure communi, debent cōtineri. l. si serui vestri. C. de noxa. & c. cū dilectus. de cōsue. Et quia cū patruus sit agnatus ꝓximior, nō dēt intelligi exclusus p statutū p nepotes frīs ꝫ ius cōe, & qui sunt posteriores in gradu, quia intētio statuti fuit excludere cognatos, nō aūt agnatos, sed īter illos bona cōseruare, vt est dictū supra, & iō sicut quo ad patruū in statuto non cōtinētur nepotes fratris, ita & quo ad auūculū, & ad illius exclusionē non cōtinentur, quia quoad vtrunq; dēt eē æqualis determinatio. l. iam hoc iure. de vul. & pup. Queādmodū ergo qn̄ fit mētio ī statuto de filiis fratrū nepotes nō cōtinentur, ita ēt qn̄ fit mētio de filiis patruorū nō includuntur nepotes illorū, quia vna pars statuti alteram declarat. l. vtrum. de peti. hæred. & ibi not. Ang. & facit. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & quia verbum succedant, determinans filios fratris, & filios patrui positos in eadem oratione, dēt illos pariter determinare. d. l. iā hoc iure. & quia aliās sequeretur absurdū, ꝙ nepotes patrui minus dilecti essent melioris conditionis quā nepotes fratris, qui sunt magis dilecti, qa defuncto sunt magis ꝓximi. qa illi sunt ī 3. gradu, & alij, in 4 d. l. Iurisconsultus. §. 3. gradu. & 4. gradu. & quia filij fratris succedunt in locū patris sui, & sic cōcurrunt cū illis, qui erant in pari gradu cum patre, & excludunt oēs, quos eorum pater exclusisset. d. auth. post fratres. Sed filij patrui hoc priuilegium non habent, ut dixi proximè. Sicut ergo filij fratris

sunt magis priuilegiati quã filij patrui, ita nepotes fratris dẽnt esse melioris cõdõnis quam nepotes patrui, vt probatur ex no. per Bar. in l. Gallus. §. ẽt si parente. de lib. & posth. vbi ẽt vult, ꝙ facienda sit interpretatio, ne sequatur absurdum, ꝙ melioris sit condõnis minus dilectus, quã magis dilectus. l. Publius. §. fi. de condõ. & dem. & no. Bar. in l. si mater. §. 1. de vul. & pup. per no. ibi p gl. & in l. quidam relegatus. §. fi. de reb. dub. & Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocan. qui ad hoc all. Bar. in d. l. liberorũ. dum dicit, ꝙ appellatione filiorũ quandocunque veniũt nepotes, vt euitetur absurdũ, & qui aliàs non venirẽt per. l. vxorem. §. concubinæ. de leg. 3. Ergo eadem rõne idem econ-
8 tra. † Tertio pro opinione prædicta facit. Nam statutum hoc vult, ꝙ patruus & filij patrui excludant auunculum, quod statutũ, inquantum loquitur de patruo, non hẽt locum in patruo magno, vt dictũ fuit supra, p no. p Doc. in l. 1. C. de succes. edic. Si non includitur patruus magnus, qui est in quarto gradu, & est patruus ppriè, vt est dictũ, multo minus appellatione filiis patrui veniunt nepotes, qui sunt in quinto gradu, & qui sunt impropriè filij. d. l. Iuriscõsultus. §. quarto gradu. & §. quĩto gradu. aliàs sequeretur, ꝙ agnatus remotior minus dilectus excluderet auũculum, & proximior nequaquã, quod est absurdum d. l. Publius. §. fi. & l. si viua matre. C. de bonis mater. Vt ergo absurdum hoc tollatur, & cesset, dicendum est, ꝙ appellatione filiorum patrui, non veniant isto casu nepotes, per præallegata.
9 Quarto & vltimo facit: qm̃ appellatione filiorum nepotes nõ veniunt, quando lex, q̃ de filijs disponit, vult, ꝙ illa dispõ ad alias personas non porrigatur. l. iubemus. in fi. cum ibi no. C. ad Treb. & prout ẽt dicit Iac. de Are. & Bar. in l. liberorum. Cũ ergo statutum velit, ꝙ succedant fratres, vel filii fratris vel patrui & filij patruorum & auũculi, tũc non succedaut, sed intelligan
10 tur exclusi: illa † dictio, tũc, prohibet extensionem fieri ad alias personas, perinde ac si hoc fuisset expressum secũdum Are. in l. illa. de verb. obl. in fi. 4. col. quia sicut adiecta tempori denotat extremitatem temporis. l. 4. §. fi. de condõnib. & de. ita apposita casui significat restrictionem ad illum casum, ergo & ad illã personam, qñ personis adiicitur, vt hic. Non ob. allegata in cõtra
11 rium. Et primo † ꝙ statutum excludens filias, extantibus filiis masculis, extẽdatur ad nepotes, per no. per Bar. in d. l. liberorũ: quia illa decisio potissime est uera per illa rõnem, quam ibi assignat Bar. uidelicet, quia nepos ex filio succedit in locum patris cũ agatur de successione aui, insti. de hær. quę ab intesta. §. cum filius. Et iõ cũ regula sit, ꝙ subrogatum sapit naturam illius, ĩ cuius locũ subrogatur. l. si eum §. qui iniuriarũ. si quis cautio. illa extendi se passiuè ad statutum. Et sic nepos præfertur mediante extensione passiua, quæ indistinctè est permissa. le. 1. §. lex Falcidia. ad leg. Falcidi. & de qua non agitur isto casu, sed de actiua extensione, quæ in statutis contra ius commune, & contra ius tertii non permittitur. l. sancimus. in fi. C. de testa. & l. pcipimus. in fi. C. de appellationib. Nõ. n. isto casu nepos patrui succedit in locum patris. d. auth. post fratres & tactum est ĩ prę cedentibus. Et sic in illo nõ habet locum regula, de qua in d. §. qui iniuriarum. Et ꝙ decisio Bar. sustineatur, & sit uera solum rõne prædicta, uoluit etiam Are. in cons. 164 & Soc. in consi. 852. & pro hoc etiam inducũt optimum tex. in §. reliquum. in auth. de hær. & falc. dum dicitur, ꝙ filius fratris præmortui cõcurrit cum patruis: quia ĩ locũ patris succedit. Et subdit, quod ex hoc consequens est, quod in totũ excludat fratrem ex uno latere tantum, quem pater suus exclusisset. Et sic pater, quod rõne subrogationis priuilegium excludendi competens filio ẽt contra ius commune transit in nepotem, quod esse non potest in casu isto, quia cessat subrogatio. Nam mediãte etiam tali subrogatione nepos reponitur in primo gradu, in quo erat persona, quæ præfertur per statutum. Non ergo mirum si consequitur etiam priuilegium illius. Sed nepos patrui non intrat gradũ patris, & remanet remotior. Vnde in illo est minor rõ admittẽdi illum, ut dicetur statim. Non ob. ẽt dum dicebatur, quod statutũ uoluit agnationi prouidere, quod eadẽ rõ militat ẽt in nepote patrui, q̃ est in filio, qa ad hanc rõnem colligit̃ uera responsio ex no. p Bal. & alios, in d. l. 1. C. de successo. edict. Nã quamuis vterque, s. filius & nepos, aui sit agnatus, est tamẽ maior rõ excludendi in filio, quia est propinquior. Et sic patet, quod omnino nõ est eadem rõ in nepote. Et propterea ẽt statutũ, quod præfert patruum, uel fratrem, in patruo magno uel in fratre patruele nõ hẽt locũ, ẽm Doct. in locis præallegatis, quæ ratio diuersitatis cessat in nepote illius, de cuius hæreditate agitur, & de quo loquitur Bar. in d. l. liberorum, p pea ꝙ intrat in gradũ patris, & sic nõ est remotior patre, nõ m rũ ergo si ad illũ extenditur statutũ. Quia igitur in casu nr̃o nõ militat in nepote eadẽ ratio, cessat extensio. l. naturaliter. §. nihil cõmune. de acq. poss. & l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hæc dissimilia. de ver. obl. Præterea debet extensio cessare, quia sequeretur absurdũ, ꝙ nepos fratris, qui est magis dilectus, auunculum non excluderet, nec ẽt similiter patruus magnus, & tñ excluderetur a nepote patrui, qui est agnatus remotior, & minus dilectus. Pro tali igitur absurdo euitando extensio, q̃ ẽt habuisset aliàs locũ, nõ debet esse permissa ẽm Alex. quasi in terminis, in d. l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. Et propterea verissimum puto, ꝙ auunculus non excludatur, sed ꝙ præferatur. Laus Deo.

¶ Statutum disponens, matrem excludi per masculos vsque ad quartum gradum, facta computatione ẽm ius canonicũ, an intelligatur ẽm ius ciuile, ut proximior eo iure præferatur, licet sit in pari gradu de iure Canonico.

SVMMARIVM.

1 *Proximior de iure ciuili, & in pari gradu de iure canonico, debet præferri in successione propter concursum duorum vinculorum stante etiam statuto, quòd computatio graduum fiat secundum ius canonicum. num. 1. & maximè vbi sequeretur absurdum. contrarium tenet. nu. 6. & 7.*
2 *Frater vtrinque coniunctus præfertur fratri ex vno latere tantum stante statuto præferente proximiores ex parte patris. & nu. 14. vbi ponitur ratio.*
4 *Matrem non excludit, qui est in quarto gradu, licet per statutum admittatur, si alius illum in gradu præcedat.*
5 *Statutum simpliciter loquens de gradibus in successionibus, intelligitur secundum computationem iuris ciuilis, nisi adijciat, quòd computatio fiat secundum ius canonicũ, quo casu, & quo ad matrem, & inter ipsos sit eadem computatio. nu. 7.*
7 *Fratres vtrinque coniuncti non præferuntur ex vno latere tantum, ubi vinculum cognationis non consideratur.*
8 *Nepos cum patruo non succedit alteri patruo, quando statutum vult computationem graduum fieri secundum ius canonicum. Duplex vinculũ non attenditur, vbi vnũ est impertinens. nu. 10.*
9 *Statutum indistinctè intelligendum, ubi de lucro agitur. nu. 14.*
10 *Computatio graduum indistinctè in successionibus fit secundum ius canonum statuto, ita disponente, & cessat ius ciuile.*
11 *Statutum non debet restringi, vt minus in uno lædat ius commune, quando in alio illud magis læderet restringendo, & quando ex alijs etiam non restringatur.*
12 *Statutum recipit interpretationem a iure communi, quando interpretatio uerbis non repugnat, aliàs secus. idem in dispositione testatoris.*
13 *Statutum non recipit declarationem a iure cõi, quando ad illud derogatiuè venit, secus si de materia iuris communis disponat.*
15 *Statutum a iure cõmuni declaratur, si est dubium, an illud corrigat, secus si est clarum.*
16 *Duplex vinculum attenditur, ubi est locus gratificationi.*

CONSILIVM XXXII.



VIA ex facti serie colligitur, ꝙ Antonius & Nicolaus fratres habito respectu ad successionẽ Antonij, de qua agitur, sunt in pari gradu cum Dominico, ẽm computationem iuris canonici, & ꝙ Dominicus illos præcedit in gradu ẽm dispositionem iuris ciuilis, ideo dubitari contingit, an oẽs prædicti excludant matrem defuncti ex forma statuti Mantuani disponentis, ꝙ extantibus ascendentib. masculis, seu ẽt collateralib. & agnatis masculis ascendentibus, & descendentibus per lineam transuersalem, & lineam masculinam coniunctis vsque ad quartum gradum inclusiuè, gradu computato ẽm iuris canonici ordinem, qui ad successionem personæ defunctæ admitti velint, & possint, succedant, & succedere debeant dictæ personæ defunctæ matres & descendentes per lineam maternam, & fœminæ ascendẽtes ẽt per lineam paternam suis descendẽtib. non succedant.

dant. Et prima facie dicẽdũ videtur, ꝙ solus Dominicus succedat, & matrem excludat, quia licet † statutum videatur velle, ꝙ
1 in computatione graduum debeat seruari ius canonicum, ſm ꝙ prędicti oẽs esse reperiuntur in eodem gradu, quia tamẽ ſm ius ciuile Dominicus inuenitur proximior, & sic in hoc alios excedit, debet solus præferri, quia duo vincula, quæ in illo concurrunt, vincunt vnũ, quo alij volunt adiuuari. C. commu. de succ. auth. itaque. & in corpore vnde sumitur. Et ita videtur Bart. in terminis velle in consi. 10. vbi concludit, si mulier non potest facere testamentũ sine consensu proximioris consanguinei, cõputando gradum sc̃d͂m ius canonicum, & duo reperiantur in eodem gradu de iure canonico, si tamen vnus reperiatur proximior de iure ciuili, illi dẽt præferri, per d. auth. itaq;. Et hoc cõfirmatur, quia si successio defertur de iure communi, cõputatio graduum fit ſm ius ciuile, & a quo per ius canonicũ nõ est recessum, nisi quando agitur de matrimonio, ſm Iac. Butr. Bal. Sal. & alios, in l. fi. C. de suc. edic. Debet ergo statutum prædictũ interpretari, ꝙ minus lædat ius commune quã fieri possit, l. si serui vestri. C. de noxa. & c. cum dilectus. de consue. & per consequens ꝙ computatio iuris canonici solum fieri debeat respectu proximioris tãtum, & ꝙ cesset quo ad remotiorem, & quo ad illum non dicatur recessum a computatione iuris ciuilis. Et sic qui est proximior de iure ciuili, non admittit secum alios remotiores secundum ius prædictum. Quia per hanc interpretationem a iure communi in uno tantum receditur, quia mater excluditur. Sed si ad eius exclusionem prædicti omnes concurrerent, nõ tantum in illo ius commune corrigeretur, sed etiam in alio, quia remotior agnatus de iure ciuili concurreret cum ꝓximiore, contra l. 1. & 2. §. hæreditas. de suis & leg. Et ita etiã decidi videtur ex no. per Pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de consti. in 14. q. prin. ver. occurrunt aliæ quæstiones, &c. ubi quærit, quid si statutum præferat proximiores ex parte patris, an frater ex parte patris tantum concurrat cum vtrinq; coniunctis. Et refert fuisse cõsultum ꝙ sic, quia prædicti sunt pares, & in eodem gradu. Sed ipse determinat contrarium, quia statutũ
2 debet recipere interpretationem a iure communi, vt in prædictis iuribus, ſm ꝙ præfertur vtrinq; coniunctus. d. auth. itaq;. Et cum eo transit simpliciter Caccial. in repet. l. omnes popu. de iusti. & iu. char. 15. vers. quæritur, &c. & Soci. in consi. 252. col. 14. ver. 2. respondeo. vbi etiã pro hoc in alio casu simili allē. Pa. de Ca. in d. auth. itaque. Ex quo sequitur, ꝙ ẽt hoc casu, quo computatio quarti gradus debet fieri ſm ius canonicum, frater vtrinq; coniunctus prẽferretur fratri ex parte patris tantũ, licet sit in eodem gradu etiã de iure canonico, & tñ illa duplex coniunctio, quę reperitur in altero, cõsideratur solum per ius ciuile, & de iure canonico non est in consideratione. Et ꝓpterea eodem modo interpretandum est statutum, qđ existens infra quartum gradum de iure canonico succedat, quando nõ præceditur ab alio, neque eodem iure, neque de iure ciuili. Sed ubi præceditur etiam de iure ciuili, quamuis secundum ius canonicum posset esse in eodem gradu cum alio, mater debet excludi, vt vult statutum, sed tunc ille, qui est proximior de iure ciuili, solus debet admitti, quia quoad illum tantum fit computatio, ſm ius canonicum, vt est dictum, & non quoad alium, ſm quẽ etiam de iure canonico, & sic omni iure dicetur alterum præcedere, ideo solus debet præcedere, quia dicti agnati dicuntur vocati, prout quisq. est proximior. l. cum ita. §. in fideicommisso. & l. peto. §. fratre. de leg. 2. & per Bar. in l. si cognatis. in ult. col. de reb. dub. & pro hoc etiam facit, ꝙ no. Pau. de Cas. in l. fin. C. de ver. sig. vbi dicit semel allegasse illum tex. cum quidam reliquisset fratribus suis, & haberet fratres vtrinque coniunctos, & quosdam ex latere patris, & alios ex parte matris tantum, quod ad hoc legatum prius vocantur fratres vtrinque coniuncti, si extant tempore mortis, alijs exclusis, quia ipsi prẽferũtur in successione intestati, sed si non extant, vocantur alij. Sicut ergo testator intelligitur fratres ad legatum vocasse eo ordine, quo erant ab intestato successuri, sic etiam statutum in casu nostro præsumitur voluisse illos admitti matre exclusa eo ordine quo successissent de iure communi. Et hoc etiam faciunt not. per Barto. in l. re coniuncti. de leg. 3. quæstio. v. princip. vbi quęrit, quid si quis decessit superstitibus duobus filijs ex prima vxore, & alijs duobus ex secunda, & eos instituat, & inuicem substituat, & vnus decedat, an solus eius frater vtrinque coniunctus, ex substitutione admittatur, vel simul cũ alijs. Et concludit, ꝙ si agatur de substitutione vulgari, per quã succeditur patri, ꝙ omnes pariter admittantur, quia patri erãt pariter coniuncti, & pariter illi ab intestato succedebant. Et idem si agatur de iure accrescẽdi, sed si ageretur de pupillari substitutione, per quam succeditur pupillo, instit. de substit. pup. tunc vtrinque coniunctus solus succedit, & alijs præfertur, sicut etiam ab intestato alios exclusisset ab hæreditate fratris utrinque coniuncti. d. auth. itaque. Et isto casu saluat Dy. in l. cohæredi. §. qui discretas. de vul. & pup. Et sic ẽt Bar. vult, ꝙ testator dicto casu ex testamento uocauerit filios, prout ab intestato erant successuri. Eadem ergo uidetur fuisse intentio statuti, quod æquiparatur ultimæ uoluntati, ut no. colligitur ex no. ꝑ gloss. & Barto. in l. 1. C. quibus ut indi. & dicetur inferius. Et
3 † quamuis velit, præferri agnatum masculum vsque ad quartũ gradum inclusiue gradu ſm iuris canonici ordinem computato, hoc intelligitur dictum quo ad exclusionẽ matris, ut s. hoc respectu fieri debeat talis computatio, sed inter ipsos agnatos masculos debet fieri respectu proximioris tãtum, & non quo ad remotiores, ut dixi, quia intentio statuti non fuit agnatum remotiorem de iure ciuili admittere cum proximiore, nec illum in toto vel pro parte excludere, sed solum computationẽ voluit fieri secundum ius canonicum ad maiorem patris exclusionem, & ut per plures & remotiores excludi posset, nec incõuenit. ꝙ plures quo ad unam personam, puta quo ad matrem uocentur uno modo, & inter se alio ac diuerso modo ex præsumpta voluntate defuncti. l. qui cum plures, de uulg. & pup. & ibi no. Doct. & probatur ex no. Bar. in l. post consanguineos. §. i. in fi. de suis & leg. Et si aliter diceretur, sequeretur vnum, qđ uideretur absurdum & omnino alienum ab intentione statuti. uidelicet quòd ad successionem agnati transuersalis admitteretur quandoque agnatus cum omnibus suis descendentibus vsque ad lineam æqualitatis, quia hi omnes defuncto sunt in pari gradu de iure cano. ut puta in casu nostro, in quo Antonius de cuius successione agitur, habuit duos patruos magnos, s. Lãfrancum & Dominicum, qui Antonio, si ambo uiuerẽt, de iu. Cano. essent in tertio gradu, & in eodem gradu essent filii eorũ & nepotes ex eis, ut Anselmus, & Nicolaus, qui sunt nepotes, Lanfranci, quia prædicti cum non sint extra, sed intra lineam ęqualitatis cum prædicto Antonio, sunt omnes in tertio gradu secundum ius canonicum, vt traditur per omnes in cap. fina. de consanguinit. & affinita. & per Ioan. Andræam in arbore consanguinitatis. Et per consequens Lãfrancus, & Dominicus patrui magni dicti Antonii & eorum filii & nepotes si omnes uiuerent, Antonio succederent in capita, quoniam, ut dixi quo ad Antonium omnes sunt in tertio gradu de iure canonico, nec illo iure alter præcedit alterum, ut traditur in locis præall. quod non uidetur conueniens, nec uidetur consonum, quod statutum uoluerit eodem tempore & simul admitti filiũ cum patre & nepotem cum patre & auo. Pro tali ergo absurdo euitando sumenda est prædicta interpretatio, s. ꝙ computatio secundum ius canonicum facienda sit tantum quo ad illum, qui proximior est de iu. ciui. & non quo ad remotiores, quia quamuis lex uel statutum loquatur simpliciter & indistincte, tamen restringitur, ne absurdum sequatur. l. scire oportet. §. aliud. de excus. tuto. & l. 1. §. pactus, & ibi no. Bar. de his qui nota. infa. & per eum in l. omnes popu. de iusti. & iu. dum loquitur de interpretatione restrictiua. Et adhuc ista opinio confirmatur. Nam quamuis existens in quarto gradu de iure canonico possit excludere matrem, quando non concurrit cum alio, qui aliquo iure sit proximior, ubi tamen alius eum præcedit, etiam de iure ciuili tantum, non debet posse admitti, quia cum excludatur ab illo proximiore, non potest matrem excludere, quia perinde est ac si non extaret. inst. de bon. lib. §. sed nostra, & l. 2. in prin.
4 de bo. lib. Et † ideo talis qui præcedit de iure ciuili, licet sit eiusdem gradus de iu. cano. matrem excludit, & solus succedit, arg. l. 2. §. si sit agnatus. & §. si sit consanguinea. ad Tertul. & probatur ex nota per Bar. in l. 2. §. qui habebat. de bon. pos. cõtra tab. ubi quærit, quid si soror excludatur a fratre ex eodem patre, & concurrat cum illo soror & mater defuncti, & determinat, ꝙ isto casu soror non excludatur per fratrem, quia mater, quæ ꝑ statutum non est exclusa, & quæ de iure communi excludit dictum fratrem ex parte patris tantum, auth. defuncto. C. ad Tertull.

tull.impedit illum succedere per dicta iura. Et idem tenet Bal. in l.si quis filium.C.de inoff.test.& Pe.de Anch.in c.canonum statuta.circa fi.uer.inter consilia quæ habeo.de consti. ubi refert ita fuisse consultum per collegium Perusinum,quod consilium est inter consilia Ang.nu. 110.inci.In nomine domini,statutum prædictum,&c.& in alia simili quæ.idem uult Bald.in l. quicunque.C.de seru.fug. & cum prædictis transit etiam Ale. in l.illam.C. de colla.dicens, ꝙ Imol. consulendo idem tenuit. Et pro hac opi.consuluit etiam Are.in consi.26.inci· Proponitur ex facto,&c.& in consi.41.inci Viso puncto, &c. & de qua quæstione etiam per Mod.Perusinos in l.fin.C. ad Tertul.& ibi dicunt,ꝙ in simili perplexitate considerandum est, quis habeat iura efficaciora,ut ille præferatur,per l.æquissimum. ad Tertu.& prout talia iura uidetur Dominicus habere,qui est in pari gradu cum aliis de iure cano.& qui in hoc plus habet, ꝗa alios præcedit in gradu de iure ciuili.Sed præmissis non ob.de iure contrarium puto uerius. Nam quamuis in materia succes-
5 sionis quando statutum † loquitur de gradib.simpliciter, fieri debet dinumeratio secundum dispositionem iuris ciuilis,ut uoluit Iac.But.in quadam disputatione, ut refert & sequitur Bal. & alii,in l.fi.C.de succ.edic.puta si statutum dicat,ꝙ mater nõ succedat extantibus agnatis masculis usque ad quartum gradũ si tamen statutum dicat, quod fieri debeat computatio ſm ius canonicum,ualet statutum,secundum Bal.in d.l.fin.in fi.quia statutum potest fingere contra ueritatem nedum seipsum declarare. Et ideo cũ statutũ Mãtuæ matri pręferat agnatos usq; ad quartum gradum inclusiue,computato gradu secundum ordinem iuris canonici,a statuto non est recedendũ, & per illud a computatione graduum,quæ fit de iure ciuili,intelligitur recessum,secundum Bal.in loco prædicto. Et per cõsequens Anselmus & Nicolaus,qui sunt Antonio,de cuius successione agitur,in eodem gradu de iure cano.in quo est Dominicus,debent simul admitti exclusa matre & auia materna ex dispositione dicti statuti,& prædicti omnes debent admitti in capite,ex quo non tractatur de successione ab intestato patrui,uel auunculi,ut est expressum in auth.de hære. ab intest.§. si uero neq; fratres,& prout etiam uult Bar.in l.post consanguineos.§. 1.in fi.de suis & leg.Nec refragatur, ꝙ dict. Dominicus sit proxi-
6 mior de iure ciuili,quia uinculum † hoc non debet attendi, ꝗa cum a computatione graduum de iu. ciuili per statutum sit recessum,uinculum illud est impertinens, & non debet esse in consideratione,ut probatur ex no.per Bald.in l.1.in princ. C.
7 de leg.hære·Nam glo.ibi vult,ꝙ † ſm illa iura frater coniũctus ex parte patris admitteretur simul cum alio fratre utrinque cõiuncto.contra quam Bald. opponit, quia duę rationes uincũt unam,alleg.c.duobus.de rescrip.in 6.Sed considerandum est, secundum eum,ꝙ tempore illius legis caput unde agnati,præferebatur capiti unde cognati, & ideo licet essent duo fratres vtrinque coniuncti,& alter ex latere patris tantum,nulla ratio prelationis surgebat ex latere matris tantum,sed solum ex paterno. Cum ergo dicis,ꝙ duæ rationes uincunt unam, concedo,sed hic non est nisi una,quia altera est impertinens. Hodie uero cognatio operatur idem, quod agnatio, & ambæ simul sunt duæ rationes,& vincunt vnam.auth.itaque. C. comm. de succ.& per hoc secũdũ Bal.determinatur qõ feudi, ꝙ in feudo ita succedat frater consanguineus tantum, sicut utrinque coniunctus,quia mater nihil patrocinatur,alleg. Iac.de Ardizo in summa,de feu.& cum eo transit Pau.de Cast.& Moder.& idẽ uult Bal.in c.1.de gradi.succ.in feud.ubi concludit fratrem tm̃ consanguineum, quia in feudis aliqui non succedũt tanquã cognati,sed tanquam agnati,ut ibi probatur.Licet ergo in illo,secũdũ cũ cõcurrant duæ partes,quia tamẽ altera earum est impertinens,ꝑpea non augetur effectus, & cum eo transit Alex. in consi.9.in 5.vol.Sic igitur & in casu nostro, quia ꝑ statutũ à computatione graduum,q̃ fit de iu.ciui.est recessum,non debet considerari,ꝙ Dominicus habeat hoc plus.s. ꝙ sit de iure ciuili proximior,quia uinculum hoc remanet impertinens. Et hoc procedit nedũ respectu matris,sed etiam inter ipsos agnatos. Pone enim ꝙ ad successionẽ defuncti concurrat patruus magnus illius,& frater eiusdem patruelis, quorum alter, hoc est dictus patruus distat ab illo, de cuius successione agitur, tertio gradu de iure canonico, ut traditur in dicto capitulo. c.fi.de consan.& affi.& per Io.And.in dicta arbore consanguinitatis, & alius, id est frater patruelis ab eodem distat secundo gradu, vt etiam dicitur in dictis locis, & qui de iure ciui. ambo sunt i quarto gradu.l.iurisc.§.quarto gradu.de grad. Certè isto casu non admittentur simul ad exclusionem matris licet de iure communi secundum computationem iuris ciuilis deberent simul ab intest.succedere,quia sunt in pari gradu.d.l.2.§ hæreditas.de suis & leg. & d.§.si verò neque fratres. in auth.de here. ab intest.Sed frater patruelis debet præferri, & solus admitti, quia de iur.cano. qđ est seruandum ex forma statuti est proximior,quia cum statutũ vocet agnatos masculos vsque ad quartum gradum inclusiue,gradu secundum ordinem iuris canonici computato,dicuntur vocati sub nomine collectiuo,& per cõsequens ordine successiuo,& prout quisque est proximior.d.l. cum ita.§.in fideicommisso.& l.pero.§.fratre. de leg.2. & ꝑut expresse dicit etiam Bart. in d.l.si cognatis.in vlti.col. de rebus dub. Cum enim velit statutum gradum computari secundum ordinem iuris canonici,fatendum est,ꝙ dicantur vocati, ꝑut quisque erit proximior eodem iure, & non iure diuerso, hoc est,de iu.ciui.quia aliàs seruaretur ordo iuris ciuilis contra expressam statuti dispositionem mandantis, ꝙ computatio graduum debeat fieri secundum ordinem iuris canonici. Vnde ex hoc apparet, ꝙ talis computatio non tantum est facienda quo
8 ad matrem,sed ẽt inter ipsos. Et ex his etiam infertur † ꝙ ad hæreditatem, & ad exclusionem matris concurreret frater defuncti, & filius alterius fratris præmortui, qui de iure ciuili simul ab intestato vocarentur tanquam existentes in pari gradu,cum isto casu filius fratris succedat in locum patris.§.si autem defuncto.in auth.de hære.ab intest.& in auth.cessante.C.de legi.her. ꝙ tamen stante dicto statuto deberet præferri frater, & solus admitti,quia de iu. can. ille est in primo gradu, & filius fratris in secũdo.Nec dicto iure reperitur cautum, ꝙ filius fratris succedat in locum patris, sicut etiam de iure ciui. in locum patris non succedit,quando non agitur de hæreditate ascendentis vel patrui,sed vlterioris trãsuersalis,vt in d.auth.cessante.& ibi plenè no.Et ideo etiam idem, quando agitur de successiõe patrui propter statutum,quod vult ordinem iuris canonici attendi,& non iuris ciuilis,& qđ attenderetur contra verba statuti, si prædicti simul admitterentur.Nec debet reputari hoc incongruũ, ex quo sic disponit & vult statutum, ſm Bald.in d.l.fi.C.de suc. edic.quemadmodum etiam incongruum non videtur,ꝙ frater pręferatur filio fratris de iure communi, quando non tractatur de successione patrui,vt dixi,sed vlterioris agnati trãsuersalis,& ꝙ ius commune in hoc extensum est per statutum ad successionem patrui. Et ubi quis neget dictis casibus proximiorẽ de iure canonico præferendum esse alteri, & velit vtrumque simul uocari de iure ciuili,iam fatetur,ꝙ duplex uinculum,qđ est in altero,nihil operetur,quoniam primo casu frater patruelis de iu.ciui.est in pari gradu cum patruo magno,& est proximior de iu.canonico, & sic in hoc excedit patruum magnum. Et similiter frater & filius fratris in secundo casu de iure ciuili sunt pares in gradu, & frater proximior reperitur de iu.cano. & sic etiam in eo duplex uinculum concurrit.Si ergo negetur, qđ est superius dictũ,necesse est fateri, duplex uinculum nihil operari,ꝙ est contra intẽtionem partis aduersæ,quæ dicit,Dominicum esse præferendum propter duplex vinculum.Non tamen dico,ꝙ in casibus prædictis alter præferatur ratione duplicis vinculi,quia,ut dixi,alterum,ꝙ a iure ciuili descendit,est impertinens,sed hoc deducitur ad ostendendum, quòd in casu, de quo agitur, ratio partis contrarię confunditur,quia aut vult proximiorem de iure canonico præferri in casibus prædictis, & iam constat, qđ etiam inter ipsosmet agnatos prærogatiua graduum secũdum ius canonicum habet locum. Aut dicit prædictos simul vocari, & ex hoc fatetur, ꝙ duplex vinculum, in quo facit vim pars aduersa, circa casum nostrum nihil operatur.Quemadmodum ergo in prædictis casibus ille,qui de iu.ciui.non est proximior,præfertur,quia de iu.cano. alium præcedit,ita econuerso etiam in casu nostro,Dominicus,qui est proximior de iure ciuili,non debet alios excludere, quos non antecedit de iure canoni.quod ex forma statuti debet in computatione graduum seruari. Et istud etiam alio modo comprobatur.Nam certum est,quòd agnatus existens intra quartum gradum inclusiue secundum computationem iuris canonici est ꝑ statutum uocatus, si alius eum non præcedat. quod est intelligendum

gendum

gradum, si non præcedat eodem iure, nec curatur, ꝙ diuerso iu-
re hoc est, de iu. ciui. solum dicatur præcedere. Et idcirco An-
selmus, & Nicolaus dicuntur vocati, cum infra gradum quar-
tum secundum ius canonicum reperiantur positi, & eodem iu-
re Dominicus non possit præcedere. Et licet se dicat anteriorē
de iure ciuili, quia tamen secundum computationem illius iu
ris non debet & non potest admitti per statutum mandans ser
uari ius canonicum, perinde est, ac si talis prioritas in eo nō es-
set, & est ac si non præcederet. l. 2. §. sed si sint sui. ad Tertull. l. 2.
in prin. & in l. si necem §. si deportatus. de bo. lib. & l. j. § fin. de
bo. poss. contra tab. Si enim vellet Dominicus admitti de iure ci-
uili, quamuis hoc iure sit proximior, quia tamen secundum cō-
putationem illius iuris est in quarto gradu, excluderetur in to
tum per Anselmum & fratrem, qui de iure canonico sunt ī ter-
tio, & sic in proximiori gradu, & quod ius canonicum obserua
ri vult statutum, ut probatur ex notatis in l. j. §. videndum, de
successorio edic. vbi dicitur, quòd exclusus a capite unde libe-
ri, poterit venire per unde legitimi, si non supersint aliqui, qui
possint ex capite liberorum admitti, quia aliàs illis uelut proxi
miores præferrentur. Sic igitur non debet Dominicus ex gra-
du iuris ciuilis tantum posse venire, cum adsit alius, qui illum
præcedit alio iure, secundum quòd defertur successio per statu
tum ab intesta. & ibi uelit dict. Dominicus succedere attento
gradu, in quo reperitur secundum computationem iuris cano
nici, tunc prædictos alios debet secum admittere, qui sunt in pa
ri gradu eodem iure. Et si dicatur, prout tactum est, quòd vbi
sunt plures agnati diuersi gradus secundum ius ciuile, quòd so
lum debet fieri computatio secundum ordinem iuris canonici,
quantum ad proximiorem, & cessare quo ad remotiorem, &
per consequens non poterit remotior aliquo iure cum alio in
pari gradu esse, istud est contra statutum, per quod disponitur
simpliciter & generaliter, quòd agnati vsque ad quartum gradū
secundum computationem iuris canonici succedant, & sic sine
distinctione quo ad omnes uult dictam computationem serua
ri & esse in consideratione. Et ideo non debet restringi dicto
9 modo† in fauorem Dominici, qui non tractat de damno, sed
de lucro. l. prospexit. qui & a quibus, & declarat Bar. in l. omnes
popu. de iusti. & iu. in 2. q. vj. q. prin. & in d. l. prospexit. & in l.
adigere. §. quamuis. de iu. patr. & Imo. in l. si uero. §. de uiro. sol.
mat. in 2. col. & in l. ubi pure. ad Treb. sed generaliter debetur in
telligi, etiam quando sumus in correctorijs, secundum Imo. in
d. §. de viro. per tex. cum gl. in cle. 1. de elec. & dicetur infra. Ex di
cta igitur generalitate statuti omnes existentes in pari gradu vo
10 cantur, nec attenditur, quòd† de iu. ciui. sint diuersi gradus. Qđ
etiam patet, quia vbi concurrerent plures eiusdem gradus de iu
re ciuili, puta patruus magnus defuncti, & frater patruelis, non
potest dici, quòd computatio iuris canonici magis in uno ha-
beat locum, quam quo ad alium, cum, ut dixi, de iure ciui. vnus
non præcedat alterum. Nec dici potest, quod in nullo habeat
locum, quia statutum vult contrarium. Sed est dicendum, quòd
seruari debeat dicta computatio quo ad vtrumque, secundum
quam frater patruelis repetitur proximior, & in proximiori gra
du, & per consequens debet præferri, ut etiam dixi. Qua ergo
ratione isto casu ordo iuris ciuilis peruertitur, & ab illo in hoc
receditur, secundum quòd unus alteri non deberet præferri,
ita & in casu nostro quo ad omnes, qui reperiuntur in eodem
gradu de iure canonico debet statutum habere locū, ita quod
unus alteri non præferatur, quamuis alter sit proximior de iu.
ciuili, & per hoc ab illo dicatur recedi. Nec obstant allegata in
contrarium. Et primo dum dicitur, quod duplex uinculum con
currit in persona Dominici, quia, ut dictum, alterum est imper
tinens propter statutum, quod recessit a computatione graduū
iuris ciuilis, & vult quo ad hoc ius canonicum seruari, & pro-
pterea hoc, scilicet quòd Dominicus sit proximior. de iu. ciui.
non auget effectum, secundum Bal. in d. l. j. C. de legi. hær. cum
11 alijs concordan. Non obstat, secundo† quòd restringi debet
statutum, ut minus lædat ius commune, & secundum illud in-
terpretari, & sic quod statutum velit computationem iuris ca-
nonici tantum fieri respectu proximioris, & non aliorum, &
per consequens ꝙ statutum non habeat locū, quando vnus ex
plurib. existentib. in eodē gradu de iure cano. præcedit alios de
iure ciuili. Quia cū per statutū disponatur, ꝙ vbi de successio-
ne agitur, in computatione graduum seruetur ius canonicum,
certum est, ꝙ in hoc a iure communi est recessum, & cum lo-
quatur gñaliter, nō patitur interpretationem restrictiuam, qñ
quis excluditur a lucro. d. l. prospexit. & per Bar. in locis præal
le. Præterea cum Dominicus admitti non debeat, nisi tanquā
existens in tali gradu, puta tertio de iu. canonico, licet in uno a
iure communi minus recederetur, si cum illo non concurrent
alii posteriores ſm ius ciuile, & existentes in pari gradu de iu.
can. in alio tamen ius commune læderetur, secūdum quod plu
res existentes in eodem gradu per modum regulæ dicūt simul
admitti, d. §. si uero neque fratres. in auth. de hære. ab intest. &
d. l. post consanguineos. §. hæreditas. de suis & legi. Si ergo præ
ferretur Dominicus, in hoc a iure communi recederetur, quia
licet alii non sint eiusdem gradus de iure ciuili, sed canonico,
quia tamen. Dominicus etiam ex gradu eiusdem iuris uocatur
quo ad alios etiam idem ius debet attendi, etiam secundum re
gulam iuris ciuilis, de qua supra, quæ se extendit passiue ad sta
tutum. l. 1. §. lex Falcidia, ad l. Falc. & ibi per Bar. & alios, & no.
3 *Statutum si excludat sororem a successione fratris mortui cum legitimis hæredibus ex se descentibus, non censetur excludere neptem ex eo.*

4 *Frater quando in totum a principio dicatur simpliciter heres,nō autem pro parte sub conditione,stante statuto sororē excludēte,si frater cum legitimis descendentibus decesserit.nu. 8.*

5 *Verbum,remanserint,relatum ad plura per statutum pleno iure quo ad omnia quando intelligatur,& quam habeat naturam.*

6 *Clausula in fine posita refertur tantum ad illud,quod est expressum principaliter,non autem causa demonstrationis,nisi alias sequeretur contrarietas.*

7 *Statutum potest facere quem iam hæredem,desinere esse hæredem.secus in testatore.nu.8.*

10 *Si semel quis est admissus ad fideicōmissum relictum sub nōe collectiuo,proximior ipsius præfertur ꝓximiori ipsius testōris*

11 *Verba ambigua unius statuti non declarantur ab alijs statutis in diuersa dispositione factis,nisi sit facta relatio ad illam.*

CONSILIVM XXXV.



SVPER eo,de quo qrit̄,& ꝑ excellētisimū dn̄m consultorē,& eruditissimū do.Bernardinum Bichū Senēsem acutisimum dispulem meum adeo subtiliter & diffusè allegatur,ꝙ alius non facile poterit ulterius procedere.Verum,ut oīa degugasse uidear,non prætermittā quædā,q̄ prima facie contra superius cōsulta uiñr vrgere.Nā Clodia,q̄ ab initio per fratrem a successiōe patris fuit exclusa ex forma statuti,illo mortuo postmodum sine descēdētibus masculis uidetur ad successionē paternam redire posse ex dispōne eiusdem statuti dispōnētis,ꝙ mulier dotata de bonis communibus a fratre,prout fuit d.Clodia,non posit uenire ad successionem paternam,siue iurauerit refutationem,siue non,si de prædictis fratre,uel fratribus legitimi hæredes,uel hæres remanserint descēdentes,&c.quæ contradō,sub qua mulier excluditur,uidetur defecta, cumfrater Clodiæ decesserit nullo descēdēte masculo su pſtite.Et quāuis statutum de masculis non loquatur expresse, sed simpliciter legitimos hæredes ex eo descēdētes ponat in cōditione, ta

1 men† intelligitur de masculis,ut per plura probat Areti. in terminis in consi.163.Visa consultatione,&c.in pen.colu.& ea ratione præcipue,quia intentio statuti fuit, bona in agnatione conseruare, ut colligit nedū ex eodē statuto, sed ēt ex aliis statutis,ex quibus illud declaratur,ꝑ ea quæ hn̄r in l.utrum.de pe.hær.Et ultra eum facit,quod no.Bar.in l.Gallus.§.idem credendū.de lib.& posth.dum dicit,pro si in protocollo ꝓcedat in strumentū uenditionis extensum,& sequat̄ instr̄m locationis abbreuiatū ꝑ dictionem,&c.ꝙ oēs clausulæ,quæ sunt oēs ad vtrunq; contractū,intelliguntur repetitę,& ꝙ de masculis intelligatur statutū,ex quo constat,ꝙ ad agnationis conseruationem habuit respectū,probatur,vt et tactū est,ex no. per Ioan. An.in add.Spe.in rub. de test.ad fi. ver. sub hoc titulo generali &c.vbi format qōnem post Rich.Mal. in quadā disputatione de testatore,qui habens duos fratres,Seium,s.& Mæuium, instituit Seium,& si decederet sine liberis restitueret Mæuio fratri & eius hæredib.masculis,& contingat, ꝙ mortuo testatore moriatur Mæuius substitutus relicto nepote masculo ex filia, an ille admittatur mortuo postmodum Seio sine filiis. Et tandem concludit,ꝙ non,per plures rationes,quarum vltima est, ꝙ intentio testatoris fuit,bona in agnatione conseruare,quòd constare dicitur ex eo,ꝙ testator fœminas exclusit,& hæredes masculos Mæuii uocauit.Quamuis ergo nepos eius ex filia dicatur hæres illius masculus, & sic in illo uideantur verificari verba testamenti,quia tamen nō est agnatus,sed extra agnationem testōris positus,de illo non sensit testōr.Quemadmodum ergo in casu Io.An.verba restringuntur ex uerisimili mente defuncti ad agnatos masculos,qn̄ dispositio eorum fauore pręsumitur facta,ita ēt in casu nostro eadem ratione dicta uerba conditionalia statuti ad masculos deberēt restringi.Et idem ēt probatur ex no.per Pau.de Cast.in consi.79 Casus iste frequenter contingit.ubi uult,ꝙ si testator exclusis filiabus instituat filios & casu quo unus ex eis decedat sine filiis,substituat alterum filium,ꝙ in conditione censentur positi filii masculi tātum,quia constat tam ex institutione,quā ex substitutione,ꝙ testator uoluit bona in agnatione conseruare.Sed si extraneus fuisset substitutus,tunc,ſm eum, ēt filiæ grauati facerent deficere conditionē fideicommissi,quia hoc casu non habet locum dicta rō. Et cum hac distinctione transeunt ēt cōiter doct. ut plene refert Soc.in l.cum auus.de cond. & dem. in 44.col.uersic.tertio quæritur &c.Nec ob.ꝙ in casu nostro agatur de exclusione fęminæ, & non masculi agnati sicut in casu Pauli, quia ipse hoc ponderat ad ostendendum,ꝙ testator respexit ad agnationem. Sed in casu nostro,ꝙ statutū habuerit eūdē respectū,& ꝙ agnatos masculos tantū ꝓtulerit fęminis, apparet ex aliis coniecturis,& aliter,& alio mō,ut Are.ostēdere conatur,iō utroq. casu ꝑ eandē rōnē masculi tantū intelligūtur in condōne positi. Et cōfirmātur prædicta,q̄a,ut ēt tactū est,uerisimile nō est,ꝙ statutū uoluerit filiā magis dilectā, & ꝓximiorē excludi ꝑ neptē ex filio remotiorē & eiusdē sexus,ar.l.Publius,§.fi.de cōd.& demon.& l.si uiua matre.C.de bo q̄ lib.& ꝑ no.ꝑ Bar.in d.l.Gal-

2 lus.§.ēt si parēte.Nec obstare vr̄,dū dicitur,†ꝙ in casu nostro nō agitur de excludēdo filiā,quæ semel fuit & ab initio exclusa ꝑ filiū masculū,sed tractatur solū,ut dicta filia,quæ semel fuit exclusa,ꝑpetuo remaneat exclusa,& sic de exclusione ꝑpetuāda,& cōtinuanda,& ut neptis ex filio, quæ patri dēt succedere de iure cōi,nō excludat̄ ꝑ filiā testōris a bonis,quæ semel vnita sunt cū patrimonio patris,& q̄ facta sunt pars illius.l. sed si plures.§.filio.de uulg.& pup.ut traditur in l.j.§.ueteres.de uul.& pup.Quoniā hoc, qd̄ præsupponitur, falsum ur̄.s.ꝙ filia ab initio ꝑ masculū fuerit exclusa, & quod agatur de exclusione præcedenti cōtinuanda,q̄a immo filia dotata nō excluditur simpliciter ꝑ superexistentiā masculi,sed sub cōdōne illa,si de ꝑdictis fr̄e,uel fratrib.hæredes,uel hęres remanserint descendentes &c.Et sic exclusio nō est pura,sed stat in suspēso pendēte dicta condōne,& ꝓut in terminis ꝑdicti statuti declarat ēt Soc. in cōs.91.inci.Circa primū &c.col.5.& in cōs.121. Visa cōtingētia facti &c.Si ergo sub prędicta cōdōne excluditur, sub contraria cōdōne intelligitur uocari,& sic si hęredes legitimi ex fr̄e nō remāserint.l.aliqn̄.de cōd.& dem.& ꝑ Bar. in l. pr̄famil.de hær.inst.ubi dicit,ꝙ si testōr hæredē, quē instituerat in eodem testō,exhæredat sub cōdōne,ꝙ ītelligit̄ īstitutus sub ꝯria cōdōne,ꝑ d.l.aliqn̄.Et idē igit̄ est dicēdū in statuto, cuius exclusio dr̄ q̄dā exhr̄datio,ſm Bal.in l.si defunctus.C.de legit.hær. Cū itaque filia extante filio non sit statim exclusa, sed uocatur ad portio-

portionem suã sub dicta condõne contraria, sequitur, ꝙ filius pendente dicta condõne non est hæres in totũ & insolidũ, sed interim solũ administrabit portionẽ filiæ, ꝑ no. ꝑ gl. in l. 2. ff. si pars hær. pet. ꝑ Bar. & alios in l. plane. §. si coniunctim. de leg. 1. vbi habetur, ꝙ si vnus sit hæres institutus purè ꝑ parte, & alius sub condõne pro alia parte, ꝙ licet apud illũ qui vocatur pure, debeat tota hæreditas remanere pendente condõne, sub qua alius fuit institutus, nihilominus interim non est hæres in totũ sed pro parte tm̃. Et ꝑ pea, cũ masculus, dũ vixit, in portione sororis ei delata sub dicta condõne, non fuerit hæres, sed administrator tantũmodo, dicitur agi de exclusione filiæ de nouo facienda ꝑ neptẽ ex filio, non aũt de iã facta cõtinuanda, & perpetuanda. Et ꝑ hęc vñr cessare oĩa, quæ contra filiã allegantur, & confirmari oĩa, quæ ad fauorẽ eius in præcedentib. ꝑponuntur. Sed præmissis non obstantib. concurro in sñiam do. cõ
3 sultoris. Nã clarũ est, ꝙ † de iure sub illis verbis statuti condõnalibus, videlicet, si de prædictis fratre, uel fratrib. legitimi hæredes, vel hæres remanserint de se descendentes &c. continẽtur ẽt neptes ex filio. l. j. C. de cond. inser. cũ ibi no. per Bal. & alios, & per no. ꝑ Io. An. Ant. de But. & Pet. de Anch. in c. Raynaldus. de testa. & quia, si sit hæres patris ab intestato, dicitur hæres eius legitima. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. Et idem si sit a patre instituta, qñ patri decedenti ab intestato potuisset succedere, secundum Bar. in l. 3. in fi. de leg. 1. Et sic in illa verificari possunt oĩa
4 verba statuti. Hoc igitur stante videndũ est † vtrũ Seruilius testõris filius fuerit, vel esse potuerit hæres patris insolidũ. Et arbitror, ꝙ sic, non obstantib. allegatis in contrariũ; qa hoc præsupponit statutum, dũ vult, ꝙ mulier dotata non possit venire ad successionem, vel diuisionem, vel communionem aliquam bonorum & rerum omnium, quę apud fratrem, vel fratres remanserint &c. Nam ꝑ illud verbum, remanserit, declaratur intentio statuti, ꝙ apud masculum tota & integra hęreditas debeat remanere, ꝙ esse non posset, si insolidũ hæres non reman
5 sisset. Nec ob. si fortè dicatur, † ꝙ illud verbum, remanserint, verificetur tm̃ quo ad administrationem respectu portionis debitæ filiæ, & non ꝙ apud eum remaneat pleno iure, per no. per Bar. in d. l. planè. §. si coniunctim. de leg. 1. quia cum verbũ prædictũ referatur ad totum, & sic tam ad partẽ masculi, quã fœminæ, debet intelligi pleno iure ẽt quo ad partẽ fœminæ, sicut dicto modo capit in parte masculi, vt æqualis sit determinatio l. iam hoc iure. de vulg. & pup. Et probatur ex no. ꝑ Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. de cond. & demon. ubi uult, ꝙ legatum pro dote factum a patre, dicatur purum, & ꝙ verbũ, pro dote, importat potius monitionẽ, quã condõnẽ; quia pater alias erat filiæ relicturus legitimã, & illã relinquere tenebatur. Et iõ, ₰m eũ, grauamen tunc non reiicitur, ꝑ l. qñ in priorib. C. de inof. test. sed ab initio non subintelligitur, & non tantum est purũ, ₰m Bar. in quantũ concurrit in quãtitate cũ lĩa, sed ẽt in excessu. arg. d. l. iã hoc iure. & l. eũ qui ædes. de vsuca. Statutũ igitur uult primo, ꝙ mulier non possit venire ad successionem paternã, præsupponit deinde, ꝙ omnia bona apud filium remaneant, ut probatur ex illo uerbo, remanserit, quod habet tractum successiuum], & significat, ꝙ apud filium remaneant in perpetuum, secundum Cum. qui de hoc uerbo in specie loquitur, in l. cum ita. §. in fideicommisso. de lega. 2. vbi facit differentiam inter legatum simpliciter relictum familiæ, & legatum factum familiæ, ut in familia remaneat; quia hoc ultimo casu dicitur testator uoluisse, ꝙ perpetuo sit in familia, & non primo casu. Ad hoc ergo ut mulier non possit uenire ad successionẽ paternam, sufficit, quod a fratre sit dotata de bonis communibus, nec excludi dicitur sub alia conditione expressa inferius a statuto, & de qua agitur. Et inquantum uult, ꝙ bona remaneant apud masculum, ꝙ intelligitur perpetuo, ut dixi, ad hoc tantum refertur illa conditio, si remanserint descẽdẽtes ex fratre, uel fratrib. Et erit sensus, ꝙ filia dotata per fratrem excludatur simpliciter, & ꝙ exclusio duret, & sit perpetua, si extabunt dicti descendentes. Et sic sola perpetuitas, & ita qualitas importata per uerbum, permanserint, & non substantia exclusionis dicitur esse conditionalis, sicut & alias sola qualitas redditur conditionalis & non substantia dispõnis. l. 2. de hær. inst. secundum intellectum Bar. in l. Stichũ, qui meus erit. in prin. de leg. 1. in l. j. de cond. & demon. dũ quęritur, an relatiuũ faciat condõ
6 nem. Sed contra prędicta facit, quia † illa condõ in fine posita non dẽt referri ad uerbum, remanserint, quod profertur enunciatiuè, sed ad dispõnem, per quã mulier prohibetur uenire ad paternam successionem, per not. per Bart. in l. fi. §. Titia. de liber. legat. dum dicit, ꝙ clausula in fine posita refertur tm̃ ad illud, quod est expressum principaliter, & non causa demonstrationis: uel saltem dicta conditio debet referri ad omnia pręcedentia posita in eadem oratione, per no. per Bart. in l. doli. in prin. de seruo corrup. & in l. mulieri & Titio. de condi. & dem. Ad quæ rñdetur, ꝙ cum illud uerbum remanserit, præsupponat, ꝙ bona sint apud filium pleno iure, vt est dictum, non pt dicta condõ referri ad dispositionem: quia ₰m hoc apud filiũ uiuentem non possent bona in solidum remanere pleno iure. Vnde gratia contrarietatis euitãdæ dicta conditio determinat solum uerbum, remanserint, ultimo prolatũ ꝑ not. in l. si idem cũ eod. §. fi. de iurisd. om. iud. & per Bald. in l. j. in fi. C. de legit. hær. ubi dicit, ꝙ si præcedentia sunt aduersatiua, clausula in fine posita respicit illud, ad quod probabilius adaptatur, & si est dubium, respicit ultimo loco dictum. d. §. fi. & quia in ultimis stat conclusio, ut not. in l. qui filium. §. fi. ad Treb. Et ubi etiam
7 dicta cõdõ ad oĩa deberet referri adhuc † tñ masculus insolidũ hæres esset interim: qñ portio sibi debita de iure cõi, ei defertur purè. Licet ergo fœmina ad aliam partem dicatur per statutum uocari sub contraria cõditione, s. si descendentes ex se nõ extabũt, nihilominus etiam in hac parte masculus interim erit hæres. Et hoc pręsupponit statutum in uerbo, remanserint, ut est dictũ, qui postmodũ non extantibus descendentibus, & sic purificata conditione, sub qua uocatur fœmina, desinit hæres esse, ꝙ statutum & lex potuit facere. l. miles ita. ĩ prin. de testõ militis, & no. gl. & doct. in l. in substõne. de vul. & pu. & Bar. in l. fi. in prin. ad Treb. Nec obs. no. ꝑ Bar. in d. l. plane. §. si coniun
8 ctim. de leg. j. q. a † loqtur, qñ uni defertur portio hrditatis purè, & alteri sub cõdõne ex testõ & ex dispõne testõris, & iõ institutus purè interim non est hæres insolidũ pendente condõne, sub qua alius est ĩstitutus, q. n non posset postea desinere hæres esse adimpleta condõne; cũ hõ & testator hoc nõ põt facere, ₰m gl. & doct. in d. l. in substitutione. Et est secus, qñ unus uocatur pro parte purè, & alius sub condõne pro alia parte ex legis dispositione, ut in casu nostro, quia tunc cessat prædicta rõ Bart. Et istud etiam uoluit Bald. expresse in l. extraneum. C. de hær. inst. & in l. unica. §. ubi aũt. C. de cad. toll. ubi uoluit, ꝙ ẽt in hæreditate delata duobus ex testõ mõ prædicto institutus pure sit hæres in totum, quia põt lex purificata conditione facere illum desinere hæredem esse pro parte, uel fingere, ꝙ non fuerit hæres. l. antiqui. §. fi. si pars hær. pet. & auth. hoc amplius. C. de fidei. & no. in d. l. in substõne. Et licet Ale. in d. §. si coniunctim reprobet rationem Bald. in casu suo, quia non sumus in dispositione legis, sed hominis, tamen in dispositione legis, in qua sumus concedit, quod conclusio & ratio Bal. procederet: & tanto magis isto casu fuisset hæres insolidum, si fuisset a patre hæres uniuersalis institutus, de quo in puncto non fit mentio. Quia igitur, ut ex prædictis probatur, filius, dum uixit, insolidum hæres fuit, & esse potuit, & filiam interim exclusit, ex
9 † hoc sequitur, ꝙ superexistentia descendentium ipsius nõ excludit filiam, sed solum perpetuat exclusionem iam factam per filiũ. Et sic dicitur agi de continuanda exclusione, & non de illa inducenda. Et propterea in condõne prædicta, de qua in statuto, intelliguntur descendentes utriusque sexus positi, quia cessant oẽs rationes Aret. de qbus in consilio in contrariũ allegato, qñ ponderari dẽt, & ponderatur fauor agnationis tã in eodem statuto, quàm in aliis per eum allegatis solum, qñ agit de excludendo fœminam de nouo & ab initio. Sed quando tractatur de exclusione præcedenti & iam facta conseruanda, ut in casu nostro, non inconuenit, ꝙ neptis ex filio impediat filiã semel exclusam redire ad successionem paternam. Nec ad fauorem agnationis istud est simpliciter introductũ, ut per dñm cõsultorem fuit tactum. Et quamuis hoc aliter nõ probet sed solum dictos casus diuersificet, nihilominus hoc põt efficaciter
10 probari, & rõ diuersitatis assignari. Nam † ubi plures uocãtur ad fideicommissum sub nomine collectiuo, puta quia relinquatur familiæ, uel descendentibus, admittuntur illi ordine successiuo, & prout quisque reperitur proximior. l. cum ita. §. in fideic. de le. 2. & l. fi. C. de ver. sig. Dicatur ergo, quod si post mortem proximioris semel admissi, concurrat proximior illius cum

lius cum alio proximiore ipsi testatori relinquenti,certe debē
bit præferri ille,qui est proximior illius, qui fuit semel admis-
sus,& per illum excluditur ille,qui proximior est testatori, vt
sentit Pa.de Ca.in d.§.in fideicommisso.& probatur in c. 1.de
nat.succ.feu.& ibi hoc clare sentit And.de Iser.Et ita ēt per il-
lum tex.decisiue consuluit Pau. de Cast. in ciuitate Camerini,
vt refert,& sequitur Soc.in l.si cognatis. in vlt.col.de reb.dub.
vbi dicit, se pluries ita consuluisse cū Perusinis & Senensib. Et
istud plenius ēt prosequitur & tenet cōsi.249.col.13.versi.cir
ca tertiā difficultatem,&c Et patet,ꝙ licet ab initio ad fideicō
missum admittatur ille,qui est testōri proximior d.§.in fideicō
misso.postquā tñ aliquis est admissus,proximior illius præfer
tur alteri,qui reperit proximior testōri. Et hoc quia cū semel
quis fuit admissus,bona ꝑ eū q̄sita vnita sūt cū eius p̄rimonio.
Et quemadmodum testōr illū ꝑtulit,ita videt̄ voluisse,ꝙ con-
tinuentur in illos,qui eidē sūt ab intestato successuri.Et bene
hoc ēt probatur in l.cū auus.de cōd.& dem.vbi nepos ex filio
ꝑmortuo ex verisimili mente defuncti excludit alium filiū sub
stitutū simpliciter post mortem fratris, quāuis sit testōri proxi
mior,& hoc rōne præmissa,vt no.in l.cū acutissimi.C.de fidei.
Vñ,& in proposito quamuis stante dicto statuto filia testato
ris ab initio non excluderetur per neptem ex filio præmortuo,
ſm Bar.in l.liberorum.de ver.sig.postquā tñ fuit filia per ma-
sculū exclusa,rōnabiliter uoluit statutum,& voluisse præsumi-
tur,ꝙ neptis ex filio præferatur filiæ testatoris,& ꝙ hæreditas
q̄ fuit quæsita patri,& vnita cū suo patrimonio,apud illam re-
maneat potius,quam ꝙ ad filiam redeat,nec inconuenit,ꝙ di-
cto casu remotior testatori ꝓferatur proximiori, quia proxi-
mior testatoris solū præsumitur ab initio,& antequā exclruda-
tur magis dilectus, sed postquam aliquis ut proximior fuit ad
missus,proximiores illius admissi ꝓsumūtur magis dilecti,quā
proximiores testatoris,ut ex præmissis clare colligitur. Qđ er
go dicitur de testatore,idem est dicendum de statuto,arg.§.di
sponat.in auth.de nuptiis.Et ꝑ hæc omnia,q̄ in contrarium al
legantur, remanent sublata.Nec ēt vnū, qđ Are. dicit in d.ꝯsi.
11 videtur verū,in quātū vult,† ꝙ statutū,de quo agitur, & eius
verba declarentur ex aliis statutis,quia licet verba posita in vna
parte declarētur ex his, q̄ ꝓcedūt,vel sequūtur in eadem dispō
sitione.l.q filiab.in prin.& l.si seruus plurium.§.fi.de le.1.non
tñ declarationem recipiunt ab his,quæ sunt in alia diuersa di-
spositione,si ad illam non sit facta relatio,secundum Ale. not.
in consi.70.in 2.uol.qui ex hoc infert, quod si pater in primo
testamento aliquid relinquit filiæ iure institutionis, & in se-
quēti testamēto ei simpliciter relinquat,quod non intelligitur
iure institutionis,& sic ex priori testamēto non declaratur ver
bum,relinquo,positū in ultimo testamēto. Nec isto casu,quo
dispositiones sunt diuersæ,hēt locum.d.l. qui filiab.cū concor.
Sed est dicendum potius, ꝙ disponēs idem expressisset in alia
dispositione,si hoc voluisset, sicut fecit in prima l.vnica.§. sin
autem ad deficiētis.C.de cadu.toll.Et istud ēt bñ probatur per
no.ꝑ Bar.quem non allegat in l.Statius Florus.in prin. de iure
fisci,vbi ꝓdicto modo distinguit ad effectum repetitionis indu
cendæ.Idē ergo qñ agitur de declaratione,ut in casu isto.Non
ob.quod no.Bar.in d.l.Gallus.§. idem credendum quia per di
ctionem,&c.scriptā abbreuiate intelligitur facta relatio ad ꝓce
dens instr̄m.ideo clausulæ ibi positę,& communes ad vtrunq;
intelliguntur repetitę,ſm Ale.qui ita residet in l. si quis ex ar-
gentariis.§ si initium tabularum.de edē. Et eodem modo una
dispositio declaratur per aliam,qñ facta ē relatio ad illam, ut
ēt fatetur Ale.in d.consi.ꝑ no.per Bar.in l.uxori.§.fi.de leg.3.
Concluditur ergo cū ꝓdictis,ꝙ Clodia per superexistentiā ne-
ptis ex fratre non potest redire ad bona paterna. Laus Deo.

¶ Filia exclusa ab institutione, fratribus tamen substitura, il-
lis sine filiis decedentibus, an excludatur per neptem ex
fratre, stante statuto, quod filiæ sint exclusæ, donec ex-
tant masculi.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Masculi quando tantum censeantur positi in condiione a te-*
statore,non autem feminæ ad exclusionem filiarum testatoris.
nu.8.

2 *Filiæ a statuto exclusæ,donec masculi extant,illis mortuis, si a*
patre reperiantur præteritæ,dicūt testamentum nullū,nisi per
petuo sint a statuto exclusæ,& simpliciter.nu.6.

3 *Fœminæ a statuto exclusæ propter masculos ex testamento, uel*
ab intestato,quando censeantur perpetuo exclusæ.

4 *Generi per speciem quando derogatur.*

5 *Clausula,quæ non stat per se principaliter,sed uenit ad determi-*
nationem alicuius dispositionis, ad illam solam refertur, &
quando in fine posita non referatur ad principium.

7 *Agens ex capite non deducto quando non obtineat non obstāti*
bus quibuscunque clausulis in libello appositis.

9 *Conditio tacita, si sine filijs tam masculis, quam fœminis decess*
serit ex dispositione.l.cum auus.subintelligitur etiam quando
filius grauatus fuerit in totum institutus.

10 *Conditio, si sine filijs decesserit,non restringitur ad masculos tan*
tum, si contraria est mens testatoris,licet ex forma statutorū
secus esset.

Testator quando uideatur recedere a dispositione statuti,uel iu
ris communis,uel se conformare.

11 *Si semel per prouisionē hominis est recessum a prouisione legis,*
semper remanes recessum, etiam quod dicta prouisio non sum
pserit effectum.

12 *Filiæ a statuto exclusæ propter masculos faciunt partem in legi*
tima filijs, si perpetuo non sunt exclusæ, sed tantum stantibus
masculis.

13 *Alimenta tam præterita, quam futura peti possunt ab uxore te*
statoris iure actionis tam personalis, quam hypothecarię.

CONSILIVM XXXVI.

ONCLVSIO excellentissimi domini cōsulto
ris,quæ apud cum vr̄ multum clara,mihi prima
facie visa est satis dubia. Et pro intelligentia cō
1 siderandum est,ꝙ† vbi statutum simpliciter ex-
cludit filias ab intestato extantibus masculis,si fi
liæ tunc sint substitutæ per fideicommissum filijs masculis uni
uersali institutis,si decesserint sine filiis,ꝙ filiæ etiam fœminæ
ꝑnt intelligi positæ in cōdōne,& cōcedit, ꝙ fideicommissum
faciāt deficere,perinde ac si extraneus fuisset substitutus, sicut
videtur esse de mente Pau.de Cast.in consi.79.Casus iste fre-
quenter contingit,&c.& aliorum,de quibus latè per Soci.in l.
cum auus.de condi. & demon. in 4. col. Et ad hunc etiam ca-
sum tendunt,ea,quæ allegantur per dominum consultorem.
Cum enim essent per superexistentiam masculorum semel ex
clusę ab intestato,perpetuo remanebant exclusę, etiam si ma-
sculus deinde decedat sine filiis masculis: quia ad perpetuam
exclusionem filię,sufficit masculum extare tempore mortis pa
tris,secundum Bar.in l.fi.ad Tertull.Et idem vult Bal.in c.1. §.
cum essent.in ti.episc.vel abb.& in auth.sed si quis.& in l.ī qui
bus.C.de secun. nu. Quia ergo filia substituta non poterat ab
intestato patri succedere,redacta per statutum ad instar extra-
nei,per no.per Bart. in leg.1.§.sciendum.de suis & legi.& per
Bald.in l.maximum uitium.C.de liber.præter.Nimirum ergo
si dicto casu de ea censendum sit ut de quolibet extraneo sub-
stituto, qui dicto casu per superexistentiam neptis ex filio gra-
uato excluderetur,secundum Pau.de Cast.& alios in dictis lo
cis.Sed ubi statutum non excludit filiam simpliciter per super
existentiam masculorum,sed tēporaliter,ut quia uelit,ꝙ quan
diu,uel donec extant masculi,quod filia non succedat,ut in ca
su nostro,& tunc si filia exclusa a patre substituatur filiis ma-
sculis instituti,si decesserint sine filiis, uidetur, ꝙ masculi tan-
tum sint in conditione positi. Nam filia ab intestato successis-
set,& succedere potuisset patri deficientibus masculis, etiam
post mortem patris,quamuis semel ab eis fuisset exclusa,quia
per statutum tunc excluditur temporaliter, secundum Barto.
in d.l.fi.ad Tertull.& Bal.& Ang.in l.Gallus.§.& quid si tantū.
de liber.& posth.& Angel.& Imo.in l.si quis posthumos. §. si
filium.de liber.& posth.& Bald.& Sal.in l.2.C.de lib. prætor.
cum concordantibus, de quibus per Alexand. ibi. Pater er-
go instituendo filios masculos,& substituendo filias,si filii de
cesserint sine filiis,uidetur se uoluisse conformare cum dispo si
tione statuti, per quod filiæ ab intestato uocantur mascu-
lis quandoque deficientibus, & masculum, & fœminam ex

testamento uocare eo ordine, quo ab intestato successissent. Et per consequens in conditione uideantur filii positi, & non filiæ, quorum superexistentia nō excluderet ab intestato filias testatoris a successione paterna, per no. per Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. lib. & per Bal. in l. liberti, libertæq;. C. eo. tit. Et magis in specie probatur ex no. ꝑ do. Io. Bapt. de S. Seuerino in l. generaliter. §. cum aūt. C. de inst. & subs. ubi uult, ꝙ si ex forma statuti excludantur filię agnatis extantibus usque ad certum gradum, & instituat pr̄ filios, eosque inuicem substituat, quandocunque decesserint, ꝙ subintelligitur condō, si decesserint sine filiis masculis, quamuis ēt filiæ intelligantur in tacita condōne positæ, si statutū prędictū non extaret, ut ibi, & in l. cū auus. de cond. & dem. & in l. cū acutissimi. C. de fideic. dicēs ita tenere do. Io. Petruciū in d. l. cū acutissimi. quia dicto casu ꝑsumit̄, ꝙ testator uoluerit se conformare cum disp ositione statuti. Et iō lex dicto casu ex pręsumpta mente testato ris subintelligit dictam condōnē, si alter decesserit sine filiis masculis, ꝑ no. ꝑ Bar. in locis palleg. & ꝑ Pet. de Anch. i l. tres fratres. de pact. ubi uult, ꝙ si statutū uelit, ꝙ filiis masculis extantibus filię nō succedāt, & instituant filii, ꝙ intelligit̄ de masculis. Et idē tenet ēt Soc. post longā disputationem in d. l. cū auus. col. 57. uers. 7. q̄ritur &c. Nā quia, ſm eū, substitutus ab intestato ex forma statuti exclusisset filias fratris prædefuncti ab eius successione, nō est censendū, ꝙ lex subaudiat, uel fingat condōnem ad exclusionē substituti, & ad fauorem filiarum grauati, quas substitutus ab intestato exclusisset, sed subintelligitur, uel fingitur ad exclusionem substituti in fauorem filiorū & filiarū demū qn̄ exclusissent substitutum ab intestato. d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. Eadem ergo ratione in casu nostro masculi tantum intelliguntur in conditione positi, & non fœminę, ad exclusionem filiarum testatoris, q̄ in bonis paternis exclusissent ab intestato neptes ex filiis ꝑdefunctis ex dispōne dicti statuti. Nec ob. ꝙ prædicti loquant̄ in ꝯdōne tacita, & in casu nr̄o ꝯdō, si decesserint sine filiis, fuit expssa: q̄a sicut tacita, in quā tā filii, quàm filiæ ponunt̄. d. l. cū auus. restringitur ad masculos ex uerisimili mente defuncti ꝑꝑ statutū, eodē mō dicta cōdō expressa eadē rōne dēt & p̄t ad masculos restringi. Et prout ēt in terminis cōcludit Alex. in cōs. 127. Viso testō d. Io annis &c. 1. uol. ꝑcipuè per no. per Pet. de Anch. in d. l. tres fratres. Et idē ēt aperte præsupponit Pau. de Cas. in d. consi. 79. & ubi aliter diceretur, sequeretur, ꝙ filiæ substitutę, quæ in dictū casum hn̄t uoluntatem testatoris expressam, excluderentur, & tn̄ ab intestato, qn̄ habent uoluntatem tacitā. l. conficiuntur. & l. si q̄s cum nullū. de iure codic. admitterentur extantib. neptib. ex fratrib. præmortuis: ꝙ est absurdum, quia melioris dēt esse condōnis ille, qui habet uoluntatem testatoris expressam, quàm ille, qui habet tacitam. l. qui liberis. §. hæc uerba. de uul. & pup. & l. Titia §. qui in uita. de leg. 2. Præterea in prima substitutione reciproca facta inter filios testator apposuit condōnem, si decesserint sine filiis & intelligitur de masculis: quia testator agnatū substituit, & proprias filias, a substitutione exclusit, ſm Pau. de Cas. in d. consi. 79. & alios, de quibus supra. Ergo eadem cōditio apposita in sequenti substitutione facta de filiab. dēt intelligi de masculis. l. q̄ filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. Et præcipuè prædicta procedunt in casu nostro, ex quo dictæ filiæ testatoris substitutæ plus, immo minus capiunt ex substōne de bonis paternis, quàm habuissent, si ab intestato patri successissent. Nam filia Raynerij poterit legitimā patris, & patrui, ac etiam Trebellianicā detrahere, quæ isto casu non est prohibita, & sic dimidiam hæreditatis testatoris, iuxta no. in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa. & in l. quamquam. C. ad l. Falc. & in l. rōne. §. qđ vulgo. ff. eod. cum concor. de quib. ibi, & ex fideicommisso filię habebunt aliam dimidiam tantum, & tn̄ cum sint tres, & filij duo vltra dimidiā successissent ab intestato. Et sic cum non sint plus habituræ ex testō, testator uidetur se cōformare uoluisse cum dispositione statuti, & sic ꝙ uoluerit eas excludi per neptem ex filio. Sed dato, quod ex testamento, & ex substōne dictæ filiæ admitti non possent, tamē ab intestato succedere possent, quoniam, ut in facto proponitur,
2 testator duas ex filiabus præteriit, ex quarum † ꝑteritione testm̄ potest dici nullum, postq̄ masculi desierunt extare. l. inter cætera. de lib. & posthu. & in §. aliud quoque capitulum. in auth.

ut cū de app. cognos. Et in terminis ita etiam uult Bart. l. don. fi. ad Tert. & Bal. & alii in d. l. 2. C. de lib. præte. vbi cōcludunt, ꝙ eo casu, quo filiæ excluduntur ꝑ statutū, quādiu, vel in dec extabunt masculi, si prætereantur a patre in testō, poterunt, postquā masculi instituti desierunt extare, dicere testm̄ nullū, & ab intestato succedere, quāuis masculis viuentib. nō potuerint testm̄ impugnare. Et cū eo transeunt alii in locis præalle. Nec refert, ꝙ statutū loquatur ab intestato, quia cū euenerit casus, in quo filię vocantur ꝑ statutū ab intestato, videlicet, q̄a defecerunt masculi, inueniuntur ꝑteritæ in testō, ꝑpea dicere pn̄t testm̄ nullum, & quo ad hunc effectum satis est, ꝙ adueniēte dicto casu inueniantur primū locū tenere stante dicto statuto excludente eas t paliter, quāuis in terminis iuris cōis descendens præteritus non possit dicere testm̄ nullū, si t pe mortis testatoris non tenebat primū locum. l. si quis filio exhęredato. in prin. de iniust. rupt. & irr. tes. & ꝑ totā. l. Gallus. de lib. & posth. & ꝑpea Ray. & sequaces, qui dicebant, ꝙ vbi ēt extat dictū statutū, ꝙ filia præterita non pōt dicere testm̄ nullū ex rōne, quia t pe mortis non tenebat primū locum, cōiter reprehendit per doct. in d. l. 2. C. de lib. præter. & in d. l. si quis posth. §. si filium. quia sua rō procedit & habet locū in terminis iuris cōis, ſm doct. & cessat, qn̄ dictū statutum extat, q̄a per illud prouisum intelligitur, ꝙ sit satis, filiam tenere primum locū t pe quo masculi desierunt extare. Et sic patet, ꝙ Bar. & alii loquuntur ēt qn̄ filia est ab intestato per statutum t paliter exclusa. Sed his nō obstantib. contrariam sn̄iam puto de iure ueriorem. Et in primis
3 præmitto, ꝙ statutum in † sui principio disponit, ꝙ mulier dotata a patre, vel alio quocunque dotante non possit, nec debeat ipsa mulier, nec possint descendentes ex ea, reuerti ad hæreditatem, uel successionē alicuius personæ dotantis eam, vel alicuius ex descendentib. ab eadem persona &c. Et deinde subdit statutum immediate, nec possit mulier dotata succedere ab intestato alicui personæ, a qua fuerit dotata, uel alicui ex descendentibus ab ipsa persona dotante per lineam masculinam, quousque superuixerit aliquis masculus descendens ab ipsa persona dotante ꝑ lineam masculinam &c. Prædictum ergo statutum in principio, & ante illum uersi. nec possit mulier &c. habens orationem perfectam, simpliciter loquitur & generaliter circa tempus, & circa modum succedendi; quia in eodem principio non excluditur mulier ꝑ aliquam dictionem temporalē, neq; ab intestato, sed ab hæreditate & successione indistincte, quæ uerba conueniunt non minus successioni ex testamento, quā ab intestato, quia uerbum, successionē, est cōe ad successionem ex testō & ab intestato, secundum Sal. & Alex. in auth. ꝑterea. C. unde uir & uxo. Nec quantum ad ꝑsonas exclusas, & a quarum successione fit exclusio, differt principium istius statuti a uer. seq. sed de eisdem ꝑsonis loq uitur, in aliis autē differt, hoc est, cir ca modum, & tp̄s, de quo loquitur spāliter, q̄a in seq. uersi. excluditur mulier ab intestato, & quousq; uixerit aliquis
4 masculus &c. & sic, vt colligitur ex ꝑdictis, non † cadit genus & species inter personas, sed inter casus, quia in principio exclusio est gn̄alis; q̄m, ut dixi, oēm modum, & casum succedendi includere pōt, & in uersi. seq. ad successionem ab intestato restringitur exclusio. Et propterea isto casu generi ꝑ speciem derogatur, adeo, ꝙ gn̄alis exclusio, de qua in prin. statuti non refertur ad casum specificatum in uer. seq. ut probatur ex no. per Dy. & Bar. & alios in l. j. §. j. de operi no. nun. ubi dicunt, ꝙ qn̄ in eadē dispōne ponitur clausula generalis & spālis, dicto mō generi ꝑ speciē derogatur. l. sanctio legum. de pœn. & l. doli clausula. de uer. ob. Et idem uult Bal. in l. quæsitum. §. fi. in fi. de fund. instr. dicens, ꝙ si genus & species cadit inter casus, in quos dispō confertur, puta fit dispō in unum casum, alia est in oēs casus, tunc si dispositio specialis, & generalis fit in eadem uoluntate, generi per speciem derogatur, adeo, ꝙ dispositio generalis non refertur ad casum specificatum, alleg. iura præalle. & l. cū ex filio. §. si filio. de uulg. & pup. & l. stipulationes commodissimum, de uer. ob. Sequitur ergo ex præmissis, ꝙ mulieri ex princio statuti loquentis generaliter, non excluditur ab intestato, quia de tali exclusione fit mentio spāliter in uer. seq. sed excluditur ex testō, & q̄dē simpliciter, ac ꝑpetuo, & nō ad tp̄s, ita ꝙ condito testamento prohibetur oī t pe, & sine distinctione reuerti ad hæredit. & successionem dotantis, quia respectu istius successionis ex testamento in principio statuti non exprimitur aliqua

dicti-

dictio tpalis, vel quæ significet exclusionem tpalem. Ab intestato aût statutum in ver. seq. excludit mulierẽ tpaliter, i. quousq; extabit aliquis masculus. Nec dici potest, ꝙ illa clã, s. quousque extabit aliquis masculus, referatur etiam ad principium
5 statuti: quia non † stat per se, sed venit ad determinationem dispositionis positæ in seq. ver. & ad illam qualificandam, ẽm Bar. in l. fi. de reb. dub. & Bal. in pulchra. q. in l. j. in fi. C. de leg. hær. vbi dicit, ꝙ qñ clausula habet propriam & specialem determinationem, clausula vltimo posita non refertur ad illud. l. talis scriptura. de leg. j. & quia clausula posita in conditione, & non absolutè, non refertur nisi ad proximum determinabile, alleg. not. per se in l. j. C. de liber. præter. Subdit etiam, ꝙ vbi præcedentia sunt aduersatiua. clausula sequens respicit illud, cui probabilius adaptatur. Et si est dubium, respicit vltimo loco dictum, alleg. not. in l. si idem cum eodem. de iurisd. om. iud. & cum prædictis transit etiam Alexand. latè in consil. 48. in j. volu. & ex alio etiam non debet dicta clausula referri ad principium statuti, quia mediante tali relatione idem per omnia diceretur & disponeretur in princ. & in versi. seq. & in aliquo non differrent, & per consequens altera pars statuti nihil operaretur, & superflua redderetur. Cessare ergo debet dicta relatio, vt talis superfluitas euitetur, quia statutum debet interpretari ita, ꝙ aliquid operetur, ẽm Bar. in l. 4. §. prætor. de dã. infe. & in l. j. de vsucap. Sicut ẽt non inducitur repetitio, vel cessat relatio, qñ ea mediãte actus annullaretur, & prout satis annullari diceretur, qñ altera pars statuti redderetur supflua, vt no. in d. §. fi. & l. j. §. deinde, de postu. & l. seruo alieno. §. si ab impubere. & l. si quis a filio, in princ. de leg. j. & l. Titia. §. idem
6 respondit. de uerb. obl. Cum † igitur in casu nostro pr̃ testm̃ fecerit, & filios masculos instituerit, si filias præteriisset, & eas non substituisset, non potuissent deficientibus masculis reuerti ad successionem patris, nec dicere testamentum nullum tãquam præteritæ, quia, ut dictum est, statutum in principio excludit eas condito testamento simpliciter & perpetuo, & non ad tempus. Et propterea si ex substitutione uenire non pñt dictæ filiæ, non poterunt etiam dicere testm̃ nullum, nec ab intestato succedere, licet aliquæ reperiantur præteritæ: quia cum dotatæ fuerint, in testa. præteriri potuerunt ex dispositione statuti, ut dixi. Et ex his tollitur illud, qđ ult. loco allegatur, uidelicet, ꝙ ubi ex substõne uenire non possent, ꝙ saltem ab intestato admitterentur, tanquam ex præteritione testamentum annulletur masculis deficientibus, per not. per Bart. in l. fi. ad Tert. & per Bald. & alios in dict. leg. 2. C. de lib. præt. cum concordan. quia in casu suo filia excludebatur temporaliter, & nullo casu reperiebatur exclusa perpetuo, hoc est, nec ab intestato, nec ex testamento. Sed in casu nr̃o, quamuis ab intestato temporalis sit exclusio, est tamen perpetua ex testamento. Pre-
7 terea † filiæ Ludouici agunt ex substitutione ad bona patris, & non tanq̃ hæredes eius ab intestato. ideo ex hoc capite non deducto obtinere non possunt. l. habebat. de insti. & not. Inn. in c. ex parte abbatissæ. de priu. & in c. 1. de litis contest. & Bar. in l. 1. in prin. de eden. & Pau. de Cast. in l. si is ad quem de acq. hær. & in specie istud etiam uult Alex. in cons. 121. 1. vol. non obstantibus ẽt quibuscunque clausulis appositis in libello, ut ibi latè per eum. Superest igitur uidere, utrum filiæ Ludouici admitti possint ex substitutione facta filiis, si uterq; decesserit
8 sine filiis, cum † ultimus, s. Raynerius decesserit relicta filia. Et uidetur, ꝙ non, prima facie, quia verisimile non est, ꝙ filias ꝓprias magis dilectas uoluerit excludere, & neptem ex filio preferre, & præsertim si dicta neptis adhuc non erat nata, uel concepta, arg. not. in l. qui filiabus, in prin. de leg. 1. Vnde ne sequatur absurdum, ꝙ persona minus dilecta præferatur, & filiæ magis dilectæ excludantur, intelligi debet, ꝙ masculi tm̃ sint in conditione positi, arg. in l. Publius. §. si. de cond. & dem. & per no. per Bar. in l. Gallus. §. ẽt si parente. de lib. & posth. & in l. si mater. §. 1. de vul. & pup. dũ ibi subtiliter saluat glo. Et facit etiã ad hoc, quod no. Bart. in l. quidam relegatus. §. fi. de reb. dub. vbi hanc rationem adducit ad decisionem notab. q̃onis. & q̃a, ut dixi in præcedentibus, in hunc casum filiæ succederent patri ab intestato, cum sint per statutum exclusæ a successione intestati, quousque extabunt masculi, cum qua dispositione statuti uidetur testator uoluisse se conformare substituẽdo filias in hunc casum & euentum, in quo statutum prædictum saltem ab intestato hẽt locũ per ea, quæ superius sunt allegata. Sed adhuc isto casu puto, ꝙ nõ hẽat locum substõ nam ad partem Cæsaris, qui decessit primo sine filijs, nõ possunt filiæ admitti, quia Io. Raynerius ad partem eius fuit admissus ratione substõnis reciprocæ inter eos factę. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. Nec etiam post mortem Io. Rainerij possunt venire, quia ille decessit cum filia, quæ cẽsetur in condõne posita. le. si ita quis. de test. tut. & l. si ita scriptum. in prin. de l. 2. & in ea verificatur etiam ille sermo pluralis. le. nõ est sine liberis. de verb. sig. & l. 1. C. de cõd. inser. Nec ob. allegata in cõtrarium, quia, vt est tactum per primum dominũ cõsultorem, tñ testõr proprias filias exclusit, tunc in cõdõne illa, si filij instituti decesserint sine filijs, filiæ eorum nõ intelligũtur positæ, si substitutus sit agnatus, nõ tantum ea ratione, quia filiæ testatoris magis dilectæ sint exclusæ, sed etiam quia ex instõne & substõne apparet, ꝓ intentio testatoris fuit bona in agnatione cõseruare: iõ masculi tantum censentur tunc in cõdõne positi, secũdum Pa. de Cast. in consil. 79. Casus iste frequenter contingit. & alios quamplures, quos refert & sequitur Soc. in l. cum auus. de cõd. & dem. col. 44. quę ratio cessat, quando filię testatoris sunt substitutæ. quia per illas non conseruatur agnatio. Vnde in condõne etiam neptes ex filiis non dẽnt censeri fuisse positæ in conditione, quam si quilibet alius extraneus fuisset substitutus, vt volunt prædicti Docto. & prout latius in d. cõs. continetur, ꝙ vlterius non prosequor, quia iudicio meo, termini quæstionis nostræ longè differunt a quęstione tracta per Pau. de Castr. & alios in dictis locis, & nihil habet commune cum casu nostro. Nam ipsi loquuntur, quando filiæ testatoris fuerunt exclusæ tam ab institutiõe, quã a substitutione, quo casu, quia substitutus præferebatur filiabus ipsius testatoris magis dilectis, uidebatur, ꝙ esset multo magis præferendus neptibus testatoris ex filiis institutis & grauatis, si decesserint sine filiis, & sic, ꝙ in conditione solum masculi intelligerentur positi. Sed in casu nostro simpliciter filiæ testatoris a successione non fuerunt exclusæ, quia ex substitutione sunt uocatæ, si filii masculi decesserint sine filiis, & sic filiæ substitutæ contendunt cum nepte ex filio grauato, tanquam illa non dicatur in conditione posita, quòd est falsum & contra tex. in d. l. cum auus. ubi pro neptis ex nepote testatoris instituto & grauato tacite intelligitur posita in conditione ad exclusionem filii testatoris substituti. Ergo multo magis in casu nostro neptis ex filio dicitur posita in cõditione illa expressa, si decesserit sine filiis, sub qua filiæ fuerunt a patre substitutę. Et est ratio utroque casu, quia cum testator nepotẽ, uel filiũ grauatũ ꝓtulerit alteri filio, uel filiæ eãdẽ charitatẽ, q̃ habuit testõr erga institutũ & grauatũ, ꝓsumĩt ẽt habuisse erga oẽm eius posteritatẽ, & illã uoluisse ꝓferri, ẽm Bal. ĩ l. cũ acutissimi. C. de fideic. Et ex hoc colligitur, ꝙ in eo, in quo filius grauatus fuit institutus, neptis ex illo fuit magis dilecta, q̃ alius filius, uel filia substituta. Et si forte dicatur, ꝙ ĩ casu. d. l. cũ auus habuerat substitutus ex ĩstõne partẽ debitã de cõi, q̃a fuit ęqualiter ĩstitutus cũ nepote ex fratre ꝓmortuo, & ex substõne fuerat uocatus ad partẽ cohæredis, in qua merito filia grauati, cẽsetur magis dilecta, quia de iure erat sibi magis debita, quã substituto. Sed in casu nostro filiæ fuerunt exclusæ ex institutione, & ex substitutione vocatæ ad partem illis debitam de iure communi, ideo quantum ad illam partem præsumendum est, ꝙ testator filias tanquã magis dilectas voluerit nepti ex filio grauato preferre. Ad istud respondetur, ꝙ immo. d. l. cum auus. haberet locum, ẽt si grauatus fuisset institutus in totum, sicut fuit in casu nostro; quia adhuc militat prædicta rõ, videlicet, ꝙ cũ institutum in totum prætulerit alteri filio substituto, præsumitur eandem charitatem habuisse ad posteritatem ipsius grauati. Et istud etiam præsupponit Bal. & Sal. in d. l. cum acutissimi. vbi per prædictam rationem dicunt, ꝙ si testator instituat filium, & grauet illum restituere alteri filio, ꝙ subintelligitur cõditio, si decesserit sine filiis masculis & fœminis. Quia ergo Bal. loquitur indistinctè, non solum vult illud, quod dixi, esse verũ, quando grauatus est institutus pro parte tantum, vt in casu. d. l. cum
9 auus Sed etiam, † qñ fuit institutus in totum, & qui casus non põnitur in d. l. & ideo Pau. de Cast. & alii Moder. qui dicunt in d. l. cum acutissimi. & in d. l. cum auus. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de institu. & substitu. ꝙ d. Bal. non habet dubium, quia deciditur expresse in d. l. cum auus. quam Bald. non al-

legat,non aduertunt, ꝙ Bal.loquitur indistincte, & sic etiam quando filius grauatus fuit in totum institutus,qui casus,ut di xi,non est decisus in d.l.cum auus,nec alibi. Et istud ẽt præsupponit,Soc.esse verum.in d.l.cum auus.col.20.vers.ex quib.infero &c.q̃ñ filius in totum institutus fuit grauatus fratri suo restituere totum,sicut in casu nostro quãuis tentet dicere,& p̃cisè non affirmet,ꝙ si substitutus vocaretur solũ ad partẽ sibi ab intestato deditã,& a qua fuit in institutione exclusus, ꝙ isto casu non intelligatur illa tacita conditio, de qua ibi, quod nullo modo puto verũ,quia cũ in illa parte prætulerit semel filiũ institutũ,& facta fuerit eius patrimoniũ. l. sed si plures.§. si filio. de vulg.& pup.est præsumendũ,ꝙ in illa habuerit eandem charitatem ad oẽm posteritatem filii instituti & grauati,quam habuit ad filium institutum,vt dicit Bal. Ex cuius verbis generalibus,& ex quã rõne ꝑ eum reddita,apparet, ꝙ ẽt isto vltimo casu vult dictam conditionem subaudiri.Non ob.vltima rõ in cõtrarium allegata,videlicet, ꝙ si filiæ deficientibus masculis sint
10 a statuto vocatæ;& ꝙ testator † voluerit se cũ statuto conformare,ex quo in hunc euentum filiæ sunt substitutæ;quia immo testator recessit a prouisione statuti, quod primo apparet ex eo,ꝙ nedum substituit filias, sed etiam filios filiarum præmortuarum,& qui filii filiarum,ẽt non nati, vel concepti tp̃e mortis testatoris,poterant admitti;cum sint vocati sub conditione, & in quendã incertũ euentũ futurum,secundũ Io. An. in addi. Spe.in rub.de test.in vers.item Lambertinus de Ramponib.&c. & Alex.in consi.22.& 26.in vlt.col.3.vol.& Soc.in l. si cognatis.de reb.dub.& tñ filii filiarum præmortuarum non concepti tp̃e mortis testatoris ab intestato succedere non potuissent masculis deficientibus,f̃m Bar.in l.fi.ad Tert.& Imo.in l.ei qui soluendo.de hær.inst.& Alex.in d.l.2.C.de libe.præter. & Are.in d.l.si quis posthumos.§.si filium. Immo ẽt si fuissent concepti tempore mortis testatoris,adhuc secundum Bal. in l. si quis filium.C.de inoffi.test. admitti non possent.& Imo. in d.l.ei qui soluendo.& Alex.in d.l.2.Quia igitur filii filiarũ præmortuarũ vocantur ex substõne simul cũ aliis filiabus; quo ad illos nõ dr̃ testator se conformasse cũ dispositione statuti;& ꝑ consequens illa condõ,si filii instituti decesserint sine filiis,nõ debet restringi ad masculos respectu & fauore eorũ; quia cõtraria rõ cessat quo ad eos.Ergo idẽ dicendũ est quo ad filias,quia p̃dicta conditio respiciens plura determinabilia debet ea pariter determinare.l.iam hoc iure.de vulg.& pup.nec debet censeri diuerso iure,l.eũ qui ædes.de vsucap. aliàs sequeretur, ꝙ ꝑ neptẽ ex filio excluderetur nepos ex filia præmortua, ꝙ non posset concurrere cũ aliis filiabus superstitibus, ꝙ est expresse contra mentẽ testõris,qui voluit, ꝙ adueniente dicto casu simul admitterentur. Non est ergo dispõ statuti in consideratione , a qua testõr recessit.l.fi.C.de pact.conuen.& no. in l.si cum dotẽ. in princ.
11 sol.mat.Quod ẽt procedit,& habet locũ,quãuis † prouisio testatoris in hunc casum non habuerit effectum; quia nepos ex filia præmortua non reperitur cum aliis concurrere, secundũ Imo.& Alex.in l.si mater.§.j.de vulg.& pup.& in l.apud Iulianum.§ idem Iulia.ad Treb.vbi dicunt,ꝙ per dationẽ substituti vulgaris,vel cohæredis extranei tollitur suitas, quãuis substõ, vel cohæredis datio locũ non habuerit, quia ex quo per prouisionem hominis semel fuit recessum a prouisione legis, ab ea remanet recessum.Et idem voluit etiam Bal.secundum Alex.in l.quidam eulogio.C.de iure delibe.Secundò constat ex alio, ꝙ recessit testator a prouisione statuti. nam masculis deficientibus filiæ ab intestato potuissent succedere in virilem, & per fideicommissum uocantur ad totum, & sic etiam ad partem masculorum.Nec obst. quod ista neptis possit retinere legitimam & Trebellianicam ex persona patris & patrui,& quæ Trebellianica in hac vltima substitutione non reperitur expresse prohibita,vt est necesse,ut in authen.de hæredib.& Falcid.§.si vero expressim.& sic quod filiæ mediante hac retentione, quæ ascendit ad dimidiam totius hæreditatis testatoris, minus capiant,
12 quam habuissent ab intestato, quia † immo plus capiuntur; quoniam licet quando masculi succedunt in totum,exclusis fœminis in perpetuum ex forma statuti,soleat esse contentio inter doctores, utrum filiæ in legitima faciant partem masculis, & sic dubitetur,an legitima filiorum,si non sint ultra quatuor, sit tertia totius perinde, ac si fœminę non essent in rerum natura.iuxta authen.nouissima.C. de inoffic. testam. de quo per Bald.Ange.& Fulg.in l.Papinianus.§.vnde si quis.ff.de inoffic. testam.& Angel.& Imol.& Are.in l.planẽ.§.si duobus. de leg.1. & ꝑ Cuma.in l.hm̃oi.§.si Titio.co.ti.cum concord. In casu tñ nostro, in quo filiæ non excluduntur perpetuo, sed vsq; quo superuixerint masculi,filiæ faciunt partẽ filijs in legitima,quæ venit retinenda,postquã oẽs decesserunt,quia hoc tẽpus,quo uenit detrahenda,contra filias dẽt esse in consideratione in taxatione lĩæ,ex quo non sunt ab intestato exclusæ,vel saltẽ adueniẽte isto casu lĩa filiorum ex post minuitur,sicut ãt uniuersalis eorũ successio diminutionẽ patitur, & per p̃ñs legitima, & Trebellianica ẽ dimidia eius, ꝙ habituri fuissent masculi ab intestato de iure cõi,& altera dimidia iure fideicommissi trãsiret ad filias.Et sic plus consequuntur ex fideicõmisso, quã habuissent ab intestato.Et consequenter nõ dicitur testõr se conformare cum dispõne statuti, sed ab illo recessisse, & ꝑꝑ hoc nõ est in cõsideratione.Nã præsumitur ẽt,ꝙ quis uoluerit se cõformare cum dispõne iuris cõis,ut no.declarat Bar.in l.uxorẽ.§.testõ.de leg.3.& Doc.in l.Caius,so.ma:Et probatur in l.quæro.§. inter locatorem.ff.locat. & tñ q̃ñ unum ex filijs instituit in solidum,& illum grauat restituere post mortem alteri filio, non videtur se conformare cum dispõne legis,f̃m quã substitutus ab intestato succedebat patri,quia si sic esset,non intelligeretur uocatus sub tacita conditione, si grauatus decesserit sine filijs.ꝙ tamen est falsum,vt fuit superius probatũ. Et ratione, quia testator recessit a prouisione legis tam in institutione,per q̃ grauatus fuit in solidum vocatus,quã in substitutione, per quã substitutus ẽt uocatur ad totum.Sed in casu Bar.in d.l.hęredes mei.§.cum ita.& aliorũ,qui allegantur in cõtrarium, fit in dubio interpretatio,ꝙ uoluerit testator disponere, f̃m qđ disponit statutum,quia non reperiebatur, ꝙ a prouisione statuti recesserit,& prout recessit in casu nostro quoad personas & quo ad bona,ut apparet per prædicta. Ac etiam dici potest, quòd decisio Modernorum Perusinorum,de qua in d.§. cum autem.qui sequuntur do.Io. Petrucium,in d.l.cum acutissimi. non sit uera, ut per plura concludit,& probat Socin. qui contrarium tenet in consi. 172. & in dict. §. cum ita,in penulti. & ultim.colum. Et ex dictis per eum in locis prædictis colligitur alia responsio ad not.per Bar.in d.§.cum ita.uidelicet,quod dictum eius procedit quo ad personas in dispositione positas, sed non quoad eas,quæ ponuntur in conditione, quia illa faciunt condõnem deficere, etiam si non succedant,& succedere non possint.l.filiusfamiliàs.§.cum quis.de l.1.& ideo quamuis filiæ in defectum masculorum exclusissent neptem pro uirili portione,tamen non minus eius superexistentia,dẽt excluderi filiam etiam, licet illa ab intestato nõ posset succedere.Sed q̃ñ personæ sunt in dispositione,superexistentia unius substitutũ non excludit, nisi illa succedat,secundum Nico.de Neapoli, Bal.& alios in l.pe. C.de impub.& aliis subst. quo casu loquitur Bar.in d.§.cum ita. Non ob.etiam dum dicebatur, ꝙ filiæ non dẽt esse detioris condõnis,sed melioris, quando habent voluntatem patris expressam,quam essent, si haberent uoluntatem tacitam.quia negatur,ꝙ habeant uoluntatem expressã, uel tacitam superexistente nepte ex filio præmortuo, quia fuit posita in illa condõne,si filii decesserint sine filiis, sub qua uocantur filię,quæ in defectum dictæ condõnis a patre fuerũt exclusæ. Et similiter non ob.ꝙ condõ prædicta, si decesserit sine filiis,apposita in prima substõne restringantur ad masculos per no.per Pa.de Cast.in d.consi.79.quia hoc etiam concesso, licet non sit sine dubio,dicitur,ꝙ in casu illo est diuersa ratio, quoniam filiæ testatoris fuerunt exclusæ propter substitutũ, ideo multo magis uidetur testator illum pręferre nepti ex filio præmortuo minus dilectæ.l.si uiua matre.C. de bonis mater. & l.Publius.§.fi.de cond.& demon.Et quia substituendo masculum uidetur ad agnationem habuisse respectum, secũdum Docto.in locis superius allegatis,quæ rationes cessant in casu nostro, in quo filiæ fuerunt substitutæ. Et sic quælibet præsumptio præallegata cessat contra neptem. Et ꝙ primus substitutus fuerit magis dilectus,quam filiæ secundo loco substitutæ, apparet ex alio,quia in prima substõne prohibuit testator detractionem Trebellianicæ,qđ nõ fecit in secunda,de qua agitur.Et propterea concludendũ uidetur,ꝙ dictæ filiæ ex prædicta substõne non admittantur.Quo uero ad aliud,de quo quæritur,uidelicet,†vtrũ uxor testõris possit petere alimẽta p̃terita

ta & futura. Breuiter puto absque dubio, quod sic per textum, ubi est casus, in l. libertis, quos. §. j. de alimentis, & cibariis l. ubi habetur, quod alimenta præterita & futura in testō relicta peti pñt iure actionis. Et ibi Bar. declarat, an præterita alimenta, uel eorum æstimatio dēat peti, quod est ēt verū, quāuis alimenta in domo testōris intelligerentur relicta, p illa verba, vna cū filij suis infrascriptis & hæredib. &c. ex quo ī domo nō potuit uxor cōmode pmanere, & ex qua fuit expulsa p filiū eiusdē testōris, qa p eā nō stetit. l. si qs ita. & l. illis libertis. de cōd. & dem. l. Mænia. §. fi. de annuis l. & l. Caio. §. Imperator. de alimentis & cib. l. vbi idē dicitur, qñ ex alia iusta, & rōnabili cā nō posset uxor cum filiis morari, & ubi etiam dicitur, quod legatum alimentorū est perpetuum, & quòd durat post mortem filiorum. Et idem probatur in d. l. illis libertis. & in l. 1. C. de legatis. Et qa, ut dixi, prout illis datur actio psonalis ex testō d. l. libertis. §. 1. certum est, quod ēt cū illa cōpetit hypothecaria ꝯ bona defuncti. l. 1. & 2. C. cōia de lega. & p oēs in l. 1. de l. 1. Et ita cōcludo. Laus Deo.

¶ Pater an excludat filiam a successione fratris, etiam quo ad bona materna, si transiuerit ad secunda uota, stante statuto quod fratres etiam ex uno latere & patrui excludant sorores a successione fratris, nulla de patre facta mentione.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu sumitur in statutis, ubi in sensu directo nihil operarentur.*
2 *Soror defuncto utrinque coniuncta ex persona patris in medio existentia excludit fratrem ex uno latere tantum, licet statutū sororibus præferat fratres, nullo disposito de patre.*
Ex persona alterius quid consequor, quod ex persona mea consequi non possem.
3 *Pater priuatur proprietate bonorum maternorum per transitū ad secunda uota, ideo portio, quæ ad eum peruenit per mortem unius filij est in proprietate aliorum.*
4 *Pater in successione filij excludit sorores, licet statutum de patre nihil disponat ad exclusionem sororum, sed de fratribus etiam ex parte patris tantum, & de patruis, ne sequatur absurdum, ut magis dilectus, &c. quod euitandum est. nu. 7. & nu. 9.*
5 *Conditio apposita in statuto quando disponat.*
6 *Fratris appellatione uenit frater ex parte patris, etiam in statutis.*
8 *Extensio in statutis ex identitate rationis admittitur de casu ad casum, ut euitetur absurdum, non ita de persona ad personam.*
9 *Idem de persona ad personam ex maioritate rationis, & ut euitetur absurdum.*
Statutum præferens patruum magnum matri, extenditur ad auum paternū, ita & statutum præferens patruum sorori, extenditur ad patrem.
10 *Pater transiens ad secunda uota, quando non teneatur conseruare in parte ex bonis filij obuenta dotem maternam alijs filijs, uel filiabus, sed pleno iure efficiatur dominus.*
11 *Extensio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus.*
12 *Pater sicuti non priuatur bonis maternis per transitum ad secunda uota per existentiam fratris ingrati defuncti, ita non debet priuari, quando excluditur soror per supexexistentiā patris ex dispositione statuti a fratris successione.*
13 *Statutum non recipit declarationem a iure communi irregulari, secus si ex regulare.*
14 *Geminata prohibitio multum operatur.*

CONSILIVM XXXVII.

PRO decisione eius, de quo quærit, est primo uidendum, utrum Camilla & Alexādra fuerint exclusę a successione matris p supercxistentiam Ioānis fratris earū utrinq; cōiuncti. Et est, cōclusiuè loquendo, qđ n, quod sic. Quia statutū disponit, quod qlibet mulier, & eius descendentes possint ab intestato succedere matri suæ præmortuę, & cuilibet alteri mulieri ascendenti pręmortuæ, si non extarēt filius, vel filij, uel alij masculi descēdentes ex eo, uel ex eis, &c. Ergo a cōtrario sensu dictæ fœminæ excluduntur, si superstit filius masculus. quod argm̄ hoc casu in statu-
1 to prædicto sumi dēt, qa aliàs inꝯ sensu directo nihil operaretur, contra l. si qñ. in prin. de leg. j. & c. si Papa. de priuil. in 6. Et ita in terminis propriè per rationem pdictā concludit Pau. de Cast. in l. quidā testamento. §. mulier. lo. ma. & in cons. 334. Pns casus &c. & in l. conuenticulā. C. de epis. & cler. vbi Bal. idē tenet p l. inter socerū. §. cum inter. de pact. dot. & refert Dy. & Cy. ita consuluisse. Et idem tenet ēt Pau. de Cas. & Ale. in l. 1. de offi. eius &c. & in l. si cum dotem. in prin. & ibi etiam per Imo. solu. matr. quamuis aliàs regulariter ex statuto nō sumat argumentum a contrario sensu ad correctionē iuris cōis, ſm doct. in dictis locis. Et quia d. Ioan. deinde decessit superstitib. dictis sororib. patre, & fratre consanguineo, videndum est secundo, quis succedat ei. Et clarū est de iure cōi, quod succeditur pater una cū sororib. d. Io. excluso dicto fratre coniuncto ex parte patris tm̄, per tex. in auth. de hær. ab intest. §. pns, & §. seq. & in auth. defuncto. C. ad Tertul. Sed dubium oritur pp statutū, quo cauetur, quod nulla mulier succedere possit alicui fratri dictæ mulie-
2 ris ab intestato, si † ex dicto eius fratre extarent filius, vel filij, filia, vel filiæ, nepos, vel nepotes ex eis, frater, aut fratres, filius, aut filij, masculus, aut masculi ex dicto fratre, vel fratribus, vel patruus, qui fratres, vel filij, siue nepotes, vel patruus sint ex legitimo matrimonio nati &c. Quia igitur cum fratre & sororibus isto casu concurrit etiam pater Ioānis, tempore delatæ successionis, & de quo patre in dicto statuto non fit mentio, videt, quod ille excludat fratrem cōsanguineum. d. auth. defuncto. & quod sororibus Ioannis remouerit obstaculum fratris, & sic ipsæ admittantur cum patre sicut de iure cōi debuissent succedere, per text. in l. 2. §. si sit. consanguinea. ad Tert. vbi videtur casus. Et probatur ēt in §. si sit agnatus. ead. l. & per dicta iura ēt in terminis dicti statuti sic concludit Bar. in l. 1. §. pen. de bo. poss. contratab. & Bal. ī l. si quis filiū. in fi. C. de inoff. test. & Pet. de Anc. in c. canonū statuta, versus fi. versi. inter consilia q̄ habeo, & ita consuluit collegium Perusinum, cuius consilium est inter consilia Ang. nu. 210. incip. Statutū supradictū. Et hoc ēt tenet Ale. in l. illam. C. de colla. ubi refert ita fuisse consultū per Ioan. de Imo. & idē tenet Bal. in simili. q. in l. quicunque. C. de ser. fug. & qa pater d. Ioannis transiuerat ante mortē Ioānis ad secūda uo-
3 ta, videtur, † quod apud eum vsusfructus tertię partis tm̄ remanserit, & quod proprietas bonorum maternorum, qua fuit priuatus, dictis sororibus acquisita fuerit, per auth. ex testamento. cum ibi no. per Doct. C. de secun. nu. & in auth. de nup. §. hinc nos. & quamuis illa loquantur in matre transeunte ad secunda uota, idem tamen est in patre, secundum glo. Bar. & Doc. communiter in l. fœminæ. eo. tit. Nec dici potest, quod sorores a proprietate excludantur per superexistentiā fratris, quia, ut dixi, frater sorores excludere potuisset, si cum illis tātum concurrisset, sed quia pater est in medio pp patrem, non potest frater succedere Ioanni, nec sorores excludere. d. §. si sit consanguinea. Et quamuis patruus excludat sorores ex forma statuti, non tamen sequitur, quod excludantur a patre, quia ex quo de illo non loquitur statutum, non dēt, cum sit contraria ius, ad patrem etiam ex maioritate rationis, extendi. l. si uero. §. de uiro. sol. ma. & argu. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & l. sancimus. in fin. C. de testa. & ubi etiam soror defuncti excluderetur a patre, adhuc tamen ad illam spectaret proprietas in totum bonorum maternorum repertorum in hæreditate Ioannis, ut in istis terminis proprie cōcludit Sal. in d. l. fœminę. §. illud, qui etiam dicit ita fuisse consultum. Et quamuis loquatur, quando pater secundo nupsit post mortem filij, & in casu nostro ante nihilo minus quantū ad effectum, de quo agitur, non fit differentia inter unum casū & alterum, d. auth. ex testō. & d. §. hinc nos. Nec ēt dici pōt, quod pater per transitum ad secunda uota factus sit insuccessibilis, & per cōsequens, quod non excludat fratrem quasi, quod paria sunt, illū non extare, uel extare, & non succedere. §. sed nostra. ins. de suc. ces. liber. & not. per Bart. in l. j. §. pen. de bo. poss. contrab. dum loquitur de fratre ordinis Minorū, & prout p pdicta vñr qdā voluisse, quia illud posset esse uerum, si pater factus eēt oino incapax successionis, prout etiā hoc casu in terminis nostris psupponit Oldra. in consi. 178. Circa primum punctum, &c. & probatur expresse in d. §. si sit consanguinea. ubi dicitur, quod si soror consanguinea, cuius beneficio mater nō excluditur a patre nolit succedere, quod tunc mater nō succedit, quia pr̄ non excluditur. Ergo idem si non potest. l. j. §. usus. de procur. Sed pater per transitum ad secunda uota non excluditur a successione, nec illius

illius fit incapax et in parte, immo in totum succedere pōt in iure vniuersali, & solus in illo succedit. Et licet priuetur proprietate bonorum maternorū, non tñ priuari successione, nec ab ea excludi, & in qua pñt esse bona aliunde quæsita, in quib. hodie post transitum ad secunda vota, succedit, et ab intestato pleno iure. auth. ex testō. C. de sec. nup. & est de mente Doc. in d. l. mater. C. ad Ter. vt ibi declarant mod. Perusini, quicquid ibi dixerit Pa. de Cast. & a qua successione vniuersali proprietas dictorū bonorū maternorum differt, licet in ea essent bona. l. 1. C. de euict. Nec ex eo, ꝙ dicta proprietas separet ab hæreditate filij, dr̄ dicta hæreditas diminuta in substantia, sed solum in valore, prout declarat Pau. de Ca. in consi. Defertur ergo hæreditas filij patri, qui transiuit ad secunda vota, & non fratri cōsanguineo. d. auth. defuncto. Et cōsequēter nō pōt frater succedere, & tanto magis hoc est verum, tenēdo, ꝙ pater dicta proprietate nō excludatur ab initio, & ꝙ ex aditione illi acquiratur, & ꝙ post acquisitionem priuetur, prout tenet Maria. Soc. in cōsi. 32. & Are. in cōsi. 72. quia ex quo pater semel fuit in totum admissus, frater cōsanguineus remansit exclusus, iō perpetuo dēt exclusus remanere, etiam si deinde pr̄ priuetur nedum ꝓprietate prædicta, sed etiam hæreditate, ꝑ no. ꝑ Bal. in c. j. §. cum esset. in ti. episco. uel abb. vbi vult, ꝙ substitutus, qui fuit exclusus ꝑ superexistētiam filij positi in cōdōne, remanet exclusus perpetuo, licet filius ille non vixerit nisi momento. Et idem dicit de filia semel exclusa ex forma statuti, vt perpetuo remaneat exclusa, quamuis masculus desierit extare. Et idem tenet Bal. in l. quibus, & in auth. sed & si quis. C. de secū. nup. Sed istis non obstantibus arbitror, ꝙ sorores Ioānis in totum fuerint exclusæ à successione fratris, & ꝙ illi solus pater in totum

4 successerit. Nam, vt† tactum est, patruus excludit sorores a successione fratris, & frater ex parte patris tm̄, vt statim dicetur, & cui ꝓfertur pater defuncti de iure communi. d. auth. defuncto. C. ad Ter. Absurdum ergo esset, ꝙ agnatus remotior illas excluderet, & ꝙ pater agnatus proximior excluderetur ab eis, quia minus dilectus nō dēt esse melioris condōnis, quam magis dilectus l. Publius. §. fi. de cōd. & dem. & l. si uiua matre. C. de bonis mater. Ne ergo dictū absurdum sequatur sed ut illud euitetur, a proprietate verborum receditur, ut ꝓbatur ex no. per Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. & in l. quidā relegatus. §. fi. de reb. dub. vbi ponuntur exempla per eum. Et idem et vult Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. in alio casu simili. Et idem etiam probatur ex no. per Pa. de Cast. in cōsi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. & per Raph. in l. 1. C. de cond. inser. & late per Soc. in l. cum auus. de cond. dem. col. 44. versi. tertio quęritur, &c. & faciunt no. per glo. in l. si mater §. 1. de vul. & pup. secundum ꝙ eam subtiliter saluat Bar. ibi. Si ergo reperitur a proprietate verborum pro dicto absurdo euitando, ut traditur per diuersa exempla in dictis locis, multo magis verba dēnt capi proprie, quando ex hoc dictum absurdum tollitur & remouetur, quod sequi posset, si a proprietate uerborum recederetur. In proposito igitur statutum excludit sorores a successione fratris uerba condōnalia, s. si extet frater, uel patruus. Et quæ dictio, si proprie facit condōnem. l. qui promisit. & ibi no. de condict. indebi. & plene per Bar. in l. 1. de condi. & dem. & ꝙ† etiam condō ex sui propria natura non dispo-

5 nit, & nihil ponit esse. l. si quis sub condōne. de cond. instit. Et quamuis Bar. in l. 2. §. uidendum. ad Ter. per rationes, quas ibi allegat, uideatur uelle, ꝙ in casu huius statuti, uel similis uerba conditionalia disponant, & ꝙ masculi in conditione positi ad exclusionem fœminarum dicantur uocati, nihilo minus hoc non est ex proprietate uerborum, sed potius ex impropria & larga significatione. d. leg. si quis sub cōditione. & quæ capi potest, quando illi mens conuenit, & intentio ipsius statuti, ut in casu Bart. Sed quia in casu nostro si dicta uerba conditionalia solum disponerent, sequeretur dictum absurdū, quod patruus minus dilectus excluderet sorores, & non pater defuncti magis dilectus, & in quo militat maior ratio excludendi, & potest dictum absurdum euitari, si dicta uerba stent etiam conditionaliter secundum eorum propriam naturam, ergo dēt sumi dicta interpretatio pro euitando dicto absurdo. Et propterea dicendum est, ꝙ ubi pater non est in medio, sed frater, uel patruus concurrit solum cum sororibus defuncti ad eius successionem, ꝙ uerba condōnalia disponant, & sic quod sorores ex-cludantur, & quòd prædicti includantur, vt dicit Barto. in dicto §. videndum. Sed quādo cum prædictis etiam cōcurrit pater, vt in casu nostro, tunc dicta verba importāt simplicē, & purā conditionem, sicut sonant. Nec enim inconuenit, ꝙ aliter & aliter capiantur subsistente legitima causa, per no. in l. 2. de offi. ꝓcu. & sic ꝙ dicta verba disponant, quando agitur & agi pōt de cōmodo personæ positæ in conditione, & ꝙ faciant cōditionem ad commodum patris. Et ex hoc sequitur, quòd superexistentia fratris, uel patrui, qui succedere non pōt propter patrem, a quo excluditur, d. §. sit consanguinea. & dicto §. si sit agnatus. adimpletur, & purificatur conditio, sub qua sorores excluduntur a statuto, quod illas prohibet succedere, si extabit frater, vel patruus, ut dixi. Et quæ conditio impletur per superexistētiam fratris nedum utrinque coniuncti, sed etiam ex parte patris tā-

6 tum, qui† est frater proprie sicut alius, l. Iurisconsultus. §. secundo gradu. de gradib. l. fratris. & l. fratres. C. de inoffi. testamen. iuncta gl. quæ exponitur de consanguineo. Et istud in statuto loquente de fratre uult etiam Pau. de Cas. in consi. 348. In puncto quæritur, &c. in 1. col. Et probatur ex not. per Bald. in l. iubemus, in fi. C. ad Treb. & in l. si vxor. C. qui accu. & in l. si. C. de inof. testam. cum concord. de quibus per Alexand. in l. si dotali. solu. mat. & in leg. j. C. de success. edict. Nam dubitant Doct. in dictis locis, utrum statutum intelligatur de fratre patruele, de quo non esset dubitandum, si non haberet locum in fratre consanguineo, & ex parte patris tantum. Et etiam dicta conditio, in qua frater & patruus per statutum est positus, purificatur per superexistentiam fratris, uel patrui, quamuis succedere non possit, quia pro implemento dictæ conditionis sufficit sola superexistentia prædictorum, ex quo non sunt penitus incapaces. l. filiusfamilias. §. cum quis. & ibi per Bart. de leg. & per eum in d. l. j. §. pen. de bon. poss. contra tab. uersi. quinto q̄ro, &c. & not. in l. ex facto. §. penul. Treb. Si ergo sorores excluduntur ex implemento dictę conditionis, soli patri hæreditas defertur, & succedit in totum mediante prouisione statuti, & immediate illi soli defertur per legem successio filii in totum, ex quo sorores sunt exclusæ, quę habentur pro mortuis, secundum Bar. in l. 1. §. sciendum de suis & legi. & sic patet, quod dicto casu cessat dictum absurdum, quia pater non est deterioris sed melioris condōnis, quam frater, uel patruus, quia illis prefertur, nec cum illo sorores concurrunt, sicut concurrerent de iure communi. d. auth. defuncto. Et si dicatur, ꝙ adhuc durat absurdum prædictū, si nō extet frater, uel patruus, aut alius in condōne positus per statutum, & pater solus concurrat cū sororibus, quia ipse non excludet sorores, cum de patre non loquatur statutū, ut est dictum. Nec etiam ex implemento condōnis poterunt excludi, quia non extat aliqua ex personis in cōdōne positis a statuto. Et tñ frater, uel patruus, si solus cōcurrat cū sororib. eas excludit, & sic patruus remotior ī hoc casu reperit

7 melioris cōdōnis, quā pater. Ad istud tñ r̄ndetur † ꝙ immo et isto casu, videlicet quo pater solus cōcurrit cū sororib. excludet illas in totū, sicut quilibet prędictorū, qa ad patrē isto casu statutum extēditur actiuè, & dēt extēdi ex tacita mēte statuti. Nā ex quo mediante dicto statuto sorores in totū excluduntur in fauorē patris ꝑ supexistētiā patrui, per quā adimpletur cōdō, sub qua sorores a statuto sunt exclusę, vt dixi, eadem ratione qua statutum exclusit dictas sorores dicto casu in fauorem patris, eadē rōne præsumendū est, ꝙ voluerit patrē præferre sororib. alio casu, s. quo solus pater cū eis cōcurrit, quia non subest rō, quare magis uno casu, quā in alio dēat præferri, sed militat et tunc fauor agnationis, quā statutum cōsiderauit, & quia et tūc absurdum prædictū hēret locum. Et ista probātur ex no. ꝑ Bar. in l. 2. in prin. de vul. & pu. ver. vlterius quæro, quid de pupupillari parti tacita, &c. vbi quærit, an pupillari expressa vno casu, puta si filius hæres erit, & in pupillari ætate decesserit admittatur cōtra matrē in casu tacito, videlicet si pupillus non sit hr̄s, & decedat ī pupillari ætate. Et determinat, ꝙ sic. Quia qua rōne testō vno casu exclusit matrem fauore substituti, eadem rōne videtur eā voluisse alio casu excludere, quæ rō pūctualiter hēt locū in casu nostro. Nec tūc dicitur extēdi statutū đ ꝑsona ad ꝑsonā, sed đ casu ad casū, qa, vt dictū ē, mediante statu-

8 to pater extāte frē, vł patruo excludit sorores ī totum, iō† de isto casu, ī quo pater admittit, fit extēsio de eadē persona patris ad aliū casū, ꝙ est ꝓmissū ex identitate rationis, & dicti absurdi

di euitandi.l.scire.§.aliud.de excu.tut.& l.aliud.§.absurdum.de re.iur.& no.ad propositum Alex.in d.l.sed si hac.§. liberos. de in ius uoc.& econtra,vt euitetur absurdum,verba restringuntur.l.furti.§.pactus.de his qui no.infa.& ibi no.Bar.Licet secus dici posset,vbi pater nullo casu per statutum præferretur,quia tūc ageretur de extēsiōe faciēda de persona ad psonā, q̃ difficilius cōceditur quā de casu ad casū, vt plenè declarat Imo.in l.si verò.§.de viro.so.ma.Et sic interpretādo & declarando statutū hoc modo nullū sequitur absurdū,quia nullo casu remotior inuenitur melioris cōdōnis,quā pater.Et propterea ita dēt interpretari ēt ex mente tacita ipsius statuti,per no.per Bar.& Doc. in d.§.ēt si parente.cū concor.superius all.Sed ēt† dato q̄ oīno cessaret & locum nō haberet dicta interpretatio,adhuc tamen statutū,per q̄ sorores excluduntur a patruo, extenderetur ad patrē,& sic locum haberet extēsio de persona ad personam ex maioritate rōnis,quia,vt dictū est,cum pater sit proximior, & agnatus,subest in eo maior rō, ex quo statutum habuit respectum ad cōseruationē agnationis,f̄m Cy. in l.1.de adul.& Ioā. And.in addi. Spe. in rub.de succes. ab intest. & ne sequatur dictum absurdum, qđ remotior agnatus excludat,& sit melioris conditionis,quā proximior.Et ēt quia si pater, & patruus solū cōcurrāt ad successionē,pater vinceret paternum,ergo dēt etiā vincere sororem defuncti,quā patruus excludit. Quia si vinco vincentem te,multo magis vinco te. l. de accessionib.de diuer. & temp.præscri.Et quia patruus excludit sorores propter cōiūctionē,quā hēt cū patre defuncti.Si ergo pater est cā, q̄ frater suus excludat ad vtilitatē ipsius fratris, multo magis ipse pater dēt excludere pro se,& ad sui vtilitatem. auth. multo magis.C. de sacrosc.eccl.& ita in terminis p prędicta tenet Pa. de Cast.in cōs.346.Casus presens,&c.vbi vult,q̄ statutū præferēs patruū magnū matri in successione filij,extēdatur ad auū paternū,p̄p absurdū prædictū euitandū,videlicet ne sequatur,q̄ dictus patruus magnus,qui est remotior, in excludendo matrem præferatur auo proximiori agnato.Et quāuis in casu suo ascendētes essent ēt positi in cōdōne a statuto,tamē ēt vbi hoc nō eēt, idē determinat per rōnes præal.quæ ēt locū habēt isto casu.Tertiò superest videre,vtrū pater teneatur cōseruare proprietatē bonorū maternorū, quæ erāt in hæreditate filii præmortui filiab. prioris matrimonij,ex quo transiuit ad secunda vota,vel ab initio fuerit priuatus dicta proprietate.Et videtur dicendū q̄ sic, per no.per Sal.qui in terminis nostris ita propriè vr̄ determinare in d.l.fœminæ.§. illud. Et quāuis loquatur, qn̄ pater trāsiuit ad secūdas nuptias,postq̃ filio successerat,& ī casu nostro illas prius ɔ̄xerat,tn̄ qn̄ ad hūc effectū priuādi patrē dicta ,ppríetate,& maximè bonorū maternorū, hodie nō fit differentia īter vnū casū & alterū d. auth. ex testō. & in §.hinc nos.in auth. de nup.& no.oēs in d.l.mr̄.C.ad Tert.Præterea si pater teneretur seruare proprietatē filijs eiusdē matrimonij, vel ea priuaretur trāseūdo ad scđa vota,postq̃ successisset filio p̄mortuo,ut uult Sal.in d.§.illud.multo magis priuari dēt,qn̄ secūdas nuptias cōtraxit viuente adhuc filio, qa isto casu p dictū trāsitū offendit vxorē p̄mortuā,& viuētē filiū,sed alio casu vxorē solū,& nō filiū mortuū, cuius aīa ita nō cōtristatur de trāsitu ad secundas nuptias,sicut cōtristatur aīa vxoris.Et hac rōne olim erat dr̄ia inter secūdas nuptias cōtractas prius,p̄p quas trāsiēs plus grauabatur,& cōtractas post,ex quib.grauabatur minus d.l.fœminæ.iūcta d.l.mater.vbi ēt ita declaratur p Pa.de Ca.Sed tn̄ ɔ̄trariū arbitror dđm in casu nostro,& sic q̄ sorores Ioānis ī totū 10 p patrē fuerint exclusæ,& q̄† ille successerit filio pleno iure,& sic tā in ,ppríetate,quā in usufructu ēt bonorū maternorū. Et præmitto,q̄ frater cōsanguineus, & ex patris tm̄ latere exclusisset dictas sorores vtrinq; cōiunctas,quia statutū, q̄ simpl'r præfert fratrē sororib.cōprehendit ēt dictū fratrē cōsāguineū quia propriè ē frater,ut dictum,& probatū fuit superius, & nō tm̄ in quæsitis aliunde dictæ sorores fuissent exclusæ, sed ēt a bonis maternis peruētis ad fratrē defunctum,quia ex quo unita fuerūt cum eius reliquo patrimonio,nō cōsiderantur regulariter amplius ut bona matris,sed tanquā bona fratris.l. sed si plures.§.filio.de vul.& pu.Nec isto casu loquitur Pa. de Ca.in auth.itaque.C.commu.de succes.& in cōs.359.Viso statuto ciuitatis Castelli,quia loquitur eo casu,quo frater cōsanguineus excludit vterinum ex forma statuti.Sed in casu nostro agitur de exclusione sororum utrinq; cōiunctarum per fratrem consanguineum,quo casu rō Pau.de Ca.nō pōt hēre locum.Nam qa in casu suo de iure communi,si uterinus cum cōsanguineo cōcurrebat in successione fratris, ille hēbat bona materna præcipua,& iste bona paterna, & in reliquis succedant æqualiter.l. de emancipatis.C.de legi.hære.& no.gl.in d.auth.itaq;.iō voluit Pa.de Ca.q̄ statutum excludens vterinum per superexistētiam alterius,restringeretur ad aliqua bona,& q̄ nō intelligeretur exclusus vterinus a bonis maternis. Quod non contingit in casu nostro,qa de iure communi istę sorores vtrinq; cōiūctæ in totum exclusissent & simpliciter fratrem consanguineū a quibuscunque bonis,dicta auth.defuncto.C.ad Tert.Et iō si ab illo excludantur sorores per statutū absq; dubio in totum,& ab omnib.bonis excludūtur,qa cōsideratio Pa.de Ca. hic nō pōt cadere.& in casu suo sua decisio nō ,pcedit sine dubio,per ea,quæ contra eū allegantur late p Soc. in consil. 79. Circa præmissum,&c.in 4.vol.& similiter patruus ab oīb.bonis & in totum exclusisset dictas sorores Io.si cū illis solus con currisset. Si ergo p p̄dictos poterant excludi in totum & indistincte,multo magis dn̄t excludi per patrem pleno iure,quamuis transiuerit ad secūdas nuptias,quia licet de iure cōi priuet proprietate bonorum maternorum,vt dictum est,in aliis tn̄, & ēt in illis est melioris cōdōnis,& sic est magis dilectus, quā sit dictus frater consanguineus vel patruus, qm̄ retinet saltem vsumfructum in bonis maternis,& in aliis succedit pleno iure ēt si secundæ nuptiæ præcesserint,f̄m Doct.communiter,vt di xi in d.l.mater.C.ad Tertul. Sed p̄dicti excluduntur passim & indistincte de iure communi a sororib. vtrinq; coniunctis d. aut.defuncto.Ne ergo sequatur absurdū, q̄ minus dilecti sint melioris condōnis ex dispōne dicti statuti,quā sit pater magis dilectus,etiam qn̄ trāsiuit ad secūdas nuptias,dicendum est,q̄ pater etiam in bonis maternis succedat pleno iure ex mēte statuti,siue excludantur sorores,quia frater cōsanguineus, q reperitur extare,dicatur eē in cōdōne positus,& non in dispōne quo ad patrem & ad eius commodum,siue quia statutum acti ue extendatur ad patrem p rationes deductas in præcedēti casu,per quas idem dēt opari cōdō & extēsio etiam quo ad hunc 11 effectum. Nam extēsio intelligitur † fieri cū oīb.suis qualitatibus sicut prorogatio,f̄m Bar.& Doct.in l.1.§.& post operis. de operis noui nuncia.qm̄ prorogare & extendere est idem.Et ideo sicut aliæ personæ,quæ excludunt sorores, dicūtur illas excludere pleno iure a bonis maternis, ita etiam hoc mō excludūtur a patre,ad quem fit extensio. Et ubi excludantur per patrem,quia aliæ psonæ p statutū dicātur in cōdōne positæ quo ad eū,illa condō,s.si frater extet vel patruus, q refertur tā ad illos & ad eorum commodum,q̃ ad patrem & fauorē p̄ris, dēt oēs æqualiter determinare.l.iā hoc iure.de vul.& pu. & p hæc rn̄detur ad allegata in contrariū,hoc est,ad no. p Sali.in d.l.fœminæ.§.illud.quia in casu suo non concurrunt prædicta, & dictæ rationes non p̄nt locū habere.Et potest ēt dici,q̄ in casu, de loquitur,non sit vera eius decisio.Nā primo præsupponit, q̄ frater vtrinque coniunctus ex forma statuti exclusérit sororem a bonis & a successione matris, & q̄ deinde frater ille decesserit superstite patre,sororib.& fratre consanguineo,& cui pater solus successit ex forma statuti,& sorores exclusit,& qui postmodum ad secunda uota trāsiuit.Et uult, q̄ priuetur proprietate bonorum maternorū,& q̄ illa transferat ad filias prioris matrimonii,per no.ibi per Bart. & alios,quod ultimū non uidetur uerū,quia ,ppríetate priuat pater, quādo filio successit una cū filiis eiusdē matrimonii ab īteslato,& sic pro sua parte & pro sua uirili priuatur,ut dr̄ in d.§.hinc nos.ver.sed quanta.iūcta gl.at vbi pater succederet in totū ex testamēto,tūc non priuatur proprietate d.§.hinc nos.& d.auth.ex testamēto. Et eodē modo non dēt priuari,qn̄ in totū succedit ab intestato, & sorores defuncti excludit ex forma statuti,ut in casu Salice-12 ti pariter & nostro. Quod ,pbatur ratione manifesta. † Nam propter ingratos fratres,vel sorores defuncti ingratas non priuatur parens proprietate bonorum maternorum per transitū ad secunda vota,vt est tex.in §.ingratitudinem.in auth.de nuptiis.secundum vnum intellectum approbatum,& ibi etiā per Ang.& in d.§.hinc nos.& probatur in d.l.fœminæ.ibi,dummodo ex his tantum sit,quos tali successione dignissimos iudicauimus,&c.Quemadmodum ergo propter sororem,quæ excluditur a successione fratris propter ingratitudinem, non priuatur

tur pater proprietate bonorum maternorum per trãſitum ad
ſecunda uota,ita non dẽt priuari , quando ſoror excluditur a
ſucceſſione fratris per ſuperexiſtentiam patris ex diſpõne ſta-
tuti.Et ita arguit Ang.expreſſe in §.optime.in auth. de nup. di
citur.n.ibi,ꝙ maritus non poteſt plus relinquere ſecundæ cõ-
iugi,q̃ reliq̃rit uni ex filiis prioris matrimonii,cui minus relin-
quit.& ſi plus relinquit,illud plus ab ea aufertur,& inter filios
prioris matrimonii diuiditur,niſi ſint ingrati,q̃a tũc repellũtur
ab illo beneficio, ꝙ hẽnt ex facto patris ſecundo nubentis, ſi-
cut repelluntur a legitima & a debito naturæ,vt dicitur in fine
illius.§.iuncta gl.Nota ergo,dicit Ang.ſingulariter ex iſto tex.
iuncta gl.dicit ſtatutum,filia fœmina dotata patri nõ ſuccedat.
mõ pater ſecundæ uxori plus reliquit , q̃ reliquerit dictæ filiæ
dotatæ,nunquid illud plus irritetur.Hic videtur caſus ꝙ non ,
dicit Ang.quia non poterat iſta filia dotata patri ſuccedere eo
inuito,ſicut nec filius ingratus põt ſuccedere patri,patre inui-
to.Et iõ ſicut filius ingratus non irritat tale relictũ,ita nec etiã
filia dotata tale relictum irritat.Sicut ergo parificat Ang.filiam
ingratam filiæ excluſæ a ſtatuto, ad effectum vt vxor nõ priue
tur illo pluri,quo ueniebat priuãda in fauorem filiorum prio-
ris matrimonii d.§.optime.ſic & in caſu noſtro,quẽadmodum
coniunx per tranſitum ad ſecũda vota nõ priuatur proprieta-
te bonorum maternorum pp ſuperexiſtentiam fratris ingrati
d.§.ingratitudinem.& d.l.fœminæ. Ita non dẽt priuari pp ſu-
perexiſtentiam ſororis excluſæ in totum ab inteſtato a ſucceſ-
ſione fratris per ſuperexiſtentiam alterius fratris , uel patris.
Nam excluſio ſtatuti eſt quædã exhæredatio,ſm Bar.in l.j.ſciẽ
dum.de legi.hære.& Bal.in l.ſi defunctus.de ſuis & legiti.hære.
Ergo de tali ſorore excluſa iudicari dẽt prout de ingrata, quæ
ex teſtamento eſt exhæredanda,& ab inteſtato excluditur ve-
lut exhæredata ab ipſa lege d.§.ingratudinẽ.& ibi per Ang.Nec
video qũo huic rõni poſſit cõgrue rñderi. Secundo cõfirmatur
iſta opi.Nam ſororib.defuncti conceditur proprietas,qua pri
uatur pater,tanquam hæredib. & quia ſuccedunt fratri vna cũ
patre d.§.hinc nos.& ubi non poſſunt ab inteſtato ſuccedere,
ad eas non transfertur dicta proprietas d.§.ingratitudinem.u-
bi frater ingratus a tali lucro repellitur,quia ab inteſtato fratri
non ſuccedit,ut ibi probatur.& no.etiam Ang.ad hoc illũ tex.
Et ꝙ ſorori tanquam hæredi dẽatur proprietas,probatur ẽt in
d.l.fœminæ.ibi,quos tali ſucceſſione digniſſimos, &c. ꝙ uer-
bũ ſucceſſione,intelligitur de uniuerſali.l.quædã.§.1.de edẽ.
Si ergo defertur huiuſmodi proprietas ſorori tãquam hęredi,
& uniuerſali ſucceſſori,ergo ſi eſt excluſa a ſtatuto, & nõ põt
ſuccedere ab inteſtato,non dẽt ẽt admitti ad dictam proprieta
tẽ,per no.in l.ex facto.§.ſi.ad Tre.in c.1.an agna.vel fil.Vt pro
pterea ſi filius non ſit hæres,q̃a non vult excluditur etiam a le
gitima,ſm Bar.in l.quia poterat.ad Tre.& in l.gerit.de acq.hæ
re.& Cyn.& alios in l.ſi hæres inſtitutus.de ac.hęr. & idẽ ſi ex-
cludatur a ſucceſſione inteſtati per ſtatutũ,ut clare eſt de men
te Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ad ſi.de cond. & dem.
& in l.1.§.ſi pater.de cõiũgẽ.cũ eman.lib.& prout ẽt uult Bal.
& Im.in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.de liberis,& poſth. & de quo
aliàs ibi dixi tertio facit . Nã ſtatutũ generaliter & ſimpliciter
excludit ſororẽ a ſucceſſione fratris.Ergo generaliter dẽt intel
ligi,& ſic dẽt ẽt excludi a bonis maternis,& a proprietate eorũ
quãdo excluditur a patre,qui trãſiuit ad ſecũda vota.l.j.§.& ge
13 neraliter,de le.pſtã.Nec ob.ꝙ† ſtatuta recipiãt interptationẽ a
iure cõi.l.2.C.de noxa.& c.cũ dilectus,de cõſue.quia hoc ẽ ue
rũ,qñ eſt ius cõe regulare,ſecus eſt,qñ ẽ irregulare, ſm Pa. de
Ca.in l.lege.12.tabularũ.C.de legi.hær.allegat Bal.in l.memi-
nimus.eo.ti.& idẽ dicit Pa.de Ca.in l.ſi.§.in cõputatione.C.de
iure delib.Ergo nõ dẽt hoc ſtatutum recipere interptationẽ.
p d.auth.ex teſtõ.& per d.§.hinc nos. q̃a ꝙ poſtq̃ filius ſucceſ
ſit matri,illa bona adhuc cõſideretur tãq̃ bõa materna pp trã
ſitũ patris ad ſecũda uota,ut ibi hr̃,ẽ ius irregulare,ꝙ pbatur,
quia poſt quã filius ſucceſſit matri,bona matris effecta sũt pa-
trimoniũ filij,nec amplius ſunt in cõſideratione tanquã bona
materna,ſm regulas iuris.l.ſed ſi plures.§.filio.de uulg. & pu-
pil.& plene no.in l.1.§.ueteres.de acq.poſ.Et ppea dicunt Mo
derni ibi,ꝙ ſi filia ſit excluſa a ſucceſſione patris,ꝙ non prohi
betur ſuccedere fratri,etiam quo ad bona paterna, q̃ peruene
runt ad fratrem ex ſucceſſionem patris. Quarto confirmatur
iſta opinio.Nam de iure cõmuni pater , ẽt poſtquã cõtraxit ſe
cundas nuptias,ſuccedit in virili cũ ſororib. defuncti d.§. hinc
nos.& in ſua virili cõprehẽditur, ẽt ab initio proprietas bono
rum ẽt maternorũ , quãuis illa priuetur poſt ſucceſſionẽ a le-
ge,vt ibi,& prout ẽt tenet Maria.Soc.in d.conſi.32.& Aret. in
cõſi.72.Si ergo excludatur ſoror a ſucceſſione fratris per ſtatũ
tum ſuperexante patre quoad uirilem portionem , quæ defert
patri de iure cõi,ut dixi,concurrit duplex excluſio iuris.ſ.cõis,
& ſtatuti.Propter ergo talẽ duplicẽ excluſionem ſoror non de
bet pro dicta virili portione admitti ad pprietatẽ bonorũ ma-
ternorũ,ẽt ſi pater tranſiuit ad ſecundas nuptias,quãuis ad illã
14 poſſet admitti † quando ſemel eſt excluſa per ius cõe, quia du-
plex excluſio plus operatur quã vnica.§.ſanctiſſimas.in auth.de
nõ alien.vbi probatur, ꝙ duplex prohibitio alienationis,ſ.legis
& hõis operatur,ꝙ nõ poſſit fieri alienatio in illis caſib.ſpecia
lib.in quib.eſſet permiſſa, qñ prohibitio alienõnis cẽt vnica. Et
idẽ probatur in l.2. C.de uſucap.pro emp.ſecundum intellectũ
Bart.in leg.filiusfamilias. §. diui. de leg.1.de quo etiam ibi p et
alios.Et ꝙ dicta duplex prohibitio operetur talẽ effectũ,notat
ẽt gl.& Doc.in c.verũ.de cõdi.appo.& in c.licet mulieres,de iu
reiu.per Bal.in c.j.§.præterea.de.c.Cora.& dicit Ale.in l. quidã
teſtõ.§.ſi.ad Tre.ꝙ licet res ſubiecta reſtõni fideicõmiſſi poſſit
certis caſib.irreuocabiliter alienari,de quib.ĩ l.Marcellus.§. res
quæ ad Tre.& in auth.res quæ.C.cõ.nu.de lega. ſi tñ prohibi-
ta ſit alienõ expreſſe a teſtõre,nõ erit ẽt dictis caſib.alienõ per
miſſa,quia cõcurrit tũc tacita legis prohibitio d.auth.res quæ,
& expreſſa prohibitio hominis per iura præallega.Et facit, qđ
no.Bar.in l.Titia.la 2.§.ſi.de le.2.vbi vult , ꝙ uolũtas defuncti
miſta cũ uoluntate legis operetur reuocationẽ donõnis,quam
nõ operaretur ſola voluntas defuncti. Si ergo quoad virilem
portionẽ,ad q̃ pater admittitur de iure cõi nõ põt pater priua
ri,quãuis ad ſecundas nuptias trãſiuerit, dicto caſu quo ab illa
excluditur ẽt ſoror defuncti p ſtatutũ p rõnẽ prædictã, nõ dẽt
ẽt pater proprietate priuari pro reſiduo,in quo ẽt dictã ſororẽ
excluſit ex forma ſtatuti,& non de iure cõi,vt totius ſucceſſio-
nis fiat determinatio æqualis.l.iã hoc iure.de vul.& pup. & l.ſi
legatarius.in prin.de le.3.& ibi no. Bar. Et quia nõ dẽt vna ea-
demq; ſucceſſio diuerſo iure cẽſeri,quoad eadẽ bona materna.
l.eũ qui ædes.de vſuc.Et ad propoſitum no.Bar.in l.Titio cen-
tum.§.Titio genero.in 2.col.de cõd.& dem.Quintò, & ultimo
ad idẽ facit alia rõ. Nã dictus pater excludit ſororẽ defuncti a
bonis aliunde quęſitis ẽt quoad proprietatẽ,ẽt ſi prius cõtraxit
ſm matrimonium.§.hinc nos,& eſt de mẽte Doc.in l.mater.C.
ad Tert.ut ibi dñt Moderni Peruſini contra Pa.de Ca.Si ergo a
dictis bonis aliunde quęſitis,quæ pro uirilib.portionib.de iure
cõi pleno iure ptinebãt ad ſorores, illæ in totum excludũtur p
patrẽ,eadẽ rõne,& multo magis dẽnt excludi ex mẽte ſtatuti a
proprietate bonorum maternorũ, q̃ filiab.prioris matrimonij
conſeruãtur in priuilegium,& ex iure irregulari.l.eius militis.
§.militia miſſus.de teſta.milit.Et quia potẽtius ius habent filiæ
in bonis aliunde quæſitis pro virili earum portione,ad quã ſm
ius cõe admittuntur ex proprio iure,quã habeant in proprieta
te bonorum maternorum, ad quã non vocãtur ex iure pprio,
ſed ex facto patris trãſeuntis ad ſecundas nuptias , p no p Bar.
in l.ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud.in prin.de uer.obl. & in
l.illud aut illud.de optio.lega.Si igitur excluditur filia per ſtatu
tum a patre a bonis , in quibus illa habet ius potentius, mul-
to magis debet excludi a bonis,in quib.habet ius debilius.Nec
iniuria illata primæ coniugi per tranſitum ad ſecunda uota dẽt
eſſe iſto caſu in conſideratione, ex quo hoc non obſtante filiæ
prioris matrimonij excluduntur a proprietate bonorum, quæ
de iure communi ex proprio iure ad eas debebat pertinere, &
quę ſunt magis debita. Laus Deo.

¶Nepos non conceptus tempore mortis auiæ an admittatur
mortua matre,ſtante ſtatuto excludente fœminas & eorum
deſcendentes,quouſque maſculi extent,poſtea maſculis præ
dictis deficientibus.

SVMMARIVM.

1 *Nepos ex filia præmortua uiuente maſculo poſt mortẽ auiæ con
ceptus mortuo maſculo prępoſito filiæ dotatæ ex forma ſtatuti
admitti-*

admittitur, ſi in capite excluſiuo fiat mẽtio non ſolum de filia, ſed etiam de deſcendentibus, aliàs ſecus. contrarium tenet nu. 2. & nu. 3.

2 *Nepos iure tranſmiſſionis non uenit, ſi matre uiuente non fuit delata hæreditas, nec per ſucceſſorium edictum, per quod non uenit etiam hæreditate delata matri, ſi non fuit conceptus tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur.*

3 *Statutum admittens deſcendentes ex fœmina poſt mortẽ maſculorum, intelligitur de his, qui tenuerint primum locum tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur.*

4 *Proximitas in diſpoſitione ſtatuti, uel quando fit teſtamentum quomodo accipiatur.*

Nepos ſicut ſe habet ad filium in ſucceſſionibus de iure communi, ita filia ad filium ex forma ſtatuti.

5 *Statutum uocans deſcendentes ex filia, quando non comprehendat non conceptos tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur.*

6 *Statutum generale debet reſtringi, ut minus deuiet a iure communi.*

7 *Vbi plures uocantur per nomen collectiuum ſub conditione, ille admittitur, qui eſt proximior, tempore purificatæ conditionis.*

CONSILIVM XXXVIII.



QVAMVIS copioſè & ſubtiliter tã per primum
quã ſm Doc. cõſultorẽ cõcludat, ꝙ neptis, q̃ tpe
mortis auiæ nõ erat cõcepta, admitti non poſſit
mortuo maſculo excludẽte ex forma ſtatuti Se-
nẽſis, quãdiu vixerit, filiã dotatã a ſucceſſiõe ma
tris deſcẽdẽtes ex ea, à ſucceſſione aui materni vel auiæ mater-
næ uel proauiæ, &c. Quãuis d. Bartho. Soci. in his terminis repe
riatur conſuluiſſe cõtrariũ, vt apparet in ſuo cõſ. x. Cõſideratis
& bene pẽſatis, &c. 3. vol. ꝑ rõnes quib. conãtur prædicti d. ꝯſu
lẽtes reſpondere. Nihilo minus prima facie eius opinio uidetur
ex alijs iuridica. Nã vbi de nepote & deſcendentibus ex filia in
ſtatuto non eſſet facta mentio, nepos ex filia mortua poſt ma-
trem, & maſculo adhuc uiuente, etiam conceptus tpe mortis
auiæ, de cuius hæreditate ageretur, mortuo poſtea maſculo nõ
admitteretur ſtante dicto ſtatuto, ſm Imo. in l. ei qui ſoluẽdo,
de hæredib. inſtituen. & Ale. in l. 2. C. de lib. præte. quia cũ pri-
mum locum non teneret nepos tẽpore mortis auiæ ſuccedere
nõ poteſt. l. ſi quis poſthumos. §. ſi filiũ. de lib. & poſth. Et idem
alia rõne tenẽt Bal. in l. ſi quis filium col. pen. C. de inof. teſta.
verſ. quæro quid ſi iſta filia, &c. Et ſic nõ minus excluditur talis
nepos dicto caſu, quã ſi nõ fuiſſet dicto tpe cõceptus, qui alia
ratione excluderetur, ſ. quia non fuit cognatus auo uel auiæ. l.
1 j. §. ſi quis proximior, vñ cog. Sed † vbi in ſtatuto & in eius capi
te excluſiuo fit mẽtio nõ tantum de filia, ſed ẽt de deſcendenti
bus ex ea, vt in caſu noſtro, admittitur nepos ex ea præmortua
viuẽte maſculo poſt mortẽ matris, vt præſupponit Bal. in d. l. ſi
quis filiũ. dũ dicit, ꝙ ſi filia excludatur, quãdiu ſuperuixerit ma
ſculus, & moriatur maſculo adhuc viuente, ꝙ nepos ex ea iure
tranſmiſſionis, vel ex propria perſona non poteſt venire mor-
tuo maſculo, quia in ſtatuto conſideranda eſt duplex virtus, ſ.
ſolius maſculi incluſiua, & in hoc ſtatutum diſponit, purè, ſecũ
da eſt uirtus iſtius acquiſitionis tacitè reſolutiua. ſ. poſt quam
maſculus non erit. Et in iſta ſecunda virtute ſtatutum hẽt in ſe
conditionẽ, quæ reſpicit filiam. Si ergo iſta conditio deficit in
filia, remanet caput incluſiuum filij liberũ & purum. Ergo vr̃,
ꝙ nepos non poſſit admitti. Inuenit. n. ius quæſitum auunculo
perfectè & inexpugnabiliter, amota, id eſt, mortua matre, quæ
ex beneficio ſtatuti poterat, admitti, allegat etiam no. ꝑ Bar. in
l. 2. §. uidendum. ad Tertu. & ſic Bald. uult, ꝙ nepos in caſu ſuo
non admittatur, quia in capite excluſiuo & reſolutiuo ponitur
ſola filia. Sentit ergo, ꝙ ubi etiam de nepote, & ulteriori eſſet
facta mentio, quod nepos admitteretur, qui in caſu, de quo
ipſe loquitur, primum locum tpe mortis auiæ nõ tenuit, quia
tunc cõdõ ſtatuti nõ reſpicit ſolã filiã, ſed ẽt deſcẽdentes ex ea.
Et ſic ceſſat rõ Bal. Nec uidetur dici poſſe, ꝙ Bal. ſenſerit ſolũ
de conceptis tempore mortis auiæ, & nõ de his, qui concepti
nõ erant, quia, vt dixi, non minus excluduntur illi, quã iſti, per
aliã & rõnẽ, quando de filia in ſtatuto fit tm̃ mentio. Et ideo nõ
ſubeſt rõ, quando etiã deſcendentes ſunt poſiti in capite ſtatu-
ti excluſiuo, quare debeant admitti iam concepti, qui primum
locum non tenebant tempore mortis auiæ, & ſic non poterãt
ei ſuccedere ab inteſtato, quando de illis in ſtatuto non erat fa
cta mentio, & excludẽdi ſint cõcepti poſtea. qa etiam quando
iam conceptus admittitur, nõ dicitur tunc quo ad illum ceſſa-
re ſtatuti excluſio, ſed dicitur per ſtatutum vocari, quia cum
admitti non poſſet, ſi de illo in ſtatuto facta mentio non eſſet,
dici non põt, ꝙ in eo ceſſet excluſio, quia excluſus non fuit ꝑ
ſtatutum. cum non eẽt admittendus. l. decem. de ver. obl. quan
do de deſcẽdẽtib. loquitur ſtatutum, ſed fuit de nouo vocatus.
Non minus ergo conceptus poſt mortem intelligitur vocari
de nouo, in quo eſt eadem rõ, & qui ſub uerbis ſtatuti non mi
nus põt comprehẽdi. Et ſi dicatur, ꝙ immo nepos ex filia con-
ceptus tpe mortis auiæ, & qui tunc primum locum non tene-
bat admittitur, etiam ſi ſtatutum de illo non loquatur, & non
poſtea conceptus vt voluit Bar. in l. fi. in prin. ad Tert. per d. §.
ſi quis proximior. Per hoc tamẽ non fit, quo minus ille nepos
iam conceptus non dicatur illo caſu de nouo vocari, cum de
iure non deberet admitti, cum non eſſet proximor tẽpore mor
tis auiæ d. l. ſi quis poſthumo. §. ſi filium. & ſic etiam retenta o-
pi. Bar. quo ad eum non dicitur ceſſare ſtatuti excluſio, ſed di-
citur uocatus de nouo. Quando ergo ſtatutum ſimul cum fi-
lia facit mentionem de nepote, reſoluit acquiſitionem maſcu-
li etiam propter nepotem, & illum vocat ſub eadem condi-
tione, ſub qua dicitur uocari filia. Et vbi vera ſit prædicta opi.
Barto. debett magis intelligi ſtatutum de nepote etiam con-
cepto poſt mortem auiæ, & ſic indiſtincte, quia ſi de concepto
tm̃ intelligeretur, ſtatutum remaneret quo ad nepotem ſuper-
fluum, quia, ut dictum eſt, ſm Bartolum admitti debuiſſet, ẽt
ſi ſtatutum de nepote mentionem non feciſſet. Vt igitur aliqd
operetur, etiam de concepto poſtea intelligitur, per not. per
Bartol. in l. 2. de vſucapio. & in l. 4. §. pretor. de damn. infecto.
cum concordantibus, de quib. ibi, dum concludit, quod uer-
ba ſtatuti debent taliter interpretari, ꝙ non ſint ſuperflua. Sed
iſtis ẽt non obſtantib. arbitror concluſionem dominorum cõ
2 ſulentium eẽ veriorem. Nam clarum eſt, ꝙ iſta † neptis uenire
non põt iure tranſmiſſionis, & ex perſona matris, quia matri
nunquam fuit hæreditas delata ſm Bar. in d. l. fin. & cum eo in
hoc omnes tranſeunt in d. l. 2. & in d. §. ſi filium. & in d. l. ſi quis
filium. per Bar. C. de inof. teſt. Et hac ẽt rõne non poteſt ueni-
re ex edicto ſucceſſorio, quia illud hẽt locum, quando proxi-
mior fuit excluſus a iure delato, ſm Pa. de Ca. & Mod. in d. l. ſi
quis poſthumos. §. ſi filium, & etiam ex alio etiam ſi filia fuiſ-
ſet excluſa ab hæreditate delata, qa ille, qui non erat cõceptus
tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, ꝑ ſucceſſo-
rium edictum non admittitur ſm gl. 1. in d. l. ſi quis filium. C.
de inoff. teſt. & Bal. in l. pater filium. in fi. in lectura. ff. eod. Nec
3 etiam poteſt admitti † quia ſit a ſtatuto vocata, quia ſtatutum
diſponens, ꝙ filia non ſuccedat in hæreditate materna, quã-
diu uixerit maſculus, & ꝙ deſcendentes ex ea ſuccedere non
poſſint auo materno, & auiæ uel proauię maternæ, quamdiu
uixerit maſculus, comprehendit deſcendentes tenentes primũ
locum tempore mortis auiæ, & qui illi ab inteſtato ſuccedere
poſſent de iure communi, quam ꝙ ſtatutum hoc mõ uideatur
ſe concordare cum iure communi, & ad illud redire, per no. in
l. Gallus. § j. ſm vnam lecturam, de lib. & poſth. Et iſtud eſt ſm
intentionem etiam Imo. & Ale. Si uero nepos dicto tempore
primum locum non teneret, & natus vel conceptus eſſet. tunc
tenendo illam opinionem, ꝙ non ſuccedat, ſi ſtatutum de filia
ſolum, & non de deſcendentib. mentionem faciat, quã tenuit
Bal. in d. l. ſi quis filium. C. de inof. teſta. & Imo. in d. l. ei qui ſol
uendo. & Ale. in d. l. 2. C. de liberis præte. eſſet dicendũ, ꝙ etiam
ſtatutum hoc caſu, in quo de deſcendentib. ex filia fit mentio
in capite excluſiuo & reſolutiuo non includeret talem nepo-
tem, quia ſtatutum filiam & deſcendentes ex ea videtur in hũc
euentum, hoc eſt, poſt mortem filii uocare eo iure, eoque or-
dine, quo auiæ vel proauiæ ſucceſſuri fuiſſent ab initio de iu-
re communi, & ſic prout quiſque fuit proximior tpe mortis
eius, & conſequenter ꝙ ille admittatur, qui tunc primum locũ
tenebat, ar. d. l. Gallus. §. 1. Et quia ſtatutum recipit interpreta
tionem a iure communi. l. 2. C. de noxalib. & ca. cum dilectus,
de conſuet. Et ſic etiam uerba contrahentium recipiunt inter-
pretationem a iure communi. l. quæro. §. inter locatorem. ff. lo
cati, & intelliguntur ſm iuris ordinem, ut nota. declarat Bart.
in

4 ctib. & litiū expen. ꝑ quem tex. dicit Bal. † ꝙ non videtur omis sum, quod a lege supplet, & quia ubi lex supplet defectū hoīs, perinde est, ac si ab hoīe factum fuisset, ſm Pau. de Ca. in cons. 223. Super eo, de quo quæritur &c. allegat l. si pecuniā. §. fi. de cond. ob causam. & ꝓbatur ex no. per Bar. in l. ex facto. de uul ga. & pup. col. 7. uer. quid si furiosus, & similes &c. ubi uult, ꝙ licet pater filio furioso non possit exemplariè substituere, nisi illi relinquat legitimā. l. humanitatis. C. de impu. & aliis subst. si tñ minus legitima relinquat, substituere poterit, quia cū pos sit agere ad supplementum, perinde est, ac si ēt in illo esset insti tutus, & cum Bar. transit ibi Are. & Alex. Ange. Sali. & Paul. de Cast. in d. l. humanitatis. & facit, quod in simili uult Bal. & Sal in l. hac edictali. C. de secun. nupt. Et hoc ēt uult statutum ex presse in fi. §. item si quis, uel si qua &c. ubi dicitur, dum tamen si minus congruè fuisset dotata, debeat suppleri congrua dos, secundum ꝙ disponitur in §. seq. & in quo sequenti. §. disponi tur, ꝙ super congruentia dotis stetur declarationi duorum cō sanguineorum, qui possunt cogi declarare ad petitionem pa rentis. Et quamuis ēt ibi dicatur, ꝙ soror succedat, si fratres nō fecerint fieri dictam declarationem intra terminum competen tem a iudice assignandum, tamen hoc procedit si a sorore, uel eius parte petatur, & instetur, ꝙ fiat dicta declaratio, per not. per Pau. de Cast. in l. peto. §. fi. de leg. 2. per illum text. & facit, quod not. in l. uniuersa. C. de precibus Imper. offer. ubi moder ni inducunt ad plures alias similes quæstiones, & quæ etiam ad ducuntur & cumulantur per Feli. in c. sin autem. de rescript. in 2. colum. uer. negligentia probatur &c. cum sequen. & statu
5 tum hoc excludit etiam † moniales dotatas, ex quo statutum non loquitur specialiter de monialibus, sed simpliciter de filia bus, uel sororibus dotatis, quia statutum iniecit uinculum ante monachatum, & in natiuitate, secundum Pau. de Ca. latè cons. 339. Primum dubium, de quo quæritur &c. & Abb. in c. quod clericis. de fo. comp. dicens, ꝙ ita etiam consuluit Ant. de But. & Pet. de Anch. & idem tenet Lapus allegatione. 101. incip. In ci uitate Florentiæ, &c. & facit, quod uult Io. And. in regula, sine culpa. de reg. iu. in 6. in Mercurialib. cum quo transit Anto. de But. Imo. & Abb. in c. ecclesia S. Mariæ. de consti. & de quo per Cald. in dispu. statuto ciuita. cauetur, &c. & Ant. de Butr. in di spu. stante statuto municipali, &c. His igitur sic præmissis ad
6 uertendum est † ꝙ aliquando per fratrem ex latere patris ex cluditur soror dotata, & mater simpliciter non excluditur, si ue concurrat cum ambobus prædictis, siue concurrat cum so lo fratre, & isto casu si contingat fratrem, sororem, & matrem concurrere, soror admittitur beneficio matris, quia illa exclu dit fratrem, & sorori remouet obstaculū fratris, quo casu pro priè loquuntur ea, quæ in contrarium allegantur supr. Quan doque uerò soror concurrens sola cum dicto fratre excludi tur, & similiter mater est exclusa in totum, uel in parte, si cum solo fratre concurrat, ut in casu nostro, ubi succedit æqualiter cū matre, si non extant fratres, uel sorores utrinque coniūcti, & sic mater ꝑ fratrē excluditur pro parte, quæ de iure cōi in to tum deberet admitti. Et tunc si cōtingat, ꝙ frater, soror, & ma ter concurrant, dicit, ꝙ licet frater matrē non excludat, & cum illa non succedat æqualiter, & sic statutum in fine non habeat locum, sorores tñ ꝑ fratrem excluduntur, & portiones, a quib. excluduntur, fratri applicantur. Et ꝑ consequēs in nostro casu frēs ex parte patris admitti debent ad tres partes ex quatuor, & mater ad residuū, quia tres sorores superstites & mater defun cto successissent de iure cōi hoc modo. d. auth. defuncto. Et ra tio diuersitatis est manifesta: quia primo casu mater, quæ nul lo casu excluditur a fratre, sed fratrem excludit, si cum illo so lo concurrat existente sorore in medio, etiam dictum fratrem excludit, & impedit succedere, & eum succedere non pos sit sororem non impedit, & illā non excludit. Quia statutū qđ ꝑfert fratrem sorori, intelligitur de fratre extante & succeden te. l. 2. §. sed si sint sui. ad Tert. & ibi per Bar. Sed alio casu, quo frater excludit matrē in totum vel pro parte, si extent fratres vel sorores vtrinq; coniuncti, & sic qñ cōcurrit cum sola mater nō excludit dictum fratrem, casu quo soror dotata ēt reperia tur extare & cum prædictis concurrere. Et ꝑpea sorori nō pōt remoueri obstaculum fratris ꝑ matrem, & ꝑ ꝯñs portio, a qua soror excluditur fauore fratris, illi applicatur. l. 1. §. cum duo. de coll. bon. & ibi per Bar. & ꝑ eum in l. 2. §. vidēdum. ad Tert. Et isto casu vera est opi. Pau. de Ca. in d. l. illam. C. de col. q. uo luit idem etiam in primo casu & in hoc minus bene. ut ibi per Are. Sed quò ad casum nostrum rectè procedit eius dictū, quia ratio, quę in primo casu locum habet, in isto cessat. Quoniam, vt dixi, mater non pōt tunc obstaculum sorori remouere, quia non pōt fratrem excludere, quod probatur. Nam ex quo statu tum vult vno casu, ꝙ frater ex parte patris matrem excludat ꝑ parte, videlicet quando quis decedit sine fratrib. & sororib. vtrī que coniunctis, uerisimile non est, ꝙ voluerit alio casu fratrē excludi ꝑ matrem, s. quando soror est in medio, cum talis exclu sio non cederet ad vtilitatem matris, quæ plus ex hoc non con sequitur, sed ad vtilitatem sororis. quæ ꝑ statutum est minus di lecta quam frater. Et hoc probatur ex notatis per Bar. in l. 2. ī prin. de vulg. & pup. col. 6. ver. ulterius quæro, quid de pupilla ri partim tacita, &c. vbi vult, ꝙ substitutio pupillaris partim ex pressa & partim tacita, etiam quo ad casu tacito admittatur, cō tra matrem, quia sicut testator matrem expressè uno casu ex clusit, puta si filius hares erit, & in pupillari ætate decesserit, ex coniectura ta mente defuncti præsumēdum est, quod voluerit eam etiam excludere in casu omisso, s. si hęres non erit, & in pu pil. æta. decesserit. Eadem ratione ergo dicēdum est, quòd in ca su nostro statutum voluerit fratrem excludi per matrem in ca su omisso, s. quando soror est in medio, ex quo illam uoluit per fratrem excludi pro parte, quando sola concurrit cum illo, nō tamen dico, ꝙ mater etiam isto casu excludatur in aliquo a di cto fratre, sed quòd mater non excludit fratrem ex verisimili mente defuncti, quin possit admitti ad portionem sororis do tatæ. Et per hoc est satisfactum intentioni statuti. Quia absque eo quod mater isto casu excludatur, nō tamen frater consequi tur minus, quam mater, & quam consequeretur, si cum sola ma tre cōcurreret, ex quo ei applicatur portio, a qua soror excludi tur, immo pōt frater plus cōsequi quam mater, si plures soro res excludantur, quæ in uiriles successissent cum matre, secun dum ius commune, quia omnes portiones sororum fratri con cedūtur, & matri sua virilis sibi de iure communi debita cōser uatur, & sic frater cum matre semper concurrit in successione siue soror non extet, & hoc per expressam dispositionē statuti, siue extet, & hoc etiam ex tacita, & ex uerisimili intentione eiusdem statuti, per prædicta. Et quia si uno casu voluit statu tum, ꝙ mater excluderetur pro parte, multo magis uoluit, ꝙ ī casu omisso frater non excludatur a matre, quia militat eadem ratio. Sed quando aliquo casu mater per fratrem consangui neum nō excluditur, sumi non pōt coniectura, ꝙ in casu omis so, i. quando soror est in medio, ꝙ statutum nolit fratrē exclu di ꝑ matrem, cū casus iste remanet in dispositione iuris, secūdū ꝙ frater ex parte patris tantum ꝑ matrem excluditur. d. aut. de functo. Et sic ad allegata in contrarium remanet responsū. Si quis etiam uellet opi. Cornei in d. consil. 75. sustinere, hoc etiā alia ratione potest ultra eum confirmari. Nam statutum in fi ne uult, fratrem æqualiter succedere cum matre, si non extarēt fratres, uel sorores, utrinq; coniuncti. Sicut ergo statutum po nit in conditione fratres utrinq; cōiunctos, q. in totum exclu derent fratrem tantum consanguineum, si cum illo solo cōcur rerent, & qui cum matre succederēt, ut in iuribus supra in pri. all. ita ēt intelligūtur positæ in condōne sorores eiusdē qualita tis, i. quę fratrem ex parte patris in totum excluderent, si cum illo concurrerent, & quæ cum matre admitterētur, sicut sūt so rores nō dotatæ, & quę ēt a statuto nō sunt exclusæ, & hoc uir tute alternatiuę, uel, positæ in medio. l. 1. de reb. dub. ubi proba tur, & ibi no. omnes, ꝙ vna pars alternatiuæ declarat alteram partem alternatiuæ dubiam. Et tenēdo hanc partem placet ēt, ꝙ dicti fratres succedant uiriliter cū matre, & sic, ꝙ quilibet hēat tertiam partem præcipuè propter uerbum illud ęqualiter

de quo in statuto.l.interdum.in prin.de hæ.inst.Mihi tamē magis placet præcedens intelligentia, & sic ꝙ mater succedat solum ī quarta parte,& ꝙ tres partes,quæ ad sorores pertinerēt de iure communi,applicentur fratribus ex dispositione statuti. Et hoc,vt verum fatear,puto verissimum,& menti, & intentioni statututi omnino consonum. Laus Deo.

¶ Soror per fratrem patruelem an excludatur a successiōe fratris,stante statuto illam excludente,filiis defuncti, vel fratribus,uel fratrum filiis existentibus.

SVMMARIVM.

1 *Fratris appellatione non uenit fratre patruelis proprie loquendo.*

Et ideo statutum de fratre non trahitur ad patruelem, uel fratrem primi gradus tantum includit,nisi concurreret frater patruelis cum sorore patruele.nu.3.& nu.5.& nisi aliter de mēte statuentiam constaret.nu.8.

2 *Statuti uerba ubi deficiunt,deficit etiam statutum,& ad casus non decisos non trahitur, nisi sub larga significatione ueniat. num.9.*

4 *Ratio agnationis conseruandæ nō militat, ubi non est paritas rationis,uel restringitur ad nominatos in statuto.nu.8.*

6 *Statutum extenditur,quando alias eßet irrationabile,& quando interrogati statuētes uerisimiliter idem statuissent,uel quādo aliàs sequeretur absurdum,quod minus dilectus eßet melioris conditionis*

7 *Fratris appellatone uenit frater patruelis,quando alias sequeretur absurdum.*

Absurdum,quod minus dilectus uon sit melioris conditionis,est euitandum,etiam recedendo a propria uerborum significatione.

9 *Mens non attenditur,ubi uerba proprie,uel improprie non adaptantur.*

CONSILIVM XLIII.

STATVTO Florentino sub rubrica,a quib.excludatur mulier ab intestato,& qualiter succedat cauetur,ꝙ nulla mulier,uel eius filij,vel filiæ succedere possint ab intestato fratri dictæ mulieris existēte dicto fratri filio,uel filia,nepote, uel nepotibus,fratre,vel fratrib.filio,seu filijs,masculo,seu masculis ex dicto fratre,vel fratrib.vel patruo,&c.Quo stāte quæritur, an Maria ab intestato succedere dēat Lucę fratri suo consanguineo,an uero excludatur,uel excludi possit a successione dicti sui fratris per fratres patrueles ipsius Lucæ,& d.Mariæ. Et videtur,prima facie dicendum,ꝙ prædicta Maria fratri suo debeat succedere ab intestato,cuius intentio,cum sit proximior, est fundata de iure cōi.in authē. de hær.ab intes.§.reliquum.& C.de legi.hęr.auth.cessante.& auth.post fratres. Nec ēt uidetur excludi a statuto predicto,in quo de fratre patruele nulla fit mētio,sed solū pfert fratrē,filios masculos fratris,& patruū

1 defuncti,cuius† fratris appellatione uenit frater primi gradus, nō āt frater patruelis remotioris gradus,& q. nō est frater simpliciter,ſm Bar.in l.Lucius.§.quæsitū.de le.3.Et magis ad propositū hoc voluit Bal.in c.1.de feu.mar.vbi p illū tex. dicit,no. ꝙ hic primo fit mētio de fratre,& postea de cōsobrinis. Ergo proprie loquēdo si nomē fratris profertur sine adiuncto, nō cōprehēdit cōsobrinos.Et ex hoc infert Bal.si statutū dicat,ꝙ frater excludat sororē,nō intelligitur,ꝙ consobrinus excludat sororē cōsobrinā,immo vr̄ casus omissus.Et dicit ita cōsuluisse.Et ille tex.licet loquatur de consobrinis,intelligitur tn̄ de patruelib.qui pn̄t succedere ī feudo,ſm Iac.de Belui.& And. de Iser.Et idē vult Bal.ibi,qui dicit no. ꝙ cōsobrini uocantur patrueles ſm cōem vsū, maxime Tuscorū. Et idē in effectu uult Ang.in l.1.de inof.test.vbi per no.p gl.ibi dicit, ꝙ appellatiōe fratris nō venit frater nisi primi gradus.Et p pea,ſm eū,statutū faciēs mentionē de fratre,nō cōprehendit,nisi fratrem primi gradus Et istum casū videtur ēt decidere Bal.in l.iubemus. §.fi.C.ad Treb.ubi quærit,an si statutum uelit,ꝙ fœmina non succedat extante fratre, intelligatur de fratre primi gradus, an uero de quocunque fratre.Et dicit consuluisse, quòd solū intelligatur de primo,per not.per Iacob.de Butr.in l.si mater. C.de success.edicto, vbi vult, quod si patruus ex forma statuti excludit matrem, quòd non intelligitur de patruo magno: quia illa dictio, magnus, denotat quandam impropri etatem, vel denotat quandam extensionem ad secundum quid, quæ non habet locum in statutis contra ius commune,vt probatur in d.l.iubemus.§.fi.secundum Bal.Et facit,quod notat Bald.in l.vxor.C.qui accu.vbi vult,ꝙ in rescriptis, in quibus fit stricta interpretatio, appellatione fratris non veniat frater patruelis. Et idem vult Ang.in auth.matri & auiæ.quando mul.tut.offi. fun.potest,Imo.& Alc.in l.si dotali.sol.matr. & Petr.de Anch. in c.canonum statuta,post medium.de constit.ver. dicto de filiis,& nepotib.&c.vbi transit cum Bal.in d.l. vxor. & qui etiā subdit, ꝙ in materia successionum statutum loquens de fratre, intelligitur de fratre primi gradus.dicens etiā, ꝙ ita consuluit Bal.Et confirmantur prædicta ex his,quæ voluit Bal.Ang.Sali. & reliqui in l.j.C.de success.edict.vbi concludunt,ꝙ statutum excludens matrem propter patruum, non intelligitur de patruo magno. Et idem tenent alii in aliis locis allegatis per omnes Mod.ibi.Et confirmantur prædicta ex no.per Bal.in l.illā. C.de coll.vbi per illum tex.dicit,ꝙ vbi cessant uerba statuti,ces

2 sat ēt statutum, & ꝙ statutum nouum non † potest trahi ad casus per eum non decisos,nec ad personas etiam similes.Et iō si statutum vellet,ꝙ patruus excluderet sororem,non tamen excluderet amitam,quæ est remotior,& si excluderet matrem,tamen non excluderet sororem.Et dicit etiam Pau.de Cast.ibi,ꝙ stante tali statuto,ꝙ si non extaret patruus,sed frater ex vno latere tantum,ꝙ ille frater non excluderet matrem,licet sit proximior,quam patruus,de quo loquitur statutum,quia p identitatem, vel maioritatem rationis non debet induci correctio. d.l.illam.Et idem uult Pau.de Cast.in l.si defunctus. C. de suis & leg.ubi dicit,ꝙ si statutum disponat,quod extantibus agnatis masculis non succedat mater,nec auia paterna,& cōtingat, quod mater non extet,nec auia,sed amita, quæ sit proximior, quam sint agnati,quòd illa non debet excludi, quia statutū correctorium non debet extendi ex identitate, uel maioritate rationis,ut no.in auth.quas actiones.C.de sac.san. eccl. Ergo cū prædictum statutum in casu nostro simpliciter præferat fratrem sorori ipsius defuncti,de cuius successione agitur, debet intelligi de fratre proximiore & primi gradus, & non de fratre patruele.Et ita etiam in terminis nostris uult latè Alex.in consil.97.uiso themate &c.in 1.uol.& in d.l.si dotali,solu.mat. Et præsertim hoc procedit,qn̄ agitur de exclusione sororis cōsanguineæ,& germanæ ipsius defuncti,quæ est proximior in gradu quam sit frater eius patruelis.l.2.§.secūdo gradu.& §. quarto gradu.de gradi.Sed ubi ageretur de exclusione mulieris,quæ esset in pari gradu cum fratre patruele, uel in gradu posterio-

3 ri, † tunc posset esse magis dubium, utrum appellatione fratris intelligeretur ēt de patruele,p no.p Io.And.in Spe.sup rub.d. suc.ab intest.ubi refert disputationem Iac.de Are.dicētis,quod si statutum uelit,quod frater excludat sororem,& decedat quis relicto nepote ex filio præmortuo, & nepte ex altero filio etiā præmortuo, qui nepos & neptis sunt fratres patrueles, quod iste frater excludet sororem,quia uerba non uidentur repugnare,nec mens statuti,quæ fuit, ut agnatorum salua sit dignitas l.ab omnibus,in prin.de leg.1.& l.1.§.si seruus. de uentr. inspi. quia per diuitias conseruatur familiarum honestas, quę per inopiam perit.in auth.de testi.§.sancimus.l.3.in prin.ff.eod.& l.1.de custo.reor.Vnde concludit Io.And.in d.rub.post Iacob. de Are.quòd ubi habet locum dicta ratio seu mens statuti,statutum debet habere locum.l.1.C.quæ sit long. consue. & l.de quibus,de legibus.Et præsertim,secundum eos,quia tale statutum uidetur tendere ad publicam utilitatem, propter dictam agnationem seruandam. Vnde non est inconueniens propter publicam utilitatem derogare naturali æquitati.l.1. de usuca.Et idem etiam in terminis tenuit Bald. in l.scimus.in fi.princ.C.de inoff.test.in 7.q.Et idem in effectu uult Roman. in d.l.1.C. de succes. edic. Nam casus iste differt a nostro, quia prædicti loquuntur,quādo frater patruelis cōcurrit cum sorore patruele,quæ defuncto sit in pari gradu cum illo,sed quando concurrit cum sorore germana ipsius defuncti, quæ in gradu præcedit fratrem patruelem,ut in casu nostro, tunc statutum locum

non

non habet in illo,& habent locum decisiones, & authoritates superius allegatæ ad exclusionem fratis patruelis, secundum Alex.qui ita concordat in d.l.si dotali.& in consi. 204.inci. Cõsideratis verbis,&c.2.vol.Nec obsi dicatur,quòd ratio conseruandæ agnationis,quam ponderat Iac.de Are. & Ioã.And.in
4 loco præalleg.habet etiam locum in casu nostro,† quia immo in fratrib.patruelib.nõ est eadem ratio,quæ est in fratrib.primi gradus,qui sunt proprie fratres,vt probatur ex no.per Bal. in l.quod verò.de legib.vbi dicit,quòd si statutum priuilegiat patruum,non extenditur ad patruum magnum,quia minor ratio est in remotiori gradu ad inducendum ipsum,quam in proximiori.& ideo cessat statutum.& ratio statuti.Et ita dicit fuisse consultum per omnes Doc.Bononiæ,& per ipsum. Et illud d.Bal.etiam in proposito nostro ad hoc adducit Ale.in d cõs. 97. & in d.l.si dotali. & quæ diuersitatis ratio cessat in casu Io. And.in quo frater patruelis est in pari gradu defuncto cum sorore patruele. Vel dici potest, quòd ratio agnationis seruandæ restringitur ad personas in statuto nominatas,secundum Bal. in l.sed & milites.de excusa.Et quòd propter dictam rationem statutum non recipiat extensionem, vult etiam Bar. in l.liberorum.de ver.sig.& Bal.in l.si defunctus.de suis & leg.hæred. Et tanto minus etiam ponderanda est dicta ratio in casu nostro, cum statutum in principio excludat matrem a successione filii,etiam propter superexistentiam sororis,quæ licet sit agnata tamen per illam bona transeunt ad alienam familiam.Et similiter statutum præfert filiam fratris & sorori,& tamen istud nõ fit fauore agnationis, quæ non conseruatur per fœminas, sed tantum per masculos.Item statutum excludit filiam a successione matris propter filium masculum,& tamen filius non ẽ agnatus matri sed cognatus,inst.de legitima agnato.tut.in prin.Sed præmissis non obstantibus in casu contingenti contrarium puto uerius.Quoniam statutum prædictum in alia parte posteriori uult,quod nulla mulier, nec natus ex linea fœminina possit ab intestato succedere patri auo,uel proauo,uel alteri ascendẽti masculo paterno existenti ex defuncta persona aliquo filio masculo paterno existenti ex defuncta persona aliquo filio masculo uel nepote,uel pronepote ex filio vel filiis,vel aliis descẽdentibus masculis ex dicta linea, uel fratre carnali seu nepote ex fratre carnali, &c. Dum ergo statutum loquitur de fratre, non tolligitur de fratre ipsius mulieris exclusæ,sed de fratre ipsius defuncti.Quod necessario ostenditur,quia prius disposuit, quod mulier non possit succedere patri uel auo,existente ex ꝑsona defuncta aliquo filio masculo uel nepote uel pronepote. Et qui filius,nepos defuncti est etiam frater mulieris exclusæ, s.filiæ neptis,uel pronepotis ipsius defuncti. Et sic hoc loco dicta mulier dicitur excludi a fratre suo,qui est etiam descendens testatoris,& quos omnes descendentes primo præfert fœminis descendentibus,ut patet ex aliis uerbis immediate sequentibus scilicet,uel alijs descendentibus masculis ex dicta linea,&c.Dũ ergo postmoduum statutum subdit fratre carnali seu nepote carnali ex fratre,&c.statutum non potest intelligi de fratre carnali ipsius mulieris exclusæ, quia de illo,ut dixi in præcedenti versiculo statutum loquitur,sed intelligitur de fratre, & nepote ex fratre ipsius defuncti. Aliàs in hoc statutum redderetur superfluum,quod non est dicendum.l.si quando.in prin.de le. 3.& c.si Papa.de priuile.in 6.Nam statutum primo mulieribus descendentibus præfert omnes descendentes masculos ipsius
5 defuncti. Deinde quasdam personas transuersales † eiusdem, scilicet fratres & nepotes ex fratribus.Tertiò quosdam de ascẽdentibus dicti defuncti,scilicet patrem & auum paternum. Et, vt puto,in hoc non est dubitandum. Nepos ergo ex fratre defuncti præfertur filiæ defuncti, & illam excludit a successione patris, qui est frater patruelis dictæ filiæ d.le. Iurisconsultus.§. quarto gradu.de gradibus. Si ergo frater patruelis excludit filiam defuncti a successione patris, multo magis debet excludere sororem a successione fratris, quæ est debita sorori, quam sit hæreditas patris filiæ.leg.fratris,& leg.fratres.C.de inoffic. testam. iuncto.§. aliud quoqua capitulum, in authenti.ut cum de ap.cog.& in authen.de here.ab intest. in principio,iuncto. §. reliquum. Et si dicatur, quòd nepos ex fratre defuncti ipsi defuncto sit proximior, quia est in tertio gradu dict. leg.iurisconsultus.§.tertio gradu.quam sit in casu nostro frater patruelis alteri fratri patrueli defuncto, puta Lucæ, de cuius successione agitur,quia est in quarto gradu,ut ea.l.§.quarto gradu.Ad istud respondetur, ꝙ licet vno casu frater patruelis ipsius mulieris sit magis proximior defuncto, & in casu isto remotior,nihilo minus eo casu,quo est proximior defuncto, s. quando est in tertio gradu,excludit mulierem proximiorem, idest, filiam defuncti, quæ est in primo gradu quam sit soror defuncti,de cuius exclusione nunc agitur, quia illa est defuncto in secundo gradu d.l.iurisconf.§.secundo gradu.Et cui, vt dictum est, minus debetur hæreditas fratris defuncti quã debeatur filiæ hæreditas patris. Et sic sine dubio plus est excludi filiam ab hæreditate patris per fratrem patruelem ipsius filiæ, quam excludi sororem ab hæreditate fratris per fratrem similiter patruelem dictæ sororis.Et ideo ex quo filiam defuncti excludit,multo magis dicendum est, ꝙ excludat sororem ab hæreditate fratris illius præmortui. Et per consequens isto casu statutum in illa parte,in qua uult mulierem non posse succedere fratri extante fratre ipsius defuncti debet intelligi etiam de fratre patruele illius, qui est etiam frater patruelis sororis exclusæ.Et illo casu appellatione fratris venit frater patruelis, ex quo in sequenti parte statutum concedit, quod frater patruelis filiæ defuncti excludat illam a successione patris,qđ est plus maxime cum appellatione fratris saltem largo modo veniat frater patruelis,ſm Bar.in d.l.Lucius.§.quæsitum de leg. 3. & prout fatentur omnes in locis superius alleg. Dicto enim casu statuentes omiserunt spãliter loqui de fratre patruele,præsupponentes, ꝙ sub simplici prouisione facta de fratre comprehenderetur. Et ita est interpretandum, ne dispõ statuti remaneat imperfecta & sine rõne & ꝓut esset, si filia excluderetur a suo fratre patruele a successione patris,& ab illo non exclu-
6 deretur soror a succes.fratris. Præterea non est dubium † ꝙ si statuentes, qui uoluerunt excludi filiam ab hæreditate patris per fratrem eius patruelem,interrogati fuissent,an idem vellẽt de sorore,ut s.per eundẽ fratrem excludatur a successione fratris,respondissent ꝙ sic.Iõ hoc dẽt haberi pro expresso, ꝑ no. per glo.in l.tale pactum.§.fi.de pac.& probatur in l. Titius.§. Lucius.de lib.& post.& ibi no.Doc.& ita etiam per istas rationes quasi in terminis decidit Ale.in consi.36.vol.6.Nam in casu suo statuto cauebatur,ꝙ si mulier decesserit sine filiis teneatur relinquere tertiam partem dotis fratribus vtrinque coniunctis,vel ex parte patris tantum,& fratribus non extantibus tertiam partem dotis patruis debeat relinquere. Quia ergo vult statutum,quòd patruis,qui sunt in tertio gradu, relinquere teneatur,præsumitur etiam velle,quòd filijs fratris,qui similiter sunt in tertio gradu,relinqui debeat tertia pars,quamuis de illis statutum non loquatur,sed de fratribus tantum & patruo, quia ꝙ sit relinquendo patruo,& non filiis fratris præmortui qui sunt in pari gradu,esset irrationabile.Ne ergo statutum remaneat sine rõne,vult Ale.quòd ad filios fratris statutum porrigatur,per nota.in d.l.tale pactum.§.fi.Et quamuis etiam pro hac parte alleget multa alia,dicit tamen,quòd præcipue mouetur ad hoc per rationes præalleg. quæ fortius habent locum in casu nostro, quia si excluderetur filia a successione per fratrem patruelem,& non soror a successione fratris, statutum remaneret minus sine ratione quam in casu Alex. Et isto casu multo magis in eo habent locum no.in d.§.fi. Et præsertim cũ uerba non deficiant,ſm Iõ. And. in d.rub. de succes.ab intest. in addi.Spe.post Iac.de Are.& in casu Alex. de filijs fratris aliquo modo.s. proprie vel improprie non sit facta mentio. Vt ista opi.confirmatur alio modo. Nam certum est,ꝙ filia in hæreditate patris est magis dilecta, quam sit soror in hæreditate fratris,vt probat in iurib.superius allegatis.& facit.l. cũ auus. de cond.& demon.& l.cum acutissimi.C.de fideicom.Si ergo frater patruelis excluderet filiam ab heredi tate patris, prout vult statutum expresse, & non excluderetur soror a successione fratris,sequeretur absurdum inconueniens, ꝙ mulier ma-
7 gis † dilecta esset deterioris conditionis, quam alia mulier minus dilecta,contra.l.Publius.§.fi.de cond.& dẽmõ. & l.si uiua matre.C.de bo.ma.& ideo ne sequatur hoc absurdum, dicẽdũ est,ꝙ appellatione fratris isto casu ueniat etiam frater patruelis, qui saltem sublata significatione comprehendi potest sub verbis statuti,vt probatur ex not.per Bar. in l.Gallus.§. etiam si parente.de lib.& posth. vbi concludit post Rich. Malumb.in quadam disputatione,ꝙ vbi testor instituit filium,& si decede-

ret

ret sine liberis, substituit Titium, & hæredes Titij, ꝙ intelligitur de filijs Titij, & non de hæredib. extraneis, licet aliàs illi veniant appellatione hæredum. l. in annalib. C. de leg. & l. sciendum. de ver. sig. quia aliàs dicto casu resultaret absurdum, & cõtra mentẽ testoris, qui sicut prædilexit filium Titio, ita præsumendum est ꝙ hæredes extraneos filii prædilexerit hæredibus extraneis Titij. Si ergo hæres extraneus Titij intelligeretur vocatus. sequeretur absurdum, ꝙ hæres filij extraneus, qui præsumptiue fuit prædilectus, excluderetur, & ꝙ admitteretur hęres extraneus Titij minus dilectus, contra d. l. Publius. §. fi. Sicut ergo in casu Bar. recedimus a verbis, & verba restringuntur contra propriã significationem, vt euitetur dictum absurdum, ita & in casu nostro verba debent capi late, & sub verbis includi frater patruelis pro dicto absurdo euitando. Et istud etiam confirmatur ex no. per Bar. in l. quidam relegatus. §. fi. in fi. de reb. du. quærit, quid si testor dixit, si talis decesserit sine liberis, veniat hæreditas mea in Caium & Sempronium, uel eorum filios, nec dixit, in stirpem, decessit unus ex prædictis relictis pluribus filijs, vtrum omnes isti filij admittantur in vnam portionem cum superuiuente, an quilibet habebit tantum, quantum superuiuens. Et ibi probari videtur, quod sic, secundum Bar. s. ꝙ quilibet debet habere tm̃. Sed tamen de iure videtur contra, ſm eum. Nam videtur, ꝙ testator voluerit patrem viuentem præferre filijs suis, etiam si multos haberet, sed pater sine dubio non uocaretur nisi in dimidia filii, ergo qui debent uenire post patrem, quem testor plus dilexit, non debent habere plus eorum patre, allegat Bar. d. l. Publius. in fi. unde cõsilium est, dicit ipse, ꝙ semper ponatur in testamẽto, deueniat in filios & in stirpem, & cum Bar. transeunt alij, & Alex. in l. si pater. de vul. & pup. & sic vult Bar. & sequaces, ꝙ a verbis recedatur, ne sequatur absurdum, ꝙ minus dilectus sit melioris cõdõnis, quam magis dilectus, & prout sequeretur in casu nostro, si appellatione fratris non contineretur frater patruelis. Et prędicta confirmantur ex notat. per Ale. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocan. ubi dicit, quod emphyteusis recepta pro se & filijs, non transit ad fœminas, vt voluit Imo. in leg. si ita sit scriptum. de le. 1. in prin. & in c. potuit. de lo. Sed si recepit ꝓ se & liberis, fœminæ etiam admittuntur, prout etiam uoluit Bal. in d. §. qui liberos. Et est ratio hoc vltimo casu, secundum Ale. quia sub hac vltima concessione facta pro liberis ueniũt descendentes masculi ex filia, & ex qualibet alia muliere. l. liberorum. de ver. sign. Esset autem absurdum, quòd descendentes masculi ex filia, qui sunt remotiores, admitterentur, & quod illa, quæ est proximior, excluderetur. d. l. si uiua matre. C. de bo. mater. Vt ergo cesset istud absurdum, isto casu masculinum cõcipit fœmininum, quod aliàs non conciperet in contractibus ubi dictum absurdum non resultaret. Qua ergo ratione Alex. uult, quòd in casu suo verba amplientur, uidelicet pro dicto absurdo euitando, eadem ratione debent ampliari in casu nostro. Et confirmantur etiam prædicta ex notatis per glo. in l. si mater. §. 1. de vulg. & pupill. quæ probat secundum quòd eam subtiliter declarat Bald. ꝙ licet substitutio concepta uno casu trahatur ad alium. d. l. Gallus. §. & quid si tantum, & per oẽs in l. 1, de uulg. & pup. tamen dicta extensio non habet locum, qñ ex ea sequeretur dictum absurdum, qđ magis dilectus eẽt deterioris cõdõnis, quã minus dilectus. Et ex prædictis colligitur
9 rñsio, quasi ad omnia allegata in contrarium, † quia dum primo dicitur, ꝙ si statutum uelit, ꝙ frater excludat sororẽ a successione, ꝙ non intelligitur de fratre patruele, ꝑ allegata in cõtrarium, hoc procedere potest, quando de mente statuentium aliter non apparet, ꝙ senserint de patruele, prout apparet & constat in casu nostro, ex quo statutum uult, ꝙ frater patruelis excludat filiam a successione patris. Si ergo filia magis dilecta excluditur multo magis debet excludi soror a successione fratris, ne sequatur absurdum, quòd soror minus dilecta sit melioris conditionis, qua filia magis dilecta, ut probatur, per prędicta, per quæ etiam tollitur aliud, dum dicitur, qđ in fratre patruele non est eadem ratio, quæ est in fratre proximioris gradus, per no. per Bal. in l. quod uero. ff. de legi. quia illud locum haberet, quando de mente aliud non appareret. Sed quia in casu, de isto frater patruelis expresse uocatur ad exclusionem filiæ magis dilectæ, intelligitur etiam uocatus ad exclusionem sororis minus dilectæ. Et ex his etiam tollitur aliud dum dicebatur, quòd intentio statuti non fuit fauere agnationi, vt colligitur ex principio, medio, & fine dicti statuti, quia quamuis ex hac ratione non præferatur frater patruelis, etiam si verum esset, qđ statutum sit factum pro conseruatione agnationis, & prout verè fuit intentio statuti fauere agnationi, q̃a tamen est vocatus expressè ad exclusionem filiæ, & tacitè ad exclusionem sororis, vt probatur ex prædictis rationib. non est curandum de prædicta rõne, an sit uera uel non. Solum restat respondere ad no. per Bal. in l. illam. C. de coll. dum vult, qđ licet
10 † patruus excludat sororem ex forma statuti, tamen nõ excludet amitã & sic illo casu nõ fit extẽsio ad admitam, quæ est minus dilecta quã sit soror, quæ per statutũ est exclusa, ꝙ vř cõtra ꝑdicta. Sed ad istud rñdetur, ꝙ illo casu ad amitã nõ extẽditur statutum, quia non cõprehẽditur sub verbis statuti aliquo mõ. i. proprie uel impropriè. Quia ergo verba in totũ deficiũt, statuti mẽs nõ dẽt attẽdi. Sed in casu nostro frater patruelis, saltẽ ſm latam significationem, comprehenditur appellatione fratris, de quo statutum loquitur, iõ ad illum fit extensio, vt euitetur absurdum, de quo supra. Sicut etiam dicitur de testatore, ut s. eius mens attendatur, quando verba aliquo modo, i. propriè vel impropriè possunt menti deseruire. Sed vbi in totum verba deficiunt, tunc mẽs nõ attẽditur, nec a verbis receditur, ẽt pro dicto absurdo euitãdo, ſm Pa. de Ca. in terminis in cõs. 351. Præsens dubiũ, &c. ad fi. vbi vult, ꝙ si verba oĩno deficiãt, ꝙ a verbis nõ discedatur, quãuis sequatur, ꝙ minus dilectus sit melioris cõdõnis q̃ magis dilectus, & ꝙ absurdũ istud dẽt euitari, quando verba, saltem largè uel impropriè possunt intentioni deseruire, allegat no. per Bar. in l. in ambiguo. de re. dũ. respõdet ad. l. nõ aliter. de le. 3. & ibi ẽt Pa. de Ca. facit mẽtionẽ de dicto suo consilio. Et istud ẽt vult ad propositum nostrum Ale. in consi. 139. Circa primum dubium, &c. in 6. vol. ubi ad hoc allegat ẽt no. per gl. & Sali. in l. cum virum C. de fideicõ. & de quo ẽt per Ale. in l. 3. in fi. C. de libe. præter. Et cõfirmãtur prædicta q̃a statutũ facilius extẽditur ad casum, qui sub lata significatiõe vocabuli cõphehenditur sub expresso, quã si nullo mõ cõprehendi posset sub illo. l. filium habeo. ad Macedo. & no. in auth. ut hi qui oblig. in prin. & in auth. minoris debitor. C. quando mulier tu. officio fungi potest. quod etiam procedit, si ratio non sit expressa, quando aliàs sequeretur dictum absurdum, quod filia, vel alia similis persona magis dilecta esset deterioris conditionis, quam minus dilecta, quia pro tali absurdo euitando permissa est extensio ad casum vel ad personam, quæ sub latã significatione vocabuli potest comprehendi sub expresso, vt concludit & probat Alex. in d. l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. Et sicut etiam econuerso lex loquens generaliter restringitur ad absurdũ euitetur. l. furti. §. pactus. de his qui notã. infamia, & ibi illum tex. ad hoc notat. Barto. & allegat l. scire oportet. §. sufficit. de excusatio. tut. immo, vt dixi supra, Ale. in d. cõs. 36. in 6. vol. voluit, ꝙ in fortioribus terminis habeat locũ extensio, quando aliàs statutum remaneret sine ratione, & prout contingeret in casu nostro. Et propterea ex mente statuti, cui uerba etiam possunt conuenire, fratres patrueles debent sororem defuncti excludere. Laus Deo.

¶ Soror an excludatur per patruum, stante statuto uocante ad successionem attinentes ex linea paterna, non autem materna, &c. Et multa de argumento a contrario sensu habentur.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu in statutis sumitur etiam cõtra ius commune. quando etiam sensus directus iuri communi repugnat, alias secus.*

2 *Statutum includens aliquos ad exclusionem sororis defuncti, cẽsetur alios prohibere illam excludere.*

3 *Argumentum a contrario sensu non sumitur, si mens statuti constituti contraria colligitur. Vel ubi induceretur incontinenti correctio.*

4 *Expressum non dicitur etiam generaliter, quod a contrario sensu sumitur.*

5 *Argumentum a contrario sensu ita sumendum, si fieri potest, ut minus corrigat ius commune.*

Soror

6 *Soror non dicitur attinens ex linea materna, sed paterna. Rubrica declarat nigrum.*
7 *Argumentum a contrario sensu sumi debet cum omnib. suis qualitatibus.*
8 *Argumentum a contrario sensu ita sumitur quandoque, ut licet in sensu directo indefinita æquipollent uniuersali, non tamẽ in sensu contrario, ut minus corrigatur ius commune.*
9 *Ex statuto disponente contra ius commune non arguitur ad declarationem statuti, quod intelligi potest secundum ius commune.*

CONSILIVM XLIII.

QVIA super casu proposito uidetur, ꝙ aliâs cõsuluerim vario mõ. Et quare hoc cõtigerit, fortassis quis admirari poterit. Propterea est aduertendum, ꝙ iõ primo cõsului pro patruo cõtra sororẽ defuncti, quia oĩa, quæ ad rẽ pertinebant, non vidi, nec videre potui. Solum.n. fuit transmissum statutum sub rubrica, ꝙ attinentes venientes ex linea materna, &c. Per quod videtur, alio non apparente, ꝙ soror excludatur a patruo præsertim in ver. sin aũt decesserit aliquis, &c. super quo fundatur etiam primum consilium partis aduersæ, quia illud tantum, ut percipio, tunc domino cõsultori fuit ostensum, quamuis postmodum viso alio statuto, de quo infra, conetur illud euitare, & ad illud respondere. Et quòd ita res se habuerit de hoc testimonium perhibet, qui consuluit, & in hoc uerum est testimoniũ eius, quod aperte uerificatur ex lectura dicti primi mei consilij, dum circa principium illius dicitur formaliter. Ex forma tamen statuti transmissi succedit dicta soror æqualiter cum matre, agnatis masculis non extantibus, &c. Ex quibus uerbis manifeste colligitur, quod unicum statutum sub rub. de qua supra, fuit transmissum, & in quo solo dicta verba reperiuntur expressa. Verum quia alio tempore de hoc etiam dubitari cõtigit, & rursus consultus fui, in diuersam sententiam deueni, ostenso, & uiso alio statuto sub rubrica, quòd filiæ uel mulieres dotatæ, &c. in fi. super quo hoc ultimum, & diuersum consilium fundatur in totum. Et ab hac opinione deinceps non discessi, & pro qua etiam postea uerum consului. Et est etiam aduertendum, quòd primus casus differt quoque ab hoc ultimo, de quo nunc agitur, quia dicto primo casu soror ex parte patris tantum concurrebat cum patruo, sed isto casu concurrebat patruus cum sorore utrinque coniuncta defuncto. Et iõ potuit primo casu dicta soror excludi a patruo sumendo argumentum a contrario sensu ex dicto uersiculo, sin autem decesserit aliquis, &c. quia quamuis dicatur sumi contra ius cõmune, nihilo minus etiam si non sumeretur contra dictam sororem omnino statutum etiam in sensu directo esset cõtra ius
1 commune, etiam quoad illam, & in totũ, quia † nõ extãtib. agnatis, de quibus ibi, soror ex latere patris tãtum succederet æqualiter cum matre & auia tam paterna quam materna, cõtra aut. defuncto. C. ad Tert. Quia ergo a iure communi non minus receditur, siue ex uerbis statuti sumatur argumentum a contrario sensu, siue non, ideo tunc contrarius sensus potuisset sumi, maxime non extante præcedenti statuto, quod, ut dixi, tunc nõ vidi, quia ita regulariter solet fieri. leg. 1. §. huius rei. de officio eius cui mand. est iurisd. Et quia hoc uidetur de mente statuti, tum quia uidetur uoluisse, quòd bona remaneant in agnatione, & quia matrem excluderet in sensu directo extante patris tantum d. authen. defuncto. Vnde locum habet illa regula. Si vinco vincentem te, multo magis vinco te. l. de accessionibus. cum ibi notatis de diuersis, & temp. præscrip. Et in hac ratione etiam me fundaui in dicto primo consilio, quamuis non fuerit ita clare tunc deducta, quæ ratio cessat in casu, de quo agitur, videlicet quando soror utrinque coniuncta concurrit cum patruo, quia si volumus eam excludi, hoc non potest fieri, nisi capiatur argumentum a contrario sensu ex uersi. præalleg. Et si dictum argumentum caperetur, in totum ius commune corrigeretur. Si uero non habebit locum sensus contrarius, a iure communi in totum non receditur, sed quantum est respectu matris, & sororis conseruatur, secundum quod æqualiter, & simul succedunt dict. authen. defuncto. Et sic ius commune minus corrigitur. Et cessat etiam illa rõ, si vinco vincentem te, &c. quæ habet locum, ut dixi, in casu præcedenti, quia mater exclusa per statutum, non uincit sororem utrinque coniunctam d. auth. defuncto. His itaque præmissis iterum dico, ꝙ soror defuncti utrinque coniuncta non excluditur a patruo per statutum prædictum, quia, ut in consilio dixi, in fine præcedentis statuti, sub rubrica, ꝙ filiæ uel mulieres dotatæ, &c. sorores excluduntur in sensu directo superuiuentibus fratre vel fratrib. præmortui fratris eodẽ patre, vel fratris liberis masculis & hæreditatem agnoscentib. &c. Cum igitur fratres, vel filii fratrum sint positi in capite inclusiuo sta-
2 tuti, ab illo † capite alii agnati remotiores censentur exclusi. l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. Et sic statutum dicitur prohibere alios agnatos, & excludere sororem defuncti. Nec respõsio domini consultoris est congrua, dum dicit & fatetur, ꝙ ex hoc statuto sequenti, in dicto versi. sin autem decesserit aliquis, &c. sumendo argumentum a contrario sensu, quia, ut dictum fuit hoc casu dictus sensus contrarius non dẽt capi, per rõnes alle-
3 gatas, & † maxime quia, ut dixi, si statutum sequens uoluisset sororem excludere, verisimiliter hoc fecisset expresse in sensu directo, sicut hoc mõ in principio eiusdem statuti exclusit alias personas nominatas in eodem uersi. sin autem, &c. Et istud etiam nunc confirmatur. Nam etiam in fine præcedentis statuti excluditur mater a successione filii, & uult in totum patrem succedere, & tamen postmodum in principio statuti sequẽtis mater non solum excluditur a patre, sed etiam a quolibet alio ascendente masculo, & ab aliis agnatis transuersalib. masculis usque ad quartum gradum. Sicut ergo isto casu mater, quæ ꝑ statuti præcedentis fuerat exclusa a patre tantum, excluditur directo & expresse per statutum sequẽs, extantibus etiam aliis agnatis remotiorib. eodem mõ uerisimiliter statutum sequẽs sororẽ exclusisset expresse, & in sensu directo aliis agnatis extãtib. si uoluisset sororem ab illis excludi. Quia igitur solam exclusionem matris, de qua in præcedenti statuto expresse & directe, per hoc datur intelligi ꝙ extendere noluit exclusionem sororis. de qua in statuto præcedenti, quia si hoc uoluisset, qđ de matre disposuit, idem fecisset de sorore. l. unica. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. & c. inter corporalia. de transl. prælatorum. ibi, unde si de translatione idem fieri uoluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse, &c. Et alia etiam rõne argumentum a contrario sensu non debet capi, quia ut dixi, per primum statutũ alii agnati non possunt excludere sororem. Vnde ex quo in statuto sequenti non expressum contrarium non dẽt etiam per augmentum a contrario sensu recedi in hoc a statuto præcedenti, quia non est ueri simile. ꝙ statuentes voluerint incontinenti se corrigere. l. non ad ea. de cõd. & dem. Et probatur ex no. per Bar. in l. 1. §. & par ui. quod ui aut clam. vbi concludit, ꝙ ubi statutum uult quibus exceptionib. exceptis, ꝙ nulli alia exceptio possit opponi, ꝙ aliæ exceptiones descendentes ex aliquo ca. statutorum eiusdem ciuitatis poterunt opponi, per no. ibi, & in l. ita nobis, pudor. C. de adul. quia non est uerisimile, ꝙ per illa verba generalia statuentes uoluerit se corrigere d. l. non ad ea. & l. si quando. in prin. C. de inof. test. Secus si dictæ aliæ exceptiones descendunt ex aliis partibus iuris communis quia inhærendum est verbis statuti, quantumcunque duris. l. prospexit. qui & a quibus. Si ergo quando aliquid exprimitur generaliter in aliquo statuto non intelligitur per illam generalitatem recessum ab alio statuto, nec illi derogatum in aliquo, multo minus debet per argumentum a contrario sensu recedi a statuto præce-
4 denti, quia † non dicitur expressum etiam generaliter illud, qđ a contrario sensu colligitur. c. cum apostolica. de his quæ fiũt a prælat. in uerbo. directe. & ibi not. Abb. & Bald. in l. 2. C. de cond. insert. per not. ibi per gloss. & facit l. apud antiquos. C. de fur. Nec obst. dum dicitur, quod dictum argumentum a contrario sensu debet sumi, ne statutum reddatur superfluum, per no. per Bald. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. & per Alc. in d. l. j. de offi. eius, & in l. si cum dotem. in princ. sol. mat. quia intentio statuti. in d. uer. sin autem, &c. non fuit excludere personas nominatas. quod patet, quia ex principio statuti directe, & expresse erant exclusæ extantibus dictis agnatis excepta sorore, de qua ibi non fit mentio, sed uoluit statutum in d. versi. ponere dare modum succedendi inter dictas mulieres prius exclusas, & etiam quoad sororem casu, quo non hẽat locum exclusio facta prius in principio dicti statuti. Cum enim mater, & auia

quia fuissent expresse exclusæ, frustra sumeret postmodum argumentum a contrario sensu in d.uersic. sin autem, &c. ad exclusionem earum, & quia diceretur tacita & non expressa d.ca. cum apostolica. Ideo propter expressam debet cessare. l.cum ex filio. §.j. de uul. & pup. Nec etiam propter sororem debet sumi, quia si statutum uoluisset eam excludi, illam exclusisset expresse, & simul cum alijs. Vnde sine dubio intentio statuti in d.uer. ut dixi, non fuit excludere, sed prouidere circa modum succedendi inter dictas mulieres, quo casu non haberet locum exclusio præcedens, scilicet prædictis agnatis masculis non obstantibus. Et satis colligitur ex rubrica ibi, & ordine talium successionum, &c. & per hęc etiam patet, quod statutum in sensu directo, & expresso non est superfluum, si non sumatur argumentum a contrario sensu, quia quando dictæ mulieres concurrunt, statutum uocat illas æqualiter ad successionem, & aliter quam uocarentur de iure communi d.auth. defuncto. & in auth. post fratres. C. de suis & legi. Nec quædam responsio, quæ ad hoc datur, est congrua, & de qua est mirandum, dum dicitur quod illud uerbum, non extantibus, quod est ponderandum, nihil operaretur in sensu directo, ergo debet sumi argumentum a sensu contrario, quoniam si uerum est, quod agnatis nō extantibus introducatur nouus modus succedendi contra ius commune, est plus quam manifestum, quod uerbum, non extantibus, operatur in sensu directo, quia in hunc casum expressum dictus modus succedendi datur de nouo, & qui cessat illis extantibus, siue habeamus respectum ad dispositionem statuti & ad principium illius, siue ad dispositionem iuris communis d.auth. defuncto. & d.auth. post fratres. Dixi etiam, & iterū
5 dico, quod† etiam casu quo sumi posset, uel deberet argumentum a contrario sensu, quod esset sumendum taliter, quod ex illo non sequatur sororis exclusio, si fieri potest. Et hoc ut euitetur correctio iuris communis magis quam fieri potest. l.præcipimus. in fi. C. de appellationibus, & l.sancimus. in fi. C. de testa. Et ideo sumendo dictum argumentū, & dicendo. Ergo extantib. prędictis agnatis mulieres ibi nominatę non succedant, &c. sub istis uerbis affirmatiuis, s. extantibus dictis, quæ resultant ex sensu contrario, includuntur solum illi, qui superius positi fuerunt expresse in capite inclusiuo. & sm & per illum modum & seu illum casum, per quem, & in quo includuntur. Et erit sensus, quod si concurrat agnatus, quilibet masculus usque ad quartum gradum cum matre, uel auia, uel ascendente per lineam maternam, tunc non succedant, quia etiam prius in hunc euentum fuerant exclusæ, & si soror extet excludatur, non quidem a prædictis omnibus agnatis, sed ab illis tantum, qui excludunt sororem, prout sunt fratres & filii fratrum, de quibus fit mentio in fine præcedentis statuti. Et sic quodammodo referri debent singula singulis, & fieri diuisio & separatio prædicta, quæ concordat cum præcedentibus & per quam respectu sororis ius commune de nouo non corrigitur, & prout corrigeretur, si simpliciter argumentum a contrario sensu sumeretur. Et quamuis dominus consultor partis aduersæ uideatur admirari de tali interpretatione, ego etiam non minus miror de sua responsione, dum dicit in effectu, quod statutum in dict. uersic. sin autem. & in uerbo, non extantibus agnatis prædictis, &c. habet solum relationem & ad agnatos, de quibus in principio dicti statuti, non autem se refert ad finem præcedentis statuti, quia ibi de agnatis sub qualitate agnationis non fit mentio, sed solum de fratre & filiis fratris. Et ad hoc etiam ponderat generalitatem rubricæ de attinentibus uenientibus ex linea materna, & non succedant extantibus attinentibus ueniētibus de linea paterna, &c. Quoniam conceditur, ꝙ d.uersi. sin autem referat se solum ad agnatos, de quib. in d.rubrica, & in eodem statuto, sed dicitur, ꝙ in dicta rubrica, & in prædicto statuto sub generali inclusione attinentium ex linea paterna, vel agnatorum masculorū usq. ad quartum gradū compehenduntur ēt fratres defuncti, qui sunt in 2.gradu. l.iurisconf. §.2.gradu. de gradibus. Et iō si in prædicto uersi. sin autem. sumatur argumentum a contrario sensu, continetur ēt frater defuncti simul cum aliis, si agatur de exclusione matris, vel auiæ, vel alterius ascendentis per lineam maternam. Sed si agatur de exclusione sororis, de qua ibi solum fit mentio, & non in anteriori parte eiusdem statuti, in dicto sensu contrario non excluduntur omnes agnati, de quibus dixerat, sed solum illi, qui excludunt sororem & de quibus non tantum fit mentio in præcedenti statuto, sed etiam in sequenti, & in rubrica eiusdem, & sub qualitate agnationis, non quidem ad effectum excludendi sororem sed alias personas, & ad quos restringitur versiculus, sin autem, &c. respectu exclusionis sororis, & sic ad effectum, ut dicatur solum excludi ab illis, a quibus prius excluditur expresse. Et ideo non dicitur, qđ versiculus sin autem, inquantum facit mentionem de agnatis extantibus, a contrario sensu se referat etiam respectu sororis ad finem pręcedentis statuti. Sed bene dicit, quod agitur de exclusione sororis, quod illa relatio restringitur ad fratrem, & ad filios fratris, qui etiam comprehenduntur sub uerbis eiusdem statuti, ad quę fit relatio, & quæ relatio hanc declarationem recepit ex fine præcedentis statuti. Et sic aliud est, quod asseritur, & aliud est dicere, quod relatio sit facta ad præcedens statutum, quia istud non fuit dictum. Et quòd ista interpretatio sit sumenda, & etiam sequens, casu etiam quo sumi possit argumentum a contrario sensu, manifeste comprobatur ex dicta rubrica, quòd attinentes uenientes ex linea materna ab intestato non succedant defuncto extantibus attinentibus ueniētibus ex linea paterna, & de modo & ordine talium successionum, &c. Certum enim est, quòd sub verbis exclusiuis istius rubricæ non comprehenditur soror defuncti, quia illa non est attinens ex linea materna, sed ex paterna, & est agnata, instit. de legitima agnat. tutela. §. j. & de legitima agnatorum successio. §. j. quod est uerum, etiam si sit nupta in aliena familia. l.voluntas. C. de fideicommissis, figurando ibi casum, vt facit Bald. & Sali. qui idem dicunt. Et propterea per dictam rubricam declaratur, quod intentio illius statuti non fuit excludere sororē
6 per quemlibet agnatum, quia † ex uerbis rubricæ declarantur verba dubia posita in nigro, secundum glo. in l.j. C. ne lic. ter. prouo. & ibi eam no. Bal. qui idem dicit, in l.fi. de hære. insti. per illum tex. & Ant. de But. in proœmio Decretalium, & Alex. in l.j. si cer. pet. Negari autem non potest, quod verba d.uersic. non sint dubia, si recedatur a sensu expresso & directo. Idcirco ad exclusionem sororis, quæ non excluditur per rubricam, uel non debet sumi argumentum a contrario sensu, uel si sumatur debet sumi ita & taliter, quod soror non excludatur, & sic secūdum modum supra dictum, uel prout dicetur infra. Et ista, iudicio meo, est concludens ratio, & necessaria. Et dicere, ut dicitur in consilio contrario, videlicet, quod licet soror non sit attinens ex linea materna sed paterna, statutum tamen iudicat illam de linea materna. Et forte eo respectu, quia cum sit fœmina, in illa agnatio conseruari non potest. Istud nihil est, & erat potius omittendum, quia nullibi apparet, quod statutum iudicet, uel disponat, qđ soror sit de linea materna. Nec est præsumendum, ꝙ istud uelit ad exclusionem sororis, sed potius, contrarium, cum hoc sit odiosum & contra ius. l.cum quidam. de lib. & posth. & cap. odia. de reg. iur. in 6. Nec contrarium dicitur apparere ex d.uer. sin autem, &c. quia ibi istud non dicitur explicitè, sed aliud exprimitur nec propter argumentum a contrario sensu debet recedi a rubrica, quæ loquitur clare & expresse, sed potius per rubricam probatur, quod dictum argumentum nullo modo sit sumendum, uel quod sumi debet eo modo, quo dictum fuit, uel prout etiam dicetur statim. Et ex his etiam sequitur, ꝙ dici non potest, quod nigrum dicatur generalius rubro iuxta notata in auth. de incestis nup. in prin. quia in nigro aliter non reperitur expressum, neque a rubro recessum, & in dubio ita est interpretandum, etiam impropriando uerba, cum ex tali interpretatione euitetur legum correctio. cap. cum dilectus. de consuetud. & ibi notat dom. Abbas. Vnde tam ex præmissis, quam ex infra dicendis manifeste colligitur, quod ex parte contraria potius, quam ex nostra cauillose pro-
7 ceditur. Dictum etiam fuit, & rursus dicitur † ꝙ si argumentū a contrario sensu debuit sumi hoc dēt fieri cum omni sua qualitate. Et ideo cum dicatur in prællegatis uersi. ꝙ non extantibus prædictis agnatis mulieres, de quib. ibi succedant æqualiter, argui debet a contrario sensu, ergo illis extantib. nō succedant æqualiter. Et sic arguēdo isto modo soror nō erit exclusa succedendo in totum, ut succedere debet de iure communi, qa tunc non succedit equaliter. Et pro hoc allegaui Soc. qui etiam ita declarat in specie in consi. 217. incip. In causa dom. Annæ, &c. circa fi. & licet in consilio contrario dicatur, qđ iste intelle-

ctus

ctus nullo modo possit adaptari, quia non potest sumi argumentum a cõtrario sensu respectu qualitatis succedendi æqualiter,quin ẽt sumatur respectu succedendi simpliciter, quia facultas succedendi æqualiter præsupponit facultatem succedendi,quoniã qualitas stare nõ põt sine subiecto.l. eius qui in prouincia.si cer.peta. Et ideo cum dicatur, non extantibus prędictis agnatis succedant æqualiter. Ergo illis extantib. non succedant æqualiter,nec aliquo mõ.Nihilo minus ista responsio nõ procedit sine dubio & de illa miror valde. Nam fateor, ꝙ solũ respectu qualitatis importatæ per verbum,æqualiter, non põt sumi argumentum a contrario sensu per illam rationem, quia qualitas non potest esse sine subiecto,quę ad hoc tendit,sed dicitur,ꝙ non debet sumi solum respectu substantiæ,id est,facultatis succedẽdi omissa qualitate, sed capi debet respectu utriusque,& sic tam respectu qualitatis quã substantiæ,& per consequens,ꝙ extantibus agnatis non succedant æqualiter,quia tũc non dicitur qualitas esse sine subiecto,sed immo est vnita cum illo. Nec debet sumi hoc modo,videlicet extantibus agnatis nõ succedant omissa qualitate,quia tũc separaretur, qualitas a suo subiecto,quod fieri non debet,& præsertim quando ex hoc sequitur legum correctio. Et ultra prædicta,& ea,quę alias dixi, dico,quod argumentum a contrario sensu casu,quo habeat locum, potest etiam aliter sumi. Nam dicitur in prædicto vers. quòd non extantibus, aliquibus descendentibus ascendentib. vel agnatis prædictis, sed extante matre, & sorore succedant æqualiter, &c. illa ergo verba, succedant ęqualiter, indefinitè prolata, & sub conditione negatiua,scilicet non extantib. prædictis agnatis, sumitur uniuersaliter seu simpliciter, quia in illum casum prædictę mulieres succedunt simpliciter, & indistinctè. Sed illa indefinita negatiua & subintellecta, videlicet non succedant,quæ resultat ex contrario sensu, non stat simpliciter,nec æquipollet vniuersali, & sumi debebit hoc modo, videlicet, non extantibus agnatis prædictis, personæ, de quibus ibi succedant, scilicet semper. Ergo † illis extantibus non
8 succedant,scilicet semper,sed quãdo extat frater defuncti, quia etiam tunc soror excluditur,& quandoque sic,vt quando extat frater, quia isto casu succedit soror extantibus etiam alijs agnatis. Et sic in sensu directo indefinita æquipollebit uniuersali,sed in sensu contrario non,sed eo modo, quo dictum est, sumi debet argumentum a contrario sensu. Et hoc, vt euitetur correctio iuris communis,ſm Are. qui ita specialiter determinat in l.qui in potestate.de testa.per tex. ubi dicit esse casum in l.discretis.in fi.C.qui test.face.pos.ubi dicit text. quod mutus a naura vel ex accidenti, si sit peritus literarum,potest omnia facere,id est,testari codicillari,&c. Et tamen si colligeres, ibi argumentum a contrario sensu,ergo si non sit peritus, nihil potest facere,malè diceres,quia licet mutus imperitus non possit testari,potest tamen codicillari,si sit mutus ex accidenti.l. nutu.de le.3. Oportet ergo, secundum Aret. sumere argumẽtum alio modo,& dicere,Ergo si non sit peritus,non poterit facere omnia,sed quædam, vt euitetur correctio iurium. Et ibi etiam Are.idem dicit ad intellectum.c.licet.de sepultur.in 6.Mihi tamen magis placet,quòd ex dicto versi.non sumatur, nec sumi debeat aliquo modo argumentum a contrario sensu, per ea, quæ in præcedentibus dicta sunt. Et ubi pertinaciter aliter dicatur respectu sororis, quia quo ad alias mulieres non est necessarium, cum expresse, & directò excludantur per statutum sumendum erit altero ex prædictis modis ad finem,vt non excludatur soror, nisi a solo fratre. Et ista est mera ueritas iudicio meo,& de hoc nullatenus dubito. Sed,vt audio contra sororem ponderatur etiam statutum prædictum in alio ver.inci. ac adijcientes,&c. In quo pius & religiosus locus excluditur a successione defuncti dedicati dicto loco extantibus fratribus filijs fratrum,filijs patruorum,& sororibus defuncti,cuius successio defertur. Et ex quo ordine succedendi dato a statuto dicto casu dicitur constare, quòd etiam filius patrui præfertur
9 sorori proximiori. Ad quod etiam respondetur † ꝙ iste ordo datur & seruatur contra ius commune, quãdo agitur de exclusione dicti loci pij vel religiosi, quia ille locus excluditur per prædictos seruato dicto ordine. Sed quando concurrũt ꝑsonę nominatæ in dicto versi.adinuicem, & inter se, & non agitur de exclusione dicti loci, vt in casu nostro, tunc ille ordo non det seruari. Nec a iure cõmuni receditur, sed inter illos succederetur ſm ius commune, vel ſm ꝙ alio loco per statutum esset ordinatum. Et isto modo ad hoc respondet Soc.& quasi in terminis in consi.89.inci. Circa præmissum,&c.in prin.4. vo. ad quandam Doctrinam Pet.de Anch.in c.canonum statuta. de constitutioni. Et est vera responsio. Laus Deo.

¶ Frater patruelis an excludat filios sororis, stante statuto excludente attinentes ex linea materna, existentib. attinentib. ex linea paterna.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica habens orationem perfectam potest allegari ad decisionem causarum.*
2 *Argumentum a contrario sensu sumitur, quando sequeretur cõtrarietas alterius statuti.nu.6.*
3 *Argumentum a contrario sensu sumitur, ubi non resultat iuris communis correctio,& multo magis quando ius commune cõseruatur.*
4 *Argumentum a contrario sensu etiam ad correctionem iuris communis sumitur, quando per illud inducitur quid fauorabile.*
5 *Statutum excludens a successione attinentes ex linea materna, intelligitur de linea materna defuncti, non autem exclusi.*
6 *Species quoties generi contradicit, illi derogat,& nunquam censetur illud fuisse sub generalitate comprehensum.*
7 *Verba ad diuersas personas relata, non capiuntur uniformiter, si iuri communi derogatur ita capiendo.*
8 *Argumentum a contrario sensu etiam contra ius commune admittitur, quando ab illo est iam in sensu directo recessum, aliàs secus.*
9 *Ordo succedendi contra ius commune per statutũ inductus, non extenditur ad aliam partem statuti, quæ possit secundum ius commune intelligi.*

CONSILIVM XLV.

ISIS statutis ciuitatis Mutinæ, ex quib. orit̃ qõ, de qua agitur, prima facie dicendum videtur, ꝙ filiis sororis defuncti excludantur ab intestato per superexistentiam fratris patruelis eiusdem. Et primo ex rubro illius statuti, ꝙ attinentes uenientes ex linea materna ab intestato non succedant defun-
1 cto extantibus attinentibus venientibus ex linea paterna. † q rubrica, cum habeat orationem perfectam, potest allegari ad decisionem causarum per no.per glo.in rub.C. ne fideiuss.dotium dent.& per Imo.in rub.de ver.obl.& per Modernos omnes in l.1.si certum peta. Cum ergo dicti filii sororis coniungatur defuncto per matrem eorum, debent excludi per dictum fratrem patruelem illius,& attinentem ex linea paterna. Secũdo idem probatur ex nigro eiusdem statuti disponentis circa principium, ꝙ agnati masculi usque ad quartum gradũ excludant quasdam fœminas ibi nominatas, & cognatos usque ad eundem gradum. Quia ergo dicti filij sunt cognati defuncto, quia illi coniungũtur per fœminam, institu.de legi.agnat.tu. §.1. excluduntur a prædicto fratre patruele, qui est agnatus, d. §.1.& est quarto gradu.l.iuriscõsultus §.quarto gradu.de gradib. Nec prædictis obstare videtur statutum præcedens, ver. volentes,&c.vbi habetur, quòd fratri præmorienti habenti sororem maritatam vel non maritatam, vel descendentes ipsius sororis, ab intestato nullo modo eidem fratri præmortuo, vel ipsius descendentibus, seu alicui eorum succedat, existentibus seu superuiuentibus ipsius fratris præmortui ex eodem patre, fratre, vel fratrib. vel ipsorum fratruum uel fratris liberis masculis legitimis & naturalibus & hæreditatem sic præmortui, vel præmortuorum agnoscentibus, &c. Quoniam licet statutum a contrario sensu uideatur uelle, ꝙ non extantibus fratribus uel filiis masculis fratrum non excludatur soror, nec eius
2 filii, non † debent tamen sumi argumentum prædictum contra dispositionem statuti sequentis, & de quo supra, sicut etiã non sumitur argumentum a contrario sensu, quando ex illo induceretur correctio iuris communis. ſm Bar. in l.omnes populi.de iusti.& iure, in 6.q.prin.& in l.1 de offi.eius cui mãd. est iurisd.& Bal.in l.apud antiquos.C.de fur.& Ant.de But. & alios,

alios in c. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. cum concordantibus de quibus per Ale. in d. l. 1. Nam sequens statutū nedum excludit cognatos generaliter, sed etiam specialiter sororem, vt probatur in versi. si autem decesserit, &c. vbi dicitur ꝙ si quis decesserit non extantibus aliquibus descendentib. & ascendentibus agnatis prædictis masculis, sed extante matre & auia & sorore vel sororibus saltem ex latere paterno coniūctis succedant æqualiter pro virilibus portionibus dicta mater, soror, vel sorores prædictæ, &c. Et sic statutum vult a contrario sensu, quod extantibus dictis agnatis non succedat soror, quod argumentum hoc loco sumitur, quia respectu matris & auiæ debet etiam sumi, quæ in principio statuti in sensu directo excluduntur prędictis agnatis extantibus. Et sic quo ad eas per dictum argumentum idem disponitur, quod erat prius dispositum in principio dicti statuti. Quemadmodum ergo est sumendum argumentum prædictum respectu matris & auię, ita etiam debet sumi respectu sororis, quia verba statuti omnes dictas personas in eadem oratione positas determinant, l. iam hoc iure. de vul. & pup. Et istud confirmatur ex eodem statuto alio loco, in versi. adijcientes, quòd aliqua persona, &c. inquantum ibi dicitur, quòd aliqua persona religiosa vel professa non succedat ab intestato alicui ascendenti vel collaterali extantibus dictæ personæ defunctæ de gradu agnationis ipsius fratribus, vel filiis fratrum, seu ipsius defunctæ personæ sororibus, ad quas personas hæreditatem ascendentis vel descendentis & collateralium dictæ personæ defunctæ volumus in totum deferri, &c. Ex prædicto igitur ordine scripturæ apparet, quod nedum frater & eius filii. sed, quòd etiam filii patrui præferuntur dicto casu sorori defuncti, quia ex illa alternatiua, seu. probatur, quòd soror uocatur post prædictos prius uocatos & ordine successiuo. l. cum pater. §. fin. de lega. 2. & l. hæredes mei. §. penult. ad Trebel. & per Barto. & Doct. in l. Gallus. §. 1. de lib. & posthum. Si ergo soror defuncti magis dilecta, & quæ est agnata, excluditur per superexistentiam agnatorum masculorum usque ad quartum gradum, multo magis debent excludi eius filii minus dilecti. l. Publius. §. fin. de cond. & demon. & l. si uiua matre. C. de bo. mat. Et quia ex hoc sequenti statuto soror spāliter excluditur, ut per prædicta probatur, ex hoc sequitur, ꝙ non debet sumi argumentum a contrario sensu in præcedenti statuto & in loco, de quo supra, quia ex tali argumento soror non excluderetur ab agnatis remotioribus & sic induceretur contrarietas, quantum ad hoc, inter prædicta statuta, quæ debet euitari, si fieri potest. §. quibus. in prima constitutione C. de nota. in l. scripturæ. C. de fide instrum. & in c. 1. co. tit. Et sic non sumitur quo ad sororem, ita etiam nec quo ad filios eius, vt æqualis sit determinatio d. l. iam hoc iure. Et ubi præcedens statutum expresse disponeret quod soror succederet extantibus dictis agnatis remotioribus ab illo, intelligeretur recessum per sequens in hoc contrarium præcedenti, quia quantum ad hoc attenditur ordo compositionis & scripturæ, quamuis omnia statuta in eodem volumine posita sint eodem tempore confirmata. l. si vero composita de testam. militis, & ibi not. Barto. & per eum in dict. l. omnes populi. cum concord. Sed prædictis non obstantibus contrarium puto uerius. Nam, vt dictum est, præcedēs statutum sub rubrica, quod filiæ, vel mulieres dotatæ, &c. & in uersiculo pręallegato, uult a contrario † sensu, quòd non extantibus fratribus, vel filiis fratrum soror & filii sororis succedant. Et quod
3 argumentum dicto casu potest & debet sumi, quia ex illo non resultat iuris communis correctio, immo cum iure communi concordat, secundum quòd filii sororis dicto casu debent præferri, vt probatur ex not. per Iac. But. quem refert & sequitur Barto. in d. l. omnes populi. & Bald. in l. 2. in prin. C. de conditionibus inst. & in d. l. apud antiquos. & Salic. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. & Anto. de Butr. & Imo. in d. cap. cum apostolica. & Alex. in d. l. 1. de offic. eius cui manda. est iurisd. ubi uolūt, quod si statutum disponit in casu non prouiso a iure communi, tunc habebit locum argumentū a contrario sensu ex quo tunc non resultat correctio iuris communis, ideo sicut in dispositione legis & contrahentium habet locum argumentum a cōtrario sensu. l. inter socerum. §. cū inter. de pactis dotalib. & d. l. 1. ita debet hr̄e locum in talibus statutis, multo ergo magis debet sumi in casu nostro, in quo non solū ius commune non corrigitur per dictum argumentum, sed cōseruatur. Et istud etiam confirmabitur ex no. per Benedic. de Plū-
4 bi. in l. si quis locuples. de de manumis. test. vbi vult, ꝙ † quādo ex casu expresso in statuto includitur fauor in tacito a contrario sensu subintellecto, ꝙ tunc habeat locum argumentum a contrario sensu, etiam si ex illo inducatur correctio iuris communis, per d. l. inter socerum. §. cum inter. & l. tale pactum. §. fi. de pactis. Ergo ex verbis prædicti statuti debet sumi, quia per illud fit reditus ad ius commune, quod est fauorabile, secundū gl. c. statutum. in verbo, dinumeranda. de præb. in 6. & Ale. in l. si constante. in prin. sol. mat. Et in his terminis, in quibus per argumentum a contrario sensu ius commune non læditur, sed conseruatur, sine dubio vera est prædicta opinio. Et istud adhuc comprobatur, quia quoad sororem dēt sumi dictum argumentum, quia soror non est exclusa de iure communi, nec forma alterius statuti in casu tacito & contrario, ut statim dicam. Et sic quantum ad illam ius commune per illud argumentum non corrigitur, nec aliqua contrarietas inter statuta oritur per prædicta. Vnde etiam quo ad liberos sororis sumi debet argumentum a contrario sensu, quia quoad omnes fieri dēt æqualis determinatio, d. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. Quia ergo filij fratrum isto casu per statutum non excluduntur sed uocantur & prout de iure cōmuni debent præferri dictis agnatis, in aut. de hær. ab intest. §. reliquum. iuncto. §. nullam. illorum intentio est fundata tam ex forma statuti quam de iure communi. Vnde sola vis stat in respondendo ad contraria. Non obst. primo dicta rubrica, quòd attinentes uenientes ex linea materna, &c.
5 † quia loquitur de linea materna ipsius defuncti, & sic de illis, qui defuncto sunt coniuncti per matrem ipsius, non autem de linea materna eius, qui dicitur exclusus, nec de illo, qui est coniunctus defuncto per matrem propriam, & non ipsius defuncti, sicut est filius sororis, quod patet ex illis uerbis eiusdem rubricæ, videlicet extantibus attinentibus uenientibus ex linea paterna, &c. Nam intelligitur de linea paterna defuncti. Vnde eodē modo ex linea materna defuncti debet intelligi alia pars rubricæ, quæ declaratur per partem sequentem. l. 1. de rebus dub. Et sic tanto magis est dicendum, quia aliàs dicta rubrica contradiceret statuto præcedenti, & ideo, ut cōtrarietas caueretur, dicta interpretatio debet sumi d. §. quibus & per not. per Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. de cond. indebit. Non obs. etiam, qđ in nigro agnati masculi usque ad eundem gradum excludant cognatos usque ad eundem gradum, quia sub ista generalitate non includuntur filij & descendentes sororis, qui in præcedenti statuto sunt vocati non extantibus fratribus defuncti, & filijs fratrum masculis, quia isto casu species derogat generi, per no. per Bar. in l. 1. §. 1. de oper. noui. nunci. vbi dicit, quod quo-
6 ties † species contradicit generi, semper generi derogatur per speciem, vt probatur secundum eum omnibus regulis iuris. Et ita est in casu nostro, quia filij sororis dicto casu specialiter vocantur ex statuto præcedenti sumpto argumento a contrario sensu, & expresse contradicio in generalitate statuti sequentis. Ergo illi per speciem derogatur. Nec obst. ꝙ argumentum a contrario sensu non debeat sumi, quando inducitur ex hoc correctio alterius statuti. Et sic videtur corrigi, si derogetur generalitati sequentis statuti, quia sub dicta generalitate vsque ab initio non fuerunt comprehensi filij sororis, & sic nunquam fuerunt sub dicta generalitate comprehensi. Et hoc modo dicitur isto casu generi derogari, sicut in alio casu simili dicit Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum. in fin. de fundo instruc. Et per consequens non potest dici, quòd sequens statutum corrigatur, vel ꝙ præcedenti contrarietur, ex quo vsque a principio dicti filij sororis non fuerunt inclusi sub dicto genere. Ratio ergo contraria posset procedere, quando in sequenti statuto filij sororis essent specialiter exclusi, quia tunc contrarietas nō posset euitari, si argumentum a contrario sensu in præcedenti statuto habere locum. Nec obst. quòd soror dicatur specialiter exclusa per sequens statutum, in versi. sin autem decesserit, ꝗa ibi non excluditur, nisi sumatur argumentum a contrario sensu, quod sumi tunc non debet quo ad sororem, quia ex illo resultaret correctio iuris communis, secundum Doc. in d. l. 1. & in d. c. cum apostolica. Et dum dicitur, ꝙ sicut sumitur quo ad matrem & auiam, ita ēt debet sumi quo ad sororem d. leg. iam
7 hoc iure, Ista consequentia negatur, quia † uerba directa ad diuersas

uersas personas diuersimode possunt, & debent interpretari, quando vniformiter sumendo præiudicaretur iuri cõi. & sic di cto casu locum non hẽt d. l. iam hoc iure. ut probatur in ca. cũ dilectus. de consuetud. & ibi notat do. Abb. qui dicit, ꝙ in hoc ille tex. est multum singularis. Et sic quamuis quoad matrem,
8 & auiam posset sumi dictum argumentum, † quia ꝑ illud quo ad illas non receditur de nouo à iure communi, quoniã ab illa fuerat iam recessum per principium eiusdem statuti, tñ quãtũ ad sororẽ sumi non debet, quia cum prius non fuerit exclusa, immo hoc casu uocata per præcedens statutum, si quo ad illã sumeretur argumentum a contrario sensu, induceretur de nouo correctio iuris communis & statuti. Iõ non debet sumi, ex quo satis operatur statutum quoad sororem in sensu directo, quoniam vocatur æqualiter cum auia extante matre, quæ auia tunc deberet excludi in totum remotior, per authẽ. defuncto. cum ibi no. C. ad Tertulianum. Non obs. postremò ꝙ in eodẽ
9 † statuto sequenti personæ religiosæ excluduntur extantibus filijs fratrum, filijs patruorum, & sororibus defuncti, quibus successio defertur, & sic ꝙ attento dicto ordine præferatur filius patrui ipsi sorori proximiori. Quia aduertẽdum est, quod iste ordo datur & seruatur contra ius commune, quando agitur de exclusione dictæ personæ religiosæ, quia excluditur per prædictos seruato dicto ordine, quia prius vocantur ad excludendum, & succedendum prædicti agnati masculi, quam ipsa soror. Sed quando concurrunt in se, & non agitur de exclusione prædictæ personæ, vt in casu isto, tunc ille ordo non seruatur, neque a iure communi receditur, sed inter illos succeditur ẽm ius commune. Et ita quasi in terminis etiã respondet Soc. in consi. 89. inci. Circa præmissum &c. in prin. 4. col. 4. uol. ad quandam doctrinam Petr. de Anch. in c. canonum statuta. de constitutionibus. Et est vera responsio. Laus Deo.

¶ Statutum si uult, per aliquas personas fœminas excludi & descendentes ex eis, si aliquæ ex illis personis moriantur sine filijs, an admittantur fœminæ uel descendentes ex eis.

S V M M A R I V M.

1 *Verba collectiua, & uniuersalia statuti, quando resoluantur in plures singularitates, sicut & uerba ultimæ uoluntatis. numero 4.*

2 *Substitutus per fideicommissum in tota hæreditate plurib. si omnes decessenint, admittitur etiam ad portionem unius decedentis.*

3 *Vocatus ad successionem post mortem omnium masculorum, nõ admittitur uno moriente.*

5 *Statutum excludens feminas propter masculos, in dubio uidetur consulere agnationi, & illi totam hæreditate velle conseruare.*

6 *Pluralitas non resoluitur in plures singularitates, quoties non est eadem ratio de uno quoad unum, quæ est de pluribus quoad plures.*

7 *Nepos non conceptus tempore mortis aui, ex sua persona ei non succedit, & quando etiam conceptus eo uiuente excludatur.*

CONSILIVM XLVI.

PONDERATIS diligẽter verbis statuti, & visa ac intellecta facti serie uidetur prima facie ꝙ hereditas dom. Valerij redire dẽat ad filios filiarũ d. do. Valerij & ad hæredes earũ pro portione, & rata, quæ peruenit ab intestato ex forma statuti ac fratres eiusdẽ, & ad quẽlibet eorũ, qui decessit sine filijs, & descẽdẽtib. masculis. Qm̃ statutũ præferẽs fratres defuncti, & filios fratrũ, & quosdã alios filiab. suis ab intestõ, vult postmodũ, ꝙ si cõtingeret, ꝙ supradicti oẽs masculi cõnumerati ascẽdẽtes, videlicet & collaterales tm̃ mõ, qui mulierem exclusserũt a supra dicta hæreditate cõtra iuris cõis dispõnem decederent ex testõ uel ab intestato sine filiis uel nepotib. masculis ex istis filiis masculis descendentib. ꝙ tunc tota hæreditas illa, quæ ad illos masculos excludentes mulierem peruenit, deueniat, & deuenire debeat in dictas filias exclusas, & personas ex eis filiabus descendentes exclusas ut supra, salua casu ultimo prærogatiua gradus, &c. ¶ Quia igitur præsupponitur, quod tres fratres ex quinque ipsius domini Valerii, videlicet domi. Simon, Hieronimus, & Alexander, qui ei ab intestato successerunt æqualiter cum aliis, decesserunt sine filiis masculis, videtur ꝙ portio cuiuslibet redire debeat ad descendentes dictarum filiarum do. Valerij, quamquam dicatur, quod alii duo fratres scilicet Antonius & Ioan. Franciscus decesserint cum
1 filiis masculis. Quia † illa uerba statuti collectiua & uniuersalia, videlicet, ꝙ si contingat, ꝙ supradicti omnes masculi, &c. resoluuntur in plures singularitates, & verificantur in quolibet decedente sine filiis respectu suæ portionis, sicut quando
2 pluribus institutis eis substituitur alius, si † omnes decesserint sine filiis, admittitur substitutus ad partem unius tantum decedentis sine filiis, ut probatur aperte in l. hæredes mei. §. cum ita ad Tre. & ibi hoc etiam vult Bar. in fi. vbi dicit, ꝙ substõ fideicõmissaria sit facta plurib. cũ adiectione nominis collectiui, vt quia dictum sit; si ambo vel si vtrique decesserint sine filiis, tũc ex propria significatione vocabuli excluditur substitutus, nisi in persona omnium existat conditio, vt in principio illius. §. ac secundum interpretationem, quæ ex mente defuncti colligitur, si superest aliquis de liberis, qui substitutum ex præsumpta voluntate defuncti excludat, & substitutus excluditur. l. pe. C. de impub. & aliis substit. Si uero nõ superest aliquis, qui ex verisimili mente excludat, & tunc substitutus admittitur, vt est casus in d. §. secundum Bar. cum quo transeunt communiter Doc. ibi, & maxime Im. qui pro hoc allegat. l. Lucius. §. Caio. eo. ti. Et quamuis ibi non fuerit facta substõ plurib. ꝑ nomẽ collectiuum, q a tñ facta fuit per copulam, est idem, qm̃ nõ minus ex propria significatione requirit copula concursum omnium, quam nomen collectiuum. Et tñ sufficit, ꝙ in persona unius tantum cõdõ adimpleatur d. §. Caio. Et ea rõne, quia si uoluit testator, ꝙ purificata condõne in persona omnium substitutus capiat totum, ita verisimiliter uoluit, ꝙ admittatur ad partem, quando in persona unius tantum purificatur cõdõ d. §. cum ita. ubi redditur rõ prædicta. Et eandem opinionem tenet etiam Sali. & Alc. in d. l. pe. C. de impub. & aliis substi. & ꝓbatur etiam in illo tex. Nam illo casu substitutus non excludit solum uirtute nominis collectiui, sed etiam quia superest ꝑsona quæ ex uerisimili mente defuncti excludit substitutum. Et prædicta procedunt, etiam si substõ facta plurib. per nomen collectiuum sit facta in tota hæreditate, vt est expressum in d. §. cum ita. & probatur in l. fi. §. filium. de leg. 2. in uerbo, quicquid. Et ita etiam tenet Ang. Imo. Rapha. & Pau. de Ca. in quidam testamento. de vul. & pup. & in d. §. cum ita. per illũ text. in uerbo, oẽm hæreditatem. & per d. l. fi. §. filium. Et idem tenet Pau. de Ca. in d. l. Lucius. §. Caio. ad Tre. & Ale. in d. l. pen. Et loquitur d. §. cum ita. qñ facta fuit substitutio plurib. ꝑ nomen collectiuum, & in tota, seu omni hæreditate, & sic quãdo concurrit utrinque. Quod ergo dicitur de vltima voluntate dictis modis concepta, idem est dicendum de statuto disponẽte, ꝙ post mortem omnium masculorum excludentium filias & decedentium sine filijs tota hæreditas deueniat & deuenire debeat in dictas filias exclusas, & personas ex eis filiab. descentes exclusas, ut supra. §. disponat. in auth. de nup. & no. Bar. in l. si quando. §. heres. de leg. 1. cum nec isto casu supersit aliquis descendens do. Valerii, de cuius hæreditate agitur, qui ex uerisimili mente statuti excludat eius filias. Sed præmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Nam certum est, ꝙ ẽm pro
3 priam prædictorum verborum significationẽ † hæreditas ad filias semel exclusas redire non potest, nisi eo casu, quo omnes masculi, qui filias excluserunt, decesserint sine filiis masculis. Et sic est necesse, ꝙ in persona omnium masculorum adimpleatur dicta cõdõ, quia hoc significat illa dictio, omnes d. §. cum ita. in prin. & prout fatetur ibi Bart. & alii in fi. Quia ergo dicitur, ꝙ duo ex fratrib. do. Valerii decesserunt cum filiis masculis defecta est cõdõ quo ad omnes, & in persona omnium, sub qua statutum uult hæreditatem ad filias per eos semel exclusas redire. l. si is qui ducenta. §. utrum. de reb. dub. & l. si seruus. §. si plurium. si quis cautio. Et magis in terminis probatur ex not. per Spe. in ti. loca. §. nunc aliqua. ver. 69. vbi concludit, ꝙ si emphyteusis concessa sit duobus fratrib. pro se filiis & nepotibus hoc addito, quod post mortem eorum reuertatur ad cõcedentem, & unus illorum decedat sine filiis, quod portio sua transibit ad alios superstites, & non reuertetur ad concedentem.

tem. Et quamuis in contractu non habeat locum ius accrescẽdi, per no. per Bar. in l. si mihi & Titio. de ver. obl. in casu prædicto aliud est ex vi taciti pacti, quia actum uidetur ꝙ donec aliquis superſit, ꝙ ad eccleſiam non reuertatur. Et ita dicit tenuisse Azon. & Marti. de Fano conſulendo. Et idem tenet Sal. in l. 2. C. de iure emph. in 24. q. & Pau. de Ca. in conſi. 158. Viſo & examinato, & c in prin. & Rom. conſi. 19. & Ale. conſi. 175. vol. Si ergo quando eſt actum ſimpliciter, ꝙ poſt mortem prædictorum reuertatur res ad eccleſiam, pars unius tantum decedentis ſine filiis ad eam non redit, ſeq requiritur, ꝙ omnes moriantur, magis idem erit, quando dictum fuit, poſt mortem omnium. Et prout etiam utroque caſu idem uult Sali. in d. l. 2. & qui etiam reſpondet ad d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & l. Lucius §. Caio. eo. ti. quæ iura allegat etiam in contrariũ Sp. in loco præallegato, & ad quæ non reſpondet. Nam, ſm Sal. in fideicommiſſaria ſubſtitutione uidetur cuiuslibet hæredis fides electa & grauata, ideo habet locum ſubſtitutio in perſona cuiuslibet. Et idẽ in effectu dicit Bar. in d. §. cum ita. circa prin. ſentiens, quod aliud ſit in emphyteuſi, quia tunc actum dicitur ut in dictum caſum illa finiatur, & quod ad concedentem reuertatur, tanquam ſit finita, & non quia dicantur inueſtiti de reſtituendo grauati, & per conſequens qđ nec dicatur ad hoc eorum & cuiuslibet eorum fides electa & grauata. Et quæ ratio, quæ in caſu Spe. & aliorum aſſignatur, locum etiam hẽt in
4 caſu noſtro, quia † ſtatutum diſponens, ꝙ tota hæreditas poſt mortem omnium maſculorum ad filias deueniat, non grauat maſculos, nec eorum fidem de reſtituendo eligit, ſed vult, ꝙ ipſo iure, & ex legis diſpoſitione, & abſque ulla hominis reſtitutione, ad filias reuertatur, ita quòd in dictum euentum maſculi deſinũt eſſe hæredes, & fœminæ directo hæredes efficiũtur, ſecundum Barto. in l. fin. in princ. ad Tert. & Docto. maxime Ale. in l. 2. C. de repud. hære. & de quo per Are. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. de lib. & poſth. Nam ſecundum prædictos poteſt ſtatutum facere, ꝙ ille, qui ſemel fuit hæres, poſt tempus deſinat eſſe hæres, ſicut quando uult, quod quamdiu extabunt maſculi, fœminæ non ſuccedant, tunc enim, ſecũdũ Bar. maſculis deficienrib. illi deſinunt eſſe hæredes, & fœminæ directo ſuccedunt, per l. miles ita. in prin. de teſta. mil. Vnde hac ratione dici non poteſt, ꝙ in caſu noſtro dicatur fides maſculorum electa, & ſic pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, & locum non habet d. §. cum ita, nec d. §. Caio. Et quod iſta fuerit intentio ſtatuti, probatur etiam ultra prædicta. Nã ſtatutum hoc factum eſt, ut bona conſeruentur in agnatione maſculina, ut colligitur expreſſe ex proœmio ſtatuti, per qđ ratio finalis oſtenditur, & probatur. leg. fin. de hæred. inſtitu. & leg. cum hi. in prin. de tranſact. Et † ita etiam in dubio præ-
5 ſumitur, ſecundum Io. And. in Spec. in rub. de ſucceſ. ab inteſt. & Cy. in l. j. C. de adul. & Bal. in l. quod uero. de legibus. & in l. maximum uitium. C. de lib. præteri. cum concordantib. Vnde veriſimile eſt, ꝙ ſtatutum voluerit totam hæreditatem, vel eius partem ad filias ſemel excluſas redire vel deuenire, niſi eo caſu quo omnes maſculi, a quibus fuerũt excluſæ, ſint mortui ſine filijs maſculis, quia donec aliquis ex maſculis ſupereſt, militat rõ obſeruandæ agnationis, conſiderata & ponderata per ſtatutum. Et ad hoc faciunt no. per Bald. in l. 1. C. de cond. inſer. dũ dicit, qđ quando fit ſubſtituto vulgaris duobus, ſi neuter, uel nullus hæres erit, quod altero exiſtente hærede excludit̃ ſubſtitutus. l. quamuis. C. de impub. & alijs ſubſt. Et eſt ratio, ꝗa uulgaris ſubſtitutio ordinatur mere in fauorem teſtatoris, cuius intereſt habere ſuum hæredem. Et ideo uidetur uoluiſſe conſeruare ius accreſcendi. Ita igitur & iſto caſu ſtatutum uidetur uoluiſſe apud maſculos ſuperſtites totam hæreditatem permanere, quia fauor agnationis, qui adhuc durat, hanc interpretationem admittit. ſicut etiam dicimus, quod ubi ſupereſt perſona, quæ ex uериſimili mente defuncti excludit ſubſtitutum, ille non admittitur ad partem unius. le. penul. C. de impub. & aliis ſubſtitutionibus. Et quamuis ibi ſuperſtes eſſet de deſcentibus, tamen ſtante diſpoſitione ſtatuti idem eſt in tranſuerſali, quia cum maſculi tranſuerſales filiabus præferantur ab inteſtato, & hoc ut conſeruetur agnatio, & honor agnationis, quilibet, qui hac ratione præfertur filiabus dicitur eſſe perſona, quæ ex ueriſimili mente ſtatuti excludit filias uocatas poſt mortem omnium deſcendentium ſine filiis, a portione illius, qui deceſſit ſine filiis dicta leg. penultim. Sicut enim præſumitur per legem, quod deſcendens ſit perſona, quæ ex veriſimili mente defuncti excludat ſubſtitutum, arg. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. ita quilibet agnatus, qui excludit filias ex forma ſtatuti, ratione prædicta, debet preſumi eſſe de ꝑſonis, quæ ex ueriſimili mente ipſius ſtatuti excludat filias. & io Bal. in d. l. j. C. de cond. inſer. per d. l. pen. dicit generaliter, quod
6 vbi non adeſt eadem ratio de uno quo ad vnũ, que† eſt de pluribus ad plures, tunc pluralitas non reſoluitur in ſingularitates. Et hoc confirmatur. Nam filiæ do. Valerii ſine dubio excludebantur a ſucceſſione patrui decedentis ſine filiis extantibus fratribus defuncti quoad portionem, in qua ille ſucceſſit patri ſuo, & quo ad omnia bona aliunde quæſita. Et hoc diſpoſitione dicti ſtatuti, quamuis cum illis patrui concurrerent de iure communi, ut in auth. ceſſante. C. de legi. hære. & in §. reliquũ. in auth. de hære. ab inteſt. Qua ergo ratiõe, ſcilicet fauore agnationis filiæ do. Valerij excluduntur quoad prædicta a ſucceſſione premortui ſine filijs per alios patruos ſuperſtites & eorum filios maſculos, pari ratione debent etiam excludi ab illa parte, in qua maſculi mortui ſine filijs maſculis ſucceſſerunt ab inteſtato d. dom. Valerio, & a qua ſemel filiæ eius fuerunt excluſæ, cum dicta portio ſit vnita cum reliquo eorum patrimonio. le. ſed ſi plures. §. filio. de uulg. & pup. ne unum & idem patrimonium diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui ędes. de uſucap. Et hanc indubitanter credo fuiſſe intentionem ſtatuti. Et quia agitur ꝑ filios & hæredes filiarum do. Valerij, ſi quidem ipſæ ſint mortuę ante patruos earum maſculos, qui dicuntur ſine filiis deceſſiſſe, non poſſunt filii earum ex alio capite admitti ad ſucceſſionem do. Valerij. Nam ex perſona matris admitti non poſſunt, quia cum hæreditas matri non fuerit delata, quia ſit præmortua ante maſculos, non potuit illam tranſmittere, nec etiam ius deliberandi. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberan. Nec etiã
7 † ex perſona propria poſſunt dicti filii uenire, ſi non erat concepti tempore mortis aui. l. 2. §. ſi quis proximior. unde cogn. Et ita etiam per prędicta concludit Bart. in d. l. fin. in prin. ff. ad Tertu. Et cum eo tranſit Imo. in l. ei qui ſoluendo. de hęredibus inſtituen. & Ale. in d. l. 2. C. de repud. hær. & in l. ſi poſthumus a primo. in prin. de lib. & de poſthu. & Aret. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium. eo. tit. & in l. uentre. de acqui. hær. Et ubi etiam dicti nepotes do. Valerij ex ſuis filiabus fuiſſent tempore mortis eius concepti, adhuc tamen, ſecundum Bal. in l. ſi quis filiũ. C. de inoffic. teſt. ex perſona propria non poſſent uenire, quia filiæ ſolum ponuntur in capite reſolutiuo maſculorum. ergo alii cenſentur prohibiti reſoluere, alleg. no. per Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tertu. cum quo etiam tranſit Imo. in dict. leg. ei qui ſoluendo. & Ale. in d. l. 2. Nec obſtat prædictis, quod ſtatutum in caſu noſtro dicat, quod hæreditas deueniat ad dictas filias excluſas & perſonas ex eis deſcendentes excluſas, ut ſupra. & ſic quod in dicto capite reſolutiuo maſculorum ponantur etiam deſcendentes ex dictis filiabus. Quoniam eſt aduertendum, ꝙ in præcedentibus ſtatutum per ſuperexiſtentiam maſculorum agnatorum excludit nedum filias, ſed etiam deſcendentes ex eis & qui dicuntur excludi per maſculos agnatos, quando prædicti deſcendentes ex filiabus tempore mortis illius aſcendentis, de cuius hæreditate agitur primum locum tenerent, quia tunc potuit eis de iure communi hæreditas deferri, & ab ea excludi. Sed quando filiæ defuncti eo dicto tempore præcederent, quia tunc hæreditas de iure communi eſſet delata filiabus proximioribus & non deſcendentibus ex eis remotioribus. dict. §. ſi quis filium. filię tunc dicuntur extantibus maſculis agnatis excludi, non autem dicti deſcendentes ex eis, quia in eis non cadit excluſio uel priuatio ſtatuti, quibus non fuit aliqua iure hæreditas delata. l. decem, de uerb. oblig. & l. manumiſſiones. de inſti. & iur. Dum ergo poſtmodum ſtatutum uult, quod in defectum maſculorum, qui filias excluſerunt, hæreditas deueniat in dictas filias excluſas, & perſonas ex eis filiabus deſcendentes excluſas, ut ſupra, dicitur in capite reſolutiuo ponere filias excluſas. Item & perſonas ex eis deſcendentes excluſas, ut ſupra. Et ſic in hoc capite non ponuntur ſimpliciter, & indiſtincte deſcendentes ex filiabus ſed deſcendentes excluſi per ſtatutum, ut ſupra, & per conſequens illi deſcendentes, qui tempore mortis aſcendentis, de cuius hæreditate agitur, tenebant primum locum, quia hi tantum fuerunt ſuperius excluſi, & potue-

runt

runt per statutum excludi masculis agnatis existentibus, sed illi descendentes, qui dicto tempore non tenebant primum locum, sicut quando filię eos tempore mortis præcedebant, non dr̄ in dicto capite resolutiuo positi, quia illi superius non fuerunt exclusi, nec potuerunt per statutum excludi, cum eis hæreditas de iure communi non esset delata, & vt dixi, solū descēdentes ex filiabus, qui fuerunt exclusi a statuto per masculos agnatos, reintegrantur per statutum in defectum dictorum masculorum, ergo alij, qui per dictos masculos agnatos non fuerunt exclusi, prohibiti sunt resoluere tam ex propria persona, quam iure transmissionis, & præsertim, secūdum omnes, si nō erant concepti tempore mortis d. Valerij. Et iste sine dubio est verus sensus, & intellectus dicti statuti. Et multo magis d. Paulus, qui agit tanquam hæres ex testamen to do. Luciæ, uxoris suæ, dēt repelli, siue dicta do. Lucia erat præmortua tempore, quo masculi, qui eam excluserūt sine filiis masculis decesserunt quoniam iure transmissionis non potest venire, nec ex psona propria, qui est extraneus, siue ēt d. Lucia superuiuebat, & hæreditatem patris non adiuit, quia illam transmittere non potuit. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. nec ēt ius deliberādi post annum transmisit. d. l. cū antiquioribus. Et per prædicta remanet rn̄sum ad oīa, quæ allegantur in contrarium. Laus Deo.

¶ Statutum prohibens forenses succedere ex testamento, uel ab intestato an comprehendat mulierem alibi nuptā, licet ea specialiter nō sit exclusa. Et emphyteusi finita quomodo proximior admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier alibi nupta quando dicatur forensis quo ad ciuitatē originis.*

2 *Traditum per modum regulæ in uno statuto, cēsetur in etiam in alio repetitum, nec ordo statutorum attenditur.*

3 *Nominatim de iure exhæredandus, an debeat in statuto exclusiuo, quod habeat uim exhæredationis, nominari specie, uel sufficiat in genere.*

Statuti exclusio non dicitur uere exhæredatio.

4 *Statutum prohibens omnes forenses succedere ex testamento, uel ab intestato, comprehendit etiam matrem forensem.*

5 *Legitimatus succedit etiam in bonis emphyteuticis, si in legitimatione dicatur, quod succedat in quibuscunque bonis.*

6 *Emphyteusi finita præfertur proximior eius, in cuius persona est finita, non autem primi inuestiti.*

CONSILIVM XLVII.

CIRCA dubia, quæ proponuntur, & quib. rn̄deri petitur, tm̄mō insistam. Dr̄ igitur primo, ꝙ mr̄ de iure cōi præfertur ab intestato fratri consanguineo. auth. defuncto. C. ad Tertu. & ibi per Bal. & in auth. de hær. ab intest. §. si igitur. Nec obstare dr̄ statutū prohibēs forensem ab intest ito succedere, qa

1 † mater, licet sit alibi nupta, tn̄ ex quo originem trahit in loco, in quo est statutum, quo ad hoc non desinit esse ciuis. l. assumptio. ad munic. & ita in proposito firmat Bar. in l. fi. § idem rescripserunt. eo. ti. & Doc. in l. cum quædā puella. de iurisd. om. iud. Sed ad istud respondetur, ꝙ licet ita dici posset, si aliud nō obstaret, tn̄ in casu nostro mater alibi nupta, & quæ in dicta ciuitate non soluit collectam pro furno dicitur esse forensis absolutè, & ēt quo ad illud, de quo quæritur, & hoc uigore alterius statuti positi sub rub. de illis, qui se obligauerint pro non ciue, in quo traditur per modum regulæ & per hęc uerba, uidelicet, & forenses intelligantur omnes, qui non soluunt collectā pro furno trium sol. in ciuitate, districtu, vel comitatu Vr-

2 bini, & c. Istud igitur, † quod in hoc statuto ponitur per modū regulæ, intelligitur repetitum in quolibet alio statuto ī quo de forense fit mentio, per ea, quę vult no. Bar. in l. 4. §. eritq; vi bo. rap. dum quærit, an dictum in vna lege, vel in uno statuto, intelligatur repetitum in alio. Et ad propositum concludit, ꝙ si per modum regulæ proceditur, ꝙ in alio statuto repetitum intelligitur, secūdum Old. in quadam dispu. qui ex hoc inferebat ꝙ si primum statutum dicat, ꝙ iudex teneatur dare quamlibet sententiam cum consilio sapientis, & alio statuto caueatur, ꝙ iudex debeat procedere summariè in quibusdam causis, intelligitur repetitum, ꝙ proferat sentētiam cū consilio sapiētis, quia illud primū statutum procedit per modū regulæ. Et eandem disputationem refert & sequitur Bal. in l. quemadmodū. §. fi. ad l. Aquil. qui dicebat, ꝙ cum quæritur, an ex præcedenti lege intelligatur repetitio in secunda, refert aut prima lex prodita est in casu speciali & proprio, & uerbis duntaxat illi casui adaptatis, & tunc non fit repetitio. d. §. eritq; nisi in contrarium trahat identitas rōnis. l. 2. de coniung. cum emanc. lib. & de test. tut. l. nemo. §. hoc edictum. Aut nullo habito respectu ad casum specialem & proprium, sed per modum regulæ, & uniuersalis traditionis, & tunc ex præcedenti intelligitur repetitio in sequēti. l. regula. §. fi. de iur. & fac. ign. & iste est proprie casus noster. Quoniam in statuto prædicto declaratur per modum regulæ, qui sint forenses, & non habita relatione ad casum tantum, de quo in dicto statuto, sed indeterminate, & generaliter. Et cum prędictis transit ēt Ant. de Bu. & Imo. in cle. 1. de supp. neg. prælā. Nec dicatur, ꝙ loquuntur prædicti. quando statutum ponēs & tradens regulam præcedit, quia in hoc nō debet uis fieri, sed est idem, etiam si dicta regula ponatur in statuto sequenti, ut est expresse de mente Bar. in d. §. eritq. ubi quando ponit & dat doctrinam simpliciter, loquitur de statuto ponente regulā, nō restringendo se, vtrum præcedat, uel sequatur. Et licet postea in exemplo loquatur, quando in statuto præcedenti ponitur regula, tamen exempla non restringunt regulam. l. damni infecti stipulatio. de dam. infe. Et per prædicta colligitur responsio ad alia, quæ in dicto primo dubio ponderantur, uidelicet, ꝙ statutū sub d. rub. qui dicantur ciues quoad casum, de quo in illo statuto, & ꝙ hoc nō dēt trahi ad aliū casum. Quia immo dicta declaratio forensium stat per se, & non fit respectu ad illum casū tantum specificatum in dicto statuto, vt clarè colligitur ex d. Bal. in d. l. quemadmodum. §. fi. Secundò obijcitur, ꝙ ista statuti exclusio dicitur quædā exhæredatio, s̄m Bal. in l. si defunctus.

3 de suis & legi. & ideo sicut † exhęredatio non valet, nisi sit facta nominatim. l. 1. & 2. de libe. & posth. ita ēt sub dicta exclusione nō dicuntur cōprehēdi personæ, quæ sunt nominatim exhæredandæ, sicut est mater, quæ dēt institui, uel exhæredari. l. nā, & si parentib. de inof. test. nisi de illa sit facta spālis & expressa mētio. Et allegatur decisio Imo. in l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. ob. Sed, iudicio meo istud nullo modo obstat, & multo minus quā aliud, de quo supra. Nam statutum dicit, ꝙ nullus forensis possit succedere ab intestato, & c. Ex illo igitur verbo, nullus, ꝙ est vniuersale negatiuū, oīs forēsis excluditur, & aliquis nō excipitur. l. Iulianus. in prin. de le. 3. & c. solitæ. de maio. & obed. & iō ēt mater, si sit forēsis, sub statuto cōprehēditur, sicut si statutū diceret, ꝙ extātib. agnatis masculis nulla mulier succedere possit. Nā certū est, ꝙ mater & ēt filia defuncti diceretur exclusa ex illis uerbis gn̄alib. quamuis quælibet earū de iure cōi deberet nominatim exhæredari. Et hoc præsupponunt Doct. in mille locis. Et ꝓbatur ex no. per Imo. in l. si uero. §. de uiro. so. ma. in 2. col. vbi cōcludit, ꝙ quando cōstat, ꝙ lex, uel statutum venit ad correctionem iuris cōis, si quidem loquatur gn̄aliter, dēt intelligi generaliter, per l. 1. §. & gn̄aliter. de leg. pręstan. & l. in fraudem. §. fi. de test. mil. & per auth. ex testamento, C. de colla. Et istud manifeste probatur. Nā exhæredatis filiis non dicuntur exhæredati nepotes, vel neptes, vt est expressum in l. Titius. in prin. de lib. & posth. & tamen si excludatur filia ab intestato propter masculos, neptis ex filia intelligitur exclusa, s̄m Bal. & Doc. in l. 2. C. de in ius voc. & etiā nepos masculus ex dicta filia, secundum Bar. in l. liberorum. de uerb. sign. in pen. col. quod esset falsum, si statuti exclusio diceretur exhæredatio, & regularetur ad instar exhæredationis. Et dum Bald. in d. l. si defunctus. dicit, quòd exclusio statuti est quædam exhæredatio, loquitur largo modo, & improprie. Nam exhęredatio potest sumi strictè, large, & largissime, ut declarat Barto. in leg. filio præterito. circa prin. de iniu. rup. & irr. test. & in authen. ex causa. C. de liber. præter. Et quòd ista sit intentio Bald. manifestè patet, dum quærit, an per statutum excludens matrem & auiā dicatur exclusa amita. Et concludit, quod non, quia exclusio prædicta est quædam exhæredatio, & tamen amita de iure non est exhæredanda, & quæ dicto casu non excluditur, quia statutum de illa non loquitur nominatim, neque generaliter, & uerba statuti omnino deficiunt, ut etiam dicit Bald.

Nec est ēt verum,quòd Imo.in d.l.si ita quis.§. ea lege.dicat,ꝙ
ista mater non dicatur exclusa , & ēt nihil dicit ad ꝓpositū ca-
nostri,sed solum dicit,ꝙ si ex forma statuti non possit fieri a-
lienatio alicui non allibrato, ꝙ ēt non potest institui hæres ta
lis non allibratus,nisi sit talis,qui successurus fuisset ab intesta
to,& qui proximior non intelligitur excludi si fuisset ab inte-
stato,& qui ꝓximior nō intelligitur excludi si ab intestato suc
cedere vellet.Et sic vult,ꝙ cū per statutum prohibetur aliena-
tio in certū genus personarum,puta in forenses,ꝙ forensis nō
intelligatur prohibitus succedere ab intestato . Et istud vult
Bar.ibi,& in l.peto.§.fratre.de leg.2.quamuis loquatur de pro
hibitione testatoris, in qua est eadē rō.Et istud nihil facit ad rē
4 nostram,quia statutū † non solum prohibet alienationē , quo
casu loquuntur prædicti , vt dixi , sed ēt specialiter, & expresse
prohibet successionem ab intestato de forensi , & uult etiam
expresse,ꝙ forensis,qui de iure esset ab intestato successurus ,
non tantum ab intestato non possit admitti , sed ēt ꝙ in testō
non possit institui.Vnde isto casu,quo forensis est expresse ex
clusus ab intestato,& ex testamento,ēt si sit proximior,non di
cit Imo.nec aliquis diceret , ꝙ mater forensis non dicatur ab
intestato exclusa,quamuis in statuto de ea non sit facta specia-
lis mentio, quia satis est , ꝙ statutum dicat , ꝙ nullus forensis
succedere possit,quia sub illa generalitate comprehenditur.Et
istud apud me nullum penitus habet dubium , nec aliquis , qui
rectè saperet de hoc dubitaret.Et per hæc remanet responsum
ad ea,quæ allegantur pro matre contra Franciscum.Quo verò
ad bona emphyteutica,de quibus contenditur cum Guidone,
5 est primo præsupponendum,ꝙ † Franciscus legitimatus ab ha
bente potestatem a summo Pontifice , potest succedere in di-
ctis bonis recognitis ab ecclesia,quia est legitimatus cum hoc,
quod possit succedere in quibuscunque bonis.Et sic dicta bo-
na includuntur sub illo verbo uniuersali quibuscunque; per
no.per Bal.in c.imperialem.de prohib.feud. alien.per Fed.vbi
uult,ꝙ feudum non transeat ad hæredes extraneos.c.1.§. & si
clientulus.de succes.feu.& per Bar.& alios,in l.Gallus.§.etiam
si parente.de lib.& posth.Si tamen est facta concessio feudi ꝓ
quibuscunque hæredibus,veniunt etiam extranei.Et idē tenet
in l.j.de rer.diui.q.34.& Alex.in d.§.etiam si parente.& in l.ēt.
in fi.sol.mat.& latius in l.si patroni. in prin. ad Treb.& dicit ēt
Bal.quod venit ēt tunc legatarius , qui large etiā dicitur hæres.
l.id tp̄s.in prin.de usucap.Et idem etiā uult Soc.in l.quidam re
legatus.de reb.dub.qui ex hoc infert,ꝙ quamuis infans legiti-
mari non possit sine speciali mandato,per ea quæ habentur,in
l.iubemus.C.de emancip.liber.si tamen sit data potestas legiti-
mandi quoscunque spurios,quod infantes ēt poterunt legiti-
mari,& dicit ꝙ ita consuluit, & quod idem prius consuluit.d.
Alex.Vnde ad propositum quamuis simpliciter legitimatus nō
succedat in emphyteusi ecclesiæ,secundum Bal.in l.generaliter
§.cum autem.C.de inst.& subst.cum concord.de quib. ibi per
Alex.& in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Treb.debet tamen ad
mitti,quando fuit legitimatus cum hoc,quod in quibuscunq;
bonis possit succedere,ab illo,qui habebat talē facultatem.His
sic præmissis est nunc uidendum,utrum Guido,qui est proxi-
mior primo inuestito,debeat præferri,an d.Franciscus,qui est
proximior dom. Catherinæ ultimo loco admissæ, & in cuius
persona finita fuit emphyteusis. in matre.n. non videtur du-
bium,quia ipsa exclusa est ex tenore capitulorum tanquam fo
rensis.Sed etiam quia in capitulis isto casu enumerantur quæ-
dam personæ,quibus dicta emphyteusis defertur,quæ præferū
tur,inter quas mater non connumeratur,ideo censetur exclu-
sa.l.cum prætor.in prin.de iudi.& per Bar. in l.2.§. uidendum.
6 ad Tertul.Quia ergo † mater excluditur , ad d.Franciscum em-
phyteusis defertur , qui est proximior Catherinæ admissæ , &
præfertur d.Guidoni,quamuis sit proximior primo inuestito,
prout in terminis decidit Roma.in consil.22.Propositæ mihi
consultationis &c.in fi. Nam quando emphyteusis est reuersa
ad dominum propter lineam finitam, debet inuestiri de iure
proximior.l.1.§.permittitur,& ibi per Barto.de aqua quotid.
& æstiu.& per Barto.in l.si mihi , & Titio. de uerbor. oblig. &
intelligitur secundum Rom.de illo, qui est proximior ei,in cu
ius persona fuit emphyteusis finita,& sic,secundum eum, ma-
ter illius debet præferri amitæ ipsius vltimi inuestiti , quæ ta-
men erat proximior ei , qui prius fuerat inuestitus , allegat. l.
peto.§.fratre.de leg.2.& l.cum ita. §. in fideicom. eod. titu. Et
vltra eum istud etiam probatur.in c.1.de natur.success.feu.vbi
habetur,ꝙ in feudo paterno succedat proximior vltimi admis
si.Et ita etiam per illum tex.consuluit Pau.de Castr. in ciuitate
Camerini in emphyteusi,quem refert,& sequitur Soc.in leg.si
cognatis,de reb.dub.circa fi.& in cons.249.in 2.dubio,in qui-
bus etiam locis concludit latè,qđ si ex substōne fideicommissa
ria vocantur plures ordine successiuo,sicut qn̄ fideicommissū
relinquitur familiæ.d.§.in fideicō.quod dēt præferi ille,qui est
proximior , & qui ultimo loco fuit admissus alteri remotiori
quamuis ille sit proximior testatori per prædicta,& per multa
alia,de quibus ibi latissimè per eum.Et quamuis Guido uidea
tur comprehensus in quadam inuestitura tanquam nepos ex fi
lia primi inuestiti,& pro qua filia & nepote facta fuit inuesti-
tura in defectum masculorum,nihilo minus etiam in defectū
descendentium ex filijs masculis fuit recepta inuestitura pro fi
liabus ipsorum filiorum,& sic vocata fuit do.Catha.iunior in
hunc casum & euentum,& ita fuit admissa,& admitti debuit .
Vt ego euitetur contrarietas & perplexitas,quæ oriri uidetur,
ex quo Guido nepos ex filia reperitur inuestitus,& neptis ex fi
lio,facienda est interpretatio , quod filiæ & eius descendentes
admittantur deficientibus masculis,si tempore mortis dicti in-
uestiti,sed illis extantibus & decedentibus sine filijs maculi ad
mitantur filię eorum.Nam vbi contrarietas vel repugnantia re
peritur in vno & eodem instrumento , per subdiuisionem dēt
adiuuari,si fieri potest.l.ubi repugnantia.de reg.iur.& §. quib.
in 1.constitu.C.ut no.Bart.post glo.& ibi per alios,in l.scriptu
ræ,C.de fide instru.& per Docto.c.imputari.eod.tit. Et facit ,
quod no.Bar.in l.fin.§.idem quæsijt.de cond.indeb.Et sicut ui
demus etiam,quòd ubi feudum recipitur pro filijs & filiabus,
quo casu ex dispositione legis filiæ uocātur in defectum ma-
sculorum,sicut in casu nostro,in hunc casum uocantur ex pa-
cto,quòd intelliguntur uocari filiæ , si tempore mortis patris
inuestiti non extabunt masculi. Et sic ibi uidetur expresè de-
cidi,quòd in casu nostro filiæ dicantur uocari in casu prædi-
cto.Et quando masculi tempore mortis extiterūt, si postea de
ficiant filiæ & eius descendentes semel exclusæ,non possūt am
plius ex dicta inuestitura admitti , sed perpetuo remanent ex-
clusæ,ut est casus in c.1.§.quinetiam,in titu.episc.uel abb.& ibi
per Bald.Et ideo ex quo tempore mortis primi inuestiti extite
runt eius filiii masculi, filiæ eius & nepotes , & sic Guido fue-
runt exclusi , & perpetuo ab illa inuestitura exclusi remanse-
runt.dict. §.quinetiam.Et propterea Guido ex illa nullum ius
habet,quia extincta est,nec potest uenire tanquam proximior
dicto inuestito,ex quo Franciscus reperitur proximior do.Ca
therinę ultimo admissæ,ut probatur per prędicta. Laus Deo.

¶ Statutum conceptum in personam,an liget forenses saltim ra
tione rei positæ in loco statuti , & an liget subditos quo ad
bona sita in alio territorio.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum prohibitorium & odiosum in personam non compre-
hendit bona existentia extra territorium statuentium.*
Sicut nec etiam consuetudo in personam.
*Statutum excludens feminas propter masculos,non habet effe
ctum extra territorium statuentium.*
2 *Hæreditas licet sit quid intellectuale,quod loco non claudatur,ta
men bona in diuersis territorijs existentia iudicantur ut diuer
sæ hæreditates.*
3 *Confiscatio bonorum immobilium,non extenditur ultra territo
rium confiscantis.*
4 *Statutum circa personas non porrigitur ad forenses, etiam quod
bona sint sita in loco statuti secus si disponat in rem .*
5 *Mater hæreditatem filij non aditam ad suam posteritatem non
transmittit,licet secus sit in liberis.*

CONSILIVM XLVIII.

VT eius,de quo quæritur,facilius veritas habeatur ,
primo uidendum est , an mater & soror ex forma
statuti excludantur a bonis defuncti extra ter-
ritorium statuentium positis , per superexisten-
tiam masculorum,hoc est fratrum ipsius defuncti . Et omissis
argu-

1 argumentis & aliis superfluis, dicitur† quod statutũ Ferrarię nõ
porrigit effectum ad bona existentia extra territorium, ꝑ not.
per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide catho. in
6. q. vbi concludit, quod si statutũ sit prohibitoriũ in personã,
& contineat prohibitionem odiosam, quod non extenditur ex
tra territorium, per l. ex ea. §. fi. de postu. Et ex hoc infert ad ꝓ
positum, quòd si filia extantibus masculis per statutum prohi-
beatur succedere, quòd ad bona alibi sita non porrigitur, quia
tale statutum est odiosum. l. maximum vitium. C. de libe. præt.
& alleg. etiam tex. pro hoc in c. si sententia. §. fi. de sent. excom.
in 6. Et eadem ratione est dicendum idẽ, quãdo excluditur ma
ter vel soror, quæ de iure cõi admittuntur simulcum fratrib.
defuncti. aut. defuncto. C. ad Tert. & cum Bar. transit ẽt Bal. in
d. l. cunctos populos. & in l. 2. in 5. q. C. quæ sit longa consuet.
quia iuris communis dispositio, quæ seruatur extra territoriũ,
impedit bona ibi existentia accrescere his, qui ex forma statuti
succedunt in aliis bonis. l. mulieri, & Titio. de cond. & demon.
& cum prædictis ẽt transit simpliciter Pet. de Anch. in repe. c.
j. de const. in 6. in 11. q. ver. quid in successione, an filius possit
excludi per statutum &c. Et confirmatur etiam opinio prædi-
cta, ex no. per Bar. in d. l. cunctos populos. in 7. q. ver. sed potest
dubitari de tali. q. consuetudo est in Anglia &c. dum vult, quod
si ex consuetudine Angliæ primogenitus debet succedere, &
loquatur in personam, quod bona existentia in Italia, vbi serua
tur ius commune, diuideutur inter fratres æqualiter, & ad solũ
primogenitũ non pertinebunt. Et in hoc approbat opi. Iac. de
Rauen. Guliel. & Cy. qui idem tenet, quia secundũ eos, semper
est inspiciẽda cõsuetudo loci, ubi res sitæ sunt, arg. l. pupillo. de
tut. & cur. dat. ab his. & l Titium. §. tutor. de admin. tut. & l. cer-
ta forma. C. de iure fisci lib. 2. Et pro hac parte uidetur ẽt decide
re Lap. alleg. 91. incip. In nõie domini, Casus est talis, quidam
Nicolaus &c. Vbi determinat, quod statutũ & consuetudo An
gliæ disponens, quod pater nõ possit priuare filiam certa parte
hæreditatis, nec possit relinquere fratrem suum hæredem, non
extendit effectum suum extra territorium Anglicum, & sic
quod non seruabitur nisi in bonis Angliæ, per l. fin. de iurisd.
om. iud. & l. j. C. de suspec. tuto. cum ibi no. per Gul. & Cyn. &
per c. vt animarũ. de const. in 6. cum ibi no. Et quia uirtus, & po
tentia causæ efficientis inspicienda est, vt possit operari in pas-
sum, & in suscipientem materiam, nec potest causa finita pro-
ducere effectum infinitum, sed sicut limitatur potentia causæ,
sic effectus debet etiam limitari. l. si arrogator. de adop. l. iuri-
speritus. §. cum oriundus. de excu. tuto. & d. l. pupillo. Sed po-
tentia & authoritas consuetudinis Angliæ non se extendit vl-
tra terminos proprios. l. duumuirum. C. de decurio. libro 10.
Ergo nec eius effectus vltra protrahi potest. Et quòd tale sta-
tutum excludens fœminas non habeat effectum quo ad bona
existentia extra territorium statuentium, voluit etiam Alex. in
consi. 328. Consideratis verbis instrumenti, &c. 1. vol. ubi hoc
plenè & latè prosequitur, & respondet omnibus rationibus Sa
lic. tenentis contrarium in d. l. cunctos populos. quem aliter
non refero, quas pro maiori parte prius adduxit Fran. de Ram
po. in quodam consilio posito inter consilia Calder. videlicet,
in consi. 34. incip. Statuto Ferrariensi cauetur, sub rubrica, de
testamen. & ibi etiam Cald. de quo Alex. mentionem non facit
in d. consi. 128. proximè allegato, voluit in terminis nostris, ꝙ
statutum Ferrariense excludens filiam extantibus masculis ab
hæreditate, uel a successione, quia loquitur in personam, por-
rigatur ad bona existentia extra territorium, si persona exclu-
sa sit subdita. Et sic idem in effectu tenent, quod Sal. quoniam,
vt dixi, communis opinio est in contrarium, ẽm Alex. a qua nõ
est recedendum. Nec ob. ratio Cald. præcipua, quam etiam sen
sit Salic. dicentis, hæreditas vel successio, a qua priuat statutũ,
est quid intellectuale, quod non clauditur loco, de quo potuit
statutum disponere in subditi præiudicium, priuando illum di-
cto iure intellectuali, scilicet hæreditate. Vnde si priuatur po-
tentia consequendi vniuersale, sub quo particularia continen
tur, priuatus est etiam potentia consequendi omnia particu-
laria inclusa sub uniuersali. l. si quis in totum, in princip. & §.
fina. de excep. rei iudica. & sic aliqua capere non poterit intra
territorium, nec extra, cum illa capere non possit nisi vt hæres:
Quoniam huiusmodi ratio tollitur ex d. Alexã. in d. consi. 128.
2 vbi fatetur, ꝙ † hæreditas tanquam quid intellectuale & incor-
poreale. l. 1. de rer. diu. non concernit locum: sed per hoc, secũdũ
eum, non sequitur, ꝙ ꝑ diuersitatem patrimoniorum subie-
ctorum diuersis legib. seu statutis, & sic habẽtium diuersas qua
litates, non dẽat fieri diuisio eorũdem patrimonium diuersi-
modè inter hæredes, ẽm varietatem dispositionis legum seu sta
tutorum, quib. subijciũtur. Sicut videmus, ꝙ pupillus arroga-
tus ꝓpter diuersitate patrimoniorum, quæ hẽt, potest in vno
decedere testatus, & in alio intestatus. l. si arrogator. cũ gl. & ibi
per do. de adop. Et idem in milite. leg. 1. & 2. C. de testa. militis.
Sed quia fortassis dici posset, ꝙ casus prædicti sunt spãles, vt ẽt
sentit Sal. ĩ loco præallegato, ideo vltra Alexan. dicta responsio
melius probatur ex no. per Pe. Cyn. Ang. & Imol. in l. ex facto
proponebatur de hær. inst. vbi volunt, ꝙ si quis habeat bona in
diuersis territorijs, quorũ quodlibet habeat separatam bursam
fiscalem & distinctam, & delictum commiserit, taliter, ꝙ om-
nia bona vbicũque sita publicentur, vnusquisque occupat bo-
na sui territorij. Et cum habeatur fiscus loco hæredis. l. tutoris
C. ad leg. Iuliam de vi. l. 1. de bonis quę libe. l. non intelligere. §.
cum ex cã de iure fisc. & l. recusare. §. si fisco. ad Trebel. quilibet
fiscus agere potest in suo territorio contra debitores condem
nati, & pariter respondere tenebitur fiscus quilibet debitorib.
sui territorii. Sicut in duob. tutorib. quorum administratio di-
uisa est per diuersa territoria, quia vnus non impediet se de his
quæ concernũt alterius territorium. l. e. inter tutores, de admi.
tut. & l. quæro. de sol. Et sic, secũdum illos prædicti fisci cense-
buntur esse hæredes diuersorum hæreditatum. Et facit, secun-
dum eos. l. hinc quæritur. §. potest pecu. & l. si certarum. §. 1. de
test. mil. & l. hæredes. §. 1. fam. ercisc. Nec dicuntur esse cohære-
des vnius, & eiusdem hæreditatis, quia vno repudiante bona
sui loci, non accrescunt alteri fisco, cum non habeant adinuicẽ
ius accrescendi, eo quia propriè non dicuntur esse cohæredes,
vt probatur in l. quoties. & ibi Bar. de noua. & no. in l. inter eos
§. 1. de fideiuss. secundum Bald. in d. l. ex facto & in l. j. C. quan
do non peten. par. versic. sed ponamus, quidam habebat bona
Paduæ, &c. Et cum prædictis etiam transit Alex. consi. 31. j. uol.
quod est repetitum in 4. uol. consi. 91. Sicut ergo in casu præ-
dicto prędicti fisci habẽtur loco hæredum diuersarum hęredi
tatum, & quia bona sunt in diuersis territorijs posita, sic & in
casu nostro de bonis existẽtibus in diuersis territorijs iudica
ri dẽt, prout de duabus hæreditatibus, cum statuta unius terri-
torij uires non porrigat ad aliud territorium. Et sic quantum
ad hunc effectum bona, quæ sunt extra territorium statuen-
tium, censeantur esse diuersum, & distinctum patrimonium.
Et ultra prædicta, ꝙ statutum Ferrariæ non excludat mulie-
rem subditam a bonis saltem immobilibus existentibus extra
territorium, probatur etiam ex no. per Bald. in l. 1. C. de com-
mer. & merca. ubi ꝑ illum tex. eleganter dicit & notabiliter, ꝙ
3 † Imperator confiscat bona mobilia subditorium, non immo-
bilia existentia extra territorium suum, quod est notandum, &
menti tenẽdum, secundum eum. Et ratio est, dicit ipse, quia bo
na mobilia concernunt personam illius, cuius sunt, immobi-
lia vero concernunt territorium, cum quo transit Ale. in d. con
sil. 31. Qua ergo ratione non possunt bona immobilia subditi
existẽtia extra territorium principis per eum confiscari, s. quia
alieno territorio cohærent eadem ratione nec statutum potest
subditum excludere a successione bonorum immobilium exi
stẽtium in alieno territorio, ad quod statutum porrigi non po
test. l. extra territorium. de iurisd. omn. iud. Sed nunc est secũ
dò principaliter uidendum, utrum mater saltem excludatur a
bonis existentib. extra territorium uigore statuti illius loci, in
quo bona sunt posita, disponentis, quod mater hẽat & hẽre de
beat de bonis filij tantum legitimam, & quod agnati masculi,
& fœminæ habeant totum superfluum. Et arbitror concluden
dum indubitanter, quòd non sit exclusa, cum nedum mater, sed
etiam filij præmortui, de quorum successione agitur, sint Fer-
rarienses, & non de Bagnacauallo, in cuius territorio sunt posi
ta bona, ut in terminis clare decidit Bart. in d. l. cunctos popu-
los. in 7. q. & in d. uer. sed posset dubitari de tali quęstione, &c.
4 ubi concludit, quod† si ex consuetudine Angliæ primogenitus
succedat in omnibus bonis, & uerba statuti uel consuetudi-
nis disponant circa personam, ut per hæc uerba, primoge-
genitus succedant, prout etiam in casu nostro, uerba repe-
riuntur concepta in personam, quod tunc si decedens non

erat de Anglia,licet ibi haberet poſſeſſiones, tale ſtatutum ad eum & eius filios non porrigitur,quia diſpō circa perſonas,nō porrigitur ad forenſes,per ea,quæ dixit ſuperius in fi.3. q. Et ī hoc cum Bar.cōcordant alij,& maximè infraſcripti. Cum igitur prædicti defuncti & mr̄ eorum , ac fratres & ſorores non ſint de Bagnacauallo,quamuis ꝑmortui haberent ibi poſſeſſiones,tale ſtatutum nō porrigitur ad prædictos. Quinimmo vbi defunctus ēt fuiſſet de loco,vbi bona ſunt poſita, tñ ſtatutum illius loci diſponens circa perſonā nō excluderet forēſem proximiorem , & ad quem de iure communi pertineret hæreditas defuncti,per eandem rōnem Bar.quæ ēt iſto caſu hēt locum. ſ.quia diſpō circa perſonas non porrigitur ad forenſem.Et ita in caſu prædicto tenet Alex.in cōſ.44.5.vol.per no.per Bar.in loco præaleg.quia nō refert,ſm eum,de cuius ſucceſſione agitur,ſit ſubditus,ex quo ille,de cuius excluſione tractatur , eſt forenſis,vt ꝓbatur in locis per eum allegatis.Et ad hoc ēt ī terminis allegat Cal.in d.cōſi.34.ſub rub.de teſ.quia licet,ſecūdū eū,ab hæreditate,quæ eſt quoddam intellectuale, poſſit ſtatutum excludere ſubditum ēt reſpectu bonorū exiſtētium extra territorium ſub ea comprehēſorum,qđ tñ,an ſit verum,retuli ſuperius,nihilo minus qñ ſtatutum eſt in perſonam,nō poteſt excludere forenſem ab hæreditate,etiam reſpectu bonorū exiſtentium in territorio ſtatuentium,quia perſona nō eſt ſubdita,nec illud intellectuale , hoc eſt,hæreditas,quæ nō clauditur loco,& ſic dici nō poteſt ſolum de dicto territorio, & iō de illo,etiam re exiſtēte in ipſo territorio nō pōt ſtatutum diſponere , niſi in ſubditi præiudicium.Et iſtam opi.etiam comprobat Alex.in d.cōſi.per alia plura,quæ omitto breuitatis cā,vno excepto,in quo facit magnam vim.Nam ſecūdum eum,iudex,ſub cuius iuriſdictione bona ſunt ſita , pōt dare curatorem adulto ſibi nō ſubdito.l.1.C.vbi tu.vel cura.pe.& ibi declarat Bald. & Bar.in l.pupillo.de tuto.& cura.dat.ab his,per tex.in l. iuriſperitus.§.cum oriundus.de exc.tu.& eſt ratio,ſecūdum eos, quia curator nō datur perſonæ,ſed principaliter reb. l. in copulandis.C.de nup.Vnde quia res ſunt ſub iuriſdictione,valet datio , quò ad bona ibi ſita,nec curatur,ꝙ perſona nō ſit ſubdita. Sed in tutore aliud eſt,quia ſiue bona ſuppoſita ſint iuriſdictioni iudicis,ſiue nō,ita demum valet datio tutoris,ſi pupillus ſit iuriſdictioni iudicis dantis tutorem ſubiectus.l.j.in fi.de tuto.& cura.da.ab his,& d.l.pupillo.& l.ꝓpter litem.§.licet.de excu. tut. & plenè no.Doc.in d.l.1.C.vbi tu.vel cura.Et eſt ratio,ſecūdū eos,quia tutor datur perſonæ principaliter l.quia perſonæ. de teſ.tute.& inſt.qui dare tu.poſſ.§.rectè. Ita ergo diſpō, quæ fit in ꝑſonam,vt valeat etiam quo ad bona ſubiecta iuriſdictioni diſponētis,requit,ꝙ ꝑſona ſit ſubiecta diſponēti, vt in iuribus præall.Et ex hac ratione clarè patet, ſecūdum Alex.ꝙ nō ſomniauit Bar.qui differētiam facit inter ſtatutum diſponēs in rē, & diſponēs in perſonam,cum quo tranſit etiam Pe.de Anc. in c.canonum ſtatuta.in 2.q.ver.quid econuerſo,an ſtatutū poſſit inhabilitare,&c.& in 12.q. verſi.quæro vlterius circa ſtatuta ꝑmiſſiua,&c.& in ver.ſed remanet forte dubium,&c.& in ver. quæro iuxta prædicta quæſtione tali,cauetur ſtatuto Tuderti, &c.Sed,vt etiam dictum eſt caſus noſter eſt minus dubitabilis cum filij præmortui,de quorum ſucceſſione agitur,non ſint de Bagnacauallo,nec eius fratres ſuperuiuētes, nec etiam mater , quę dr̄ ꝑ illos excluſa à bonis exiſtētibus in dicto loco,per no. ꝑ Bar.in d.7.q.& quæſtionē noſtram in terminis & magis ī ſpecie & ex omni capite,& quò ad omnia,decidit Pa.de quo Alexan.metionem non facit in conſi.224.Circa primum quæſitū &c.vbi in primis determinat,ꝙ ꝑ ſtatutum Recanati excludēs matrem à ſucceſſione filijs extantibus conſanguineis ex parte patris vſque ad tertium gradū excluditur mater a bonis ibi exiſtētibus ſi illa ſit de Recanato,ac etiam filij,de quorum ſucceſſione agitur,origine propria vel paterna erant de eodem loco quantum vero ad bona ſita Paduæ dicta mater non eſt excluſa per ſtatutum Recanati, cum ſit odioſum in hoc , ſed dēt in ſucceſſione illorum ſeruari,vel ſtatutum Paduanum,vel diſpoſitio iuris communis,ſi illud non eſſet,per no. ꝑ Bar. in d. leg. cunctos populos.in fin.6.q.princ. Cum quo tranſit. Bald.ibidem,& per Bar.in 7.q.vbi tractat de ſtatutis permiſſiuis,in vltim.quæſt.de conſuetudine Anglicana in di. ibi dum dicit, aut talis decedens erat Anglicus , &c. & quod ibi per Cyn. & per Specu.in titul. de ſentent. §. qualiter. verſicul. ſed pone , &c.

Et qua prima concluſ.infertur ad propoſitū, ꝙ in caſu noſtro mater Ferrarienſis non excluditur a ſucceſſione filiorū Ferrarienſium quo ad bona ſita in territorio Lugi,ſicut in caſu præcedenti non excluditur a bonis exiſtentib. Paduæ per ſtatutū Recanati,qñ de Recanato ſunt oēs prædicti.Nec obſt.ꝙ Pau. de Caſt.dicat, ꝙ in ſucceſſione illorum bonorū debet ſeruari ſtatutū Paduanum,vel diſpō iuris cōis,ſi illud non eſſet, ꝑ no. per Bar.in q.6.q.& ſic velle videatur,ꝙ in caſu iſto ſeruari debeat ſtatutū Lugi , quo ad bona exiſtentia in eius territorio , quia intentio Pau.de Ca.non eſt,ꝙ tunc ſtatutū Paduanū ſimpliciter & indiſtincte debeat ſeruari , ſed ſecundū diſtinctionē Bar.in d.6.q. & ēt in 7.ſ.quando loquitur in rē, quia tūc debet attendi ſtatutū vel conſuetudo loci, in quo poſita eſt res,quæ dicitur affecta.Sed qñ loquit̄ in ꝑſonā,dicitur velle,ꝙ dēat ſeruari ius cōe,ſicut ēt vult Bar.in dictis locis. Et ꝑ hoc Pau.de Caſt.alternatiue dixit,ꝙ ſtatutū Paduanum dēt ſeruari ,vel ius cōe,ſi non extat,videlicet,ſm varietatem dictorū caſuum . Et iſtud ēt explicite dicit idem Pau.de Caſt.in ſeq. & alia concluſione,vbi dicit,ꝙ ſi dicta mater nō erat de Recanato ſed de Padua,ꝙ in bonis poſitis in Recanato ſuccedere poſſet de iure cōmuni,non obſtante ſtatuto Recanati,quod ipſam ligare nō potuit;quia loquitur in perſonam.l. extra territorium. de iuriſd. om.iud.& d.l.cunctos populos, a contrario ſenſu , & per ea q̄ dicit ibi Bar.in 7.q.dum vult,ꝙ quando ſtatutū loquitur in ꝑſonā,non porrigatur ad forenſes,vt ēt dicit in 3.q.& alleg.etiā Pau.de Caſt. quod no.Bar. in l.fi.C.de pac.in q.de ſtatuto dicēte,ꝙ ingreſſa monaſteriū nō ſuccedat, qđ non ualet;quia confert effectū ſuū in tp̄s, quo deſiit eſſe ſubdita , & adducit ēt rōnem.Nā eo caſu,quo non eſſet de Recanato,non excluderetur per illud ſtatutū a bonis non ſubditis ſtatuentibus,vt ſupra dixi,ſm Bar.& Bal.in d.l. cunctos populos eadem ratione arguēdo de rebus non ſubditis ad perſonam non ſubditam.l.qui plures liberos.de vulg.& pup.& quod no.in l.miles.de teſta.mili. dicendum eſt,vt dictum ſtatutum excludens matrem a ſucceſſione filii propter agnatum , non extendatur ad matrem forenſem non ſubditam ſtatuentibus. Nam & ſi dicti filii, de quorum ſucceſſione agitur,non fuiſſent de Recanato origine propria uel paterna , præfatum ſtatutum , cum loquatur in perſonam , locum etiam non haberet , quantum ad bona ibi ſita,prout expreſſe determinat Barto. in loco præallega. & tamen quantum ad eos,de quorum ſucceſſione agitur, nullum continet odium, multo minus debet locum habere in caſu noſtro,ſi mater,quæ per ſtatutum venit excludenda,non ſit ſtatuentibus ſuppoſita, cum tractetur de eius odio. Et ſic magis debet reſtringi.l.cum quidam.de lib.& poſthu.& c.odia.de reg.iur.in 6. Et ſic concludit Paul.de Caſtro,quòd in caſu noſtro ſtatutum Lugi,quod loquitur in perſonam , non excludit matrem Ferrarienſem a bonis poſitis in territorio Lugi , quòd etiam ex alio capite nō poteſt excludi,ſcilicet quia filij, de quorum ſucceſſione agitur, non erant de Lugo,ſed de Ferraria, & tanto minus etiam debet habere locum excluſio , cum omnes perſonæ iſto caſu, hoc eſt, dicti filij præmortui & alij ſuperſtites,qui dicuntur excludere matrem, & ipſa mater, non ſint de dicta terra Lugi,ſed forenſes,hoc eſt, Ferrarienſes . ¶ Quo vero ad ſororem idem eſt , ut non excludatur a ſtatuto Lugi eiſdem rationibus,quibus non excluditur mater . Et quia in capite excluſiuo ſtatuti exhibiti non ponitur ſoror , ſed mater , auia,& proauia,& ad quarum excluſionem caput incluſiuum continet etiam agnatos maſculos,& fœminas,& ſic ꝑ illud ſoror etiam vocatur. Et vbi ex alio ſtatuto excluderetur propter agnatos maſculos,tamē reſtringeretur ad ꝑſonas ſubditas,&, ut dictum eſt,non porrigeretur ad forēſes, ꝑ prędicta. Quia ergo,vt ex præmiſſis conſtat clare,mater filijs præmortuis ſuccedere potuit ex diſpoſitione iuris communis , non obſtante aliquo ſtatuto cum aliis ſuperſtitibus,& ſimiliter ſoror, auth.de-
5 functo. C.ad Tertul. & in corpore vnde ſumitur,ſequitur † ꝙ portio unius delata matri ab inteſtato , quæ deceſſit hæreditate non adita,poſt annum deliberandi accreuit aliis fratribus, & ſorori defuncti cohæredibus matris æquis portionibus . l. vnica.C.de cadu.tollen.§.pro ſecundo.§.in nouiſſimo.iuncto §.fin.& ibi Bar. Nec dici poteſt, quòd mater tranſmiſerit portionem ſuam ad ſuos filios maſculos ab ea inſtitutos , ex quo non conſtat de eius aditione.d.§.in nouiſſimo.Et quamuis ibi

exci-

excipiat liberos, qui trasmittunt hæreditatem matris non aditã & in l.1.C. de his qui ante aper. tab. tamẽ non est idẽ in matre, ut s. possit hæreditatẽ filij non aditam trãsmittere ad suam posteritatem, vt clare deciditur ex no. per glo. in d.l.1. in uersi. in liberos. quæ in prin. dicit notandum, qđ duo sunt necessaria, ut habeat locum transmissio, & iste titulus, s. quòd ille, q̃ transmittit, sit de liberis, & ille, ad quẽ fit trãsmissio, sit de liberis. Quia ergo primum extremum necessarium, s. quod transmittens sit de liberis, deficit in casu nostro absq; dubio cessat transmissio ex virtute illius legis. Alia uero portio delata matri in hæreditate alterius filij, quæ mater intra annum decessit, potuit transmitti ad eius hæredes. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & quæ transmissio impedit sororem defuncti ad dictam portionem delatam matri uenire per ius accrescendi. dict. l.1. C. de his qui ante aper. tabu. in uer. alios, s. coniunctos vel substitutos, ẽm expositionem Rayn. ibi, & Bart. in l.1. de vulg. & pup. in 4. q. princ. in primo effectu, & in l. cum proponas. C. de hær. inst. cum concord. de quibus in dictis locis. Et hoc vbi per filios & hæredes matris fuerit intra dictum annum adita dicta portio ex persona matris quo elapso hr̃ pro repudiata. d. l. cum antiquiorib. in fin. Et tunc cohæredibus matris, & sic etiam sorori defuncti accreuisset, & etiam fratribus suis, quia licet per lapsum anni venire non possint ut heredes matris ex iure trãsmissionis. d. l. cum antiquiorib. possunt tñ admitti tãquã illius cohæredes per ius accrescendi. l. si is qui, §. fin. de acq. hęr. & arg. l. recusare. §. si Titius. ad Treb. Ex præmissis ergo concluditur, quod in successione illorum, de quorum hærediate agitur, dẽt attendi & seruari ius commune, quo ad bona posita in territorio Lugi, & per consequẽs quod mater & soror prędictorum succedere potuit cum fratribus eorum in dictis bonis, & ubi mater adiuisset, qđ ex bonis p̃dictis legitima filiæ fuisset aucta quæ non potuit auferri, nec diminui per matrem instituentem filios masculos. §. cæterum. in authen. ut cum appella. cogno, & ubi mater non adiuisset, transmissio cessaret, uel effectum non haberet, quod portio delata matri non minus accreuit filiæ, quam filiis institutis a matre, sicuti clare colligitur per prædicta. Laus Deo.

¶ Statutum prohibens alibi nuptam succedere, an comprehendat nuptam etiam ante statutum, & an teneat prohibitio

SVMMARIVM.

1 *Statuti dispositio in dubio porrigitur ad futura, nõ autem ad præterita.*
2 *Mulier alibi nupta desinit esse subdita loci originis, & ideo statuta illam non ligant. & nu. 4.*
3 *Mulier alibi nupta remanet ciuis loci originis quo ad ea, quæ sibi prosunt, non autem ad ea, quæ nocent.*
4 *Statutum priuatiuum successionis quãdo extendatur ad non subditos.*
5 *Statutum disponens in personam, non porrigitur ad forenses.*
6 *Paria sunt, quem forum in loco sortiri, & legibus & statutis loci subijci. nu. 10.*
7 *Satutum, quod disponit & in personam et in rem, extenditur ad forenses, & non subditos.*
8 *Hæreditas licet sit quid intellectuale, de ea tamen iudicandum prout de bonis inexistentibus.*
9 *Mulier alibi nupta remanet ciuis loci originis, quoties non retrahitur a seruitio uiri, etiam quo ad onera.*
11 *Participium præteriti temporis a statuto prolatum trahitur, & ad præterita & futura.*

CONSILIVM XLIX.

VISO diligenter & cõsiderato themate, super quo congruum petitur rñsum, uideretur fortassis prima facie dicendum, q̃ do. Helena nupta in ciuitate Mantuæ succedere possit in bonis & hæreditate tam fratris, quam matris cum sorore sua dom. Constantia, non obstante statuto Parmensi sub rubri. de muliere extra territorium communis Parmæ nupta non succedente, &c. quia in prima parte dicitur, quod nulla mulier se nubat cum hæreditate extra iurisdictionem communis Parmæ: & sic statutum loquitur de illa, cui hęreditas erat delata tẽpore, quo nupsit, ut sonat illud uerbũ, cum hæreditate, quę copulat accessorie. l. 2. de pecu. leg. Et ita etiam se declarat statutum, dũ subiũgit, & si nupta fuerit extra iurisdictionẽ, postquam delata fuerit hęreditas &c. & ideo ex hac parte non potest dici exclusa do. Helena: quia priusquã nuberet, non erat hæreditas delata. Et similiter non uidetur excludi ex alia etiã sequenti parte, in qua mulier excluditur ab hæreditate delata postquã nupsit, q̃ cum do. Helena ante statutum conditum esset iam nupta, de illa non intelligitur statutum, sed de nubenda in futurum, quia
1 natura legis † & statuti est dare formam futuris negotiis. l. leges. C. de legib. l. pen. C. de decre. decu. lib. 10. & c. fi. de constit. Et ita etiam cauetur ex dispositione alterius statuti Parmensis. Et istud etiam satis colligitur ex uerbis statuti sub d. rub. dum dicit in prin. Nulla mulier se nubat &c. Et sic loquitur per uerbum futuri temporis. Et dum subdit, & si nupta fuerit &c. idẽ importat, quia uerbum illud fuerit, quod reperitur in futuro subiunctiui, & in præterito indicatiui, debet in dubio hoc casu capi pro futuro, secundum Bar. in l. omnes populi. uer. quinto quæritur &c. de iusti. & iure, & in l. solemus. de condi. & dem. & Bal. in d. l. leges. per no. in l. cum tale. §. fin. de cond. & dem. & Imo. & Abb. in d. c. fi. de consue. & Abb. in c. ad hæc. de rescrip. Et ubi etiam statutum loqueretur expresse de prius nupta, adhuc uidetur, quod per statutum non potuerit excludi, & quod
2 non † valeat in præiudiciũ mulieris nuptæ extra territorium ante statutum conditum. Quia mulier nupta alibi non est subdita, sed sequitur forum uiri. l. fi. §. idem rescripserunt. ad muni. l. j. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. & l. fi. C. de incolis. eo. lib. & l. mulieres. C. de dignita. lib. 12. & declarat Pau. de Cas. in consi. 185. incip. posset quis dicere, &c. ubi concludit, quod mulier alibi nupta desinit esse subdita per dicta iura, & per l. cum quædam puella. de iurisd. omn. iud. adeo quod in loco originis non tenetur ad onera personalia, nec etiam ad illa, quę imponuntur personæ pro rebus, sicut talia non imponuntur forensib. l. rescripto. §. fi. de mune. & hono. Et quãuis, ẽm eum, non dicatur propriè forẽsis, p no. per Bar. in d. §. idem rescripserũt. dicitur tñ non subdita. Si ergo desiit esse subdita, non ligatur dicto statuto. l. fi. de iurisd. om. iud. & c. vt animarum. in fi. de const. lib. 6. Et hoc magis si bona non habebat in ciuitate Parmæ tẽpore statuti conditi, quia ex quo etiam alibi habebat domicilium, licet ciuis ratione originis remansisset, iuxta. l. assumptio ad municip. quia
3 † tamen remansit ciuis nudo nomine, non debet ei nudum nomen nocere. l. 2. §. sed si sint sui. ad Tertul. Et per consequens non debet ligari dicto statuto, per quod grauatur & excluditur, ẽm Bal. in rub. si a non compe. iud. Et istud videtur ẽt de mente Bar. in d. l. fi. §. idem rescripserũt. qui uidetur velle, q̃ tallis mulier habeatur pro ciue tantummodo, qñ hoc sibi prodest. in casu autem nostro istud ei neceret, iõ dẽt haberi pro forensi & aduena, & clarius uoluit hoc Guido de Suza. in dispu. inc. Sed pone quæstionem, &c. ubi concludit, q̃ statutum nunquam intelligitur comprehẽdere non subditum, quo ad hoc, ut ei nocere possit, alleg. l. cunctos populos. C. de summa trini. & in terminis nostris ita etiam uidetur decidere Ioã. Cald. in cõsi. 134. sub rub. de testa. ubi format quæstionem de statuto excludente filiam superstite filio masculo, & quærit, an filia, quæ non est subdita, excludatur a bonis existentibus in territorio statuentium, & respondetur, quòd priuatiua dispositio relata ad personam, non concernit non subditum. l. ex tra territorium. de iurisdictione omnium iud. & le. cunctos populos. C. de summa trinitate. Nec obst. secundum eum, q̃ statutum possit excludere nõ subditum ab acquisitione bonorum in territorio suo. l. certa forma. C. de iure fisci. libr. 10. &
4 C. de commer. & merca. quasi per totum, quia † respondet; q̃ interdum dispositio statuti priuatiua priuat a bonis, quandoq; priuat ab hæreditate, quandoque priuat a successione defuncti. Si priuat a bonis, comprehendit non subditum, quia considerauit statutum solum effectum acquisitionis, qui effectus oritur intra territorium statuentium, ideo de illo effectu potuerunt statuentes disponere. Secundo casu, quando statutũ priuat ab hæreditate, est aduertendum, quia assumimus hæreditatem pro bonis, sicut assumit gloss. in dict. l. j. §. fi. de ter. diuisio. & in l. 3. in princ. de bono. poss. & tunc est idem dicendum

dum, quod in alio casu. Sed si assumimus hæreditatem pro quo dam intellectuali, seu pro quodam iure, qđ appellatur successio in vniuersum ius, ꝙ defunctus habuit. l. nihil aliud. de verb. sig. quo mediante p̄sona defuncti repræsentatur per hæredita tem, antequã adeatur, & ꝑ heredem postquam illius ius acquisiuit ꝑ aditionem. l. hæreditas. de acq. rer. dom. & l. mortuo de fi deius. Et tunc istus ius intellectuale non clauditur loco ita, ꝙ de eo tanquam re existente in territorio non pōt statutum disponere, ſm eum, nisi in præiudicium subiecti, ꝙ patet ad sensum, quia p̄sona non est subiecta, nec illud ius intellectuale, nisi aliud haberet consuetudo, quæ est probanda. l. Labeo. de supellec. l. Et per hoc concludit isto casu, filiam quæ iurisdictioni statuentium subiecta non est, non esse exclusam a consequẽdo hoc intellectuale, quod hæreditas appellatur, non circũclusum loco. Et idem ſm eum, quãdo statutum excluderet a successione per eandem rõnem. Cũ igitur in casu nostro statutũ excludat mulierem nuptam extra territorium ad hæreditate, & sic a iure intellectuali, nō pōt statutum locum habere ĩ muliere non subdita tempore statuti prout est illa, quæ tunc nupta erat Mantuæ. Et pro dicta rõne Cal. facit, qđ in terminis statuti nostri vult Bal. in consi. 357. incip. Nulla mulier, &c. vbi concludit circa fi. ꝙ statutum hoc de quo agitur, non pōt prohibere forensem petere hæreditatem consistentem in genere, puta in quantitate, quia genera non sunt in territorio. le. fideicommissum §. tractatum. de iud. & l. fi. C. de præscr. longi tempo. Si ergo, ſm eum, non sunt in territorio, nec de territorio, ergo non valet statutum. c. postulasti. de fo. compe. Et facit etiã, quod vult Bal. in l. 1. ff. de statu hom. ubi dicit, ꝙ si quis dixerit, dono tibi, quicquid habeo Perusij, ꝙ actiones personales, quas ibi hẽbat donans, non veniunt in donatione, quia locus, seu territorium nō circunscribit illa incorporalissima, prout sũt actiones personales alleg. l. Caius. de le. 2. & d. l. fi. de præscrip. longi tempo. & d. §. tractatum. & l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. 5 nup. & l. princeps bona. de ver. sig. Et prædicta præsertim † sunt vera, quando statutum loquitur in personam, puta ꝙ mulier nupta extra iurisdictionem non succedat in hæreditate, prout in casu nostro, vt videtur determinare Bart. in d. l. cunctos populos. 17. q. ad fin. sed posset dubitari de tali quæstione, &c. vbi circa consuetudinem, quæ est in Anglia, quod primogenitus succedat, concludit, qđ verba statuti, vel consuetudinis sũt diligenter intuenda, quia aut disponit circa rem, vt per hæc verba, bona decedẽtis deueniant in primogenitum, & tũc de bonis existentib. in Anglia & alibi iudicabitur ſm statuta & consuetudines loci, vbi sũt res, quia ius afficit res ipsas, siue possideantur a ciue siue ab aduena. l. rescripto. §. fi. de mun. & hono. & l. an in totum. C. de ædifi. priua. Aut verba statuti vel consuetudinis disponunt circa personam, vt ꝑ hæc uerba, Primogenitus succedat, & tunc aut decedens non erat Anglicus, licet ibi haberet possessiones & bona, & tunc tale statutũ ad eũ, & eius filios non porrigitur, tanquam ad forensem per no. per eum in 3. q. Aut erat Anglicus, & tunc filius primogenitus succedet in bonis, quæ sunt in Anglia, & in alijs succederetur de iure communi, prout tenet Iac. de Rauenna, Gul. & Cyn. & pro hac distinctione adducit. l. fi. n. de contrah. emp. & sic Bar. concludit, quod si statutũ loquitur ĩ personam, qđ non comprehendit forensem. Et fuit hęc distinctio Pe. originaliter in d. l. cunctos populos. vt ibi refert Cy. Et idem tenet Pe. de Anc. in c. canonum statuta. de const. in repe. in 11. q. ver. q. d e conuerso, vtrũ statutum possit inhabilitare, &c. & in 12. q. uer. quæro ulterius q. d circa statuta permissiua, &c. & in uersi. & per hęc soluitur illa quæstio de consuetudine Anglica, &c. & in uer. quæro iuxta ꝑdicta quęstione tali, cauetur statuto Tertij. &c. & cũ Bar. etiã transit Alex. in consi. 44. in 5. uol. ubi per hoc determinat, qđ statutum Ferrariæ excludens fœminas, & descendentes ab eis extantibus agnatis masculis, locum non habebit in nepote ex filia nupta extra territorium, quia est forensis, ideo statutũ prædictum loquens in personam, non potest illum excludere, & alleg. etiam Io. Cald. in consi. præalleg. cum quo transit, & pro distinctione Bar. alleg. etiam Alexan. rationem. Nam, secundũ eum iudex, sub cuius. iurisdictione sunt bona, potest dare curatorem adulto sibi non subdito. l. 1. C. ubi tuto. uel cura. &c. & declarat Barto. & Bald. in leg. pupillo. de tuto. & curat. Et est ratio, secundum eos, quia curator non datur personæ sed principaliter reb. l. in copulandis. C. de secun. nup. Satis est ergo, ꝙ res sint sub sua iurisdictione, ex quo de illis principaliter agitur. In tutore verò contrarium est; quia sine bona sint supposita iurisdictioni iudicis, siue non, ita demũ valet datio tutoris, si pupillus sit suppositus iurisdictioni iudicis dantis. l. j. in fi. de tuto. & cur. & d. l. pupillo. secundum verum intellectum. & l. pp litẽ. §. licet. de excu. tut. & plenè no. in l. j. C. ubi tuto. & in l. si tutores. per illum tex. C. de excu. tut. Et est rõ, ſm eos, quia tutor datur principaliter personæ. l. quia personæ. de test. tute. & instit. qui dare tuto. poss. §. rectè. Ita ergo & in casu nostro dispō statuti, quæ est in personã, ad hoc vt valeat ẽt quò ad bona subiecta iurisdictioni statuentis requirit, ꝙ persona sit subiecta disponenti, per præallegata. Nec prædictis obst. secundum Alex. ꝙ statutum ligare possit forensem quò ad bona posita in territorio d. l. rescripto. §. fin. quia ad hoc respondet Pet. de Ancha. in d. c. canonum statuta. in 12. q. prin. uer. quæro ulterius circa ista statuta permissiua, & c. ubi dicit, ꝙ statutũ habilitans, uel inhabilitans personam alicuius non videtur forensem habilitare, vel inhabilitare, ẽt super bonis positis in territorio statuentium; quia bona ueniunt accessoriè. a d personas, vbicunque sint, nec bonorum ratione potest fundari iurisdictio & potestas statuendi in forensem, ut not. Cyn. in l. j. C. ubi pe. tut. & Imo. in c. pastoralis. de priui. Bene facit. l. liber is. §. sola. ad municip. & ita dicit sentire Bald. in d. l. cunctos populos. Et istud est uerum, dicit Pet. de Anch. quando statutum expresse non disponeret aliquid contra forensem rõne rerũ existentiũ in territorio statuentis, quia in dubio non extenditur ad forensem. Sed si expresse statutũ disponeret in forensem rõne rerũ existẽtium in territorio statuentis, an ualeret, remittit ad no. per Io. And. in c. postulasti. de fo. comp. & pro hoc facit ẽt, quod vult idem Alex. in consi. 128. col. 3. vol. seq. 1. uol. ubi concludit, ꝙ licet statutum possit afficere subditũ, ẽt pro bonis positis in alieno territorio, nihilominus in dubio statutũ non porrigit uires ad bona etiam subditi existentia extra territorium, alleg. no. per Bart. in d. l. cunctos populos. in 7. q. & Pet. de Anch. in d. c. postulasti. in 5. q. & alios, de quib. ibi per eum. Ergo etiam in casu nostro in dubio statutum non debet intelligi de muliere non subdita tempore statuti. Et pro hoc etiam facit, quia ista
6 procedunt a pari, uidelicet † quem in loco forum sortiri, & legibus & statutis localib. subiici, ut no. gl. 8. dist. quæ contra morem. & 12. dist. c. illud. & no. doct. in rub. de consuc. & Io. Cald. in disput. incip. Quidam Florentinus &c. Sed mulier alibi nupta non sortitur forum in ciuitate Parmæ, d. l. cum quædam puella. de iurisd. omn. iud. cum concor. de quibus supra. Ergo non subiacet statutis dictæ ciuitatis. Sed pręmissis non obstantibus, quæ verè non obstant rectè intuenti, contrarium de iure puto verius. Et primo considerandum est, quod statutum in
7 prima parte † dum loquitur de muliere nupta post hæreditatem iam delatam, uult, quod non succedat in hæreditate, sed illa hæreditas perueniat in agnatos proximiores &c. Et sic statutum nedum loquitur in personam, dum prohibet mulierem nuptam succedere, sed etiam loquitur in rem, dum ulterius procedit & disponit, quod dicta hæreditas perueniat in agnatos masculos. Quamuis igitur ex primo capite exclusiuo concepto in personam dicta mulier tanquam non subdita excludi non posset per allegata in contrarium, excluditur tamen ex sequenti capite in rem concepto. Quia ex quo uult, quod hæreditas perueniat ad agnatos, & ad alios propinquos, ex hoc dicitur dicta mulier alibi nupta excludi, quia statutum alios uocando & includendo, uidetur alios excludere. l. cum prætor. in princ. de iudic. & no. Bart. in l. 2. §. uidendum. ad Tertu. dicens, quod ex capite inclusiuo masculorum ipsius statuti excluditur mater, quamuis de illa non sit facta mentio in capite exclusiuo eiusdem. Et similiter statutum hoc in secunda parte, quæ tangit & pertinet ad casum nostrum, solum loquitur in rem, dum dicit, quod eodem modo hæreditas perueniat in agnatos, uel alios propinquos, ut supra, si hereditas aliqua ex causa affertur seu aperiatur ipsa existente nupta extra iurisdictionem &c. Isto ergo casu, quo hæreditas defertur, postquam mulier est nupta, non loquitur statutum in personam, quia nō excludit mulierem, nec ad personã eius dirigantur directo verba statuti, sed uult statutũ hereditatem ad masculos peruenire, & per hoc, ut dixi, in consequentiam excluditur mulier nupta

Et ꝙ excludi potuerit, quãuis non sit subdita, a bonis existentibus in territorio statuentiũ, qñ loquitur statutũ prædicto mõ in rem, uult Bar. in d. l. cunctos populos, dũ loquitur de consuetudine Anglica, de qua supra: quia, ſm eum, statutum afficit bona, siue possideantur a ciue, siue possideantur ab aduena, d. l. rescripto. §. si de mune. & hono. & d. l. an in totũ. C. de ædif. priua. & cum eo transeunt alii præalleg. & Alex. in d. consi. 44. Et ꝑ hæc ad multa, quæ in cõtrarium allegantur, colligitur rñsio, & ꝑsertim ad no. ꝑ Bar. in d. l. cunctos populos, q̃a ex quo statutũ hoc casu loquũtur in rẽ, ut dixi, Bart. determinat pro hac parte. secus dicit, quando uerba statuti essent in ꝑsonam tantũ, quo casu loquitur ẽt Cald. & Alex. in dictis consiliis. Nec ob. ẽt rõ assignata per Cald. in d. consi. quæ concludere ẽt uidetur, qñ statutum loquitur in rẽ, dum dicit, ꝙ quando statutũ disponit de hæreditate, quia est quid intellectuale, non clauditur in territorio statuentiũ, & ꝑ consequens nec persona, nec res dicitur

8 subiecta. Quia hæc rõ non uidetur uera, quia † licet sit intellectuale hereditas, & loco non circunscribatur, de ea tamen iudicandum est prout de bonis & rebus comprehensis sub ea, ut ꝓbatur, ex no. per Bar. in l. tutor. de bon. pos. ti. generali. ubi concludit, ꝙ solus tutor non põt repudiare bonorum possessionem, quia talis repudiatio videtur quædam alienatio istius iuris quæsiti pupillo. Nam sicut in alienatione rerum requiritur iudicis & tutoris authoritas. l. magis puto. §. si fundum de reb. eorum, ita & hic. Et si dicis, subdit Bar. ꝙ ibi loquitur in fundo legato, qui transiuit recta uia in pupillum, respondeo, ꝙ licet bonorum possessio non transeat ipso iure. l. j. eo. tit. tamẽ istud ius iudicatur mobile vel immobile secundum id, cui adiicitur. l. j. & 2. C. si aduer. transact. & l. si ad residuum. C. de præd. min. & no. per Dy. in l. potest. de auth. tut. Et sic patet ex verbis Bar. ꝙ de isto iure iudicandum est prout de qualibet alia re existente in territorio, quia rebus ibi existentibus adijcitur, & cohæret. Et hoc ẽt probatur per id, quod nota. uoluit Pet. & Bald. in l. ex facto proponebatur. de hær. instit. ubi concludunt quod si quis habeat bona in diuersis territoriis, quorum quodlibet separatim habeat bursam fiscalem & distinctam, & delictũ cõmiserit, taliter ꝙ omnia bona ubiq; sita publicentur, unusquisque fiscus occupat bona sui territorii, & cum habeatur fiscus loco hæredis. l. tutoris. C. ad legem Iuliam de ui. cum similibus, quilibet fiscus agere potest in suo territorio contra debitores illius, cuius bona sunt confiscata, & pariter tenebitur respondere quilibet fiscus debitoribus sui territorii, sicut contingit in duobus tutoribus, cuius administratio sit diuisa per diuersa teraitoria. l. inter tutores. de admi. tuto. & l. quæro. de sol. & sic prædicti fisci censebuntur hæredes diuersarum hereditatum, argum. l. hic quæritur. §. potest. de pecu. & l. si certarum. §. j. de testa. mil. & l. hæredes. §. j. fami. ercis. non autem dicuntur propriè cohæredes unius eiusdem hæreditatis: quia uno repudiante bona sui loci non accrescunt alteri fisco, cum non habeant inuicẽ ius accrescẽdi: quia nõ proprie dicuntur hæredes. l. quoties, & ibi per Bar. de nouationib. & no. in l. inter eos. §. j. de fideius. Et idem uult ẽt Bal. in l. j. C. quando non peten. par. ver. ponamus, quidam habebat bona Paduæ &c. Et sic ex dictis eorum colligitur, ꝙ de hoc iure uniuersali & intellectuali iudicatur prout de reb. quib. cohæret. Aliàs autem si separatim rebus hæreditariis consideraretur, & per se, fisci prædicti non censerẽtur hr̃des diuersarũ hæreditatum, prout dicuntur esse ꝑ ꝑ res, & bona posita in diuersis territoriis, sed unius & eiusdem, & inter eos haberet locum ius accrescendi. Et quamuis quo ad nomina debitorum Gul. de Cun. in l. 2. de capi. dimi. & Alexan. in consi. 31. 1. uol. a prædictis dissentiat, & uelit quod nõ fiat eorũ diuisio pro mõ territorii, nec pro uirili, sed quod diuisio fieri debeat pro rata bonorũ & quẽlibet fiscum ꝑuenientiũ per d. l. 2. & per alia, de quibus in dictis locis, nihilo minus de his in casu nostro nõ agitur sed de bonis existentib. in territorio Parmæ, quæ dicuntur pertinere ad illũ, ad quẽ hæreditas ꝑtinet & ab illo auferri, a quo hæreditas remouetur, & qui ab illa exclu

9 ditur. Secundo principaliter moueor, quia † ista mulier alibi nupta non desinit esse ciuis, nisi quoad ea, ex quibus retraheretur a seruitio viri, secundum Bar. in d. l. si. §. idem rescripserunt. ad munic. & Bal. & Sal. in l. 2. C. de iuris. om. iud. & Ale. in d. l. cum quædam puella. ff. eo. tit. & ideo, secundum prædictos gaudet omnib. priuilegijs concessis ciuib. ergo ẽt quo ad onera dẽt ẽt esse ciuis, & pro ciue tractari, qñ ex hoc non remouetur a seruitio viri, sicut in casu nr̃o ab illo non dr̃ remoueri ex hoc, ꝙ excludatur a successione ciuis defuncti in loco originis. Et q̃uis Pa. de Ca. in cõs. in cõtrarium allegato dicat, ꝙ desinat esse subdita, hoc tñ non est verum simpliciter, sed ſm prædicta, vt est de mente aliorum in dictis locis. Nam ubi quo ab onera nõ esset subdita, & ciuis, si a seruitio viri non submoueat, non gauderet etiam priuileg ijs concessis ciuib. de iure cõi vel ex forma statuti, sicut dicimus, ꝙ statuta in dubio comprehendunt forẽses quo ad ea, quæ pñt eis prodesse, quia quo ad ea, q̃ nocere pñt, non ligantur, nec ligari pñt, ſm Guid. de Suza. in d. dispu. inc. sed ponem, &c. quem refert Ale. in d. cons. 44. 5. uol. q̃a, ſm eum, esset iniquum, ꝙ quis haberet emolumentum ex statuto, ex quo læsionẽ habere non cõpellitur, arg. l. 1. §. pro secundo. in fi. C. de cad. tol. Et idem ẽt uult Pa. de Cast. per eandem rationem in l. oẽs populi. in fi. de iust. & iur. all. Bar. in tract. repræsaliarum in 1. q. 5. q. prin. Et iõ statutum ẽt si loqueretur in personam, hanc mulierẽ, quæ ciuis & subdita quo ad hoc reputat,

10 & remansit comprehenderet. Nec ob. ꝙ † paria sint non sortiri forum in loco, & non subiacere statutis illius loci, ut not. in rub. extra de consue. per Docto. quia illud procedit in eo, qui forum non sortitur grã sui, sed secus est in vxore, quæ in loco domicilii nõ sortitur forum gratia & ad commodum mariti, ut s. ab eius seruito non remoueatur. Nam quia in aliis uti potest commodo statuti, & quo ad ea, q̃ prosunt, remanet ciuis secũdum Bar. in d. §. idem rescripserunt. eodem mõ quo ad incommodum, si uir per hoc seruitium uxoris non amittit, dẽt subiacere statutis domicilij sui. Et dato etiam, ꝙ subdita non esset & in personam etiam statutum loqueretur, adhuc tñ alia ratione dẽt ista mulier excludi a successione, ex quo statutum spãliter, & noĩatim loquitur de muliere nupta extra territorium, quod intelligitur nedum de nupta post statutum, sed etiam de prius nupta. quod probatur ex verbis statuti, dum in secundo casu, q̃

11 facit ad rem nostram, mentionem facit de nupta, & † sic per participium præteriti t pis, ibi. s. mulieres nuptæ. & ibi existẽte nupta. Et quod participium a statuto prolatum trahitur ad prętereita & futura, secundum Bar. in l. illicitas. in prin. de off. præsi. & per Imo. in cle. fi. col. 10. uer. secundo fallit, &c. de rescrip. & Dom. in c. ne aliqui. in 2. col. de priu. in 6. per no. per Io. Andr. ibi. Et in terminis hoc etiam dicit Bal. in l. omnes populi. de iusti. & iure, col. 7. ver. sed pone statutum, &c. ubi concludit, qđ si statutũ excludit filiam dotatã, quod excludetur filia dotata ante statutũ ab hęreditate delata post statutum conditum, q̃a participium, dotata, est aptum referri ad præterita, & quia effectus habuit perfectionem in futurum. Et idem tenet Bal. in l. illam tex. C. de don. inducendo illam legem ut ibi per eum. Sequitur Ang. in auth. hæc cõstõ, &c. Et bene probatur ex no. per Bar. in d. l. omnes populi. in 5. q. prin. uer. ecce dicit statutum, qđ uxore mortua, &c. ubi idem dicit ĩ simili qõne, cum quo cõiter trãseunt Doct. Cum ergo statutum loquatur spãliter de muliere nupta ẽt ante statutum, quamuis possit dici absolutẽ non subdita, nihilominus excluditur a successione vigore statuti etiam loquentis in personam, quia tale statutum excludit illam a bonis existentibus in territorio statuentium, qm̃ statutum personaliter etiam loquens põt prohibere forensem acquirere bona in territorio statuentium, ut quia dicat, quod forensis acquirere non possit, ut præsupponit Bar. in l. multum. ff. de uer. ob. & de l. si quis in graui. §. utrũ. ad Silla. & Cy. & Bal. in l. ea lege. C. de condic. ob cau. Et in terminis nostris hoc uult Bar. in l. uentre. de acqu. hæred. col. 3. uersi. tertius casus, &c. ubi quærit, quid si extet statutum prohibens forensem acquirere aliquo titulo aliqua bona in territorio Perusino sub certa pœna, nisi fuerit prius allibratus, & contingat, quòd Perusinus ab intestato decedat, & forensis eius proximior cõsanguineus ueniat ad ciuitatem, ut se allibrari faciat, antequam adeat, & prius moriatur quam possit expedire, an hæreditatem non aditam transmittat. Et determinat, quod sic, quia distulit adire metu pœnæ statuti, iõ, ſm eum, non impeditur transmissio. Et sic præsupponit, qđ statutum in personam loquens excludat forensem, & illud excludere possit ab hæreditate, prout etiam ad hoc illum ponderat Imol. & Aretin. qui etiam illum defendit ab his quæ in contrarium allegantur per Imol. qui Imol. etiam non negat potentiam statuti. Et quamuis Bartolus loquatur

quando statutum excludit a bonis,& non ab hæreditate,tamẽ hæc differẽtia non est vera,vt dixi supra cõtra Cal. in d. consi. Nec ob.no.per Bar.in d.l.cunctos populos.quia loquitur,quã do simpliciter & generaliter disponit, iõ tunc in dubio nõ cõprehendit forensem,etiam bonorum existẽtium in territorio, si verba statuti sint in personam.Sed vbi spãliter excludit forẽ sem a bonis existentibus in territorio,sicut facit ĩ casu nostro, si verum sit,ꝙ mulier alibi nupta ante statutum sit forensis, & non subdita,tunc statutum valet,& operatur effectũ,ẽm Pet. de Anch.in c. canonum statuta.in 12.q.& in d.c.postulasti. in 5.q.vt dici supra.Et ex præmissis ẽt ad omnia alia,quæ allegan tur in contrarium,colligitur responsum.Nec etiam ob. ꝙ Bal. in d.consi.357.videatur dicere,ꝙ statutum prædictum loqua tur de muliere,quæ nupsit ẽm proprium sensum,& non de vo luntate & consilio patris propter uerbum illud,sed nubat, q̃a in sequenti parte statutum loquitur indistinctè de muliere nu pta,& per consequens quamlibet mulierem nuptam comprehendit.Et propterrea concluditur,quòd d. Helena ex forma dicti statuti excluditur. Laus Deo.

¶ Statutum excludens matrem a successione filiorum ab intestato,an locum habeat mortuo infante & pupillo.Et an nepos ex filia dotata & prohibita plus petere præferatur in successione patrui nepti ex fratre, mortua filia uiuente patre, qui fratrem hæredem instituerat,&c.

SVMMARIVM.

1 *Intestatus proprie non dicitur,qui testari non potest.*
2 *Statutum excludens a successione nõ intestato cessat in infante, uel pupillo,contrarium tenet nu.7.*
3 *Ablatiui conditionem inducunt,nu.14.*
4 *Intestatus dicitur mori infans, & pupillus secundum communẽ vsum loquendi qui propriæ significationi præfertur.*
5 *Communis usus non eget probatione, quando est relatus a iure consulto,& cum imitatur.*
6 *Ius,de quo fidem facit Iurisconsultus, attenditor in statutis etiã pœnalibus & correctoriis,etiam conditis ab imperitis.*
8 *Communis usus non est probandus,cum quid receptum est iuris interpretatione,quæ propriæ significationi præualet.*
9 *Pro tali si aliquis,a lege habeatur in eo, & quæ iure communi sunt introducta,& quæ iure speciali locum habent,& etiam a statutis.*
Casus uerus trahitur ad fictum,si per legem sunt æquiparati.
10 *Regula,esse tale,& haberi pro tali,quod differant, cessat quan do quid pro tali habetur simpliciter,& absolute,& generaliter aliàs secus.*
11 *In æquiparatis a lege antiqua dispositum in uno,locum habet ẽt in alio,etiam in pœnalibus & correctorijs.*
12 *Pupillus dicitur mori intestatus,sicut dicitur mori sine filijs & sine testamento.*
13 *Intestatus uerbum, & ab intestato,an differant.*
15 *Filia a patre exclusa data sibi dote pro legitima,ea mortua impeditur filius ex ea auo succedere,si tractatur de successiõe aui secus si filij,& secus si sit mortua uiuente patre.nu. 17.*
16 *Filia prohibita plus petere de hæreditate paterna ,nõ impeditur fratri succedere,etiam in habitis a patre.*

CONSILIVM L.



IRCA primum dubium,in quo quæritur,an statutum Rauennæ excludens matrem a successione filiorum decedentium ab intestato locum habeat,q̃n intestabilis, puta filius infans uel pupillus decessit.Et vr̃ prima facie dđm, ꝙ dicto casu
1 mater nõ excludatur.Quia† qui testari nõ põt,nõ dr̃ propriè intestatus decedere.l.j.in pri.& ibi no.Bar.de suis & leg.& notat gl.in l.cũ antiquiorib.in verbo,fuisse.C.de iure delib.& institu. de hære. q̃ ab intesta,in prin.Si ergo ꝓpriè nõ est intesta-
2 tus,ergo in eo nõ hẽt locũ statutũ,† cuius verba dẽnt capi ꝓpriè,& nõ impropriè.l.1.§.si is q̃ nauẽ.de exercito.l.cõstõnib. & ibi Bar.ad municipa.& notat Bar.in l.oẽs populi.in 6.q.pri. de iust.& iure,cum cõcord.Et quamuis tex.in d.l.j.dicat, ꝙ ꝓ intestatis hr̃i,hoc tamen dẽt intelligi, quãtũ ad successionem iuris cõis,& non quõ ad illam, quam inducit statutũ cõtra ius commune,ut probatur ex notatis per Bar. in l.si maritus.§.legis.de adult.immo ille text. ẽt in hac parte probat contrarium quia aliud est esse tale,& aliud haberi ꝓ tali.d.§.legis.& l.mercis,la.2.de verb.sign. cum gl.ideo dispositio statuti exorbitans & odiosa loquens de illo,qui est talis,non debet habere locum in eo,qui habetur,pro tali,secundum Bar.in d.§. legis.Et probatur in l.fi.C.de interdict.matri. Et facit.l.3.§. hæc verba. de neg.gest.Et pro ista opinione facit etiam.l. intestato.C.de suis & legit.hæred.Et ita etiam tenet ibi Pet.Cy.Rayner. Nicol.de Neapo.& Bal.& Guliel.de Cuneo in l.j. C.quando inter pupi. & vidu.& Cy.in l.2.C.qui test,face.possunt,& Io. Fabri instit. de hære. quæ ab intestato,in prin.& Bal.in c.j. de success.feu. & in l.3.in fi. C.si penden.appella.mors interuene.& Ang.in l. in testamento.C.de testa. mili. & in l.2.C. de impuber. & alijs substi.Et refert , quòd ita consuluit collegium Perusinum , & Ang.in consi.26. Et hanc partem sequitur etiam Bal. in consi. 12.incip.Casus talis est,statuto ciuitatis Castelli &c.j.vol.& in consi.475.incipien.Sequendo communem opi.3.vol. & Imo. in l.centurio.de uulg.& pup.& Alex.in l. generaliter. in princ. C.de inst.& subst.in prin.vbi dicit hanc opinionem esse communem:& ibi subdit , ꝙ est diuersa ratio in pupillo vel alio simili,quã in illo,qui potuit testari,quia iste non testando uidetur tacitè relinquere illis,qui successuri erant ab intestato tam ex forma statuti,quam de iure cõi.l.conficiuntur.& l.si quis cũ nullum,de iure codi.Et ideo non debet statutũ odiosum extẽdi contra propriũ significatum ad casum,in quo militat diuersa rõ.l.Papinianus exuli.de minorib.& l.naturaliter.§. nihil cõ mune.de acqui.poss.Et dicit putare, ꝙ ista ratio non reperiatur alibi scripta . Sed immo hanc rationem allegat Bald. in d. consi.475. Nec videtur faciẽda differentia,vtrum statutum loquatur de eo,qui decedit intestatus,uel ab intestatõ,prout loquitur statutum in casu nostro,immo q̃n loquitur de deceden te ab intestato,videtur ꝙ minus statutum possit extendi ad pu
3 pillum uel alium similem, † quia,secundum Bal.in dictis locis, ablatiuus ille,ab intestato , facit conditionem.l. a testatore. de cond.& demon.quæ debet impleri verè & propriè,& nõ fictè, uel impropriè.l.qui hæred.in prin.& l.Mæuius.de cond.& demon.Et inter prædicta ẽt non facit dñam Bar.in d.l.& in consiliis allegandis.nec Io.Fab.in loco præalleg. nec ẽt Alb. de Ros. qui ẽt tenet istam opin. in prima parte statut. q. 44. nec etiam Rom.in d.l.in testõ.C.de test.milit . Et pro prædictis ẽt facit; quia agitur de excludendo matrem a luctuosa hæreditate filij. l.fi.C.de instit.ideo debet saltem cessare contra matrem , sicut contra eam vulgaris substitutio non extenditur ad pupillarẽ. l.precibus.C.de impube.& ibi per Docto.Et pro hoc etiam facit,quod ibi not.gloss.quæ uult, quòd pupillus non dicitur decedere sine filiis,quia filios habere non potest,arg.d.l.j.de suis, & leg.Et idem tenet Oldr.in cõsi.99.incip. Factum tale est,qui dam testõr,&c.per l. credendum. §. hoc autem.cũ ibi notatis. ff.qui petant tutores . Sed ꝑmissis quibusdam aliis non obstat contrarium puto verius,siue statutum loquatur de intestato, siue de decedente ab intestato . & hanc fuisse mentem statuti firmiter teneo.Et probatur hæc opinio per tex.ĩ d.l.j. in prin.
4 de suis & legit. ubi licet text.prius † dixerit , quod qui testari non potest,proprie non est intestatus , puta impubes,furiosus,vel is,cui bonis interdictum est , nihilo minus postea subdit,sed hos quoque pro intestatis accipere debemus , St hoc secundum Bart. ibi , quia ita se habet communis vsus loquende quo mentionem facit Iurisconsultus. Et qui usus communis prẹualet propriẹ verborum significationi. l. librorum. §. quod tamen Cassius.de leg.3. Et quamuis contrarium tenentes dicant,ꝙ vsus talis esset probandus, tamen intentio Bart.
15 fuit† ꝙ dicatur satis probatus ex relatione Iurisconsulti , qui etiam illum imitatur,sicut & alias,ut l. Alphenus.& l.annicu-
16 lus.la 1.& l.in uulgari.de uerb. signific. † Et ideo debet etiam in statutis dictus vsus , de quo fidem facit Iurisconsultus, attendi etiam in materia pœnali & correctoria,secundum Bart. in l.libellorum.§.sed si aliud.de accusa.in l. 1.C.de iura. cal.in l.omnes populi. de iusti.& iure, in 6. q. princip. & etiam per Bald.ibi in 10.ꝙ 12.colum.& in l. non dubium. C. de leg.& in l.1. C. de rer. permuta. & Ange.in l.lex Cornelia. §. domum. de iniuriis . & Barto. in rubr. de oper. noui nuncia. & ibi per

Alex.& per Rom.qui ẽt ad hoc allegat Io.And.in c.fundamenta.de elec.in 6.& in c.cupientes.§.j.eo.ti.& in c.statutum.de rescriptis.eod.titu.& gloss.in cap.nonnulli.in prin.eod.titu.in antiquis,& in c.præsenti.§.loca.de præbẽ.lib.6. Nec ẽt refert,
7 vtrum statuta sint condita a peritis vel non,† quia semper usus communis loquendi præualet,ẽm Bal.in l.ꝗ si nepotes.de testa.tutel.cum alijs conc.de quibus per Alex.in l.stipulatio ista.§.hæc quoq. qui idem tenet,de verb.obli.& in d.rub.quicquid dicat Bal.in locis in contrarium allegatis.Et cum Bar.per rõnẽ suam,quam allegat in d.l.1.transit etiam Pet.de Anch.in cons.176.incip.Reuocatur in dubium,&c.& Pau.de Cast.in consi.284.inci.Præsupposito quodam statuto,&c.& Rom.in d.l.in testamento,& in consi.4.& in consi.22.& Abb.in consi.76.incip.Primò est uidendum,&c.Et pro hac parte sæpius consuluit Bar.vt refert Rom.in d.l.in testamento,& Alex.in d.l.generaliter.in prin.& Ang.in consi.104.inci.Statuto communis Burgi.pro ista opinione consuluerũt ẽt An.de But.& Pet.de Anc.vt refert Imo.in d.l.Centurio.& Bal.in cõs.inci.Manuelis,&c.& in alio consi.incip.Vtrum pupillus,&c.quem referunt Moderni Perusini in d.l.generaliter,in princ.& eandem opinionẽ etiam tenet Pau.de Castr.ibi,per d.l.1.non tamen ea ratione, quòd ibi Iurisconsultus allegare uoluerit commune̅m vsum loquendi,sed quia ille,qui testari non potest,quamuis propriè intestatus non dicatur,habetur tamen pro intestato ex iuris in
8 terpretatione, quæ præualet etiam in statutis, † & ideo non oportet communem loquendi vsum probare. Et idem dicit in d.l.2.C.de impube.&c.per illum tex.& in l.cum antiquioribus in fin.C.de iure delib.dubia tamen uidetur ista inductio Pau.de Cast.qui etiam si ex interpretatione pupillus vel alius similis diceretur intestatus, forte talis interpretatio non haberet locum in statutis,secundum Dyn.& Barto.in l.1.de uerb.sign.& propterea,vt dixi,quantum ad effectum euitandi probationem communis vsus loquendi,non est necessarium dicere, quod hoc fit ex interpretatione, vt sentit Pau.de Cast.ex quo de tali vsu fidem facit,& illum imitatur legislator,secundum intellectum Bar.& sequa.tunc,enim esset probandus,quando ab alio vsus allegaretur.iuxta notata per Bar.in l.Labeo.de supellecti.legat.Et est secus, quando Iurisconsultus in tali usu communi se fundat,& illum probat, vt etiam probatur in l.verbis legis.de uerb.sign.secundum ꝗ illam etiam intelligit Bart.in l.Centurio.de vulg.& pup.in fine j.q.princi.Et quod ista opinio sit vera,probo per textum in d.l.j.inducendo aliter quam faciat Bar.& alij.Dicitur enim ibi,sed hos quoque pro intestatis accipere debemus,&c.Licet ergo non senserit text.de communi vsu loquendi, prout dicunt illi,qui contrarium uolunt, nihilo minus Iurisconsultus introducit,quòd hi debent haberi
9 pro intestatis, ideo † non solum pro talibus sunt habendi quo ad successionem iuris communis,& quoad alia,quæ de iure cõmuni sunt introducta,sed etiam quoad omnia,quæ sunt de iure speciali,quia hoc importat significatio dictorum uerborũ, secundum Io.And.in c.fi.de consuet.ubi concludit, quòd clerici,qui sunt in seruitio Papæ vel Episcopi,aut qui sunt infirmi,& qui habentur pro præsentibus.cap.cum dilectus.& c.ad audientiam.cum ibi notatis.de cleri.non residen.pro talibus habentur, non solum quo ad ea, quæ sunt de iure communi, ut dicitur in dictis iuribus, sed etiam quo ad illa, quæ præsentibus conceduntur ex priuilegio, & de iure speciali. Nam dicit ipse aut quis habetur pro præsente simpliciter,& tunc indistinctè pro tali debet haberi.Aut quo ad certum actum, & extra illum non fit extensio.Et quamuis Arch.& quidam alij teneant contrarium,quia dispositio specialis loquens in casu uero, nõ trahitur ad fictum.dict.leg.2.§.hæc verba.de nego.gestis.tamen secundum Domini.ad hoc respondetur, quòd illa regula non habet locum,quando casus fictus per legem est equiparatus uero.allegat not.per gl.in c.susceptum.de rescrip.lib.6.Et bene probatur in d.c.cum dilectus.& in d.cap.ad audientiam.& opi.Io.And.approbatur etiam do.Abb.in cap.ex parte.in fi.eo.tit.de clericis non residenti.& in d.c.cum dilectus.secundum quam tex.in d.l.1.de suis & legiti.probat clarè & apertè, quòd pupillus habetur pro intestato, etiam quo ad ea, quæ sunt de iure speciali introducta,& consequenter quòd in illo locũ hẽt dispositio specialis statuti loquentis sicĩ successione intestati.
10 Nec ob.† quod aliud sit,esse talẽ,& aliud,haberi pro tali,& ꝗ verba statuti capiantur in proprio sigñatu,quia illud est verũ qñ hr̃ pro tali particulariter,& quo ad aliquos casus.Secus vero qñ habetur pro tali simpliciter, & absolute ex legis dispõne,quia illa tunc etiam locum hẽt quo ad ea,quæ iure spãli,& singulari competunt,ẽm Io.And.& sequaces. Hoc enim casu, vt dicit etiam Domini.ibi,casus fictus est æquiparatus uero, & per viam regulæ.Lex ergo noua etiam correctoria,& pœna
11 lis superueniens in uno ex æquiparatis,habet locum in alio, ut no.in l.quod uero.de legib.& in l.si quis seruo.C.de furtis.& notat Bart.qui loquitur in correctoriis in l.2.de leg.j.& in l.Marcellus.§.j.ad Tre.qđ procedit etiam si casus, ad quem fit extensio,sit simpliciter alius.Ergo multo magis dẽt habere locum dicta extensio,si sit idem,saltem fictè cum casu,de quo disponitur,sicut in casu nostro.Et licet Imo.in d.l.centurio, ꝗ sentit hanc rõnem conetur respondere, tñ sua responsio non est cõgrua.Dicit enim,ꝗ regula,de qua in d.l.j.ponitur in materia iuris communis non pœnalis,neċ exorbitantis,iõ nõ est trahenda ad hoc statutum, quod est exorbitans & correctorium.Nam istud,qđ dicit Im.est contra Bar.cum quo alij cõiter transeunt in l.2.de leg.j.vbi concludit,ꝗ regula tradita a iure communi se extendit ad statutum correctorium,ut in exẽplo, de quo ibi per eum, & ibi Aretin. late hoc prosequitur & idem tenet præcipue per tex.quem inducit in §.ex his.in auth.de hæredibus ab intest.& reprehendit Raph.qui idem in effectu ibi voluit,quod Im.in d.l.centurio.Idem quoque dixit Bar.in d.l.Marcellus.§.qđ autem,ad Tre.& Are.vbi ẽt plene loquitur in rub.de acq.poss.ubi etiam allegat.d.§.ex his.Et istud etiam uoluit Bar.in l.liberorum.de uer.sign.dum concludit quod statutum præferens filium fœminæ,locum hẽt etiam in nepote ex filio,& hoc uirtute regulæ antiquę, & sic mediante extensione passiua,de quo etiam latissime per Are.in consi.164.qui hanc rõnem prosequitur,& defendit.& etiã dicta rñsio Imolæ cõfunditur in specie & quasi in terminis,per no.p Ioan.And.in d.c.fi.de consuetud.qui proprie loquitur eo casu quo lex cõis tradit regulã eo mõ & sub forma verborũ, de qua in d.l.j.de leg.hær.& tamen uult,ꝗ non tm̃ locũ habeat in materia iuris communis,sed etiam in iure spãli,& sic exorbitanti, & propterea ex doctrina eius comprobata,ut supra,mihi videtur,ꝗ opinio Bar.in d.l.j.concludenter probetur. Nec ob.dũ Ale.in d.l.generaliter.dicit, ꝗ est diuersa rõ in eo,qui non potest testari,quoniam dici non põt,ꝗ tacite relinquat uenientibus ab intestato,sicut facere dicitur,qui testari potest,d.l.conficiuntur.& d.l.si quis cum nullum, quia immo etiã qñ pupillus decedit,tacite vocantur venientes ab intestato,si uero ab ipso pupillo vocantur,tamen a patre pupilli, cui etiam existenti in utero potuit pater pupillariter substituere.l.2.in princip.de vul.& pu.iõ non substituendo,tacite illos uocare intelligitur, adeo ꝗ pater hac rõne potest illos grauare, vt est casus in l.si fundum per fideicommissum.§.fi.cum l.seq.de leg.j.& ibi notant omnes.Et sicut hac rõne doct.ꝗ pupillus dicitur decedere proprie sine testamento,quia potest pater pro eo testari,ut
12 dicam paulo post.Et adhuc opinio Bar.confirmatur.Nam† sicut pupillus & infans dicitur decedere sine filiis.d.l.centurio. & ibi per Bar.& alios & in c.si pater.de test.in 6.& per Doct.communiter in d.l.precibus.contra gl.ibi quę communiter reprobatur,ita etiã pupillus dicitur decedere sine testõ,ẽm Imo.& Ale.in d.l.centurio.& Fulg.& Ale.in d.l.generaliter.& Ro.in d.l.in testõ.C.de te.mili.per d.l.generaliter.ubi ponitur alternatiua inter uerbum,intestatus & sine testõ, adeo ꝗ verba statuti exorbitantis loquẽtis de decedente sine testõ,in eo haberent locum. Et hoc non habet dubium, ẽm Pau.de Cast.in d.l.generaliter.Et in hoc nullus contradicit. Ergo idem debet esse quando statutum loquitur de intestato,vel decedente ab intestato,uel de decedente ab intestato. Et hoc voluit etiã gl.in d.l.generaliter.quæ uult,ꝗ prædicta idem sint,& disiunctiua ibi disiungit verba,& non sensum. Vt probatur hoc ex no.per Bart.in d.l.j.de suis & legit.vbi respondendo in l.is cui.§.fi.de test.dicit,ꝗ pupillus,vel similis propriè dicitur intestabilis.d.§.fi.quia illud uerbum significat priuationem,i.carentiã potentiæ,qua caret pupillus,sed non dicitur propriè intestatus,ut ibi,quia illud uerbum significat portionem actus testãdi,& proprie positionem potentiæ, quę non cadit in pupillũ. Quamuis Sal.in l.hoc aliter dicat in d.l.cum antiquioribus.in

uer.fi.non faciens mentionem de Bar. quæ ultima ratio probat, ꝙ pupillus proprie non dicatur decedere sine testamento quia hoc verbum importat priuationem ipsius actus tantummodo, & positionem potentiæ, sicut verbum intestatus, quæ potentia propria non est in pupillo. Nisi forte ad hoc respondeatur, vt sentit Fulg. & Ale. in d.l. generaliter, s. ꝙ verbum, intestatus, refertur ad personam morientis, vt dicit etiam Salic. in d.l. cum antiquioribus in uersi. fi. Proprie autem nõ dicitur non testatus, qui non poterat testari. leg. eius est nolle. de reg. iur. pupillus autem testari non põt, iõ non comprehenditur. At illa verba, sine testõ, actum personæ mortuæ, de cuius successione agitur, non respiciunt. Nam pupillus põt decedere cũ testõ, q̃a pater potest ei pupillariter substituere. l. 2. in prin. & l. patris & filii. de vul. & pup. qua si dicat, ꝙ priuatio actus, quæ significatur per uerbum, intestatus, est in personam, iõ præsupponit potentiam similiter in personam pupilli, iõ non potest proprie dici intestatus, quia ex propria persona non habet potentiam testandi. Sed priuatio actus, quæ significat potentiam in rem, quæ adest, quia pupillus potest decedere cum testamẽto, non dico a se condito, sed a patre eius. Sed etiam istud non placet quia pupillus emancipatus dicitur sine testamento decedere, ₰m intentionem omnium, & tamen non adest põtẽtia testãdi nec in personam nec in rem, quia ipse testari non potest nec pater pro eo. d.l. 2. in prin. de uul. & pup. Et idem in filio familias, qui non potest testari in bonis aduentitiis, etiam cum consensu patris. l. fi. C. qui testam. facere poss. & ibi per Doct. communiter, & per eos in l. qui in ptãte. ff. eod. ti. & tamen in his bonis, in quibus nullo modo hẽt testi factionem, dicitur decedere sine testõ, & iõ hẽt hæredem an intestato. in auth. de hære. ab intest. in prin. & per Bar. in l. post dotem. sol. matri. in 3. q. Verius ergo videtur, ꝙ sicut verba statuti loquentia de decedente sine testõ uerificantur in pupillo, ₰m omnes, ita etiam verificentur in illo, si statutum loquatur de intestato, prout ẽt probatur in plurib. iuribus, ꝙ pupillus dicitur intestatus, de q̃bus per Ro. in d.l. in testamento. C. de testa. m litis, & per Ale. in d.l. generaliter. Et hoc ista opinio probatur ex notatis ꝑ Bar. in l. si maritus. §. legis, de adulte. ubi dicit, ꝙ illa verba statuti, ꝙ quis habeatur pro cius, præsupposito ꝙ non faciant uere quem ciuem, important ꝙ habeat pro ciue in his, quæ ciuitas potuit concedere ciuib. Cum ergo dicatur in d.l. 1. de suis & legit. ꝙ pupillus habeatur pro intestato hæc uerba importat, ꝙ habeatur pro intestato quo ad omnia q̃ potuit lex communis, concedere, & sic non solum quando agitur de successiõe iuris communis, sed statuti, & legis municipalis, quia potuit statutum interpretationem recipere & declarationem in hoc a iure communi. c. cum dilectus. de consue. & l. 2. C. de noxa. & potest lex communis se extendere ad statutum. l. j. §. lex Falcidia. ad leg. Fal. Nec ob. dum Bar. in d. §. legis. subiungit, ꝙ non habebitur pro ciue quo ad priuilegia ꝯcessa ab alio quã a ciuitate, puta a Papa, vel ab Imperatore, prout eum ponderat ad hoc Ale. in d.l. generaliter. pro opinione contraria. Quia Bar. loq̃tur quo ad priuilegia, quæ non potuit ciuitas alteri communicare, sicut sunt illa, quæ habebat a superiore. Sed lex cõmunis bene potuit interpretari statuta cuiuslibet ciuitatis, declarando ꝙ verbũ, intestatus, prolatum in eis, comprehẽdat etiam illum qui testari non potest. d. §. lex Falcidia. cum ibi notatis per Bar. iõ in dubio uidetur sic uelle disponendo, ꝙ habeatur pro intestato. Et per prædicta remanet responsum ad omnia, quæ allegantur in contrarium, quia cum, ut est dictum, ista sit extensio passiua, habet etiam locum contra matrem. Et sic non obs. l. precibus. C. de impub. quia quod ibi dicitur, procedit, & locum habet in extensione actiua. Nec uidetur uerum, ꝙ cõis opinio sit in contrarium, quicquid dicat Ale. in d.l. generaliter. Ex quo cũ opinione Bar. concordat Ant. de But. Pet. de Anch. Pau. de Cast. Rom. & Abb. & ẽt Ang. quamuis postea variauerint. Et secundum dominum Petr. Philip. Corne. in dict. l. generaliter ita est tenendum. Sed etiam dato quod statutum loquens de intestato, locum non haberet in pupillo, nihilo minus quando † loquitur de decedente ab intestato, sicut in

13 casu nostro, tunc deber habere locum in illo. Et ita in terminis firmat Salic. in dict. l. cum antiquioribus. ubi proprie format quæstionem in hoc statuto Rauennæ. dicens quod licet verbum, intestatus, propriẽ non uerificetur in pupillo. d.l. 1. in prin. secus tamen est in verbo, ab intestato, quia dictio, ab, detrahit a significato illius vocabuli, intestatus, allegat Petrũ Heliam super quarto Prisciani, & probatur in l. omnẽ. quã adducit, & ibi ẽt hoc notat Pa. de Cast. Nec est verum, ut dicit Bal. in

14 locis contrariis, ꝙ † verbum, ab intestato, faciat conditionem, quia sit ablatiui casus, quia immo est aduerbium, ₰m Sal. in loco præallegato. Præterea ablatiuus facit conditionem, quando ponitur absolutẽ, d.l. a testõre. de cõdit. & dem. qđ non est hic, quia determinat principium, decedentium & uerbum in illo inclusum. Aliter etiam respondet Roma. in d.l. in testõ. & in dictis consi. Idem etiam tenet Raph. in dicta l. generaliter. referens, quòd ita etiam consuluit do. Signor. de Homod. de Mediola. & hanc differentiam etiam facit, ut refert ibi do. Pet. Philip. in fi. Bal. in quodam consi. incip. Præmitto, ꝙ statutum, &c. & Ang. in consi. incip. Vtrum statutum, &c. Et hanc etiam opinionem sequitur Alex. quia hæreditas defertur tantum ab intestato, uel ex testa. inst. per quas perso. no. acq. Ergo est necesse, quod hæreditas pupilli dicatur deferri ab intest. defer. & in authen. de hær. ab intest. iuncto nigro, vbi postea fit mentio de hæreditate illius, qui testari non potuit. Et propterea concluditur, quòd ab hęreditate filij infantis mater excluditur. Sed secundò dubitatur utrum Michael nepos testatoris ex filia succedat hic infanti ab intestato, an vero ei succedere debeat neptis ex fratre testatoris. Et uidetur prima facie, quòd neptis ex fratre succedere debeat huic infanti, & præferri nepoti ex filia ipsius testatoris, quia quamuis ille sit proximior, quia tamen succedere non potest, filiæ dicti fratris non obstat. Nam testator instituit filiam in libris trecentis sibi dandis, quando nubet, iubens eam stare contentam de omni & toto, ꝙ posset petere nomine legitimæ, & ꝙ plus petere non posit, &c. & quam quantitatem postea a patre recepit tempore matrimonij. Quamuis ergo illa postmodum mortua sit uiuente adhuc testatore, & ruptum sit testamentum pręteritione nepotis ex ea. §. aliud quoque capitulum. in auth. vt cum. de appel. cogn. & no. in §. exhæredatos. in auth. de hæred. & Falc. uel saltem natiuitate filii posthumi ipsius testatoris, de cuius hæreditate nunc agitur. l. 2. C. de posthumis hęredibus. institueu. per clausulam tamen codicillarem ab intestato intelligitur repetitum quicquid in testamento fuit ordinatum. l. 1. ff. de iure codic. & per consequens

15 filia testatoris † intelligitur exclusa ab intestato per patrem, & prohibita plus petere ultra dictam summam, & propterea ex quo adhuc uiuens consequuta est dictam dotem pro omni legitima, & pro omni eo & toto, ꝙ petere posset ex quacũq; cã, vt obstare filio suo, & impedire illũ, quo minus admitti & succedere posit, vt videtur determinare Rom. in l. qui superstitis. de acq. hær. vbi concludit, qđ si filia renunciauit successioni paternæ cum iuramento recepta aliqua quantitate pro dote & loco ltiæ, & deinde moriatur mortuo patre, ꝙ impediet nepotes ex ea ab intestato succedere, non quidem vi repudiationis, sed quia mater habuit suam partem, quam nepos ex ea vlterius habere non potest, dicens, ꝙ ita tenet Bal. in l. pactum. C. de collationibus. Et confirmantur, quia ex quo filia habuit dotem pro legitima, perinde est, ac si totam portionem hæreditariam habuisset, per not. per Bar. in l. 1. §. filium. de bon. poss. contra tab. in 3. q. Ergo nepos ex ea non potest plus petere, quia bis idem consequi non debet. l. bona fides. ff. depositi. Quod enim mater consequuta est, transiuit ad eum cum sua causa. l. Pomponius. §. cum quis. de acq. poss. Quod ergo dicitur de exclusione filiæ per propriã renunciationem iuratã, debet ẽt locũ habere in casu nostro, in quo exclusa est etiam ab intestato per testatorem. Et confirmatur, quia si testator voluit excludere filiam magis dilectam, & fratrem præferre, multo magis videtur voluisse excludere nepotes ex ea minus dilectos. leg. Publius. §. fi. de condi. & demonst. Aliàs sequeretur, quod filia esset exclusa, & quòd filij eius deberent admitti, quod esset absurdum. leg. si viua matre vbi uidetur esse casus. C. de bon. mater. Sed præmissis non obstantibus, quæ verè non obstant, Michael nepos ex filia ipsius testatoris infanti præmortuo debet succedere ab intestato tanquam proximior, quia filius est sororis dicti infantis. §. si autem. cum sequenti. in auth. de hær. ab intest. Nec

16 obstant allegata in contrarium, † quia in casu nostro non agitur de successione aui, a quo mater Michaelis fuit dotata & exclusa, & de qua loquuntur allegata in cõtrarium, sed agitur de succes-

ſucceſſione dĉti infantis,& filii ipſius teſtatoris,ex qua mater d.Michaelis nihil recepit & a qua excluſa non fuit, & propterea Michael ex perſona matris non impeditur ſuccedere quia & ſi illa uiueret, huic infanti fratri ſuo ab inteſtato ſuccedere poſſet, quia dotem habuit a patre pro legitima debita in bonis paternis,& pro eo,qđ de eius hæreditate petere poſſet,& plus petere fuit prohibita de bonis & hæreditate paterna,& non de fraterna,de qua agitur.Et infans quãuis ẽt ſe nõ immiſcuerit in hæreditate patris illã trãſmiſit ex potentia ſuitatis ad d.Michaelem.l.nec nos.C.de capti.& plene traditur in l.3.C.de iure deliber.& in l.ventre.de acq.hæ.& in l.ſi filius qui patri.de vul.& pup.& quam ẽt tranſmiſiſſet ad ſororem,ſi uiueret, quia, vt dixi,illam non capit tanquam hæres patris, ſed tanquã heres fratris,iõ nõ obſtat dicta excluſio,ut probatur ex not. per Raph. Ale.& Mod.in l.j.§.veteres.de acq.poſſ.ubi dñt,ꝙ ſi filia ſit excluſa a ſucceſſione paterna,ꝙ potuerit ſuccedere fratri,ẽt in bonis paternis,quæ peruenerunt ad fratrem , per not.ibi.Sed etiã dato,ꝙ ageretur de ſucceſſione aui ipſius Michaelis, adhuc ta-
7 men ei † ſuccedere poſſet,ex quo eius mater uiuente patre ſuo mortua eſt,quia nepos ex ea uenit ex propria perſona, & non ex perſona matris,ſm Bal.in d.l.pactum.in 2.q.in fi.& Ale.ibi, qui reprobat Rom.in d.l.qui ſuperſtitis.& ibi etiam Pa.de Ca. idem tenet,ꝙ Bal.& Alex.& præſertim in caſu noſtro illud eſt uerum,qua relictũ factũ filiæ,quia uiuo patre deceſſit,factum eſt caducũ,& ſi expirauit,& effectũ nõ habuit. l. unica. §. pro ſecundo.C.de cad.toll.Iõ filia nihil ex tali relicto dicitur habuiſſe,& quamuis decẽ ſit cõſequuta a patre,dici non põt, ꝙ illã habuerit ex teſtõ,ſed inter uiuos,& quia pater officio iudicis illã dotare tenebatur.Sicut ergo morte filiæ relictum expirauit,ita ceſſat excluſio teſtatoris facta prætextu & contemplatione relicti.l.Pamphilo.§.fi.de leg.3.& l.alteri.de adimẽ.leg. Et ꝑ hoc tollitur obiectio de.l.ſi uiua matre.Præterea ille text. procederet,quando filia uiueret,quia tunc inconueniens eſſet,ꝙ illa uiuens excluderetur,& filius eius admitteretur. Sed quando mater excluſa eſt ſublata de medio uiuẽte teſtõre,tunc non eſt inconueniens,ꝙ eius filius ſuccedere poſſit,ſm Bal.Ang.& Ale. in l.illam.C.de coll.& Pau.de Caſt.in l.ſi defunctus.C.de legit. hær.vbi concludunt, ꝙ ſi ex forma ſtatuti per ſuperexiſtentiã agnatorum excluditur mater , ꝙ agnati etiam remotiores ipſa matre dicuntur excluſi,quamuis de eis non loquatur ſtatutũ . Et hoc eſt uerum,ſi mater adhuc uiuit,quia eſſet abſurdum,ꝙ alij remotiores admitterentur,& ipſa proximior excluderetur. Sed ſi mater erat prius ſublata de medio, alij cognati remotiores tunc non dicuntur excluſi,quia ceſſat dictum inconueniẽs. Et idcirco concluditur,ꝙ Michael infanti ab inteſtato ſuccedere debet . Tertio quæritur , utrum Michael tanquam heres infantis teneatur reſtituere hæreditatem iure fideicommiſſi filiæ fratris ipſius teſtatoris hæredis inſtituti per clauſulam codicillarem,uel per auth.ex cauſa.C.de lib.præte.Quod quidẽ fideicommiſſum , ubi haberet locum , eſſet purum , ex quo frater fuit inſtitutus purè . Et licet ante aditam hæreditatem , uel reſtitutionem ſit mortuus, illud tranſmiſiſſet ad filiam hæredem, quia dies fideicommiſſi uniuerſalis & puri cedit a morte teſtatoris,ſecundum Bar.& Doct.communiter, in l.cum filio. de leg.1.Dubium eſt ergo,& quidem arduum , utrum clauſula codicillaris operetur quando teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumi ignoranter præteriti. in quo omiſſis ſuperfluis ſequor illam opinionem æquiorem,& iudicio meo, ueriorem ſecundum quam concluditur,ꝙ dicto caſu non ſit hæreditas per fideicommiſſum reſtituenda,prout etiam ſupra deductum eſt. Et propterea concludo , ꝙ nihil operetur clauſula codicillaris in caſu noſtro . Laus Deo.

¶ Mater per ſuperexiſtentiam fratris patruelis an excludatur in totum ab inteſtato,etiam quoad legitimã ſi ſtatutum diſponat,illam habere uſumfructum totius hæreditatis,ſi concurrat cum fratre patruele defuncti, &c.

S V M M A R I V M.

14 Mater an cenſeatur a legitima excluſa,ſi ſimpliciter excluditur a ſtatuto,& uocatur ad uſumfructum.nu.7.& 9.

Legitima quando non cenſeatur ſublata per diſpoſitionem ſtatuti.numero 13.

2 Dos non debet eſſe minor legitima , ſtante ſtatuto filiam excludente ſtantibus maſculis,& diſponente illam debere dotari arbitrio propinquorum.

3 Dictio,ſolum,appoſita affirmatiue,illud,quod ponit,affirmat,et omne aliud excludit.

4 Clauſula ad qualificandum unum capitulum, licet ad aliud non referatur , multum tamen operatur ad illius uerba ambigua declaranda.

5 Taxatiua dictio ſubintelligitur,ubi de aliqua ſumma diſpoſitiue fit mentio ſecus ſi enunciatiue.

6 Statutum etiam contra ius commune non recipit declarationẽ ab illo,quando redderetur ſuperfluum.

Repetitio præcedentium in ſequentib.fit,ubi alias reſultaret ſuperfluitas,licet alias non fieret.

7 Lucrum quod uni aufertur contemplatione alterius,illi acquiritur , cuius contemplatione eſt ſublatum, licet expreſſe non dicatur.

8 Repudiatio uel aditio dicitur etiam in legatis,niſi adijciatur uerbum hæreditas.

9 Verbum ad plura relatum debet capi pariformiter quo ad omnia.

10 Abſurdum , quod minus dilectus non ſit melioris conditionis

11 Mater ab inteſtato excluſa per ſtatutum,dicitur a legitima excluſa,etiam quod habeat ex diſpoſitione ſtatuti totum uſumfructum.

12 Filia uel mater ab inteſtato per ſtatutum excluſæ,quando cenſeãtur a legitima excluſæ.

13 Legitima quando requiratur ſpecialis mentio fieri, ad hoc ut pacto uel renunciatione uel ſtatuto cenſeatur ſublata.

Intellectus.l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inoffi.teſt.

14 Statutum prohibens dotatam plus petere,cenſetur illam a legitima excludere.

CONSILIVM LI.

CASVS iſte de iure communi non hẽt dubium, quo cautum eſt,vt mater,ſi ſola ſit,in ſolidũ ſuccedat filio ab inteſtato,non extantibus deſcendẽtib.ex eo , neque fratrib.& ſororib.auth. defuncto.C.ad Tertul.& in auth.de hære. ab inteſ. §.ſi igitur.Dubium ergo oritur, utrum per ſtatutum ſit in totum uel pro parte excluſa mater a ſucceſſione filii inteſtati per ſuꝑexiſtentiam fratris patruelis ipſius defuncti . Et uidetur prima facie dicendum ꝙ non , quia ſtatutum ſub rub. de ſucceſſione ab inteſtato aſcendentium,&c.ver.ipſi quidem fratres,&c. vult,ꝙ patrui,filijq; eorum,ſeu ex eis alter præferantur aſcendentibus perſonæ defunctæ fœminis & etiam maſculis per fœmimam,&c.niſi matri vel auiæ, paternæ , matre non extante ſeu extante,& repudiante,uel non adeunte,&c.& ſic prohibet prædictos præferri matri,quia illa dictio,niſi,ſtat exceptiue.l. nam quod.§.fi.de penu.legata,& notat Bar.& alii in l.actione C.de tranſactioni.Et per cõſequens illa non excluditur quod etiam ptobatur ex illis uerbis,matre non extante , vel extante & repudiante,vel non adeunte,&c. Ex quo.n. ſtatutũ præſupponit,ꝙ mater poſſit repudiare, uel non adire , de neceſſitate etiam præſupponitur,ꝙ poſſit adire,quia qui non poteſt adire,repudiare non poteſt.l.is poteſt.& l.qui ſuperſtitis. cum ibi notatis de acq.hær.Nec obſt.videt̃,ꝙ deinde ſtatutum dicat,ꝙ tunc habeat uſumfructum,donec vixerit,vel ad ſecunda vota tranſierit , uel uſuſfructus aliter fuerit extinctus, &c. Quia ex quo ſtatutum aliter non declarat,ad quem ſucceſſio uniuerſalis pertinere debeat extante matre vel auia paterna , nec in illa præfert patruum,vel filios patrui,quo ad ipſum ius uniuerſale hẽt locum diſpoſitio iuris communis,tanquam caſus iſte dicatur a ſtatuto omiſſus.l.commodiſſime,de lib.& poſth.& l.ſi extraneus.de cond.ob cãm.Et ſicut etiam videmus , ꝙ ubi inſtituitur quis in certa re, ꝙ alio cohærede uniuerſali non dato , trahitur inſtitutio ad totum.l.1.§.ex fundo.& l.ex facto.la grã-
1 de.de hære.inſtitu. Et dato etiam † ꝙ mater diceretur excludi a ſucceſſione uniuerſali,ex hoc ꝙ uocatur ad vſumfructum, a legitima ſaltem non diceretur excluſa,& quæ matri etiam de iure eſt debita.l.nam & ſi parentib.in prin. de inoffi.teſt.& in

auth.

auth.in testō.C.ad Ter.& notatur in auth.de trien. & semis. §. j.& in auth.nouissima.C.de inof.testa. & quæ in usufructu tm̄ constitui non potest.l.scimus.§.repletionem.eo.ti.Sed ex proprietate & usufructu constat.d.§.j.& d.auth.nouissima.Et probatur ex notatis per Bar.in l.suus quoque in fi.prin. de hæred. insti.& ꝙ statutum a legitima non dicatur matrem excludere, ex quo de illa non est facta spālis mentio,probari uidetur in l. si qn̄.§.& gn̄aliter.C.de inof.test.ubi habet,ꝙ si filius gn̄aliter renūciat successioni paternæ,non intelligitur renūciasse legitimæ,nisi illi spāliter renunciauerit. Et dicit et̄ Guliel.Bal.& Ange.in l.de his.de transac. ꝙ renunciatio filiæ facta de hæreditate paterna,non trahitur ad legitimam per dictum §. & generaliter. Et per illum tex.uoluit et̄ Sal.in l.sancimus.C.de nuptiis, ꝙ statutum excludens simpliciter filiam extantibus masculis, non intelligatur excludere illam a legitima de qua non sit facta spālis mentio. Et idem uoluit Bal.in consi.incip.Antiquum ciuitatis statutum,&c per dictum §.& generaliter. Et ultra eos idē probatur ex notatis per gl.in l.precib.C.de impub.& aliis. ꝙ filius a patre per fideicommissum grauatus,in dubio nō censetur grauatus restituere legitimam, et̄ in casib.in quib.in illa potuisset grauari expresse,& idem uoluit Ol.in consi.167.Quidam Pontius,&c. Et de matre exclusa a successione per statutū ut non intelligatur excludi a legitima, uult etiam Sal.in d.auth. nouissima.& in l.si serui uestri.C. de noxal. per plures rōnes, & maxime qa qn̄ quis excluditur sine facto suo a successione, non intelligitur exclusus a legitima.l.si arrogator. de adoptioni d.auth.si qua mulier.C.de sac.san.eccl.& l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiest.inquantum loquitur de filia.Nec ob. ꝙ ibi dicitur de filio, quia excluditur filius etiam a legitima ex suo facto & delicto præsumpto,nec,ſm eū,legitima est quota successionis ab intestato,sed totius substantiæ,ut dicit tex. in d.§. j.de trien.& semis.Et dato ꝙ eēt quota eius,quod quis habiturus esset ab intestato,tamen cum dicta portio non sit inuenta, per statutum. sed per ius commune, ita relata est ad trientem eius,quod habiturus est de iure communi,& non ex forma statuti,quod non erat a iure communi speratum,neq; cogitatum Item mouet,quia intelligitur de uniuersali,l.quædam.§.is aūt. ff.de eden.Sed ille qui admittitur ad legitimam,nō dicitur succedere uniuersaliter,qa legitima nō est quota hæreditatis, sed bonorum.l.Papinianus §.quarta.de inoff.test.Ergo non excluditur ex uerbis statuti. Adducit āt, quia legitima dicitur quasi æs alienum.d.§. quarta.& in ea mater dicitur esse filia uel mater quasi creditrix.d.§.j.in auth.de trien.& semis.& in d. auth. nouissima.Item facit alia rō,ſm eum Nam mater quolibet alio hærede instituto,non prohibetur legitimam petere,uel ad supplementum agere.d.§.repletionem.& tamen per ius testati excluditur a successione intestati.l.quamdiu.de acq. hær.ex quo sequitur,ꝙ nouū ius eā excludēs ab ītestō nō excludit eā a legitima,quæ debetur respectu portionis, quam esset habitura,si posset ab ītestato succedere. Et pro hoc etiam allegat authen. hoc amplius.C.de fideicomm.& in authent. de hæredit. & falcid. §. si quis autem non implens. Et quia statutum † hoc correctorium, & odiosum, est stricte interpretandum, ita quod ad legitimam non trahatur, de qua in statuto non sit mentio. Et pro hac parte etiam facit,quod not.Rapha. & Salic.in authen.res quæ.C.com.de leg.ubi dicunt per illum text. quod si filia a statuto excludatur extantibus masculis, & mandet filiam dotari arbitrio propinquorum. quod non poterunt arbitrari,quod dos sit minor legitima. Et pro hac parte consuluit etiam Bald.in consilio incipiente. Punctus talis est,&c. & Ange. in consilio 311.incipien. Dom.Gregorius,&c.& Salic. in consi.incip.Petrus habens filium nomine Franciscum, &c. & Alex.in consi.68.in 1.uolum.& in consi.7.2.volu.& in cōsi. 83.4.uolum.Sed istis & omnibus aliis non obst. contrarium de iure puto uerius Et primo uidendum est,an mater isto casu sit exclusa per statutum ab uniuersali successione extante patruo uel filio patrui ipsius defuncti.Et posito quod sic, secundo uidebimus, utrum sit etiam exclusa a legitima. Quo ad primum dicitur, quod mater ab hæreditate uniuersali excluditur. Nam uult statutum, quod habeat mater usumfructum solum uirilis partis, si cum fratribus defuncti concurrat. Et si cum filiis eorum concurrat, ipsi filii fratrum in stirpem, & si cum patruis, uel eorum filiis masculis,tunc habeat, usumfructum totius hæreditatis donec uixerit,uel ad alia uota transiuerit,uel aliter ususfructus fuerit extinctus, &c. Videtur ergo certum,ꝙ si mater concurrit cum fratribus,ꝙ excluditur ab uniuersali successione,quia statutum uult,ꝙ habeat usumfructum solum uirilis portionis. Quæ†

3 dictio,solum,exclusiua posita in oratiōe affirmatiua,affirmat illud, qđ ponit,& sic matrem ad dictam partem ususfructus uocat,& omne aliud excludit, & per consequens matrem dicitur excludere ab uniuersali successione,quę differt a dicta parte ususfructus,ſm Bart.in l. j.in prin.si quis ius dicen. non obtēper. Idem ergo dicendum est in casu sequenti,quando concurrit cum filio patrui ut.s.tūc habeat usumfructum solum totius hæreditatis,& ab ipsa hæreditate sit exclusa,siue dictio illa exclusiua intelligatur in sequenti repetita, siue non, quia saltem operatur ad declarandum sequens capitulum,secundum Are.in l.3.§.filius.de lib.& posth.

4 qui dicit † licet clausula apposita ad qualificandum unum capitulum non referatur ad aliud capitulum.l.fin.& ibi per Bart.de reb.dub.multum tamen operatur ad declarandum uerba ambigua alterius capituli,per l.utrum.de petitio.hęred.cum ibi notatis per Bald.& Ang.Cum quo transit Soc.in d.l.fin.& qui ad hoc etiam allegat notata per Ang.& Imo. in l.si quis cū aliter, de ver.obli.qui dicunt, ꝙ licet dicta in præcedentibus non intelligantur repetita in sequentibus ex interuallo, ex illis tamē sumitur declaratio sequentium. Et dicta declaratio nedum sumi potest ex capitulo proxime præcedenti,ut dixi, sed etiam ex principio statuti, in quo mater uocatur ad usumfructum partis, quam habitura erat de iure communi extantibus ascendentibus masculis,& sic etiam illo casu taxatiue.Nec ob. ꝙ in præcedentibus uocetur ad partem, & in casu nostro ad totum vsūfructum, quia de iure communi succedebat in totum. Et sic omnibus casibus est habitura usumfructum eius, ꝙ habuisset de iure communi. Et ideo etiam hoc casu debet solum admitti ad usumfructum.Et etiam in casu nostro debet dicta dictio taxatiua & exclusiua subintelligi,ubi etiam in aliquo capitulo præcedenti non fuisset expressa,per notata per Bal.& Moder.in l.rogasti.§.si tibi.si cer.pet.ubi dicunt per illum tex. ꝙ quando†

5 fit mentio de aliqua summa dispositiuē,ꝙ subintelligitur dictio taxatiua,licet aliud sit quando de illa fit mentio enunciatiuē,per notata in l.rationes.C.de probationibus,& per Bar.in l.si quidem.C.de transactionibus. Idem ergo eadem ratione quando de una alia re fit mentio dispositiue. Et probatur in l. maritus. C.de procuratoribus & notatur in l.cum prætor.in princip.de iud.& magis ad propositum ex notatis per Bar.in l.2.§ uidendum.ad Tertul.ubi concludit,quod si per statutum excluditur mater extantibus agnatis masculis,licet per caput exclusiuum ipsius matris alii cognati non dicantur excludi, tamen per caput inclusiuum agnatorum intelliguntur excludi,quia quando aliquos uoco,alios uideor excludere,per dictam.l.cū prætor.& l.sicut certi.C.de testa.mili.Et hoc magis est uerum,quia si ma-

6 ter succederet in totum,statutum in hac parte,per quam uocatur ad usumfructum,nihil operaretur,contra no. per Bart.in l. 2.de vsucapio.& in l.4.§.prętor,de damno infec.ubi uult,quod uerba statutorum etiam contra ius commune non recipiant interpretationem a iure communi,quando per talem interpretationem statutum redderetur superfluū.Et hac rōne dici et̄ pōt quod dictio exclusiua intelligatur in capitulo proximo sequenti repet.ita,per no.per Bart.ī l.prætor ait.§ j.vi bono.rapt.dum uult,quod dicta in proximo capitulo unius legis,intelliguntur repetita in sequenti,per l.quemadmodum.in fi.ad legem Aqui. Et quamuis dicat esse secus, quando pręcedentia sunt contra ius uel exorbitant a iure communi,per l.uxori.§.vxori.de leg. 3.tamen hoc est intelligendum,quando sine tali repetitione sequentia pn̄t aliquid operari.Sed nō procedit,quando aliās proximum sequens capitulum redderetur superfluum, per notata per Bar.in dictis locis. Et ista opinio confirmatur concludenter.Nam filius patrui per statutum præfertur in totum descendentibus defuncti per fœminam,nisi in legitima, Ergo multo magis debet præferri in hereditate uniuersali matri defuncti minus dilectæ,per ea quæ dicentur in sequenti articulo. Non obstant,quæ in contrarium allegantur.Et primo dum dicitur,

7 † quod hoc casu,quo mater extat, patruus & filius patrui non præfertur,immo quod a generali prælatione iste casus excipitur,quia immo,ut dictum est, ex quo uocatur mater hoc casu ad

ad ſolum vſumfructum hæreditatis,per hoc intelligitur exclu-
di ab ipſa uniuerſali hæreditate,per prædicta. Et quia hæc taci
ta excluſio fit fauore dictorum agnatorum maſculorum vt eui
denter apparet ex ipſo ſtatuto,illis applicatur hæreditas,quam
uis aliter non reperiantur vocati , quia quando quis per legem
remouetur a lucro contemplatione alterius illi, debet lucrum
applicari,cuius contemplatione ille remouetur.l.cum duo.de
colla.bono. & ibi notat Bar.& per Bar.in d.l.2.§ videndum ad
Tertullia.Nec reſpectu hæreditatis ſtatutum excipit matrem,
& auiam,ſed reſpectu vſusfructus tantum.Nam cum propona
tur regula,ꝙ fratres, & filij fratrum ac patrui , eorumque filij
maſculi præferantur fœminis aſcendentibus,& in totum fœmi
næ excludantur,ab iſta regula excipit matrem,quam non vult
excludi in totum,ſed vocari ad vſumfructum tantum , & a iure
uniuerſali,& eius proprietate ſolum excludi . Et in hoc differt
ab alijs fœminis,quæ excluduntur etiam ab vſufructu . Et qđ
ſit verum,patet, quia ſub eadem exceptione ponitur etiam ca-
ſus,quando mater concurrit cum fratre defuncti,& tamē vult
ſtatutū,ꝙ tunc habeat vſumfructum ſolum virilis partis, & ſic
per dictionem excluſiuam iuris vniuerſalis & proprietatis. Nec
8 etiam ob.dum dicitur,ꝙ † in ſtatuto præſupponitur , ꝙ mater
poſſit repudiare,ergo præſupponitur etiam potentia adeundi.
l.is poteſt.de acq.hære.quia in ſtatuto non fit mentio de repu-
diatione vel aditione hæreditatis, ſed de repudiatione vel adi-
tione ſimpliciter & in genere , q̃ cadit in legato,& in quolibet
alio lucro delato , ſicut in hæreditate. Et ideo ſtatutum vult ꝙ
auia admittatur ad vſumfructum matre repudiante vel adeun-
te,ſcilicet dictum vſumfructum,& de repudiatione,vel aditio-
ne hæreditatis non intelligitur,quia illa matri non defertur nec
auiæ,quod patet etiam manifeſtè : quia matre repudiante non
vocatur auia ad hæreditatem,ſed ſolū ad vſumfructum,& ꝑut
ad hæreditatem vocaretur,ſi mater per repudiationē ab hære-
ditate excluderetur. Non ob.l.1.§.ſi ex fundo. de hæredib.inſti
tuen.quia illo caſu inſtitutio in vna re trahitur ad totum, & in
cluſio illius non eſt alterius excluſio, non quidem ex tacita uo
luntate teſtatoris,qui potius uoluit contrarium, ſed ex diſpoſi
tione legis , quia quis non poteſt decedere pro parte teſtatus ,
& pro parte inteſtatus,ſcđm do.ibi.l.ius noſtrū.de reg. iuris . Et
clarius hoc etiam vult Imo.in l.quoties.§. ſi duo. circa prin. &
in fine pen.col.eod.titu. Et per prædicta etiam reſpondetur ad
ſecundum,hoc eſt,quòd mater eſt etiam excluſa a legitima ,q̃a
9 cum ſtatutum † velit matrem habere uſumfructum ſolum to-
tius hæreditatis,ab omni alio intelligitur excluſa,per præallega
ta.Et confirmatur alia ratione.nam de eo,quod eſt ultra legiti
mam, ſolum habet uſumfructum:& de proprietate nihil con-
ſequitur. Ergo etiam idem eſſe debet reſpectu legitimæ debitæ
de iure communi , ne illa verba,videlicet uſumfructum totius
hæreditatis,diuerſimodè determinentur,& diuerſo iure intelli
gantur.l.iam hoc iure,de vul. & pup.& l. eum qui ædes.de vſu
cap.& ad propoſitum per Bartolum in l. Titio centum. §. Ti-
tio genero.de condi.& demon.col.pen.ubi concludit,quòd le
gatum pro dote factum a patre eſt purum,quando erat relictū
ſus legitimam , ut quia teſtamentum aliàs non ualuiſſet . Et ſic
eſt magis monitio , ut filia inde ſe nubat , quam grauamen. Et
ideo ſecundum Bartolum non remouetur inde grauamen,per
l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſt.Sed magis ab initio non
intelligitur ex pręſumpta voluntate defuncti,dicens etiam,qđ
hoc intelligitur tam in ea quantitate , quæ eſt uſque ad legiti-
mam,quam in ea, quæ excedit , ne idem legatum diuerſimode
intelligatur dicta l.iam hoc iure. & dicta l.eum qui ædes. Com
probatur etiam prædicta concluſio ex alio , quoniam ſuperius
in ſtatuto diſponitur,quòd patruus & filij patrui ipſius defun-
cti præferantur deſcendentibus ipſius per fœminam , niſi in le-
gitima eis debita iure naturæ,& ſic hoc caſu ſtatutum per ſu ꝑ-
exiſtentiam patrui uel filii eius noluit deſcendentes per fœmi-
nam excludi a legitima, ſed illam dictis deſcendentibus ſtatutū
reſeruauit expreſſe.Si ergo voluiſſet ſtatutum,quòd mater vel
13 substitututum remotiorem.† Vel secundo responderi potest, quòd in casu.d.l.pe.ille,qui superuixit,excludit substitutũ tanquam habens ius potentius,successione, sed ubi quis præfertur tãquã hñs ius potentius,nisi ille succedat,alius non excluditur per solam superexistentiam.l.2.§.sed si sint sui.ad Tertu. & declarat Bart.in d.l.1.§.filium.ff.de contra tab.& quòd hac ratione non excludatur substitutus, quando alius superuiuēs non succedit,ut dicunt Doc.in d.l.pen. in terminis firmat Socin.in d.l. Centurio,in 10.col.Sed quando persona ponitur in conditione,sub qua alius vocatur,vt in casu nostro,sufficit ad illius exclusionem sola superexistentia dictæ personæ sine successione,secundum Bar.in d.§.si filium.& Soc.in loco præall. Et hæc quantum ad secundum dubium. Circa tertium quæsitum uidetur prima facie dicendum,quod D. Ludouico legitimato plus relinqui non potuerit,quam datum fuerit dominæ Franciscæ filiæ legitimæ & naturali ipsius testatoris,per tex.in §.& quoniam variæ.in auth.quib.mo.nat.effi.sui,vbi habetur,

14 ꝙ filio † legitimato per oblationem curiæ plus relinqui non potest,quã uni ex filiis legitimè natis, cui minus relinquitur. Et ideo videtur,ꝙ illud plus debeat auferri a legitimato,& diuidi inter filios legitimè natos, sicut in simili habetur in l.hac edictali.C.de sec.nup.& in §.optime.in auth.de nup.Et hoc videtur etiam de mente gl.in d.§.quoniam.dum alleg.dicta iura. & ſm Ang.ibi ille tex.locum habet in quolibet alio legitimato,& sic etiam per rescriptum.Et idem tenet etiam Ange. in §. si.eo.tit,& Bened.de Plumb.in dispu.inci.Statuto Pisano, &c. in fi.tertii dubii.quia,ſm eum,est eadem ratio in legitimato ꝑ rescriptum. Et refert, quod ita etiam tenebat Vbe. de Bobio in trac.de succes.§.sed nunquid.vers.sed nunquid isti legitimati,&c.per d.§.& quoniam.& l.communium.de nat.libe. Idem etiam vult Bal.ĩ c.per tuas.de maio.& obe.per d.§.& quoniã. Et ita ſm eum debet intelligi priuilegium principis concedentis legitimato,ꝙ succedat vna cum legitimis. Vnde secundum eum si statutum dicat, quod filia non succedat nisi in uncia, non poterit legitimatus succedere in plus quam in vncia. Et cum eo transit Alexan. in l.ex facto.§.si quis rogatus in fin.ad Treb.& Alexan.in l.sed si hac.§.patronum.el 2. de in ius uoc. Sed præmissis non obstan. contrarium puto uerius. Et pri-

15 mo, quia † legitimatus per rescriptum nihil differt a legitimè natis, & in omnibus, & per omnia succedit ad instar illius, vt in authen.quibus mod.nat. effi. leg. §. liceat. & sic igitur, & in authen.quibus mod.nat.effi.sui.§.reliqui.& §. illud. Et ideo in hoc, de quo quæritur, non debet legitimatus differre a nato ex legitimo matrimonio. Et istud etiam uult Azo expresse in summa,qui filii sint.legi.§. in successionib. autem, ubi aperte dicit,quòd per omnia omnes legitimati. præterquã per oblationem curiæ,succedunt ut legitimi.illi enim.s.legitimati per oblationem curiæ,hñt suos modos succedendi,ſm eũ

16 & sic† ipse facit differentiam inter legitimatum per rescriptũ, & per dictã oblationem,& de hoc ultimo loquitur.d.§.& qm̃ uariæ.allegatus in contrarium.Et idem tenet Ang.in consi. 17. incip.Comes Brandilisius,&c.ubi expresse dicit,ꝙ d.§.& qm̃. loquitur in legitimato per oblationem curiæ,sed in legitimato per rescriptum aliter dicit. Et refert ac sequitur Azo in loco ꝑ allegato.Idem etiam uult Ro.& Ale.in l.necessariis.in fi. de acqui.hær.nam in prædicto.§.& quoniam,non solum dicitur illud,de quo supra, sed etiam ꝙ legitimatus non hēt ius abstinēdi.Et dñt prædicti Doct.ꝙ ille tex.solum habet locem in legitimato per oblationem curię.Et est ratio ſm Ale.cur in hoc grauatur plus iste,quã alius legitimatus, quia in alio ei tribuitur & conceditur,qm̃ dicto modo legitimari quis põt extantib.legitime natis.d.l.communium.& §.si quis igitur. in auth. quib. mod.nat.effic. sui. sed per rescriptum legitimari quis non potest prædictis legitimis extantibus, in authentic. quibus mod. nat. effic. leg. §. si quis igitur.& in §. si quis ergo.in auth.quibus mod.nat.effi.sui.& ibi etiam Ale.facit mentionem de Bal. in d.c.per tuas.& ab eo discedit in legitimato per rescriptum. Et istam opinionem sequitur etiam Are.in d.l.necessariis. col. 3.& pro hoc allegat optimum tex.in §.si uero is qui.ver. quã propter.eo.ti.ubi postquam Imperator tractauit de legitimandis per rescriptum,subdit, quod postquam isti sunt facti legitimi.non est cauendum aliquid super eorum successionibus, qa succedunt ut alii legitimi. Si ergo non posset ei relinqui,ut licet nato ex legitimo matrimonio,de successione eorũ debuisset caueri & tractari, quia in succedendo differrent a legitime natis.Et eandem opi.tenet etiam expresse Are.in d.l.Gallus.§. & quid si tantum.col.pen.ver.aduerte tamen,dicens ꝙ d.§. & quoniam. debet intelligi in legitimato per oblationem curię & non per rescriptum,per rationem, de qua ibi per eum. & istud etiam uult d.Anto.Rosel.in d.tracta.legi.in fi.pen. col.Et ista differentia confirmatur, nam legitimatus per oblationem curiæ agnascitur patri tantum offerenti,& non aliis agnatis.d. communium.& §.filium.in authent. quibus mod. natu. effic. sui. & tamen id locum non habet in legitimato per rescriptũ, sed iste omnibus agnascitur,perinde ac si esset natus de legitimo matrimonio,secundum Ioan.Andr.in addi. Spec.in tit.de succes.ab intest.in ultim.addi.& Anto.de Butr.in d.ca.per uenerabilem.circa antepen.char.& Pau.de Castr.in consi.127.& Ange.in d.consi.17.& Alexand.consi.139.1.volum.vbi dicit, hanc esse communem opinionem.& Aret.in d.§.& quid si tãtum.in loco præalleg. Sicut ergo in hoc iura, quæ loquuntur de oblato curiæ,non habent locum in legitimato per rescriptũ secundum prædictos Docto. ita & in hoc, de quo agitur, non debet locum habere.d.§.& quoniam uariæ.Secundo principaliter in casu legitimatus speciali ratiõe plus potest capere,quã dicta filia,quoniam ex tenore priuilegii,qui debet attendi.cap. porro.de priuil.cõceditur potestas Comiti legitimandi,ita & taliter quod legitimatus succedat tanquam legitimus & naturalis,& quod possit succedere cum filiis legitimis, si extant,in uiriles portiones,& in illas partes,& quotas,quas ipse Comes

17 decreuerit,&c.Et sic Comes † habet potestatem etiam extantibus legitimis assignare legitimato quam partem & quotam hæreditatis uoluerit,aliqua lege generali aut cõmuni uel speciali non obstante.Et cuius potestatis authoritate decreuit Comes,quod D. Ludouicus succederet pariter cum filiis masculis. Et consequenter non obst.d.§.& quoniam uariæ, etiam si locum haberet in legitimato per rescriptum,quia Comes habēs potestatem a principe statuit aliter,scilicet quod dom.Ludouicus capere posset tantum quantum quilibet alius filius masculus legitimus,cum clausula derogatoria tam speciali quam generali in amplissima forma.Et sic etiam derogasse intelligitur dispositioni.d.§.& quoniam.quatenus obstaret,præsertim qa post specialem derogationem derogat etiam generaliter omnibus aliis facientibus in contrarium cum clausula,pro expssis habentes,quæ habet uim specialis derogationis.Et sic perinde est ac si nominatim fuisset derogatum illi. §. ut probatur in cap.1.de transac.& declarat in specie Anto.de Butr.in consi

lio

lio 2. incip. Visis literis,&c. Et propterea concluditur in hoc tertio dubio, quod portio D. Ludouici non potest, nec debet in aliquo diminui. Laus Deo.

ADDITIO.

In 2. dub. uide not. in §. Cum ita, num. 1027. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Habens potestatem legitimandi, potest etiam filijs legitimis & naturalibus existentibus legitimare & fratribus existentibus & eorum successoribus.*

2 *Citatio potest tolli per principem, quando fit præiudicium in iure quærendo.*

3 *Princeps potest legitimare in præiudicium non citati, quando constat, quod uult præiudicare.*

4 *Quando princeps legitimat, sufficit ut in genere de quolibet defectu considerauerit, licet non in specie.*

5 *Filio legitimato an possit plus relinqui, quam filio legitime nato.*

6 *Intellectus ad §. & quoniam. in authen. quib. mod. natur. efficiun. sui.*

CONSILIVM LXVIII.

VISA legitimatione Iacobi, & ptãte amplissima ɔcessa reuerẽdiss. do. Cardinali legimanti, vr̃ prima facie dictũ, ꝙ dicta legitimatio sit nulla, præsertim ex duob. Et primo, q̃a si talis legitimatio ualuisset filia legitima, & naturalis exclusa fuisset ab intestato ex forma statuti, ex quo in ipsa legitimatione ordinat, ꝙ talis legitimatus includat, & cõprehẽdatur ẽt in statuto loquẽte de filiis legitimis & naturalib. ac de legitimo matrimonio natis. Et ꝑpea ꝑ hoc cõprehensus dr̃ in statuto excludẽte fœminas extãtib. filiis masculis, & ꝑ ɔ̃ns eas excludere potuit, & tanto magis ẽm opi. Baldi in l. cũ acutissimi. C. de fideic. qui uoluit, ꝙ dictũ statutum includat legitimatos simpliciter, ẽt si hoc nõ sit exp̃ssũ in legitimatione, sicut fuit in casu nostro. Et cũ Bal. transit etiã Pa. de Ca. ibi, & in l. sed si hoc. §. ꝓnum. de in ius uoc. & in l. fi. C. de his qui ueniã æta. impetra. & probatur ex no. ꝑ Bar. in l. si is qui ꝓ emptore, de usuc. & per Bal. in l. nup. C. de nat. lib. q̃ dñt, legitimatũ esse legitimũ uere. Quamuis ergo dominus legitimãs uoluerit legitimationẽ ualere ẽt extantib. legitimis, & naturalibus, quia tamen non est facta mentio, ꝙ filia excludatur a statuto extantibus filiis masculis, uidetur subreptitia. & ɔ̃r nulla, q̃a potuit legitimans credere, ꝙ filiæ simul cum masculis succederẽt, uel in casu nostro potuit credere filias fæminas nõ extare, q̃a ꝙ filiæ extarẽt, q̃ excludi posset, nõ ẽ exp̃ssũ neq; legitimãti narratũ. Et ita cõcludit Soc. q̃ dicit ita cõsuluisse, in l. Gallus. §. & q̃d si tm̃. de lib. & posth. in 8. col. uer. 3. conclusio, &c. Si. n. dicit legitimãs de tali exclusione fuisset certus, cõcessisset difficilius, iõ legitimatio tanq̃ subreptitia non dẽt valere, iuxta no. ꝑ Io. And. in addi. Spec. in rub. qui filii sint legi. alle. etiam tex. in l. 1. de nata resti. ubi dr̃, ꝙ princeps nõ solet restituere natalib. q̃n ex hoc legitima portio aufert patrono. Ergo idẽ q̃n fili. b. dicta portio tollitur. Nec ob. ꝙ Comes hũc legitimatũ uoluerit admitti filiis legitimis ẽt extantib. q̃a, ut statim dicetur, vult, ꝙ admittatur simul & equaliter cũ illis, non ãt ꝙ eis p̃feratur, nec ꝙ a legitimato excludantur. Præterea loquitur de filijs simpliciter, uñ põt intelligi, ꝙ de masculis solum senserit, quia illi ab intestõ non excludũtur de iure cõi, nec excludi solent ex forma statuti, non autem ꝙ de filiab. intellexerit, ꝓsertim quia ex proprietate uerborum non ueniunt appellatione filiorum. l. pronunciatio. de uer. sig. & no. gl. & Bar. in l. j. e. ti. & in l. 1. in prin. de pœ. & gl. in c. generali. in c. indemnitatib. §. porrò. de ele. in 6. & Cy. Bal. & Sal. in l. si fugiti. C. de ser. fugi. Secundò videtur nulla dicta legitimatio, quia spurij non possunt legitimari, ut succedant. §. fi. in auth. quib. mo. nat. effi. legit. nisi princeps, uel habẽs potestatem ab illo spãliter derogaret illi legi dicendo non obstante d. §. fi. ẽm gl. ibi, quæ innuit, quòd non sufficeret derogatio illa generalis; non obstante aliqua lege. pro qua facit. l. si quis in princ. testam. de lega. 3. cum ibi not. & sentit glo. in authen. hoc inter liberos. C. de testib. Cum ergo in casu nostro solum sit generaliter derogatum legibus facientibus in contrarium ex isto ẽt capite vr̃ legitimatio nulla. Et dato q̃d ualeret, saltem videtur, ꝙ legitimatio plus relinqui nõ potuerit, quam filiæ natæ ex legitimo matrimonio, l. communium. C. de nat. libe. & in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. & quoniam variæ. & quãuis loquatur in legitimato ꝑ oblationẽ curiæ, idem tamen est in legitimato per rescriptum, ẽm Ang. in d. §. & quoniam. in §. fi. in 1. col. eo. tit. & uoluit Bal. in c. per tuas. de maio. & obe. vbi dicit d. §. & quoniam variæ. esse singularem ad duo. Primo, ꝙ legitimatus non potest plus cõse qui a patre suo, quã unus ex filiis legitime natis, cui minus sit relictum. Vnde, ẽm eum, si ex forma statuti filia non succedat extantib. masculis, sed debeat esse contenta dote sua tam ex testamento quã ab intestato, & decedat quis cum filia dotata ex filio legitimato, non poterit ille plus consequi, quam habebit illa filia. Secũdo probat ille tex. singularis ẽm Bal. ꝙ licet filius legitimus, & naturalis habeat beneficium abstinendi, secus tñ est in legitimato. Et cum eo transit Alex. in l. ex facto, §. si quis rogatus. ad Treb. in ult. col. q̃d dicit esse notã. & in l. sed si hac, §. patronum. de in ius voc. & idem tenet Bened. de Plumb. in dispu. inci. Statuto Pisano, &c. in fi. tertii dub. 1. vbi refert, quod idem tenuit Vber. de Bobio. & in casu nostro hoc satis apertè fuisse uidetur de mente, & intentione legitimantis, dum dicitur in legitimatione, videlicet ac possit ẽt, & dẽat ex ptãte Imperiali succedere in bonis, rebu. iurib. & actionib. feudis vasallagiorum, & aliorum quorumcunq; bonorum ad equales cum legitimis portiones, &c. & ibi. s. ẽt cum filiis legitimis & naturalibus, vel alijs venientib. ab intestato, si extarent, &c. & his etiã verbis concessa potestas legitimandi, vt ex priuilegio constat, & sic vult princeps illam concedens & dominus legitimans, ꝙ æqualiter cum natis ex legitimo matrimonio admitti possit, nõ autem ꝙ plus ualeat consequi. Sed præmissis non obst. mihi uidetur, ꝙ uerior sit opinio contraria. De ptãte igitur legitimantis prius est tractandum, & postmodũ de uoluntate. Certum est autem, ꝙ legitimare põt filiis legitimis, & naturalib.

1 † etiam extantibus, quia conceditur ꝙ legitimari quis possit fratrib. ẽt extantib. uel eorum descendentib. & quamuis princeps filiis legitimis extantib. non legitimet illegitimos ad præiudicium legitimorum, vt in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. illud tamẽ. cũ seq. & in §. generaliter. & seq. & in auth. quib. mo. nat. effi. legi. §. si uero solummodo. cum seq. & no. Bar. in auth. item si quis. C. de nat. lib. & Iac. de Belui. in §. ad hæc in authen. vt liceat matri & auiæ, & And. de Iser. in c. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. Nihilo minus potest princeps cõcedere legitimandi potestatem, filiis legitimis, & naturalibus etiam extantibus, secundum Bal. in l. cum filius. de test. mil. & Pau. de Ca. in d. §. & quid si tantum, & in consi. 123. inci. Super eo, de quo primo loco quæritur, &c. quia & ipse princeps de plenitudine ptãtis, uel cum clausula, nõ obstãte legitimare põt dicto casu, ẽm Iaco. de Belui. in §. & quoniam. in auth. quibus mod. nat. effi. sui. per id quod no. in §. fi. eod. titu. Et idem uult Sali. in d. auth. item si quis. C. de nat. libe. & Aluaro. in d. c. naturales. & Imo. in c. nisi cum pridem. §. personæ de renun. Item voluit etiam princeps, quod tales legitimati gaudeant beneficio statutorum, & quod comprehendantur in statuto & qualibet alia dispositione loquente de filio legitimo, & naturali, uel legitimè nato & procreato. Et per hoc isto casu cessat illa disputatio, utrum legitimatus comprehendatur in statuto excludente filias extantibus filiis legitimis & naturalibus de qua per Bald. in d. l. cum acutissimi. & in d. l. eam quam, C. de fideicom. cum concor. de quibus supra quia illa procedit, & locum habet, quando data est simpliciter ptãs legitimandi, sed q̃n statuitur, ꝙ in statuto loquente de filio legitimo & naturali, vel de nato ex legitimo matrimonio comprehendatur legitimatus, tunc certum est, ꝙ per superexistentiam legitimati excluditur filia, sicut si extaret natus legitime, quia ex interpretatione principis de tali legitimato statutum debet intelligi, ac si de illo in statuto facta esset expressa mentio. Et ex hoc sequitur, quod legitimans potestatem habet a principe præiudicandi filiæ in patris successione mediante legitimatione de filio spurio facta, per cuius superexistentiam post legitimationem filia non potest patri ab intestato succedere ex statuti dispositione, quę illum comprehendit ex principis interpretatione.

2 Nec † est curandum, quod filia non fuerit citata, quia data est pote-

potestas legitimandi citatis, & non citatis illis de quorum agitur præiudicio, & quam citationem isto casu potuit princeps tollere, maxime quando viuente patre fit legitimatio, quia de alicuius non agitur præiudicio, cum pater testando potuerit proximiores ab intestato excludere, secundum Bar. & oes in l. Gallus. §. & quid si tm. de lib. & posthu. & idem etiam vbi per hoc legitima filiorum & naturalium minueretur, quia licet quantum ad hoc sit etiam necessaria citatio filij, secundum Soc. ibi, & in cõsi. 18. inter consilia Cur. & Alex. in l. ex facto. in prin. de vul. & pup. in 5. col. tamen nũc etiam potuit princeps citationem tollere, ex quo præiudicatur in iure quærendo, & non in iure quæsito, quia princeps potest quem inuitum dicto iure priuare. l. 2. de nata. restit. & per Barto. in d. §. & quid si tantum. cum cõcord. de quib. ibi per Alex. Ergo multo magis idem potest eo ignorante. l. qui potest inuitis. de reg. iu. & l. 3. §. j. de fideicom. lib. & hoc etiam vult Abb. in c. inter quatuor. de maior. & obed. & in c. cum olim. de re iud. & alij in varijs locis, de quib. ibi per Mod. Et in specie hoc vult Alex. in consi. 2. in 1. vol. ubi late probat,
3 ꝙ † potest princeps legitimare in præiudicium non citati respectu iuris quærendi, quando constat, ꝙ uult præiudicare. Credo tamen, ꝙ in casu nostro necessarium non sit de hoc quærere, quia arbitror filiam habere integram legitimam, quam habitura fuisset etiam legitimatione non facta. Postquam ergo cõstat de potestate legitimantis, dico ꝙ etiam constat de voluntate. Quoniam omni meliori modo, quo potest, legitimauit etiã in præiudicium quorumcunque, &c. sub quo verbo vniuersali, & geminato comprehenditur, & continetur etiam filia nata ex legitimo matrimonio, cum dicatur esse de legitimis, vt inferius d. cetur. Et hoc per no. per Bal. ĩ c. Imperialem. de prohi. feu. alie. per Feder. & in l. 1. in 34. q. de rer. diuis. dum vult, ꝙ licet in materia feudali appellatione hæredis veniat filius, & nõ extrane⁹, per c. 1. §. & si clientulus. de alie. feud. & no. Bart. & Doct. in d. §. etiam si parente. si tamen quis pro se, & hæredib. suis quibuscũque feudum recepit, extraneus hæres tunc venit, & etiam legatarius, qui, secundum eum, largo modo est hæres. l. id tẽpus. in prin. de vsuca. Et cum eo transit Alex. in l. si patroni. in prin. de vsuca. Et cum eo transit Alex. in l. si patroni. in prin. ad Trebel. & in d. §. fi. de lib. & posth. Et sic ex hoc declaratur, quòd dictæ filiæ uoluit præiudicare. Et probatur etiam ex eo, quòd legitimatus restituitur etiam ad beneficia statutorum, & ex potestate attributa legitimandi ille uult & disponit, ꝙ comprehendatur sub quolibet statuto mentionem faciente de legitimo, & naturali, uel de nato ex legitimo matrimonio, ergo uult, quòd gaudeat legitimatus beneficio statuti disponentis, ꝙ extãtibus filiis masculis fœminæ non succedant, & per consequens intentio legitimantis fuit in successione ab intestato filiæ præiudicare, & multo magis condito testamento, non obstante ꝙ affines seu cognati, aut alii quicunque sua putantes interesse non fuerint citati. Sola igitur uis est in respondendo ad ea, quæ in contrarium sunt allegata. Non ob. igitur in primis dum dicitur, ꝙ legitimatio est subreptitia, quia de statuto, quo mediante ab intestato potuit excludi filia, non est facta mentio. Quia ex quo Reuerendiss. dominus legitimans est Bononiensis, præsumitur habere notitiam statutorum Bononiẽsium, secundum Bart. in l. quod Nerua, uersi. iuxta prædicta quæro, &c. ff. de po. & in l. omnes populi. in fi. de iust. & iur. & l. cũctos populos. C. de sũ. Trin. uersi. circa maleficia, &c. & Bal. in l. ante pe. C. de legi. & dicit Bar. in extraua. ad reprimen. in uer. non obstante. ad fin. ꝙ dominus particularis alicuius loci præsumitur scire consuetudines illius loci. Ideo certus non fuit aliter certificandus. leg. 1. §. fin. de act. em. & l. 1. in fin. de dote præl. & per hoc quod not. Bal. in c. cum ordinem. de rescri. dicens, ꝙ id, quod est certum de iure, non indiget expressione. d. l. 1. in fi. & ideo, secundũ eũ, impetrans super feudo nõ habet necesse facere mentionem de consuetudinibus feudorum, quæ iure scripto comprehenduntur, & ideo subreptio circa malam deductionem iuris communis non uitiat, quia non dicitur Papa decipi, cum sciat iura, secundum Rot. decis. 610. incip. Vrbanus Papa, &c. in antiq. & Roma. sing. 38. inci. Vtrum nobilis. in fin. Præterea ex hoc, qđ de statuto non fit facta mentio, legitimatio non esset nulla in substantia, sed solum quo ad extẽtionem præiudicij. sicut uidemus, ꝙ licet dicatur legitimatio subreptitia, quando de filijs legitimis & naturalib. non est facta mentio, secundum Ioã. And. in d. rub. qui fil. sint leg. in add. Spe. non tamẽ per hoc ltĩatio vitiatur in substãtia, sed solum dr̃ surreptitia quo ad effectum, ut dictis filijs non paret præiudicium, secundum Car. in c. per venerabilẽ. qui fil. sint leg. quem refert & sequitur D. Præposi. in §. quid ãt. in fi. 14. col. Et istud etiã voluit in effectu d. An. ibi circa 7. char. ver. ego credo, &c. dicens, ꝙ si non exprimatur aliquid de iure alteri quæsito, ꝙ valet ltĩatio, sed nõ ad præiudicium illius, de cuius præiudicio agitur. Vnde legitimatus dicto casu desinit esse spurius, & efficitur legitimus, sed nõ præiudicat illi, de quo debuit mentio fieri. Vnde licet ab intestato nõ potuisset filiam excludere, ex testamento tamen potest succedere, quia per legitimationem immediate nõ præiudicatur filiæ, sed per patrem, qui eam exclusit, & ille est cã proxima exclusionis legitimatio cã remota, quæ causa proxima est attendenda. l. socium qui in eo. in prin. ff. pro soc. l. sed si plures. §. in arrogato, de vul. & pupil. Et istud est etiam, qđ dicit Bar. & Doc. in d. §. & quid si tantum. Non ob. insuper, ꝙ non sit facta mentio, ꝙ extaret filia, quę excludi posset, quia ex proximè dictis ad istud colligitur responsio, quoniam vbi essemus ab intestato ꝑ filiam hoc allegari posset, sed condito testamẽto. non dr̃ afferri præiudicium ꝑ legitimantem, sed per patrẽ. Et istud est etiam satis clare de mẽte Ale. in consi. 188. in 5. uol. Ad aliud etiam respõdetur, ꝙ licet de filia non sit facta mentio, tamen de illa cogitauit legitimans ĩ gñe, & illi voluit præiudicare, dum dixit, se ltĩare etiam in præiudicium, quorũmcunq; legitimorum, sub quib. uerbis geminatis & vniuersalibus comprehenduntur etiam filij, ut dixi superius, quia & ipsi legitimi dicuntur. leg. 3. §. de illo. ff. pro soc. & l. 1. §. sed vidẽdum. de succ. edict. Et ꝙ talis fuerit intẽtio Comitis, colligitur etiam ex eo, ꝙ illum habilitat ad omnia beneficia statuti. & quia vult, ꝙ sub verbis statuti loquentis de filio legitimo & naturali admittatur, & per consequẽs ꝙ includatur sub illo statuto, per quod filiæ excluduntur masculis ex-
4 tantibus. Satis ergo, ꝙ † de filia cogitauerit in gñe, prout fecisse dicitur, quamuis de illa non sit mentio facta. Sicut uidemus, ꝙ licet qualitates spurietatis sint exprimẽdæ, & alias legitimatio non valeat tanquam surreptitia, secundũ Bald. in l. eam quam. C. de fideicom. & Old. in cons. 247. Factum tale est, quidã rex, &c. nihilo minus ubi apparet ex verbis gñalib. ꝙ princeps legitimans, uel habẽs potestatẽ ab illo, cogitauit in gñe quolibet defectu, ut quia dicatur, qualitercũque & ex quocunq; coitu sit natus, &c. tũc legitimatio ualet, licet aliqua qualitas spurietatis non sit expressa, secundum Pa. de Ca. cons. 211. Super puncto isto plura subtiliter, &c. in fin. per l. sub prætextu specierum. C. de trãs. & l. miles quoniam destinauerat. de testam. mil. & de enixa uoluntate ltĩantis etiam satis constat ex illa clausula, omni meliori modo, &c. quam etiam ad propositum & ad casum nostrum ponderat Alex. in d. cons. 188. 5. uo. qui pro hoc allegat d. l. miles qui destinauerat. & l. quidam consulebat. de re iud. & l. idem Vlpianus. de excus. tu. & no. per Bal. in l. quoties. C. de hær. inst. & in l. uinum. si cer. pe. & An. de Bu. in c. examinata. de re iud. & in c. literæ. de dila. & Imo. in l. nemo potest. de leg. 1. ubi ponunt Doct. de importantia dictæ clausulæ. Quinimmo cogitauit ltĩans etiam ĩ specie de filiis legitimis & naturalibus, quibus extantibus uoluit legitimare, dum dixit, quod legitimatum voluit admitti etiam cum filiis ltĩmis & naturalibus, si extant, & quia ĩ priuilegio, ad quod habetur relatio, per ltĩantem, specialiter derogatur. §. gñaliter. in authẽ. quibus mod. na. effic. legit. ubi prohibetur legitimatio extantibus legitimis. Ex tali igitur derogatione satis constat de mẽte, ideo non fuit aliter necesse exprimere, quod extaret filia, secundum Bald. in leg. eam quam. C. de fideicom. uersi. denuo dubitatur. ubi dicit, quod licet qualitas spurietatis non sit expressa, si tamen ex derogatione apparet de mente, ut quia dicatur, non obstante. §. final. in authent. quibus mod. natu. effic. sui. & leg. qui contra. C. de incest. nupt. ualet legitimatio, quia licet per illam non augetur gratia, declaratur tamen intentio. Et idem uult in leg. si quam illustris. C. ad Orfi. Non obstantibus etiam dum dicitur secundo, quod non ualeat legitimatio, quia non sufficit derogatio generalis, sed specialiter, & expressè debuit dici, non obstante §. fina. in authent. quibus mod. natur. efficiun. sui. quia immo sufficit clausula generalis, non obstante lege, ut latè prorbat & concludit Alexan. in consilio 198. 5. uolum. quem aliter non refero, quia non expedit, quoniam in priuilegio legiti-

mandi princeps expresse derogat & specialiter legib. sub rub. quib. mod. na. effic. sui. & maxime in §. fi. & licet postmodum in ltiatione videatur apposita derogatio generalis, tamē illa se refert ad ptātem ei concessam dicendo, quib. omnibus inquantum possumus authoritatibus prædictis nobis concessis derogamus & derogatum intelligimus per præsentes, &c. & quę relatio habet vim spālis expressionis. l. asse toto. in princ. de hæ. inst. & l. si ita scripsero. de cond. & dem. cum ibi no. per Bar. & l. si pluribus. in prin. de verb. oblig. iuncta l. scire debemus, eo. tit. & ibi no. Are. Tertiò non obst. ꝙ plus † non possit relinqui filio ltiato, quam filiæ ltiæ & naturali. l. communium. C. de na. lib. d. §. & quoniam. & quia illa iura procedunt & locum habent in filio ltiato per obligationem curiæ, & non in ltiato ꝑ rescriptum, ſm Ang. qui ita tenet in consi. 18. Comes Brandilisius, &c. & allegat Azonem ad hoc in summ. qui fil. sint legit. §. in successionibus autem, &c. vbi aperte dicit, ꝙ per omnia omnes legitimi, præterquam per oblationem curiæ, succedunt ut legitimi. Et idem tenet Aretin. in d. §. & quid si tantum. colum. pen. & Aretin. in l. necessarij. de acqu. hæred. qui ad hoc allegat optimum tex. in §. si uero, in authen. quibus mod. na. effic. sui. dum text. dicit, ꝙ postquam ltiati per rescriptum succedunt ut legitimi, non est super eorum successionibus aliquid cauēdum &c. Et idem etiam tenet Alex. in d. l. necessarijs. col. pen. Et assignat rationem diuersitatis, quia per oblationem curiæ possunt de iure communi filij ltiati extantibus etiam aliis filijs legitimis & naturalib. d. l. communium. C. de na. liber. & in auth. quibus mo. na. effi. sui. §. si quis igitur. sed per rescriptum illis extantibus non dēt ltiatio fieri. §. si quis ergo, eod. titul. & in auth. quibus mo. nat. effic. leg. §. si quis igitur. Quia ego legitimatis per oblationem curiæ in hoc plus conceditur, in alio magis grauantur, ut. s. nō possint abstinere, & quod plus eis relinqui non possit, quam filio legitimo & naturali, arg. leg. eum qui. in princ. de iureiur. & Bald. etiam, in d. c. per tuas. de maior. & ob. fatetur, † quod tex. in d. §. & quoniam. potest intelligi in ltiato per oblationem curiæ. Præterea in casu nostro concessa est potestas legitimādi cum facultate succedendi ex testamēto, & ab intestato, ac si ltiati essent nati de legitimo matrimonio, non obstantibus legib. sub rub. quib. mod. nat. effic. sui & in authē. quib. mod. na. effi. leg. & sub rub. C. de nat. liber. Et deinde subsecuta est legitimatio & legitimato cōcessa facultas succedendi tam ab intestato, quam ex testamento, ac si esset natus de legitimo matrimonio, derogando omnibus legibus contrariis ī genere in specie propter relationem ad priuilegium legitimandi. Si ergo concessa est ptās succedendi, ac si esset natus ex legitimo matrimonio cum derogatione ad leges positas sub dictis titulis, ergo legitimato potuit plus relinqui quam filio legitimo, sicut plus relinqui potuisset ei, si ex legitimo matrimonio natus esset, a quo iste legitimatus nō differt, ut patet ex tenore legitimationis, & ad tex. in §. & quoniam. & ad d. l. communiū etiam si locum haberent in legitimato per rescriptum, derogatur, ex quo dicta iura sub dictis rubr. continentur, perinde ac si specialiter illis iuribus derogatum fuisset, argu. leg. si duo. in princ. de adm. tuto. Et ista est etiā clara responsio, iudicio meo. Non obst. postremo dum dicebatur, ꝙ per legitimatione uocatur legitimatus ad æquales cum legitimis portiones. Quia de successione ab intestato loquitur, & non de illa, quæ fit ex testamento, ut ex sequentibus colligitur, dum subiicitur, cum filiis legitimis & naturalib. & aliis uenientibus ab intestato, &c. Ex quibus declarantur pręcedentia. leg. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. sed ex testamento potuit pater facere meliorem conditionem legitimati, tum quia restitutus est natalibus etiam in præiudicium quorumcunque legitimorum, & quia etiam ex testamento uoluit eum succedere posse, ac si de legitimo matrimonio esset natus, non obstantib. quibuscunq. contrariis legibus, quib. derogatum est nedum generaliter, sed etiam specialiter, ut ex præmissis colligitur. Et propterea si non differt a legitimè nato etiam condito testamento, potuit ei plus relinqui quam alteri nato ex legitimo matrimonio, sed ab intestato succedit æqualiter, quia plus consequi non posset, etiam si legitimè natus fuisset. Et de hac successione sequentia intelliguntur ut dixi. Et etiam quando solum concurreret cum masculo, & non cum fœmina. At ubi fœmina solum cum eo extaret, ēt illā ab intestato excluderet ex forma statuti, cuius beneficio uti potest legitimatus, ex quo comprehenditur concurrente potestate & uoluntate legitimantis, ut patet, per prædicta. & quia uoluit Comes legitimatum admitti ab intestato cum præiudicio quorumcunque legitimorum. Quæ uerba hoc casu possūt uerificari. Est igr̄ dicendū, ꝙ ab intestato æqualiter succedere dēat legitimatus cū masculis legitime natis. Et isto casu uerificantur, quæ in contrarium allegantur. Sed fœminam ab intestato potuit excludere, & multo magis ei plus relinqui, quam fœminæ, quam masculo. Et hoc nedum ex uerbis legitimationis declaratur, sed etiam in dubio ratione contrarietatis euitādæ sic est interpretandum. §. quibus. in 1. consti. C. & not. in l. scripturæ. C. de fide inst. & in c. imputari, extra eo. ti. & per Ba. no. in l. fi. §. idem quæsiit. de cond. inde. Ex quib. omnibus concluditur, quod Iac. legitimatus admitti potest ex testamento paterno, quatenus est ex eo uocasus

---

¶ Donatio facta filio spurio postea ltimato an ualeat, si fuit iurata, uel saltem morte confirmetur, licet fuerit reuocata, contra tamen promissionem de non reuocando. Et an ad feuda mittatur, si est in re certa institut⁹, quæ sint recepta pro se, & hæredibus. Et an confessio dotis receptæ facta per socerum in testamento possit ab eo reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest concedere quem legitimari, etiam non citatis venientibus ab intestato, & sine causæ cognitione.*

2 *Legitimatio nocet etiam illi, de quo nulla est facta mentio in iure quærendo, si de voluntate legitimantis constat, quòd velit illi præiudicare.*

3 *Clausula, non obstante, de plenitudine potestatis, ex certa scientia quid operetur. & nu. 5.*

Clausula, non obstante, quando vtatur comes in legitimatione.

4 *Clausulæ, pro expressis habentur, in legitimatione, licet illas non exprimat comes, si continentur in priuilegio.*

Princeps mandans sibi reseruata, videtur in dubio velle, quòd exerceantur cum causæ cognitione.

6 *Donatio facta filio legitimato firmatur iuramento, sicut facta filio legitimè nato, siue incipiat a promißione, siue a traditione, maximè matre promittente non contrauenire.*

7 *Filij spurij institutio, donatio, seu legatum, confirmatur secuta legitimatione viuente patre, cum retrotrahatur.*

8 *Notarius extra territorium non potest conficere instrumenta, & quando procedat, & quid si a principe sit creatus repugnante tamen statuto loci.*

9 *Princeps creando tabelliones, uel alia faciendo non præsumitur velle derogare statutis, quæ ignorare creditur.*

Statutum in personam disponens, quando extra territorium extendatur.

10 *Spurio nihil donari, uel relinqui potest, & iuramentum in donatione nihil operatur, uel saltem hæredes iurantis poterunt contrauenire. nu. 11.*

12 *Iuramentum non firmat cōtractum, si ex causa rationabili odio alterius prohibeatur contractus.*

13 *In iuramento cessat fictio.*

Ratihabitio non sufficit, ubi forma deficit.

14 *Reuocatio actus ualet, licet quis iurauerit non reuocare, licet quis incurrat periurium.*

15 *Possessio per statutum, seu vsusfructus reseruationem non transfertur ex contractu inutili.*

16 *Feudum pro se, & hæredibus suis concessum non datur descendentibus, nisi sint etiam hæredes.*

Et quid si sit hæres in re certa.

Hæres hæredis non dicitur testatoris hæres, quando est in re certa hæres.

Legitimatus etiam ad feuda nō admittitur, si in inuestitura non comprehenditur.

Feudi alienatio inter viuos in non comprehensum in inuestitura, sine domini licentia statim reuocatur non expectata morte alienantis.

17 *Constitutum operatur idem, quod traditio quo ad priuationem rei alienatę sine domino.*

18 *Legitimandi ptās comiti concessa etiā ad feuda, restringitur ad feuda ab alijs concessa, non autem ab ipso principe. & nu. 25.*

19 *Feu-*

19 *Feudum nobile quid, minus nobile, & ignobile.*
Feudum dignitatis conceditur etiam ab inferiore a principe.
20 *Princeps concedendo feudum pro se, & hæredibus suis, sentit de legitimè natis, non autem de legitimatis per rescriptum.*
21 *Legitimati ad feuda non admittuntur.*
22 *Ius accrescendi, an locum habeat in feudo concesso a principe.*
23 *Princeps a contractu suo recedere non pot, nec prædecessoris.*
24 *Princeps non præiudicat in iure quærendo ex suo contractu.*
25 *Princeps vasallum, sine causa priuare non potest.*
26 *Confessio dotis receptæ facta in testō a socero an reuocari possit.*
27 *Iuramentum super eo quod est de præterito præsumitur fraudulentum, ideo non obligat.*

CONSILIVM LXIX.

DILIGENTI, ac matura pręmissa cõsideratione videbatur primo cõgressu donationẽ, de qua quęritur, in oĩbus, & per oĩa esse validã, & effectũ sortiri debere. Nam prima legitimatio ꝓcedens non vr̃ posse impugnari ex defectu citationis eorum, quorũ interest, quãuis ẽt sit dispensatio, q̃ tanquã odiosa non valet omissa citatione, secũdum Pet. de Anch. in cõs. 243. Ex tenore priuilegij, &c. & Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. in fi. de lib. & posth. vbi refert, ita fuisse consultum. Quoniam
1 † Princeps in priuilegio concessit Comiti potestatem legitimãdi citatis, & non citatis ꝓdictis, ac ẽt dispensandi, ẽt cum aliorũ præiudicio, quod vtique potuit concedi, secundum Bald. in l. cum filius. de testa. mili. & Pau. de Ca. in d. §. & quid si tantum, & in consi. 223. Super eo quod primo loco quæritur, &c. quia & ipse princeps sic legitimare potuisset ex plenitudine potestatis per ea quæ plenè habentur, in c. cum olim. de re iudica. & per hæc patet, ꝙ etiam potuit omitti causæ cognitio ex potestate prædicta, quia de causa constare non potest parte absente, & non citata. l. pen. C. si per vim, vel alio mõ. l. in causæ. §. causa cognita. ꝟ minorib. Ideo si põt omitti citatio, similiter & causæ cognitio, licet aliàs in dispensatione sit adhibenda. 1. q. 7. §. nisi rigor. & notatur in c. 2. & in c. tali cõiugio. de scisma. & in c. diuersis fallacijs, de clericis coniu. & per Spec. in tit. de legatis. §. qualiter. versi. dicunt autem quidam. & Pet. de Anch. in d. cõ-
2 si. Nam ubi constat † ꝙ princeps, vel habens potestatẽ ab eo, vult tertio non citato præiudicare in iure quærendo, nocet illi legitimatio, & præiudicatur, vt plenè probat Alex. consi. 2. 2. vol. De voluntate autem in casu nostro constat tam priuilegio legitimandi, seu dispensandi, quam ex ipsa legitimatione, & dispensatione, in qua expresse sit concessio, & dispensatio cum præiudicio tertij. Et hoc sufficit, quamuis in specie de aliquo non sit facta mentio secundum Pau. de Cast. in l. Titius; in
3 prin. per illum tex. de liber. & posth. † & quia inserta est, & expressa clausula, non obstãte, de plenitudine potestatis, & ex certa scientia, ex quibus clausulis concurrentibus ualet rescriptũ ad præiudicium tertij, secundum Bal. in præludiis feudo. circa 12. colum. ver. item dicit Andr. de Iser. &c. & Sali. in l. fina. C. si contra ius, &c. & Ant. de But. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutionib. & Aret. consi. 15. & est communis opinio, secundũ Alex. in l. 3. §. si is pro quo. quod quisque iuris, quibus clausulis potuit etiam Comes vti, ex quo his utitur princeps in dicto
4 priuilegio legitimandi, quinimmo † in legitimatione haberentur pro expressis, ubi non fuissent expressæ, ex quo, ut dixi, per principem in dicto priuilegio inferuntur, secundũ Bal. no. in l. eam quam. col. 7. ver. interrogatus fui, &c. C. de fideic. & Pau. de Cas. in consi. 230. Dubitatur. in 3. dubio. Per hæc ẽt patet, ꝙ princeps concessit comiti, ꝙ possit legitimare & dispẽsare cum eadem plenitudine ptãtis, cum qua & ipse potuisset, ex quo concedit, ꝙ possit tertio etiam non citato præiudicare,
5 quod vtrique † fieri non potest, nisi de plenitudine ptãtis, secũdum Bar. & Doct. in d. §. & quid si tantum. & Bald. in l. nam ita diuus, de adoptio. & per Doct. in d. c. cum olim. de re iud. cum concord. de quibus ibi plene per Mod. quamquam videatur in dubio princeps mandare sibi reseruata, ut exerceantur cũ cãæ cognitione, & non cum illa plenitudine ptãtis, qua princeps concedens exercere potuisset, secundũ Inno. in c. cum ad monasterium. de statu monacho. & in c. dudum. vlt. col. de electionib. & in c. ueniens. in gl. 1. de filiis presbytero. & Abb. in c. at si clerici. §. de adulterijs. col. 5. de iud. & Imo. in l. quidam cõsulebant. de re iudic. & in ca. de multa. de præbend. & Bald. in l. si testamentum. C. de tes. vbi dicit etiam ad propositũ, ꝙ dicta clausula, de plenitudine ptãtis, excludit causæ cognitionẽ. Ex præmissis ẽt infertur, ꝙ prima litimatio nõ potest impugnari ex eo, ꝙ sit facta in terris ecclesiæ ꝑ habẽtem ptãtem legitimãdi à Cæsare: quia cum citatio non fuerit necessaria, & sit facta de subdito, & in preiudicium subditi, absq; dubio valuit quò ad bona, quæ sunt de terris Imperii, ſm Ioan. And. inc. ꝑ venerabilem. super gl. 2. qui filii sint legi. & ibi etiam ꝑ alios, & ꝑ Bal. in d. l. eam quam, vers. cõsueuit esse quæstio, & c. & C. de nouo codice compo. Et hoc etiam sentit in l. 1. C. de iu. annul. au. & Cuma. expresse in consi. 168. & do. Benedict. de Perusio, in consi. 2. vbi dicũt hoc nõ habere dubium. Stante igitur dicta prima
6 legitimatiõe valida, resultat† ꝙ donatio facta filio legitimato, & cõfirmata iuramento valet, quamuis per legitimationẽ transeat in patris ptãtem. §. generaliter. & §. illud. in authen. quibus mod. nat. effi. sui. sicut donatio facta filio in ptãte, & legitime nato firmatur iuramento, secũdum Bal. in l. 3. C. pro donato. versi. sed quid si fuerit, &c. & in rep. l. 2. super quæstione 5. ver. colliget ergo, vbi firmaui, &c. de iureiu. quem sequitur Alex. in l. si donatione. C. de collationibus. Et ita per prædicta in terminis, videlicet, quòd donatio facta filio legitimato iuramẽto firmetur, late tenet Alex. consi. 8. 2. vol. Et ꝙ dicta donatio iurata valeat, sentit etiam Ioan. And. in add. Spec. in ti. de testam. §. in primis. uersic. pone filius. in add. incip. Vber. de Bobio, &c. dum in fine æquiparat iuramentum, & emancipationem. Et Bar. in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. uersi. pone pater & mater, &c. dũ uult, ꝙ iuramentum nõ firmetur, quatenus tendit in alterius præiudicium. Et sic pręsupponit, ꝙ operetur iuramentũ in præiudicium patris donantis. & hanc opinio. tenere videtur do. Abb. in c cum contingat. in ultim. col. de iure. dum refert & simpliciter sequitur Bal. & Ioan. And. in locis allegatis. Et idem tenet Rom. in rub. de iureiu. in 3. quæstio. Et hanc quæstionem latissime et disputat insignis Doctor Io. Baptista de S. Seuer. in repe. l. frater a fratre. in 17. q. de condi. inde. ubi etiam refert, ꝙ d. Io. Petr. consuluit pro eadem opinione apud urbem ueterẽ. & quod etiam uidit consilium do. Francisci Aret. idem tenentis, per not. per Bald. & Io. And. ubi sup. Et dicit etiam, ꝙ hanc opinionem sequitur do. Benedic. de Benedictis de Perusio in d. ca. cum contingat. cum qua etiam post longam disputationẽ transit, & dicit esse communem, & non solum quando incępit a promissione, quo casu oritur naturalis obligatio, secundum Bart. in d. l. frater a fratre. in fi. Sed etiam quando incœpit a traditione, puta quando pater sibi reseruat usumfructum, iuxta. l. quisquis. C. de donatio. Et quamuis reperiatur Pau. de Cast. consuluisse cõtrarium in consi. 105. incip. Dominus Vbertus, &c. per rationes, de quibus ibi per eum, & etiam Raph. una cũ plurib. Doctorib. Paduanis, qui tamen hoc solũ tentant, & non firmant, & d. Pe. Phil. Corneus de Perusio, prout refert in auth. ex testamento. C. de col. prout reperitur in suis consi. 238. in 1. parte. & in consi. 9. in 2. consil. 108. in 4. tamen omnibus rationibus istorum formaliter & plene respondet prædictus dom. Ioan. Baptista in loco præalleg. ubi notab. subdit, & ad propositum, quòd vbi in instrumento donationis incipientis etiam a traditione, promisit pater dictam donationem habere ratam, & firmã, & nunq̃ ꝯuenire uel reuocare, ꝙ isto casu indubitãter dicta donatio iurõ firmat, q̃a illa ꝓmissio de non cõtraueniẽdo, uel de nõ reuocando producit naturalẽ obligationẽ, & ꝓpterea iuramentum super ea interpositum impedit reuocationem. Et propterea hoc est considerandum diligenter, quia in omnibus instrumentis apponitur dicta clausula, vel similis. Et allegat Baldum qui etiam hoc dicit in repet. dicta leg. 2. char. 15. uersicul. iuxta prædicta. Signorol. format quæstionem, &c. Rationes autem & dictas responsiones aliter non refero, quia possunt uideri de facili, & nihil omittit de eo, quod allegatur ꝑ tenentes oppositum. Et sic etiã dicta donatio uidetur effectum, sortiri, etiam quo ad feuda, ex quo ad ea est specialiter legitimatus, iuxta nota. per gloss. & Doct. in cap. naturales. si de feudo fuer. controu. inter dominum, & agnatum. Et prout fuit à principe concessa potestas legitimandi ad illam, etiam cum illa amplissima potestate, de qua dixi superius, in qua concessione uidentur etiam includi feuda concessa ab ip-

ab ipso principe, ex quo vult ẽt comitẽ posse legitimare ad feuda habentia dignitates, quæ a principe cõceduntur, & concedi solent, c.1.quis dicatur Dux, Marchio, &c. & p Io. And. in add. Spe. in rub. de præscr. Et sic cessare vr̃ isto casu, quod voluit Pe. de Anch. in cõsi. 308. inc. Prima facie, &c. Sed dato etiam ꝙ prima lĩtiatio non valeret, vel nõ probaretur, adhuc tñ dicta donatio valida esset virtute secũdæ lĩtionis, quia licet dicta donatio
7 vltimam legitimationem præcedat, tñ† dicta posterior legitimatio trahitur retro, & cõfirmatur donatio, ac si post legitimationem cum iuramento facta esset. Sicut videmus, ꝙ si instituatur spurius, vel ei aliquid relinquatur, ꝙ institutio nulla, vel legatum inualidum, auth. ex complexu. C. de incel. nup. reconualidatur p legitimationem superueniẽtem patre adhuc uiuente, & hoc, q̃a dicta legitimatio trahitur retro ẽm Ang. in l. his uerbis. §. interdum. de hæred. inst. & Imo. in l. si alienum. §. in extraneis. eod. ti. & per Alex. in d. l. Gallus. §. instituens. Et ultra istos hoc cõfirmatur ex no. per Bar. in l. 2. in princ. col. 3. uersi. item quæro, aliquis filius naturalis, &c. de uulg. & pupill. ubi concludit, ꝙ substitutio pupillaris facta filio naturali cõualidatur, si post mortem patris de eius consensu legitimetur, ea ratione in proposito, quia retrotrahitur legitimatio. Sed tamen præ-
8 missis nõ obstantib. cõtrarium arbitror uerius. Et† præmitto, ꝙ prima legitimatio non probetur, quia notarius Regiensis in ciuitate Ferrariæ, & extra territorium nõ potuit de ea esse rogatus, nec de iure communi, secũdum Bar. in l. cũctos populos uersi. 7. quæro circa statuta permissoria, &c. C. de summa Trin. & fide cath. & in l. 3. per illum tex. quam legi. cum l. 1. de offic. procon. & in l. nec ei. §. eorum. de adop. & in l. apud proconsulem, de manu. uind. per illum tex. & Io. And. in add. Spe. ĩ ti. de instru. edi. §. resta. uersi. quid de his, &c. quicquid ibi Spe. dicat. Et ibi etiam hanc opinionem tenet Bald. in add. col. 3. & in l. j. in fin. de iud. & in l. j. col. 6. C. ne filius pro patre. & Abbas in c. cum P. tabell. de fid. instru. & Dom. in c. Roman. §. fi. de fo. compe. in 6. & dom. An. in c. uenerabilem qui fil. sint legi. Et ista est communis opinio, quamuis pauci contrarium dixerint. Est uerum, ꝙ prædicti loquuntur de notario forense creato authoritate statuti alterius loci. Sed ubi eẽt creatus a principe, tunc ubique, & in quolibet loco potest officium tabellionatus exercere, secũdum Bar. in d. l. 2. & alios in prædictis locis. immo si esset creatus ab imperatore tantum posset officium exercere ẽt in terris ecclesiæ, ẽm An. & Im. in d. c. per uenerabilem. & Ab. in c. sicut. ne cler. uel mon. ubi refert idem tenere Gasp. de Cal. Pe. de Anch. & Car. Et idem tenet Dom. in d. §. fin. & Bald. in dictis add. col. 3. Hoc tamẽ ultimum nõ est absq; dubio, q̃a cõtrarium tenuit An. de Bu. Hos. & Abb. in d. c. cum P. & do. An. in d. c. sicut. Sed etiam dato ꝙ præcedẽs opinio esset uerior, & ꝙ etiam dictus notarius fuisset creatus authoritate Papæ, & Imperatoris, adhuc tamen nõ potuit in casu nostro eẽ rogatus de hac lĩtiatione, propter statutum Ferrariæ disponẽs sub rub. de notariis forensibus, ꝙ nullus notarius forensis etiam receptus in collegio notariorum, possit uel audeat exercere officium notariatus in ciuitate uel districtu Ferrariæ, nisi eo tempore habitauerit & steterit cum familia sua, ac onera realia, & personalia sustinuerit in ciuitate Ferrariæ, sub pœna, &c. Et nihilo minus gesta per talem notarium non ualeant, nec teneant, & teneatur ipse notarius ad omne interesse partis, &c. Vigore igitur huius statuti quilibet notarius forẽsis creatus a quocũque prohibetur officium exercere, & annullantur gesta p eum. Et ꝑpea creatus à principe nõ potest eẽ rogatus in dicto loco, q̃a
9 non omnis.Et similiter†tale iuramentū non est obligatorium, quia si posset pater uel auus cum iuramēto donare filio vel nepoti spurio,daretur occasio delinquendi.Et iō tale iuramētū, ꝑꝑ quod inuitatur quis ad delinquendū,& ꝑ qđ occasio delinquendi datur,tanquam contra bonos mores,non est obligatorium,quia iuramentum reprobatur, non solum quando in se continet peccatum,sed etiam si pōt eē occasio peccandi.Et ita firmat do.Abb.in c.quemadmodum.de iureiur.& in d.c. cum contingat.uersi.septimus casus.alleg.in argumētum.c.cum ab omni.de uita & honest.cler.& c.nam concupiscentiam.de constit.& c.sicut ex literis.de iureiur. Sed dato etiam ꝙ tale iuramētum obligaret auum iurantem,tamen ex eo contractus nō firmaretur,stante hoc,quod dictus contractus annulletur,ut tollatur occasio peccandi. Quia ubi contractus reprobatur ea rōne,ut tollatur occasio delinquendi,iuramentum nūquam obligat respectu secundariæ obligationis, quæ dirigitur in partem

quamuis obliget respectu primæ, quæ dirigitur in Deum. Et hinc est, q̄ ubi filius renunciat Macedoniano cum iuramento, licet obligetur Deo ad obseruantiam iuramenti, non tamen obligatur patri, & sic contractus non firmatur, sed remanet nullus, & concedēda est absolutio a iuramento, s̄m Bart. & Ang. in d.l.si quis pro eo. in quarto membro. & Ant. de But. Abb. & Imo. in d.c.cum contingat, similiter in quarto membro, maxime quando frequentaretur in loco, q̄ filiifamiliàs occiderēt parentes, ut creditorib. ex cā mutui possent satisfacere, quia q̄uis iuretur super re licita, s. super mutuo, tamen ex parte recipientis iur̄m dicitur uersari turpitudo, ex quo datur occasio delinquendi, &c. s. occidendis parentes, propter quā occasionē tollendam lex induxit exceptionē Macedoniani, & prohibuit filium cum effectu ex mutuo obligari. Sic ergo in casu nostro, in quo contractus ea rōne est nullus, ut s. homines non delinquant, & ab illicito coitu abstineant, qđ delictū ubiq; frequentatur, & ad qđ natura hoīum p̄cliua est, iuramentum tanquā turpiter p̄stitum nō dēt obligare parti recipienti. Et quāuis obligaretur auus Deo, & ipse contrauenire nō posset, nisi prius petita, & obtenta absolutione, tñ in eius hærede secus est, quia
10 † ubi contractus nullus non est iuramento firmatus, licet iurans obligetur Deo ad obseruantiam, tamen eius hæres pōt cōtrauenire sine metu periurii, ēt absolutione nō obtēta, q̄a iuramētū defuncti p̄sonale nō trāsit ad hæredem, nec illū obligat ad obseruantiam. Secus aūt ubi iuramētum cōfirmasset contractus nullum, quia tunc teneretur hęres uirtute obligationis orientis ex contractu, quę trāsiret ad eū, ut plene per omnes in d.c. ueritatis. & p̄ Abb. in d.c. cum cōtingat. de iureiu. Cum nō Michelinus, qui iurauit, sed eius filius, & hæres uelit contrauenire, cōcluditur ex p̄dictis, q̄ p̄t iuramento non obstāte. Et ex
11 his patet rñsio ad allegata in cōtrariū. Quia quamuis† iuramētum promissoriū interpositum ēt super contractu simulato obliget, tamen fallit ubi contractus annullat̄ fauore tertii, ut dictum est, uel ubi potest esse occasio peccati, per no. per Abb. in d.c. cum contingat, & in d.c. quemadmodum, quo casu aut nullo mō est obligatorium. aut si obligat iurantem Deo tm̄, nullo remanente contractu, tñ nō obligat eius hrdē, p̄ no. in d.c. ueritatis. Et p̄ hęc ēt patet rñsio ad illud, quod ultimo dicebat̄. p̄ c. debitores, & p̄ no. p̄ Bar. in d.l. si quis pro eo, quia illa nō p̄cedunt, ubi annullat̄ contractus in fauorem tertii, sed in odiū recipientis, nec etiam hēnt locū cōtra hæredem iurātis, sed cōtra iurantem tm̄, ex quo contractus iuramēto non fuit firmatus. Procedunt ergo p̄dicta, ubi cōfessus fuisset, se eē debitorem filii, & iurasset restituere. Sed hic licet fuerit confessus recepisse a filio, non tamē iurat restituere filio, sed nepoti spurio, quo iuramento non obligatur iurans, uel saltem eius hæres per prædicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Filius spurius legitimatus per legitimationē ad omnia restituitur, & omnis macula abstergitur.*
2 *Legitimatio per filiumfamiliàs pro filio illegitimo impetrata non ualet.*
3 *Arrogatio legitimationi æquiparatur, & de una ad aliam recte arguitur.*
4 *Ex assertione aui in publico instrumento facta, quod legitimatio de eius nepote facta, de eius mandato facta fuerit, mandatum probatur.*
5 *Legitimatio absente legitimato facta non ualet.*
6 *Priuilegium legitimandi absentes intelligitur præcedente consensu legitimati, uel ratihabitione sequuta.*
7 *Iuramentum in confessione de recepto, & promissione de soluendo, & tradendo facta per patrem interpositum ualet.*
8 *Iuramentum futura respiciens contractui alias iure prohibito adiectum ualet.*
9 *Contractus in damnum contrahentis, & tertij tendens iuramē tum non firmatur.*
10 *Auus et pater nepoti & filio spurio Digestorum iure non donāt.*
11 *Hæres defuncti iuramentum super contractu nullo prēstitum ob seruare non tenetur.*
12 *Testamentum manu testatoris conscriptum, si per duos testes eiusdem manu scriptum fuisse probetur, ualet.*
13 *Testamentum sine solennitate factum ualet in casu quæstionis proposita.*
16 *Substitutio compendiosa ad certam ætatem restricta pupillarē continet.*
15 *Substitutio de pauperibus domicellis maritandis facta alicui, dicitur pia.*
16 *Authen. quod sine habet locum in dispositione ad pias causas.*
17 *Testator hæredem nutu fauore piæ causæ facere potest.*
18 *In dispositione ad pias causas ius naturale & diuinum attenditur.*
19 *Soli comparationi literarum quandoque iudex credere potest.*
20 *Testes deponentes, testamentum scriptum fore manu testatoris, literarum comparatione iuncta plene probant.*
21 *Bini testes de carnali copula deponentes ea ratione, quod strepitum audiuerint, semiplene probant.*
22 *In testamento inter liberos publicatio non requiritur.*
23 *Intellectus authen. ut præponatur nomen Imperatoris.*
24 *In testamento ad pias causas omnis solennitas iuris positiui remittitur.*
25 *Consuetudo uel statutum deuians a iure communi & piæ causæ onerosum, dispositionem ad pios usus non comprehendit.*
26 *Vulgaris comprehensa in compēdiosa ad certam ætatem restricta facit legata ad pias causas deberi hæreditate per incapacē non adita.*
27 *Potest quis respectu patris & non aui legitimari.*
28 *Legitimatio, non facta mentione aliorum filiorum, & nepotum non ualet.*
29 *Qui non potest legitimationi consentire, eam pariter ratificare non potest.*
30 *Facilius lex dispensat, quando agitur de proprio pręiudicio in fauorem suum, quam quando de tertij præiudicio tractatur.*
31 *Legitimatio nepotis ex ratificatione aui proueniens dicitur aui, & non patris legitimatio.*
32 *In ratificatione eadem requiritur solēnitas, quæ a principio exigebatur.*
33 *Verba in executione gratiæ apposita licet non amplient, declarant tamen.*
34 *Clausula, quod filius succedat parentibus & agnatis, non operatus extantibus legitimis successoribus eiusdem gradus.*
35 *Legitimationem impetrans magis in bonis suis præiudicare potest quam alius.*
36 *Clausula, non obstantibus, gratiam non auget.*
37 *Clausula, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, tertio non præiudicat.*
38 *Clausulæ, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, et non obstantibus, operantur in his, in quibus præsumitur, concedentem habuisse notitiam, prout in his, quæ in iure consistunt.*
39 *Clausula, supplentes omnem defectum, refertur ad solennia, nō autem inhabilitatem personarum, uel alium defectum supplet.*
40 *Nepos illegitimus & auus ab intestato inuicem non succedunt.*
41 *Auus nepoti illegitimo iure relinquit.*
42 *Auus nepoti spurio illegitimato, qui tamen respectu aui illegitimatus censetur in præiudicium tertij iure non relinquit.*
43 *Indirecte ei non præiudicatur, cui directo non potest prēiudicari.*
44 *Vitium patris respiciens filios illegitimos nepotes non afficit.*
45 *Casus l. fin. C. de nat. libe.*
46 *Nepos legitimus patri, & non auo, ab auo institui potest.*
47 *Contrariorum eadem est disciplina.*

CONSILIVM LXXI.



QVAMVIS circa primū consultationis articulū egregie uersati sint excellētissimi dñi ɔsultores, & sit elegātissime conclusū, q̄ Michelinus nihil potuerit relinquere Cæsari spurio nato ex eius filio lḡimo & naturali, ēt legitimato ad p̄ces dicti filij, p̄ l. fi. C. de natur. liber. q̄a p̄ talē legitimationē nō ē factus legitimus auo, q̄ a principio nō cōsēsit, nec ex post facto valide ratificauit, & p̄ alia iura & rōnes, de quib. in eorū consiliis, tñ in casu nostro relinqui adhuc uī difficultas nō mediocris. Qm̄ nō uidetur, q̄ decisio dictæ l. fin. adaptari posit ad casum nostrum, in qua ponuntur duo casus. Primus est, quamuis in ordi-

ordine ibi sit secũdus,qñ auus vult relinquere nepoti lĩmo & naturali nato ex filio naturali,& iste nõ est casus nr̃.Alius ẽ casus qñ vult relinquere nepoti naturali,vel spurio ex filio legitimo & naturali,& iste nõ vr̃ ẽt casus noster,quia Cæsar ex lĩtatione impetrata p patrẽ desijt eẽ spurius,& nedũ respectu patris,vt oẽs fateri uidentur,sed ẽt respectu aui & omniũ agnatorũ.Et q̃uis hoc p plura negari videatur,tñ rõnes in contrariũ allegatæ non vñr probare,quia Cæsar legitimatus quo ad oẽs desierit eẽ spurius,sed hoc tm̃ q nõ dicatur aliis cõsanguineus factus legitimus quoad effectũ succedẽdi eis. Nã stant simul, q legitimatus quo ad oẽs spurius non dicatur, & tñ succedat soli patri,qui preces obtulit, seu non sequitur,legitimatus soli patri sit legitimus,ergo quoad alios est spurius, ut ad oculum demonstrari potest. Demus.n. q paterfam liãs impetrauerit filium suum spurium legitimari,absque dubio talis legitimatio operatur illum quoad omnes non esse amplius spurium, quia

1 † per eam restituitur ad omnia, & omnis macula abstergitur, vt pbatur i auth.quib.modis natu.effi.legi.in §.licet. & in authen.quibus modis natu.effi.sui.§.illud.& in §.reliqui.& in §. si quis igitur.& quasi per totum illum tit.& tamẽ tanquã legitimus aliis non succedit §.filium.in auth. quibus modis natu. eff.sui.& quia nõ põt quis eẽ in duplici statu contrario,i.pro parte spurius,& pro parte nõ,vt no.in c.cũ inhibitio. de clãd. despõ.& probatur.in l.1.§.1.de lati.l.b.tol. & in l.si pariter.in fi.de lib.cau.facit,qđ not.Bar.in l.1.§.si in filii.ff.ad Treb.& ibi per Doc.q procedit per dispositionẽ hominis,sicut nos loquimur,vt no.in dictis locis.Concludẽdũ ergo videtur,q filius legitimatus a patre valide,respectu ipsius patris, sicut in casu nostro,quoad auum & omnes desinit esse spurius,licet quoad bona illius tm̃,qui preces obtulit & non aui & aliorum habeatur pro legitimo.d.§.si filium.Si ergo amplius spurius nõ est,ergo nõ sumus in casu, in quo velit auus relinquere nepoti spurio ex filio legitimo & naturali,& sic uidetur, q iste nepos legitimatus capere possit ab auo,& si sit non tanquam legitimus ei, saltem tanquam extraneus, nõ ãt uidetur repelli posse tanquã spurius,quia spurius eẽ desijt,& factus ẽ legitimus patri. Quo verò ad auũ & alios,est tanquã quilibet extraneus,nõ spurius, & tãto magis videtur,q d.l.fi.nõ habeat locum isto casu,cum sit odiosa,ex quo de nouo prohibet auũ relinquere nepotib.i casib.præmissis,quib.ante illã legẽ poterat per eũ libere relinqui,iõ uidetur restringenda,sm̃ Pa.de Ca.in l.Gallus.§.quid si is.de lib.& posth. Ex quo infert ibi fortius,q dicta lex loquẽs in auo in masculino genere nõ cõcipiat fœmininũ,& sic locũ non habeat in auia.Sed tamen præmissis non obstantibus, puto conclusionẽ præfatorum dominorum ueram. Et ultra per

2 eos allegata moueor,† qđ talis legitimatio per dictum Andream filiumfamiliãs, & in potestate existentem impetrata p filio suo non ualuit etiam respectu ipsius patris qui preces obtulit, ex quo fuit legitimatus nepos sine consensu aui. Probatur ista conclusio,quia ita demum per legitimationem fit quis legitimus ei,qui preces obtulit,si per eam transit in eius potestatem,aliãs legitimatio non tenet,& quis non fit legitimus,vt probatur in §.generaliter. in auth. quib.mod. nat.effi. sui.ubi dicitur,q si filius ignoranter legitimetur,q non valet legitimatio,quia non põt quis ignorans, & inuitus transferri in alterius potestatem.Ergo patet,quod legitimatio, per quam quis in alterius potestatem non transit,non valet,quia si legitimatio stare posset absq; eo,q legitimatus transiret in potestatem patris,posset filius ignorans lĩtari,& hoc,q non transeat in po

3 testatem,nisi cõsentiat,nõ uitiaretur lĩtatio.Cõfirmatur† hoc qa arrogatio æquiparatur lĩtationi, & de vna arguitur ad aliã, vt p Bar.in l.Gallus.§.nũc de lege.de lib.& posth.& per Rom. in consi. 194.inci.In pposita consultatione,&c.in quarto du. Sed arrogatio nõ ualet,nisi transeat in potestatem arrogãtis filius arrogatus,vt probatur in §.fœminæ. insti.de ado.& l.mulier.C.eo.ubi prohibetur mulier regulariter arrogare,quia nõ põt habere filios in potestate. Sicut ergo dicta rõ impedit mulierem arrogare,ita impedire debet masculũ existentem in alterius potestate posse arrogare, & consequenter legitimationem impetrare. Cum ergo Cęsar legitimatus non transiuerit in potestatem do.Andreæ, quia ipse erat in potestate patris.l. sic eueniet.de adul.sequitur,q quoad eũ non ualuit lĩtatio. In potestatẽ ẽt aui non transiuit, quia ipse non consensit legiti-

mationi,ut probatur in l. cum nepos.ff. de adopt.& quia sicut requiritur consensus legitimati.d.§. generaliter,ita necessarius est consensus illius,in cuius ptãtem est transiturus,puta patris, vel aui,vt in terminis firmat Ang.in consi.87.inci. In Dei nomine,&c.pro decisione pũcti,&c.alle.d.§.gñaliter, ubi est ca-

4 sus ecõuerso.Nec obstat † q auus dictã legitimationem habuerit ratam,ac dixerit in instrumento publico fuisse factã de eius mandato,quasi dicta ratihabitio sufficiat,& q ex dicta assertione aui probetur mãdatũ præcessisse,vt voluit Ang.in d. consi. quia ubi actus est nullus ex defectu solennitatis,cuius suppletio non pendet a ptãte volẽtis hr̃e ratũ, sed si ille exercuisset actum,sine ea actus non ualeret,tunc rati habitione actus ille non cõfirmatur,quia actus est nullus aliter quã ex defectu consensus ratum habẽtis,ut notanter concludit Inn.& alii,in cap. prudentiam.in prin.de offi.del.& per Doct.in l.obseruare.§. fi.de offi. pcons.& leg.& p Io. And.in c.aduersus.de immu.eccl.Sed si iste auus uoluisset legitimare hũc nepotẽ, non ualuisset talis legitimatio,nisi mẽtionem fecisset in precib.de aliis filiis legitimis & naturalib.vt late & uere probant pdicti dñi cõsultores quorum iura & rõnes aliter non refero, ergo dicta legitimatio impetrata sine expressione dictorum aliorum suorũ descendentium nõ põt quo ad eum ualere,ipso ẽt ratum habente.Secundo moueor, quia iste Cæsar pupillus existẽns fuit in

5 eius absentia legitimatus,† iõ ex hoc capite legitimatio reddit nulla.d.§.& gñaliter.& quamuis p ipsum potuisset rata hẽri & ex hoc nouo consensu confirmari,ut firmat Ro.in d.consi.& in parte idem tenet Ang.in præal.consi. tamen non constat Cæsarem de dicta legitimatione scientiam & claram notitiam habuisse per inspectionem instrumenti legitimationis, vel aliter fuisset certus, non potuisset illam ratificare,nec expresse,nec tacite,vt no.Spe.in ti.de emp.& uẽd.§.3.ver. si uero. & Pau.de

6 Ca.consi. 155.inci.In casu præsenti,&c.Nec ob.q comes † habeat priuilegium legitimandi absentes, quia intelligi debet & interpretari,ut minus lædat ius commune quam potest, sic q licentiam hẽat præcedente consensu illius uel sequuta ratihabitione,ut est bonus tex.in c.eos.§.1.de tempo.ord.li.6.per quẽ dicit ibi Domin.in priu.q data alicui libera ptãte faciendi actũ quem facere non poterat tamen in eo debet seruare canonicã formam.& iste videtur casus noster. Hinc ẽt dicit Arch. 8. q. 2.capit.licet quod priuilegium datum episcopo super collatione certæ præbendæ, intelligitur accedente consensu capituli. Hoc idem de priuilegio no.D.Abb.in c.certificari.3.de sepul. Cum ergo dictus Cęsar per dictam legitimationem non desierit simpliciter esse spurius,cõcluditur tam ex hoc,quam ex his, quæ copiose allegata sunt p pfatos dños consultores, q Michelinus auus ei quicquam nõ potuit relinquere. Circa vero sm̃ dubium uidetur prima consideratione dicẽdũ,q uirtute cõ

7 fessionis facta p Michelinum,in qua continetur† recepisse ducatos 600.a do.Andrea filio suo,ex peculio eius quasi castrẽsi, & quos promisit expendere in terris ad utilitatem Cæsaris, & sic emptas,aut quandam eius possessionem, pmisit cum iuramento dicto do.Andræ & tabellioni stipulantib. nomine dicti Cæsaris tradere & consignare,&c.& prout in instrumento latius continetur, posit agi ad promissa p hæredes ipsius Cæsaris.Quia quamuis cõfessio inter patrem & filium,inter quos est probihita donatio.l.donationes quas parentes.C.de dona. inter vi.& vxo.præsumatur simulata,& in fraudem facta.l.qui testm̃.de proba.& in terminis nostris per Bal.in l. iubemus. §. 1.C.ad Tre.& sicut dicitur de confessione facta inter maritum & uxorem,iuxta no.per Bart. in l. cũ quis decedens.§.Titia.de leg.3.& in l.si diuortio.de ver.ob. cum suis concord. de quib. ibi late per Ale.nec ualidetur ex hoc, q dicatur pecuniæ eẽ ex peculio quasi castrensi.l.si forte,de castren. pec. & notatur in l si donatione.C.de colla.neq; ẽt iuramento confirmetur, per Bart.in d.§.Titia.& per Cyni.& Pet.in l.1.in fi.de sacros. eccles. & per Bal.in l.1.C.de inof.dona.Similiter quamuis præsumatur simulata dicta confessio,ex quo facta est promissio Cæsari spurio,ut sic uideatur facta animo donandi Cęsari per interpositam personam,cui directo donare non potuit,ut est casus probans dictam simulationem in l.1.C.de natu.lib.not. Bart. & alius in l.si is qui ex bonis.de uul.& pu.& qui contractus simulatus non firmatur iuramento,ut notat glo.in l. emptorẽ. C.plus ualere quod agitur,& ibi Bal.& per eundem,in rub. de iu-

iureiu.& in l.1.C.de oper.lib.& per Ang.poſt Bal.in l.fi.ff. qui
ſatiſd.cog.& per canoniſtas in c.cũ cõtingat.de iure.& per Im.
in l.nemo poteſt.de le.1.tamen videtur,ꝙ in caſu noſtro dicta
8 promiſſio facta Cæſari ſit iuramento firmata,† ex quo iura-
mentum eſt promiſſorium,& reſpicit futura,quia promiſit Mi
chelinus dare & tradere Cæſari,&c.in quo iuramento nullum
eſt peccatũ, & iõ ſeruari debet ex quo ſeruari põt ſine interitu
ſalutis æternæ . Secus uero ubi iuramentum eſſet aſſertorium
tantum,& appoſitum ſuper confeſſione,quæ reſpicit præteri-
tum,quia cum in eo ineſſe poſſit peccatum,ex quo iurat id,qđ
præſumptiue eſt falſum, iõ tale iuramentum non eſt obligato
rium.Et ita hoc caſu procedunt ſupius allegata.Et hoc mõ di-
ſtinguendo concludit Imo.in d.cũ cõtingat.in 10.membr.con-
cordando dicta ꝑ Bar.in d.§.Titia. & in d.l.ſi quis pro eo. in 10.
membro de fideiuſ.quæ uidebantur contraria . Et hanc diſtin-
ctionem ſequitur etiam Alexan.in d.l.ſi donatione.& do.Frã.
Are.in conſi.74.ubi notabiliter loquitur.Et quamuis etiam cõ
tractus iſte annullaretur odio alicuius ex cõtrahentibus, & nõ
tantum fauore prolis legitimæ,ſicut dicetur inferius,tamen ta
le iuramentum adhuc eẽt ſeruandum.c.debitores.de iureiu. &
no.Bar.& Ang.in d.l.ſi quis pro eo.in 4.memb.& Ant.de But.
& Abb.in d.c.cũ cõtingat.& ibi Imo.ſi r in 4.mẽb.ubi ẽt ſub-
dit,quod ſi ex parte recipientis nulla ſit turpitudo, ſicut in Cæ
ſare uidetur in caſu noſtro,ꝙ etiam poſt implementum ceſſa-
bit repetitio,& firmabitur contractus,qui alias non firmaret ,
ubi ex parte recipientis adeſſet turpitudo,ſicuti per Bar.& An
to.concluditur in dictis locis . Sed tamen præmiſſis non obſtã
tib.arbitror uirtute talis confeſſionis & promiſſionis efficaci-
9 ter agi non poſse,† quoniam aut dicimus auo non licere relin-
quere vel donare huic nepoti extantib.aliis deſcendentib.legi-
timis,ut dicitur in d.l.ſi.fauore tantum prolis legitimę,ut ſatis
probatur in d.l.ſi.& clare firmat Pau.de Ca.in d.l.Gallus.§.q d
ſi is . & tunc talis contractus nullus non poteſt firmari, quia
hoc non tenderet tantum in iurantis damnum, ſed in tertii ꝑ-
iudicium. Vbi uero contractus annullatur fauore tertii , talis
contractus nũquam iuramẽto firmatur,ut no.Bar.in l.Titia.§.
Impator.de le.2.& l.hac edicta.in ſi.prin.C.de ſec.nup.& Bal.
in l.1.uerſ.quæro utrum iuramẽtum.C.de inof.dona.& ibi Sal.
in 9.q.& ſubdunt ibi ꝙ quamuis ille,in cuius fauorem contra-
ctus annullatur,ſit hęres iurãtis,ꝙ nihilo minus nõ tenebitur
ſeruare iuramẽtum.Et eſt rõnabile, quia ſi contractus ab ini-
tio fuit nullus,nec iuramẽto firmatus,quamuis ex poſt facto il
le in cuius fauorem eſt annullatua,ſuccedat iuranti,ex hoc nõ
debet reconualidari per regulam,quod ab initio.de regu. iur.
& quia ſi contractus remanet nullus,non tenetur hæres iura-
mẽtum defuncti obſeruare,ut per omnes in c.ueritatis.de iure
iu. Si vero dicimus, quòd ſit auo prohibitum donare huic ne-
poti nedum fauore prolis legitimæ,ut dicit Pau.de Ca. in d.§.
quid ſi is.ſed ẽt vt homines inuitẽtur ad matrimonia contrahẽ
da,& ut euitetur materia peccandi,ſicut dicit Aretin. ibidem a
quo facilius homines retrahentur.ubi nedum prohibeatur pa-
ter relinquere & donare filio ſpurio,ſed etiam auus nepoti, &
ſicuti hac ratione prohibetur filius ſpurius capere a patre inter
uiuos & in vltima voluntate,ut concludunt Docto. in l. 3. ff.
de teſta.& in l.1.C.de ſumma Trin.& Petr.de Anch.in regula.
poſſeſſor malæ fidei.in fin.de regu.iur.& ibi dicunt,quod hac
ratione attenta.ſcilicet ut quis coerceatur,& retrahatur a pec-
cato,ac ut tollatur occaſio peccandi, de iure etiam diuino pro
hibitum eſt,ſpurium poſſe ſuccedere,ut habetur in Geneſi. c.
21.dum ibi dicitur , quòd non erit hæres filius ancillæ cum fi-
lio liberæ. Quæ authoritas allegatur & approbatur per Apo-
ſtolum in nouo teſtamento ad Gal.4.cap.& tranſumptiue po
nitur.22.q.2.non omnis.& ſimiliter tale iuramentum non eſt
obligatorium,quia ſi poſſet pater,uel auus cum iuramento do
nare filio uel nepoti ſpurio , daretur occaſio delinquendi ipſi
patri,qui facilius inuitaretur ad illicitum coitum,ubi ipſe, aut
pater ſuus poſſet filio ſpurio ex eo donare.Et ideo tale iuramẽ
tum, propter quod inuitatur quis ad delinquendum . & per
quod occaſio delinquendi daretur tanquam contra bonos
mores, non eſt obligatorium , quia iuramentum reprobatur
non ſolum,qñ in ſe continet peccatum,ſed etiam ſi põt eẽ oc
caſio peccati. Et ita firmat dom.Abb.in cap.quemadmodum,
de iureiur.& in d. c. cum contingat,uerſi. ſeptimus caſus,&c.

allegat in arg.c.cum ab omni.de uita & hon.cler.& c. nam cõ-
cupiſcẽtiam.de conſtit.& c.ſicut ex literis,de iureiur. Sed dato
ẽt ꝙ tale iuramentum obligaret auum iurãtẽ,tñ ex eo cõtract⁹
non firmaretur, ſtante hoc qđ annulletur, ut occaſio peccati
10 tollatur† quia ubi contractus reprobatur ea ratione, ut tolla
tur occaſio delinquendi, iuramentũ nunquam obligat reſpe-
ctu ſecundariæ obligationis,quæ dirigitur in partem , quãuis
obligetur reſpectu primę,quæ dirigitur in Deum. Et hinc eſt ,
quod ubi filius renunciat Macedoniano cum iuramento,licet
obligetur Deo ad obſeruantiam iuramenti , non tñ obligatur
parti.Et ſic contractus nõ firmatur,ſed remanet nullus,& cõ-
cedenda eſt abſolutio a iuramento ſm Bar. & Ang.in d.c.cum
contingat.ſimiliter in 4.membro,maxime quando frequenta-
retur in loco,ꝙ fil.familiàs parentes occiderent,ut creditorib.
ſatisfacere poſſent. quia quamuis iuretur ſuper re licita.i.ſu ꝑ
mutuo,tamen ex parte recipientis iuramẽtum dr̃ uerſari turpi
tudo,ex quo datur occaſio delinquendi.i. occidendi parentes;
propter quam occaſionem tollendam lex inducit exceptionẽ
Macedoniani, & prohibuit filium cum effectu ex mutuo obli-
gari.Sic ergo in caſu noſtro, in quo contractus ea ratione eſt
nullus,vt.ſ.homines non delinquant & ab illicito coitu abſti-
neant,ꝙ delictum uenereum,ut eſt notiſſimum,ubiq; frequẽ
tatur , & ad qđ natura hominum procliuis eſt magis quam ad
aliud genus delicti,ideo iuramentum tanquam turpiter præſti
tum non dẽt obligare iurãtẽ parti recipienti. Et quamuis obli
gatus fuerit Michelinus Deo, & ipſæ contrauenire nõ potue-
rit,niſi prius petita & obtenta abſolutione,tamen in eius hæ-
11 rede ſecus eſt,† quia ubi contractus nullus non eſt iuramen-
to firmatus,licet iurans obligetur Deo ad obſeruantiam,tamẽ
eius hæres poteſt contrauenire ſine metu periurii,etiam abſo-
lutione non obtenta,quia iuramentum defuncti perſonale nõ
tranſit ad hæredem,nec illud obligat ab obſeruantiam . Secus
ſi contractus fuiſſet iuramento firmatus, quia tranſiret obliga
tio ad hæredem,cuius uirtute teneretur,ut plene per omnes, ĩ
d.c.ueritatis.de iureiur.& per Abb.in d.cum contingat.Et ſic
concluditur, ꝙ cum non agat Michelinus contrauenire iuro,
ſed hæres eius,ꝙ utiq; poſſit.Et ex his patet reſponſio ad cõtra
ria,quia illa forte procederent, ubi cõfeſſus fuiſſet Michelinus
eſſe debitorem filii,& iuraſſet filio reſtituere, ac filius ageret.
Sed in caſu noſtro iurauit reſtituere Cæſari ſpurio nepoti,quo
caſu contractus annullatur in fauorem tertii.i. legitimę pro-
lis, & non eſt obligatorium iuramentum promiſſorium . Nec
iſto caſu procedunt allegata in contrarium.Item prædicta nõ
procedunt,ubi iuramẽtum poteſt eſſe occaſio peccati, quo ca
ſu aut nullo modo obligat,ut no. Abb.in d.c.quemadmodum,
& in d.c.cum contingat,aut obligat iurãtem Deo tñ,nullo re-
manente contractu,eius vero hæredem nullo mõ, per not.in
c.ueritatis.de iureiurã. Circa tertium dubium , uidelicet utrũ
teſtamentum do.Andreæ valeat,ꝙ eſt eius manu propria ſcri-
12 ptum ſine teſtib.Et † uidetur prima conſideratione dicendũ ,
ꝙ ſit nullum.Quia ad hoc ut teſtamẽtum manu teſtatoris ſcri-
ptum ſine aliqua ſolẽnitate ualeat,iuxta auth.ꝙ ſine. C. de te-
ſta.& in auth.de teſta.imperfec.in princi.& in l.ſi.cum ibi no-
tatis.C.famil.erc.& per Bar.in l.ſi is,qui. in prin.de teſtam. eſt
neceſſarium,quod probetur , tale teſtamentum eſſe ſcriptum
manu teſtatoris,ſaltem per duos teſtes,ut no.glo.in d.l. fin.in
uerbo indiciis.& in d.auth.de teſtam.imperfec. in uerſic. diui-
ſionem.& no.Bal.Ang.Raph.Pa.de Ca. & alij in d.auth. quod
ſine.& Ang.in d.auth.de teſta.imperf.in prin. Et ſubdit neceſ
ſe eſſe , quod illi teſtes fuerint præſentes tempore , quo teſta-
tor illud ſcripſit , & quod deponant uidiſſe illud ſcribi. Item
quoad legata alijs facta in dicto teſtamento neceſſaria eſt ap-
poſitio duorum teſtium,non ſolum quo ad probandum ſcri-
pturã eſſe factam manu teſtõris,ſed ẽt ad ſolennitatem,& re-
quiritur,quod teſtator coram eis dixerit , quod ſcripſerat , &
quòd eã uult valere,ut no.glo.in d.auth.de teſtam.imperf.§.j.
quæ incipit,ergo,&c.& Bal.in d.auth.quòd ſine.& hoc proce
dit,etiam ſi eſſent legata ad pias cauſas , quia in eis probandis
requiruntur ad minus duo teſtes.c.relatum.el 1.de teſta.& no.
in c.cum eſſes.eod.titu.& per Bart. & omnes,in l. 1. C. de ſa-
croſ.eccl.in caſu autem noſtro non uidetur ſufficienter proba
tum,ſcripturam teſtamenti productam eſſe manu teſtatoris,
quia ſola comparatio literarum,quæ inducit tantum ſemiple

nam

nam probationem, ut per omnes in l.admonendi.de iureiu.& in l.comparationes.C.de fide instr.& in c.2.extra eod.tit. non sufficit, nec compleri uidetur ex attestatione fratris Placidi de ponentis, quòd testator ei dixit, quod illam scripserat, quia quamuis non repellatur a testimonio, quia executor sit testamenti, ut per Bal.in l.in testamento.de testa. tamen expelli videtur, quia eius nomine iudicium agitatur per eius procuratorem, & ideo non potest esse pars & testis, quamuis agat ad vtilitatem alterius, vt est casus in c.insuper.de testibus ubi dicitur, quod quamuis religiosus sit idoneus testis pro causa sui monasterij, tamen est secus, vbi ipse agit pro monasterio, quia tunc pars & testis esse non potest. Aliæ uero probationes sunt adeo leues, ꝙ non videntur sufficere ad complēdam probationē resultantem ex ipsa comparatione. Item in casu nostro non sunt descripti duo testes in ipso testamento, nec coram eis est publicatum, quod est necessarium pro validitate legatorum piorum, pro quibus agitur, & de præsenti cōtenditur. Et ꝙ necessaria sit dicta publicatio, etiam ubi dispositio esset tota ad pias causas, in terminis tenet Io.An.in addi.Spe.in ti.de instr.edi.§. compendiose.in addi.magna, pen.col.ubi dicit, ꝙ quamuis testes probent scriptam esse manu testatoris, non tamen probāt aliquam ultimam voluntatem, sed præparationem ad uoluntatem futuram, ex quo non fuit publicata. Nec hoc casu, secundum eum, loquitur text.in cap.relatum. & in c.cum esses. Itē alia ratione dictum testamentum non est solenne, etiam ubi probatum esset, scriptam fuisse confectam manu testatoris, ex quo in eius initio non est appositum nomen Imperatoris, ut esset necessarium in omni scriptura, in quo debet apponi tempus, sicut est huiusmodi, d.auth.quod sine. Et ita ibi in terminis vult Bal.in fi.& Ang.& Sal. Et ita esset consuetudo in territorio Mantuano, quod dictum nomen Imperatoris præponatur. Igitur ex hoc legata etiam pia non debentur, quia ubi institutio est nulla, legata etiam pia non præstantur, vt præcisè firmat Sal.in auth.cassa.in 9.q.C.de sacrosf.ecc. & quia, vt statim dicetur, secundum communem opin. legata ad pias causas non debentur hæreditate non adita. & quod omnia prædicta sint necessaria ad validitatem testamenti inter liberos manu testatoris scripti, firmat late Alex.in cōs.76.in 3.uol. inci.Ponderatis his, de quibus in themate, &c. Item non uidentur deberi talia legata, quia persona instituta est incapax. Ex quo Cæsar institutus est simpliciter spurius quoad omnes, quia, ut superius in primo dubio dictum est, legitimatio de eo facta absolute fuit nulla, ergo capere non potest authen.ex complexu.C.de incest.nupt.magis autem communiter dicitur, quod legata ad pias causas non debentur hæreditate non adita, vt firmat Bar. in l.1.C.de sacrosf.eccl.in lectu.quamuis aliter ibi dixerit in repetitione. Et primam opi. sequūtur etiam Fulg.& Sal.in d.l.1. & Io.And.in addi.Spec.in ti.de instr. edi. §. nunc uero aliqua. vers.sed pone, quod eo testamento, &c.& per Bart.& Bald.in l.eam quam.C.de fideic.& Ang.Raph.Cuma.& Imo. in l. qui filio.§.j.ff.de hær.instit.& Bald.in authen. hoc amplius. C. de fideic.cum suis concord. Sed tamen præmissis non obstantib. contrarium arbitror uerius de iure, uidelicet quod immo tale
13 † testamentum ualeat per tex.in d.auth.quod sine.de testa. & in d.auth.de testa.imperfe.& per no.in d.l.fi. C. famil. ercis. quæ iura dico etiam locum habere, vbi institutio facta de Cęsare filio non ualeret, quia spurius esset, ex quo illo decedente ante vicesimum annum disposuit testator, ut bona sua distribuerentur per suos executores in maritandis pauperibus
14 domicellis de casata ipsius testatoris, quæ † substitutio dicitur esse compendiosa restricta ad certam ætatem, & intra tempus pupillaris ætatis continet pupillarem, quia quamuis uerbum, distribuatur, sit obliquum, tamen subauditur per legem uerbum, accipiet, scilicet executor, quod subauditum uerbum est directum, vt in terminis firmat Barto. in leg. Centurio. versicu. sed quid si testator dixerit, filius meus quandocunque decesserit sine filijs, volo quod bona mea dentur, uel distribuantur, &c. de vulga. & pupill. & in leg. fundi Trebatiani. de vsufr. leg. ubi refert ita pluries consuluisse. Et idem tenuit in consi.inci.Bar.Roselli.& in cons.incip.V. fecit testamētum, & in consi.incip.Titius condidit testamentum, in quo instituit filium, &c.& in consi. incip. Viuianus de monte, &c. & Petr. de Anch. in cap.cum tibi.& in c.Raynutius.de testam. & Pa. de Ca.in l.precib.C.de impub.& ali.subst.& in consi.199. inci.In casu præsenti.&c.Et hanc opi.sequitur etiam Ale.in d. l.centurio. & videtur esse magis communis opinio, quamuis pauci contrarium dixerint, ut ibi per Ale. qui rationibus eorū respondet. Si ergo dicta substō propter uerbum, accipiat, subauditum continet pupillarem, continet etiam uulgarem absq; dubio, quia, hoc est de natura compendiosæ substōnis factæ etiam per uerba communia, ut habetur in d.l.centurio, & in d. l.precibus.& in d.c. Raynutius, a qua uulgari expressa saltem verbis generalibus, ut dicitur in præallegatis locis, potest incipere testamentum.l.3.§.fi.de lib.& posth.& idem ubi esset omnino tacita, ut magis communiter dicunt Doct. post Bar. in l. 1.de uul.& pup.& alii in aliis locis, de quib.ibi per Mod. & ꝙ
15 substō † dicitur facta ad pias causas, ex quo continet distributionem faciendam in dotandis pauperibus mulieribus, quæ cā dotis dicto casu dicitur pia, ut not.Barto.in l.si constante, in 9. q.primæ partis.sol.mat.& in l.si ego.in prin.de iure do.& in l. 2.§.fi.de do.& Bal.in repe.l.1.16.col.C.de sacrosan. eccl.& in l.mandatum.C.manda.& in l.sicut.C. de actio. & oblig. Secus autem esset, ubi eēt dos relicta diuiti, quo casu procedit gl.in l. tali.in prin. de iure do.quæ uidetur prædictis contradicere. Et ita distinguendo concordat Rom.in auth.similiter. circa 2.vel 3.col.C.ad leg.Falc.& Ale.in d.l.si constante. super dicta 6.q. Bar.per ea, quæ circa legatum alimentorum concludit Bar.in l.alio.de alim.& cib.leg.& in l.diuus.ad leg.Fal.& Ang.in l. Sti
16 chum.§.stipulatio.de uer.ob. † Iō dispositio d. auth.ꝙ sine.loquens in liberis.hēt ēt locum in dispositione ad pias causas, vt concludit Imo.& alii Moder.in l.ō is qui.de testa. & in c. cum esses.in 8.q.de testa.& Pa.de Ca.consi.362.inci.Super eo ꝙ quæritur. Et probatur rōne, quia non minus fauorabilis est pia causa, quam dispositio inter liberos, ut notan.concludit Bar.in repe.l.1.pe.col.C.de sacrosf.eccl.quinimmo fauorabilius procedit in testamento ad pias cās, quam inter liberos.hinc est, ꝙ
17 † non potest testator inter liberos hæredem nutu instituere, vt probatur in d.auth.ꝙ sine.in uerbo, non signis.& ita per illum tex.tenet Bal.Ang.Fulg.& Pau.de Cast.in l.iubemus.C.de test.& Pa.de Cast.in l.& in ipsa.C.de fideic.& Ang.in l.in fraudem.§.j.de test.mil.& in l.discretis.C.qui test.fac.pos.& tamen hæredis institutio nutu facta ualet fauore piæ causæ, vt notan. firmat Bal.in l.si post diuisionem.C.de iur.& fac.igno.allegat capit.cum tibi.de testam. Confirmatur hoc efficacissime, quia
18 † in dispositione ad pias causas attenditur tantum ius naturale & diuinum, sicut in testamento militis, non autem attenditur aliqua solennitas iuris positiui, vt per omnes, in d.c.cum esses.& in d.c.relatum.& in d.l.1.C.de sacrosf.eccl. iuncta l.1. & l.Lucius.de test.mil.& quod de vna ad aliam procedat argumētum, firmat Bar.in d.l.1.in 5.q.princ.& in 10.q.quartæ.q. prin. & Pet.de Anch.& Imo.in d.c.cum esses.dum cōcludunt, quòd sicut miles decedere potest pro parte testatus, & pro parte intestatus, ita in dicta dispositione pia decedere potest intestatus pro parte, & pro parte testatus. Sed testamentum militis eius manu sriptum sine alia solennitate ualet, etiam si sit scriptum in clipeo eius sanguine rutilanti, dummodo per duos testes ꝓbetur, quod sit eius manu scriptum.l.milites in expeditione degentes.iuncta glo. C. de test.mil.Nam glo.ibi, quæ requirit ad probationes duos testes, eos requirit ad probandum scripturam esse manu militis, non ad probandum uoluntatem, quia alias scriptura esset superflua, ergo eodem modo testamentum ad pias causas manu testatoris scriptum, si hoc constat, ualidum est absque alia solennitate. Superest nunc allegatis in contrarium respondere. Dum ergo dicebatur, non constare scriptam hanc esse manu do. Andreæ, negatur, ex quo facta est cōparatio literarum & sigillorum, & adeo conuenit cum literis do. Andreę & eius sigilli, ut negari non possit eam esse manu eius, ide sola probat plene, quia licet aliàs regulariter ꝓbet tātum semiplene, tamen tanta potest esse vis comparationis, ut illi soli credatur, ut tradit Bar.& alii in d.l.admonendi.& Doc. in d.c.2.de fide instrum. Potest ergo scripta hæc tantum conuenire cum literis do.Andreæ, & sigilli hic appositi cum eius si-
19 gillis, quod † iudex potest soli comparationi credere. Igitur iudex attendat ueritatem, & iudicium animi sui diligenter ex hac comparatione informet ad plenam probationem. Secundo respondetur. Nam, ut mihi uerbo fertur, multi sunt recepti testes qui

qui dicunt, hanc scriptam esse manu do. Andreæ, non ꝙ illam
20 viderint scribere, sed per notitiam, quam habent † de eius literis, cum illum pluries uiderint scribere, qui testes quamuis plene non probent scriptam manu d. Andreæ esse, ut not. in auth. & si contractus. C. de fide instr. & probatur in §. si quis igitur. in auth. de instr. ca. & fide. & per Docto. in d. l. admonendi. & in d. c. 2. & per Imo. in l. nuda ratio. de dona. & per Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cer. pet. tamen inducunt semiplenam probationem, quę iuncta comparatione plenam probationem inducit. Et ita vult Ioan. de Imo. in d. l. nuda ratio. & in d. c. 2. & illum refert & sequitur Alexand. in consi. 181. incip. In causa & lite vertente, &c. 2. volum. vbi dicunt, quod si per testes probaretur, scriptam priuatam esse manu debitoris per testes dicentes vidisse illum scribere, quod ista est plena probatio, quia testes decipi nō possunt, eo ipso quòd rationem dicti reddunt, quia fuerunt præsentes, & uiderunt eam scribi, quia deponunt per sensum bene appropriatum, ideo debet eis credi, per no. per Innoc. in cap. cum causam, quæ inter archiepiscopum. de testi. Sed bene decipi possunt, si reddunt causam dicti sui quia simpliciter dicerent se cognoscere literam esse scriptā manu debitoris, quia habent ipsam notā, & tunc bene posset procedere, quod notat Bald. in d. auth. & si contractus. versic. oppo. dicitur hic, quod cum fiant comparationes, &c. Cum ergo Bar. in d. uersi. velit, ꝙ vbi testes de scripta testificantur, ipsi soli sine comparatione non probāt, nec comparatio sine illis, sed vtrunque simul requiratur. & dictum eius intelligitur & procedat in casu ultimo, de quo supra. s. quando testes reddunt causam dicti sui, & quia simpliciter dicāt se cognoscere litterā esse scriptam manu debitoris, ita quòd isti iuncta comparatione plene probent. Ergo relinquitur, ꝙ isti Doctores volunt, ꝙ ipsi soli probent semiplene, & ꝙ probatio perficitur facta cōparatione, quæ in casu nostro dicitur facta. Et uere Bar. in d. uer. qui exigit testes & comparationem, non dicit, ꝙ testes debeant dicere, ꝙ uiderint literam scribi. nō mirum ergo si prædicti Doctores dicunt illud, quod supra retuli, cum quibus etiā concordat quidam do. Ludouic. quem refert & simpliciter sequitur dom. Ioan. Bap. de Caccialu. in sua solenni repet. d. l. admonendi. in 32. col. dicens, ꝙ opin. Bar. requirentis comparationem & testium depositionem potest saluari, vbi testes non deponerent de visu, sed eo modo, quo supra. Et quæ opin. vltra prædictos potest manifesta ratione probari. Nam qua ratione comparatio semiplene probat, & tamē per eam quis potest decipi. d. §. si quis igitur. & per Doct. ubi supra eadem ratione testes deponentes de scripta per aliquem dicto modo. s. quia habent notitiam de literis eius, quia illum pluries viderunt scribere, debent semiplene probare, plene autem non, quia ut dicūt Doctores, ubi suprà, decipi possunt. Sed ista ratio non excludit semiplenam probationem, sicut dictum circa comparationem.
21 Hinc etiam uidemus, ꝙ † si duo deponunt, duos se carnaliter cognouisse, non tamen quia eos uiderint, sed quia strepitum audierunt, licet non probent plene, quia decipi possunt, tamen probant semiplene, & etiam plus, ut no. Io. And. & do. Abb. in c. præterea. per illum tex. cum glo. de testi. similiter si duo dicāt duos contraxisse, quia audierunt uoces contrahentium existētium in camera, quas habent notas, licet plene non probent prædicta ratione, quia decipi possunt, probant semiplene, & iunctis adminiculis plene probarent, secundum Ang. in leg. si non speciali. C. de testam. & Abb. in c. cum causam. de testi. ubi subdit, hæc procedere, si testes iam diu non uidissent contrahētes, sed si illos uidissent ingredi cameram, probaret plene, & hoc casu dicit procedere glos. & dictum Barto. in l. 2. §. Labeo. de aqua plu. arc. de quo vltimo ponit Cyn. & alii, in l. testium. C. de testi. cum concord. de quibus per Alexandr. in d. l. si non speciali. Relinquitur ergo, quòd ex istis testibus & comparatione simul plene constat, qualiter ista scripta testamenti est manu do. Andręæ, & tanto magis iunctis testificatis per dom. Placitum, & aliis probationibus quæ saltem faciunt indicium, & coadiuuant. Non obst. etiam dum secundo dicebatur, ꝙ pp legata debebant interuenire duo testes, & ꝙ coram eis debebat publicari, quia hoc non procedit in legatis piis, & in quibus dispositio d. auth. ꝙ sine. habet locū, & quia hic non agitur de legato pio, sed de substōne vniuersali facta ad pias cās, a qua incœpit testamentū vires habere pp institutionē de filio spurio nullitet factum. Non ob. ēt dictum Io. And. in d. §. compēdiose. volentis
22 † ꝙ in dispositione ad pias causas scripta manu testatoris requiratur publicatio, quia ista opi. nō est uera, sicut ēt non requiritur dicta publicatio in testō sic facto inter liberos, dummodo testator habuerit illud pro perfecto & absoluto, ut concludit Bar. in d. l. si is qui. & in l. fideicommissa. §. j. & Bal. & Pa. de Ca. ī d. auth. ꝙ sine. & Alc. in d. §. ex imperfecto. & Imo. & Aret. in d. l. si is qui. ubi propter prædicta d. Are. dixit, ꝙ opi. Io. An. in loco præal. non seruaretur in pratica, & ꝙ communis opi. est in contrarium. Quod autem constet testatorem habuisse testamentum pro absoluto, constat ex illis verbis in fine eius positis, uidelicet, actum in præfato monasterio, &c. ut in terminis firmat Bal. in d. auth. quod sine. & Pa. de Ca. in d. consi. 362. Non ob. insuper, ꝙ hoc testamentum non valeat, ex quo non est præpositum nomen Imperatoris. sicuti de iure & de consuetudine territorij Mantuani exigitur. Quia
23 † si consideretur tex. in auth. vt præponatur nomen Imperatoris. vult, nomen Imperatoris apponi, vt clarius constare possit de tempore celebrati contractus. Ideo hodie attenta dicta ratione sufficit apponere annos Incarnationis, vel Natiuitatis aut Circuncisionis, secundum varias locorum consuetudines, sicut factum est in casu nostro, per quam appositionem clarius de tempore constat. Et ita dicit hodie fieri debere gl. in l. iurisgentium. §. ꝙ ferè. ff. de pac. & Ale. in rub. de ope. no. nūc. in 2. char. ver. non ob. etiam si omissio nominis Imperatoris,
24 &c. Secundò respondetur, ꝙ † quamuis in testamento inter liberos manu testatoris facto, requiratur appositio distincti nominis Imperatoris, tamen secus est in testamento ad pias cās dicto modo confecto, quia in eo, vt dictū est, remissa est oīs solennitas iuris positiui, & attenditur solum ius naturale & diuinum, ſm ꝙ talis solennitas non est necessaria, sicut etiam nō est necessaria in testamento militis sua manu scripto, ut apertissimè probatur in d. l. milites. Et ista responsio est tutissima. Nō
25 ob. † etiam consuetudo loci, quia illa versatur tantum circa instrumenta publica, non autem in scripturis priuatis. Præterea consuetudo uel statutum deuians a iure communi onerosum piæ causæ non comprehendit dispositionem ad pios usus, ut no. Bar. in d. l. j. de sacros. eccl. in 5. 6. & ult. q. & ibi Bal. in lect. in fi. & Bar. in l. cunctos populos. 5. q. C. de sum. Trin. & Bal. in l. generaliter. C. de sacros. eccl. & Sal. in d. auth. cassa. uers. circa actum, &c. & Anto. de But. in d. c. relatum. & in c. ꝙ clericis. de foro comp. & late per Alex. consi. 105. 4. vol. Non ob. dum ultimo dicebatur, ꝙ legata ad pias causas non debeātur hæreditate non adita, quæ adiri non potuit propter incapacitatem in
26 stituti, quia † ubi ita fit, pauperes mulieres dotandæ non ueniunt iure fideicomissi, sed iure substitutionis vulgaris cōprehensæ in compendiosa restricta ad certam ætatem Cæsaris, ꝑ no. per Bar. in d. l. Centurio. cum alijs superius. Ex quib. cōcludo, istas mulieres agentes ex dicto testamento præferendas esse hæredibus d. Cæsaris. Laus Deo. Rui. Ferrariæ.

¶ Subscripsit simpliciter Soci. vt sequitur.

DOMINVS labia mea aperiat, & spiritussanctus illuminet intellectum. Super proposita quæstione plures Doctores eleganter & subtiliter consuluerunt. Et ultimo loco do. Carolus Rui. olim acutissimus discipulus meus, quare me paucis absoluam. Et in primis faciendo difficultatem tex. in §. filium. in auth. qui. mo. nat. effi. sui. ubi duo probari uidentur in proposito. Primum, qđ
27 potest quis legitimari respectu patris, & non aui, & sic si non legitimetur respectu aui, non efficitur legitimus, & non transit in potestatem aui, per qđ videtur tolli, qđ dicit do. Carolus Rui. ꝙ filiusfamiliās non potest legitimari sine consensu aui, allegat tex. in §. generaliter. in auth. quib. mo. nat. effic. sui. Secundum probatur in illo tex. ꝙ quamuis quis dicatur legitimatus quoad patrem, & non quoad auum & alios cognatos, & sic non succedant inuicem ab intestato. tamen succedunt ex testamento, quia auus potest illum hæredem instituere, & sic videntur subuerti aliqua ex dictis in consiliis. Quibus tamen nō obstantibus arbitror, quod sicut Michelinus auus non poterat relinquere Cæsari spurio nepoti suo ex filio legitimo & naturali ante legitimationem, ita non possit hodie Cæsari legitimato

mato fine consensu aui. Nam clarum est, quod si Michelinus legitimare fecisset dictum Cæsarē nō facta mentione comiti aliorum filiorum, & nepotum legitimorum, & naturalium, talis
28 † legitimatio non tenuisset. Casus est in §. si quis ergo. in aut. quib. mō. nat. eff. legit. & tenet do. Ant. in c. per uenerabilem. in 26. col. extra qui fil. sint leg. & latius in uer. ijs redditus hactenus. Qua ergo ratione non potuit legitimare non facta mētione de alijs filijs, pari ratione non potuit legitimationi consentire in præiudicium filiorum legitimorum, & naturalium nec
29 † dictam legitimationem ratificare. Ista conclusio probatur. nam ista est regula, quod qui actum gerere non potest in sui fauorem, non potest gerenti illum actum consentire, ut concludunt Bar. & Ang. per illū tex. in l. si fundus. §. 1. ff. de pigno. Quare fortius in casu nostro, cum non possit pater filium legitimare in præiudicium aliorū filiorū non facta mentione de illis, ita non pōt legitimationi alterius consentire, per quam fieret
30 præiudicium alijs filiis suis. † Quā facilius lex dispensat, qn̄ agitur de proprio præiudicio in fauorē suum, q̄ quando agitur de præiudicio tertii. Patet, quia iuramētū primo casu ꝯfirmat, ut in auth. sacramēta puberū. C. si aduer. uēd. scd̄o nō, ut in rl̄a nō est obligatorium. de re. iur. in 6. & in c. quis. de pact. eo. lib. cū simi. Cōfirmatur ista cōclusio, quoniā sine cōsensu aui talis lciatio nō extēdebatur ad auū, ut dictum est. Si ergo uolumus, quod propter ratificationē aui dicatur esse legitimatus auo, hoc
31 cōsequitur † ab auo, & nō a patre, & sic dicitur proprie ab auo de nouo lciari. Pro hoc tex. in l. si liqueat. C. de inoffi. don. per
32 quem dixit ibi notabiliter Bal. † quod si unus donat rem alienam, & dominus consentiat donationi, non debet insinuari donatio tanquā facta a donante, sed tanquā facta ab illo, q consensit donationi. Quare cum dicatur legitimatio de nouo fieri, requirebatur in tali ratificatione, per quam de nouo legitimarē quoad auum, eadem solennitas, quæ a principio requirebatur si lciatio facta fuisset ab auo, p regulam quā ponit Bar. in l. ab emptione. ff. de pac. & in l. heredes palam. §. si quid post. ff. de testa. & in l. 1. §. si filius. ff. de le. 3. quare ad hoc ut ad auum extēderetur, necessaria erat authoritas comitis, & quod fieret mentio filiorum, non uideo quomodo sola ratificatio aui facere possit quod extendatur ad eum in præiudicium suorum filiorum, de quibus nō est facta mentio, contra intentionē comitis, cuius non fuit intentionis uelle præiudicare filiis Michelini quoad bona Michelini, de quibus nulla fuit habita mentio, ut dictum est. Ex quib. infertur, quod licet comes dixerit in legitimatione, quod liceat succedere quibuscunque agnatis, & etiam d. Cæsari simul cum legitimis & naturalib. si nascerētur. nā uerbum quibuscūque, includit. ad hoc, quod no. gl. in cle. 1. de re iu. & in l. cum pœ-
33 na. ff. de arbi. † Vnde licet verba apposita in executionē gratiæ regulariter nō amplient gratiā, ut in cle. 1. de præb. tamē gratiā declarant, s̄m Bal. in l. eā quā. C. de fideic. quoniam dicta uerba intelligi debēt, dūmō nō præiudicetur filiis legitimis & naturalibus, ut dicūt domini cōsultores, ex quo in eorū præiudiciū legitimatio facta non valet, nisi de eis comiti sit facta mētio. vt in d. §. si quis ergo in auth. quib. mod. nat. effi. leg. Et ideo con-
34 cludit Pa. de Ca. in consi. 216. quod † illa clausula, ut possit succedere parētib. & agnatis, nō operatur, quando extāt legitimi successores eiusdē gradus, allegat D. Ant. d. c. per uenerabilem. Cōfirmatur hoc rōne concludenti, nam si ipsemet auus impetrasset legitimationem cū hoc, quod posset sibi succedere, nō operaretur, quādo hēret filios legitimos & naturales, de quibus nulla est habita mentio, ut in d. §. si quis ergo. ut supra dictū est, q a
35 hoc fortius est dd̄m alio legitimante, quia in bonis propriis magis pōt præiudicare, qui lciationē impetrat, quā alius, vt patet ex late no. per Bar. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tm̄. ff. de lib. & posth. non obstat plena clausula, nō obstantib. &c. quia
36 per dictā † clausulam gratia nō augetur, ut est casus in cle. j. de præb. & no. Bal. in proposito in l. eam quā. in 4. col. in uers. sed
37 pone quidam. C. de fideic. † Ad clausulam uero, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, respōdetur, quod nō operatur in notabile præiudicium tertii, prout est in casu nostro, quia operaretur in præiudicium filiorū legitimorum, ut tenet Bald. in prælu. feu. in 14. col. & do. Ant. in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. & Bald. in auth. hoc inter liberos. C. de testamen. & Pau. de Cas. consi. 159. cum multis simi. Præterea non obstat clausula, de plenitudine potestatis; siue æquipararetur clausulæ ex certa scientia, siue clausulæ, non obstantibus, ut ex præmis-
38 sis patet. Rn̄detur etiam † quod dictæ clausulæ operantur in his, in quib. præsumitur, cōcedētem habuisse notitiam, vt sunt illa, q in iure consistūt. quæ princeps præsumitur ignorasse. vt sunt facta particularia, & sicut in casu nostro, si haberet alios filios legitimos, vt in c. 1. de consti. lib. 6. & no. Bal. in l. fi. C. sen. rescin. non posses. & probatur ex notatis per Ioannem Andr. in cap.
6 vel per uerba æquipollentia. Et † quamuis in hoc priuilegio non reperiatur apposita, ex quo tamen consueuit regulariter apponi, habetur pro expressa & apposita, per tex. in c. cum M. de consti. ubi probatur, ꝙ clausula, quæ de stylo curiæ solet apponi, habetur pro expressa. Et illum tex. ad hoc etiam not. ibi Bal. Anto. Imo. & Abb. qui etiam dicunt, ꝙ ibi melius probatur quam alibi, ꝙ illud, quod in contractu consueuit apponi, habetur pro expresso, licet non sit scriptum, & facit, quod no. Bal. in l. fideicommissa. §. seruo. de leg. 3. dicens, ꝙ si Papa conferat beneficium clerico sęculari, non consuetum dari clericis sæcularibus, ꝙ non valet impetratio, quia Papa etiam motu ꝓprio non præsumitur velle aliter quam sit consuetum rescribere, per illum tex. Nec ob. quod in isto priuilegio concedatur licentia legitimandi bastardos, & spurios & quoscunque cuiuscunque status, gradus & pereminentiæ existant, &c. Quia hæc uerba non referuntur ad personam patris ipsius filii legitimãdi, & sic non est cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ existant, possit legitimari, sed referuntur ad personas filiorum illegitimorum, ut scilicet possint legitimare filios, cuiuscunque sint status ipsi filii, gradus, & præeminentiæ, & quam præeminentiam & statum aut gradum possunt etiam spurii acquirere quia saltem in subsidium possunt habere dignitatem, & eligi ad officium habens dignitatem. l. generaliter. §. spurios. & l. spurii. in prin. de decurio. & etiam ex dispensatione. c. si. & ibi per omnes de filiis presb. Istos ergo vult Imperator posse legitimari. Nec sub uerbis prædictis possunt comprehendi filij spurii nobilium & existentium in dignitate, quia ex nobilitate uel dignitate patris spurius nihil consequitur quia nobilitas patris non
7 transit ad illos, secundum Bar. in l. 1. C. de digni. lib. 12. per l. cũ legitime, de statu ho. & honores patris illos non sequuntur l. fin. in fi. C. de natur. libe. immo filius illegitimus nobilis, & constituti in dignitate est uilior & deterioris conditionis, quam filius illegitimus ignobilis. l. si qua illustris. C. ad Orficia. & ideo uerba dicti priuilegii non conueniunt illi, qui dicitur filius illegitimus nobilis, uel illustris, quia ex dignitate, uel nobilitate patris non acquirit statum, gradum, vel præeminentiam, sed referuntur ad illum illegitime natum, qui ex causa superuenienti sibi præeminẽtiam acquisiuit. Sed dato etiam quod ualeret quælibet legitimatio, tamen legitimatus non potest admitti ad bona, de quibus in concessionibus imperialibus factis Vberto &
8 aliis pro se, hæredibus & posteris, † quia sub istis uerbis non includuntur legitimati, sed solum intelliguntur de natis ex legitimo matrimonio, & hoc ex qualitate, & dignitate concedentis, & personæ, cui facta fuit concessio, per no. in d. §. si quis rogatus quia quod dicitur ibi in ultimis uoluntatibus, locum etiam habet in contractibus, secundum Bar. & Doct. communiter, ibi, quod Dy Ray. Bal. & Imo. in l. Lucius. §. fin. de leg. 2. Et qđ ibi dicitur de naturalibus locum etiam habet in legitimatis, ꝟm Ang. in dicta dispu. & constat ex eo, quod dicunt Doct. in emphyteusi ecclesiæ, quæ non transit ad filios naturales propter dignitatem ecclesiæ, ꝟm Bar. in d. §. si quis rogatus. & tamen idem dicitur de legitimato per eandem rationem, ꝟm Ang. in loco prædicto & Bal. in d. §. cũ aũt. & per Ale. in d. §. si quis rogatus. perinde est ergo, ac si concessio & donatio facta fuisset ꝓ posteris natis ex legitimo matrimonio, quo casu excluderẽtur legitimati per rescriptum, ꝟm Docto. in locis præalleg. & per Ale. in d. §. cum autem. Et confirmatur, quia ad feudum concessum filiis non ueniunt legitimati per rescriptum, ut no. in d. c. naturales. si de feud. fuerit controu. inter domi. & agnat. non quidem ex qualitate rei, uel contractus, sed ex qualitate concedentis & dignitate, secundum Angel. in dicta disput. Ergo idem in qualibet donatione facta a principe, in qua militat eadem ratio, & tanto magis quando ad hoc ẽt concurrit qualitas, i. dignitas uel nobilitas recipientis, vt in casu nostro, ꝑ ea quæ habentur in d. §. si quis rogatus. Et per hæc ẽt apparet, ꝙ legitimatus non potest etiam admitti ad bona recognita in feudũ ab illustrissimis ducibus Mediolani, quæ recognitio ualuit, ut dixi in alio consilio per ea quæ habentur in d. cap. naturales. Idem tamen est quoad alia bona non feudalia, quæ tamen comprehenduntur sub dictis concessionibus imperialibus, quæ, vt dixi, non comprehẽdant filios legitimatos, sed solum natos ex legitimo matrimonio. Nec etiam ob. ꝙ comes specialiter legitimauerit do. Adalbertum ad feuda quia ad hoc non extenditur potestas sibi concessa a principe, quoniam in priuilegio non continetur, ꝙ ad feuda possit legitimare, prout debet in eo spãliter exprimi, ad hoc ut spurius ad feuda possit legitimari, ꝟm Doc. in d. c. naturales. Tertio dictus legitimatus ad castra, & fortilitia ac ad iurisdictiones etiam admitti non potest propter testamentum do. Orlandi senioris, in quo continetur simplex fideicommissum propter prohibitionem alinationis, & causam ipsius prohibitionis, prout plenè probatum est in alio consilio & ꝙ fideicommissum relictum est posteris maribus ex linea masculina in perpetuum, ex quibus uerbis dicitur facta inter eos substitutio ordine successiuo. l. peto. §. fratre. de leg. 2. l. cũ
9 ita. §. in fideic. eod. tit. & non tantum† dicuntur vocati nati, uel concepti tempore testamenti, & mortis testatoris, sed etiam cõcipiendi, & nasciturì in futurum quandocunque, propter illud verbum posteris, ꝟm Soc. in d. l. si cognatis. col. 16. ver. quarta, & ultima conclusio, &c. ibi, tertio possunt prædicta, &c. quia omnes descendentes includuntur, arg. l. iurisconsultus. §. parentes. de gradi. & per no. per Bar. in l. Titius. de suis & legi. Et eadem ratione prædicti omnes comprehenduntur in donationibus factis Vberto & posteris suis, & in dicto fideicommisso ẽt magis propter illud uerbum, in perpetuum. d. §. in fideicom. in uer. nisi specialiter, &c. Et intelligitur de posteris natis ex legitimo matrimonio, & non de legitimatis, immo sicut fœminæ tãquam exclusæ non possun tadmitti, ita legitimanti ex qualitate testatoris, hoc est propter nobilitatem, & dignitatem, & ex qualitate etiam personarum, quibus iniungitur fideicommissum, legitimati intelliguntur exclusi, per not. in d. §. si quis rogatus. quæ locum habent nedum quando facta est mentio de filiis conditionaliter, sed etiam dispositiuè, ꝟm Imo. & Alexan. ibi. & Raph. in l. placet. de libe. & posthu. Quarto admitti debent filij do. Christophori ex persona eorum patris, & uelut hæredes ipsius ad partem do. Galeacii, ĩ qua successit patri suo do. Palauicino antiquiori, & hoc ex testamento illius, & ex fidei commisso, de quo in illo. Nam instituit dom. Hieronymum, Galeacium, Antonium Mariam, Octauianum, Christophorum, & Nicolaum filios suos, cum hoc, quod si aliquis vel aliqui eorum decederet sine filijs masculis, quod alij fratres legitimi suprascripti eis taliter decedentibus succedant in hæreditatibus, & bonis talium decedentium, &c. Portio ergo d. do. Galeacij, qui decessit superstite dom. Christophoro eius fratre, & do. Palauicino iuniore ex alio fratre do. Antonio Maria in totum iure fideicommissi peruenire debuit ad d. domi. Christophorum superuiuentem, & successiuè ad eius filios, & hæredes, ad quos transmitti potuit etiam ante restitutionem fideicommi. secundum Barto. & Docto. in l. cum filio. de leg. 1. Nec de dicta parte dom. Galeacij potuit aliquid transire ad d. do. Palauicinum ex persona propria, quia non fuit substitutus, nec ex persona patris, qui decessit pendente conditione fidei-
10 commissi relicti a patre, ideo illud† ad filios suos non potuit transmittere, secundum gl. in l. 1. C. de his qui an. aper. tab. & in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. cum multis concordan. de quibus ibi per Alex. Ex quibus apparet, quod ista est communis opinio. Nec per superexistentiam filij legitimati do. Galeacij defecit conditio fideicommissi, quia in conditione intelliguntur solum positi filij eius nati ex legitimo matrimonio, & non legitimati, qui propter nobilitatem, & dignitatem testatoris, & hæredis grauati non intelliguntur in conditione positi, secundum Ange. qui proprie loquitur isto casu in dicta dispu. Nobilis quidam genere, &c. per not. in d. §. si quis rogatus. & cum quo etiam transit Ant. de But. in d. c. per uenerabilem, dũ tractat, an legitimatus excludat substitutum. & Alex. in d. §. cum autem. in fi. & in consi. 68. & consi. 84. 1. uol. Nec obst. quod dom. Adalbertus fuerit legitimatus ad honores, & dignitates, quo

quo casu Alexan.in consi.2.in 1.uol.colu.antepen.uersic.non ob.11.arg.in fi.uidetur uelle, ꝙ tunc intelligatur etiam de legitimato, quia ſm eum ceſſant tunc omnes rationes Ang. Quia hoc nullo modo eſt concedendum, quoniam licet ſit reſtitutus ad dignitates & honores aptitudine, ita ꝙ ſit factus capax prædictorum, non tamen propter hoc actualiter conſequitur nobilitatem patris, nec efficitur nobilis ſicut erat pater, ſm Bald.in c.per tuas.de maior.& obe.cum quo tranſit Alex.in d. §.ſi quis rogatus.circa fi. & in hoc ꝙ memoria nobilitatis no conſeruetur, fundat etiam ſe Ang.aliàs ſi dicta ratio locum haberet, ſequeretur, ꝙ legitimatus dicto modo ſuccederet in feudo & in emphyteuſi eccleſiæ qđ eſt cõtra intentionem oĩum in d.c.naturales, & ipſiuſmet Ang.in dicta diſpu.& etiam aliorum in locis ſuperius allegatis. Item ſequeretur, ꝙ legitimatus ſimpliciter excluderet ſubſtitutum indiſtinctè, & ſic etiam eo caſu quo teſtator uel grauatus eſſet nobilis, contra prædictos, etiã ſi non reſtituatur expreſsè ad honores & dignitates, ipſa legitimatio ex natura ſui, & ipſius uerbi importat, ꝙ reſtitutus ſit quis ad primæuum ius naturæ, ſecundum quod oẽs naſcebantur legitimi, & ꝙ conſequatur omnia, quæ legitimis competunt, & ſic etiam honores & dignitates: & ideo expreſſio prædictorũ ineſt de neceſſitate ex natura actus & uerborum, ſm Ang.in conſi.17.Comes Brandiliſius &c.uer. vnã autem ſolum &c.& Aret.in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.de lib.& poſthu.& ideo nihil debet operari expreſſio.l.3.de leg.1.& l.nõ rectè.C.de fideiuſ.Et eadem ratione quicquid cõſequutus eſt do.Galeacius de parte do.Nicolai, tam ex inſtitutione ab eo facta, quàm ex fideicommiſſo paterno, de quo ſupra, pertinet ſaltem pro dimidia ad filios do.Chriſtophori ex tranſmiſſione & perſona patris, quia d.do.Nicolaus inſtituit fratres ſuos, & caſu quo aliquis eorum decederet ſine filiis legitimis, & maſculis ſubſtituit ſuperſtites, & præmortuorum filios, quæ cõditio nõ defecit per ſuperexiſtẽtiam filij legitimati ipſius do. Galeacij, per rõnes ſuperius allegatas, quæ ẽt iſto caſu locum habent. Et ſimiliter quod peruenit ad do. Galeacium ex teſtamento Epiſcopi Nouarienſis in totum debet peruenire ad filios do.Chriſtophori ex fideicommiſſo, de quo in eius teſtamento, qui inſtituit d.do.Galeacium & eius fratres, eorumque filios maſculos legitimos & naturales & legitimo matrimonio natos, & maſculos, & caſu quo aliquis eorum decederet ſine filiis legitimis, ut ſupra, ꝙ alter alteri ſuccedat &c. Nam iſto caſu illa conditio, ſi deceſſerit ſine filiis maſculis, ut ſupra, ſine dubio non continet legitimatos, quia habet relationem ad inſtitutionem factam de filiis eorum natis ex legitimo matrimonio, quæ inducit repetitionem omnium qualitatum ſm Bart. in l. ſi quis ſeruũ.§.fi.de leg.2.& l.j.§.fi.ſi fami.fur.fec.dica.& in l. ſanctio legũ.de pœnis.& ſic perinde habetur ac ſi ſub conditione fuiſſent poſiti filij nati ex legitimo matrimonio, quo caſu, vt ſuperius dixi, non continentur legitimati. Nec uocatur ad hanc partem ex dicto fideicommiſſo do.Palauicinus iunior ex perſona patris ſui, quia deceſſit pendente cõditione.l. unica.§.ſin autẽ ſub conditione.C.de cad.tollen.& l.ſi in perſonam.C.de fideic. & not.in d.l.vnica.C.de his qui ante aper.tabul.& in d. §. cum ita, & dixi ſupra. Nec ex perſona propria. quamuis inſtitueri dictos fratres eorum filios, quia dicti filij intelliguntur ſimul & eodem tempore inſtituti cum ſuis parentibus c. Ray. & c. Ray.de teſt.& no.Doct.communiter, in d.l. Gallus.§.1.contra Bar.ibi. & ſic do. Palauicinus intelligitur ſimul cum patre ſuo inſtitutus in una eadem parte, non autem ſubſtitutus in alia parte, ad quam uocatus fuit d. do.Galeacius & filij eius nati ex legitimo matrimonio, ut etiam dicit Alex.conſil.204.2.uol.Et dum poſtmodum ſubiungit, ꝙ caſu quo aliquis eorum decederet ſine filiis legitimis, ut ſupra alter alteri ſuccedat &c. Iſta clauſula refertur ſolum ad fratres, & alter alteri intelligitur ſubſtitutus, non autem refertur ad filios fratrum, ut colligitur ex illis uerbis ſequentib.immediate, uidelicet quod omnib. ipſis mei fratribus decedentibus ſine filiis &c. Sicut ergo hoc loco relatio fit ſolum ad fratres, ita etiam in oratione præcedenti relatio debet intelligi facta ad fratres teſtatoris tantum, quia una pars ex copulatis declarat alteram partem copulatiuæ dubiam.ſecundum Rom.in conſi.231.Præmiſſorũ Doctorum, &c.ſicut dicitur de alternatiua.l.1.de reb.dub.& idem tenet ibi Soc.in primis verbis.& facit.l.qui filiabus.in prin.& l.ſi ſeruus plurium.§.fi.de leg.1.Et ubi prædicta ceſſarent, adhuc D. Adalbertus ex ſubſtõne, de qua in teſtõ patris, nõ poſſet uenire, quia non eſt purificata cõdõ illa, ſub qua uocatur, ſ. eueniẽte caſu ꝙ ill.dom.Octauianus & Chriſtoph.& Palauicinus decederẽt ſine filijs maſculis, &c.ſed defecit, ex quo d.D.Chri-

11 ſtophorus deceſſit cum filiis maſculis. Et qui dñr† eſſe de perſonis iſto caſu, quæ ex veriſimili mẽte defuncti excludunt ſubſtitutum, ꝙ cõſtat ex eo, ꝙ teſtator dictũ do.Adalbertum inſtituit ſolum in re certa, & ꝑnominatos vniuerſaliter. Et ſic illos prætulit filio proprio legitimo, ac etiam filios maſculos fratrũ ex quo poſuit illos in condõne, & tacitè illos vocauit.l.Lucius. cũ ibi no.de hæ.inſ.Qđ alia ratione factum non fuit, niſi quia teſtator uoluit, & præſumitur voluiſſe, ꝙ quamdiu extẽt dicti maſculi de agnatione legitime nati, ꝙ uoluit bona inter ipſos agnatos legitime natos conſeruari, ut ſtatim ꝓbabitur, unde ſicut quando duob.filiis ſit ſubſtõ etiam ſine nomine collectiuo ſed ſimpliciter, ſi deceſſerint ſine filiis, non admittitur ſubſtitutus altero tantum decedẽte ſine filiis, quia dicitur ſupereſſe ꝑſona, quæ iuris ꝑſumptione ex veriſimili mẽte defuncti excludit ſubſtitutum, ar.l.cum acutiſſimi.C.de fideic.& l.ſi is qui ducenta.§.itẽ ſi pater.de reb.dub.& prout etiam uoluit Bar. in d. §.cum ita.cum quo tranſeunt mod.& Bal.in l.1.C.de cond.inſer.& Ang.& Imol.in l.pater impuberes.de uulg.& pup.Fulg. & Ale.in d.l.pe.C.de imp.& eſt communis op.ita & in caſu noſtro non dẽt ſubſtitutus admitti, quamuis ſubſtõ facta ſit fratrib.& non filiis. Quia nõ tãtum apparet, qđ teſtõr ex his, quæ in teſtõ diſpoſuit, voluit bona inter agnatos legitime natos cõſeruare, ꝙ intentio eius fuit, quod ad filiũ illegitime natũ non perueniant donec extat aliquis ex prædictis agnatis legitime natis, & in defectu eorum, ſed etiam ita eſt præſumendum ex qualitate ipſius teſtatoris nobilis & in dignitate cõſtituti. Nã ſm Ang.in diſpu.in 1.dubio, ver.4.probatur, &c.præſumendũ eſt, qđ tales ſpurios qñcunq; lĩmatos noluit ad ſuam hæreditatem uocare, quoniã apud gentiles turpe & ignominioſum eſt ad natos ex coitu reprobato eorum hæreditatem deuolui, &

12 ad ipſos nullatenus confluere, cum† per eos non poſſit nobilitatis memoria conſeruari.eſt.n.in ſpuriis denigrata & inquinata nobilitas. Vnde licet alii ſpurii ſoleant ex capite cognatorum admitti.l.ſpurius.l.hac parte. unde cogn.tamen non uocantur ad hæreditatem nobilium.l.ſi qua illuſtris.C.ad Orſic.hinc deſcendit, quod ꝑꝑ ignobilitatem prolis olim interdicebatur illuſtrib.in dignitate poſitis matrimonialis coitus, qui in ſuo genere eſt permiſſus ad ſobolẽ procreandam.ut C.de ince.nup.l. humilem.& ff.ſi quis omiſ.cau.teſ.l.Iulia.& ideo ducens olim uxorem ignomnioſam exhæredabat iuſte.l.3.§.ſi emancipatus filius.de bo.poſ.contratab.& ut latius per Ang. in loco præall. qui etiam addit, ꝙ cũ interſit cuiuſcunq; ſuã hæreditatẽ, non deuenire ad infamatam prolem, ut dignitas & fama ipſius defuncti conſeruetur illæſa, & ad cuius conſeruationem naturalis appetitus decurrit, ſicut ad conſeruationem uitæ.l. meus & l.iſti quidem.ff.qđ met.cau.de li.cau.l.iuſta.ergo patet, concludi neceſſariò, tales legitimatos nõ uocari ꝑꝑ præſumptã mẽte defuncti, de qua mẽte ẽt magis aptè conſtat in caſu noſtro, quàm Ang.in quo nedũ adeſt qualitas teſtõris, q̃ ſolum ponderat Ang.ad inducendũ talem præſumptionem, ſed ẽt cõſtat, qđ teſtator prætulit trãſuerſales lĩmè natos filio lĩmato, qđ ex alio non põt dici factũ, niſi quia noluit ad illum illegitimè natũ hæreditatẽ ꝑuenire, quia in defectũ ꝑdictorũ oĩum agnatorũ lĩmè natorum & ꝓpl's lĩmæ natæ. Igiẽ ſtante tali pręſũptione non dẽt admitti do.Adalbertus extantib.filiis do.Chriſtophori, quia prædicta præſũptio non eſt minus potẽs ad excludendũ eũ, q̃ ſuperexiſtentia cuiuſlibet alterius perſonæ, quę alias excludit ſubſtitutũ. Et iſtud puto ueriſſimum, & ſecundũ intentionẽ teſtõris. Ac ẽt iſtud ultimum ſufficeret ad excluſionem do.Adalberti, per quod etiam colligitur reſponſio ad l.Lucius.§.Caio.ad Treb.& l.fina. §.filium. de lega.2. quia illa iura

13 non habent locum† quando ſupereſt perſona, quæ ex ueriſimili mente defuncti excludit ſubſtitutum, ſecundum Doctores in dicto §. cum ita. & dicta leg.penul. Nec refert, quod magis de mente conſtet uno modo quam alio. Aliæ etiam reſponſiones ad contraria colliguntur ſatis clare ex præmiſſis, uidelicet, quod etiam ſi teſtator uoluiſſe admittitur filium legitimatum ad partem domini Palauicini non potuiſſet, Et ex his

etiam quæ superius dicta sunt,& plenius in alio consilio ,pbatur,ꝙ filij D.Christophori præferuntur filię do. Palauicini in bonis illius,de quibus agitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium an contrahi possit cum concubina in mortis articulo.& nu.7.*
2 *Oportet ut instrumenta dotalia conficiantur,ut filij nati legitimentur ex matrimonio contracto cum concubina.*
3 *Dos constitui non potest tempore mortis.*
4 *Tempore cõtracti matrimonij an debeat subesse spes sobolis procreandæ,ut filij prius nati legitimantur.*
5 *Substitutus excluditur per superexistentiam filij legitimati.*
6 *Matrimonio in articulo mortis cõtracto an dicatur contractum in fraudem substituti.& nu.8.*
9 *Actus in articulo mortis factus in dubio præsumitur esse factus si morienti nihil prodesset.*
10 *Interest patris,quod filij legitimentur.*
11 *Quælibet causa excusat a dolo,& facit præsumptionem cessare.*
12 *In mortis articulo constitutus quis non præsumitur in præiudicium animæ delinquere.*
13 *Capiens rem propria authoritate dicitur cum uitio possidere.*

CONSILIVM LXXVIII.

VISO ac perlecto testō Baptistæ de Famacauallis, & Bernardini eius filij,& ponderatis his,q̃ ,ppo
1 nūtur in facto,primò videndū est,vtrum† dictus Bernardinus potuerit in mortis articulo cōtrahere matrimoniū cū cōcubina, ad effectū ut dicat do.Cōstantia filia eius ex dicta cōcubina legitimata per subsequens matrimonium,iuxta.c.tanta, qui filij sint leg.& l. cum quis.& l.nuper.C.de na.lib. Et prima facie videtur dicendū,ꝙ non potuerit cōtrahi dictū matrimonium.Et hoc voluit Bald. in l.eam quam.C.de fideic.circa 8.col.uer.cōsueuit quæri,&c. & in l.si quis posthumos.in prin.de lib.& posth.mouetur per §.fi.inst.de nup.& per d.l.sicum quis.C.de na.lib.ubi dicitur ꝙ
2 † vt ex matrimonio contracto cum cōcubina legitimentur filij nati,necesse est,ꝙ confecta sint instrumēta dotalia.Constat
3 aūt† tpe mortis dotem constitui nō posset.le.Iulianus.de iure dot. ergo do. Constantia ex prædicto matrimonio non potuit legitimari.Scdō mouetur Bal. ,p d.l.nup.C.de na.liber.in uer.
4 spes.ubi probatur,ꝙ † dēt tempore contracti matrimonii subesse spes sobolis procreandæ ad hoc, ut filij prius nati legitimētur per subsequēs matrimonium, & quæ spes adesse nō potest tempore mortis.Et dato etiam ꝙ posset matrimonium cōtrahi,& ad effectum prædictum,fallit tamē,quando contraheretur in fraudem alterius,sicut quando institutus grauatus fuis
5 set,si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus,quo†casu substitutus solet excludi per superexistentiam filii legitimati,secūdum op.magis communem,de qua in c.per uenerabilem. qui filij sint legi.& in l.Gallus.§.si eius.de lib.& posth.& in l. ex facto.in prin.de uulg.& pup.& in l.gñaliter.§.cum autem.C. de inst.& substi.&c. Nam quia tunc agi potest de exclusione sub-
6 stituti,præsumitur,ꝙ matrimonium† fuerit contractum in articulo mortis in fraudem dicti substituti,ideo non ualet, secūdum Ang.in l.sed & quæsitum.in prin.de lib.& posth. alleg.l. Imperalis. C.de na. libe.ubi expresse dr̄, eū cōtrahere dēre cā sobolis procreandæ.Quia ergo dictus Baptista in suo testamēto Bernardino filio suo decedenti sine filiis masculis substituit consortium fratrum de Parolo,& casu quo cum filiabus tantū decederet,uoluit ad dictas filias omnem usumfructū spectare & pertinere,donec nupserint,& quas præferri uoluit in dicto usufructu dictis fratribus de Parolo.Et sic cum agatur, & agi possit de excussiōe dictorum fratrum ab usufructu prædicto per legitimationem Constantiæ filiæ dicti Bernardini, qui decessit sine filijs masculis, dicitur isto casu matrimonium in articulo mortis contractum in fraudē dictorum fratrum,& consequentur ex illo dicta Cōstantia non fuit legitimata.Et istud confirmatur, quia sicut quis profitetur religionem in articulo mortis stante substituto, uidetur hoc factum in fraudem dem substituti,secundùm Balc.in c.in præsentia.de proba.Petrum de Anch.in c.sicut in nobis.de regula.& Bald.& in auth. nisi rogati.in fi.C.ad Treb.Sed his non obstantibus contrariū
7 est verius.Nam ꝙ ualeat † matrimonium contractum in articulo mortis, & ex illo filij ex concubina antea nati legitimentur,voluit Ioan.And.in d.c.tanta,cum quo transit Ant.de But. & idem tenet in ca.sine culpa.de reg. iur.in Mercuria. & Bald. in c.naturales.si de feud.fue.controu.inter do.& agna. in rub. C.de priuileg.dot.in 2.colum.& Cyn. in d.l.nuper. C. de nat. lib.& Imo.in l. Gallus. in prin. de lib. & posthu. per not. per glo.ibi, & in l. cum tale.§. Mæuiæ. de condit. & demonst. & Imo.& Alex. in d.l.si quis posthumos. in princ. qui etiam dicunt hanc esse communem opinionem. & ibi etiam Alexand. respondet ad rationes allegatas in contrarium . Non obst. secundùm eū, quòd requirantur instrumenta dotalia, quia istud est verum de iure ciuili,sed non iure Canonico,secundum doctores in d.c.tanta.& Bart.& alios , in d.l. cum quis.quod ius Canonicum seruari debet in matrimoniis,secundum glo.insti. de nup.in princ.Non obst.etiam tex.in d.l.nuper.in uersi.spes quia secundum Cy.ibi, per matrimonium contractum in articulo mortis subest spes sobolis tollendæ,i.legitimæ,quia efficitur legitima perfecto matrimonio, & dicitur quodammodo de nouo nasci,secundum Abb.in d.c.per uenerabilem.Nec
8 est etiam uerum,quòd dicatur matrimonium † contractum in fraudem substituti,& ad euersionem fideicommissi,secundum Alex.in d.l.si quis posthumos.in princ. contra Ang.in d.l. sed & quæsitum.eo.tit.quia si hoc esset uerum,sequeretur, secundum Alexan.quòd per filium legitimatum nunquam excluderetur substitutus, quod est falsum, & contra communem opi. de qua per doct.in d. c. per uenerabilem. & in aliis locis supra ad hoc allegatis.Et quòd dicto casu nō præsumatur fraus,vult etiam Pau.de Cast.in consi.340.in 1.col.in nouis.Et hoc procedit,nisi ex aliis coniecturis de fraude appareret, quia minatus fuisset substituto,quòd illum excluderet,per not. per Inn. in d.c.in præsentia.in fi.de prob.ubi dicit,quòd licet per ingressum monasterii substitutus uocatus, si grauatus decesserit sine filiis, excludatur , auth. nisi rogati. C. ad Treb. & in auth. de sanct.episcop.§.sed hoc præsenti, fallit tamen, quando hoc factum fuisset in fraudem substituti,puta quia fuisset sæpe minatus substituto,quòd eum excluderet, cum quo alij transeunt , & Alexan.in d.§.si quis posthumos.in prin.& secundùm eum, ex hoc solum, ꝙ extet substitutus, non præsumitur fraus per prædicta . Nec etiam fraus præsumitur extante substituto ex hoc, quòd in mortis articulo matrimonium contractum sit,
9 quia † tunc fraus præsumi posset in dubio, quando actus factus in mortis articulo nihil prodesset morienti , sed noceret soli tertio.l.filiæ meæ emancipatæ.solu.matri. Sed quando illius interest,uel filiorum suorum,sicut quando cōtrahitur matrimonium in mortis articulo , extantibus filiis ex concubina
10 despōsata,quia patris † interest,ꝙ filii sui efficiantur legitimi, & etiam filiorum suorum interest,secundum Bald. in c.naturales.si de feu.fue.controu.inter do.& agna.qui dicit, ꝙ legitimatio, quæ fit per matrimonium contractum etiam in articulo mortis,dicitur bonum prolis.Nam ex legitimatione,præsertim per subsequens matrimonium,consequuntur multa commoda,per no.in c.innotuit.de elec.& per doc.in d.c.tanta. qui fi.sint legi.& in c.naturales. si de feu.fuer. contro. inter do. & agna.cum concor.de quibus per Alexan. in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Treb. propterea isto casu nō præsumitur matrimonium,etiam in mortis articulo,contractum in fraudem substituti,sed potius pręsumitur ꝙ pater uoluerit filiis suis prodesse, & suæ posteritati consulere.licet substituto in pn̄am ex hoc in-
11 feratur præiudicium,qm̄ quælibet † causa excusat a dolo,& facit cessare præsumptionem doli.l.igitur.§.potest,de lib.cau.& probatur ex not.per gl.in l.fluminum.§.fi.de dam.infe. Nā, ut ibi dr̄,cuilibet licet ædificare & opus facere in suo,quamuis ex hoc damnum inferatur uicino,ꝙ est uerum, secundum gl. nisi illud factum sit ad æmulationem uicini , & ut illi principaliter præiudicetur . Et in dubio dicit etiam gl.præsumitur opus quis facere,ut sibi prosit,& non principaliter ut alteri noceat, argu.l.meritò. pro soc. & multo minus dicto casu debet fraus uel dolus præsumi,quando fit actus in mortis articu.quia cum
12 immineat periculum mortis, non † præsumitur , quòd tunc in

in præiudicium animæ suæ uoluerit delinquere, quamuis enim semper, & omni tpe debeat quis habere religionē erga Deum, & esse memor salutis æternæ, illo tñ tpe, quo est in mortis articulo, plus hoc debet facere, quia postea non est locus pœnitentiæ, ſm Bart. in l.j. C.de sacrosf.eccl.in repet.& in significatione casus circa 3.col.unde & in casu nostro cessat præsumptio fraudis, ex quo præsumi potest, ꝙ ex alia iusta causa matrimonium fuit contractum.l.igitur. de lib.caus. & sic debet potius præsumi, quòd uoluerit sibi prodesse principaliter, non autem quòd uoluerit substituto nocere. Et quamuis illi præiudicetur, tamē quia hoc contingit in consequentiam actus permissi, istud non est in consideratione.l.rogasti.& l.si quis, nec causam, in prin. si cer.pet. & in l.1.in prin. de auth.tut. Et dicta filia legitimata per subsequens matrimonium uenit appellatione filiorum natorum ex legitimo matrimonio, per not. in c. innotuit. & per Doct.in d.c.tanta. cum multis concor. de quibus per Alexand. in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Treb. Quo ad aliud, de quo quæritur, uidelicet, utrum usufructus relictus filiabus Bernardini in testamento patris sui donec nupserint, dicatur finitus ex eo, ꝙ Bernardinus in suo testamento instituit filiam hac lege, & conditione, ꝙ accipiat in suum virum, & maritum Vincentium, &c. Et est sine dubio dicendum, ꝙ usufructus non fuit finitus, quia fuit relictus, donec dictæ filiæ nupserint, quæ uerba important, donec fuerit contractum matrimonium per uerba de præsenti.l.sancimus. C.de nup. & quando adhuc nō sunt nubiles, ut in casu isto, durat legatum quousque peruenerint ad nubilem ætatem, & matrimoniū fuerit cōtractū p uerba de pñti, & sic quousq; pdicta duo interuenerint copulatiuè. l. qd' pupillæ.qñ dies leg.ced.& l.hæc cōditio.de cōd.& dem. & ,put declarat Bar.in l.Titio centum.§.Titio gño.eo.tit. Quāuis ergo Bernardinus voluerit filiam nubere Vincentio, non tamen dicitur per hoc matrimonium cū illo ꝯxisse, sed filia dr solū uxor destinata Vincētij.l.pater Seuerinam. in prin.de cond. & dem. & in l.nō est matrimonium.de ritu nup.& in l.qui pupillam.in princ.de adul.& patet, quia filia pōt nolle, uel non posse nubere ipsi Vincentio.l.in testamento.de cond.& demō. & l.uter ex fratribus.de cond.inst. & si nubere non posset, ut quia in pupillari ætate decederet, hæreditatem non amitteret. dicta l. pater Seuerinam. Quia ergo filia est hæres Bernardini grauati
13 restituere hæreditatem fratribus de Parolo, illi† debuerunt de manu hæredis capere fideicommissum uniuersale, non autē illud potuerunt capere propria authoritate, nec quoad proprietatem, nec quoad usumfructum, in quo uoluit testator, ꝙ filiæ Bernardini præferrentur dictis fratribus, & per consequens dicuntur cū uitio possidere, ſm Ang.Imo.& Alex.in terminis in l.filiam fratribus.ad Treb. ubi dicunt, ꝙ qñ fideicommissarius uniuersalis capit propria authoritate, & non de manu hæredis dicitur cum uitio possidere. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filij legitimi, & naturalis venit etiam legitimatus per rescriptum.*

2 *An per superuenientiam filij legitimati reuocetur donatio a patre facta donatario etiam non citato.*

3 *Ante ius ciuile omnes homines nascebantur legitimi.*

4 *Potestas legitimandi alicui concessa per Papam, an possit legitimare in præiudicium fideicommissarij, qui erat successurus ab intestato.*

5 *Melioris conditionis est ille, qui habet uoluntatem defuncti expressam, quàm qui habet tacitam.*

6 *Potestas data Comiti legitimandi simpliciter præsumitur data sine præiudicio tertij.*

7 *In beneficijs principum fit stricta interpretatio, quando agitur de præiudicio tertij.*

8 *Grauatus non potest alienando de rebus restitutioni subiectis fideicommissario præiudicare.*

9 *Princeps in dubio non vtitur plenitudine potestatis.*

10 *Si in priuilegio sit clausula, supplentes omnes defectus, an porrigatur ad effectum iuris naturalis.*

11 *Citatio agnatorum succedentium ab intestato, non est necessaria quando fit legitimatio viuente patre.*

12 *Legitimatio non potest fieri per viam uoluntariæ iurisdictionis, nisi citatis illis, quorum interest.*

13 *Spes pendente conditione an transmittitatur ad hæredes.*

14 *Nepotes ex fratre testatoris an sint melioris conditionis quam nepotes ex filio.*

15 *Intellectus.l.cum auus.de cond.& demon.*

CONSILIVM LXXIX.



PRIMO videndum est, utrum substō, de qua in testō ser Petri de Milano, expirauerit quo ad Iacobum filium testatoris, q decessit cum filio ltīato. Et videtur prima facie dicēdum, ꝙ sic, quoniā testōr tres filios instituit hæredes, & si aliquis ex dictis filijs vnus vel duo quādocunq; decederēt sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, eisdem & eidem decedētib. vel decedēti substituit reliquos superstites uel superstitē, &c. Sub
1 illa† ergo condōne, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, cōtinetur etiam legitimatus per rescriptum, quia uere est non solum naturalis filius, sed etiam ltīmus, secundum Bart.in l.si is qui pro emptore.in 3.q.princ.de usucapi.& Bal in l.nup C.de na.libe.& in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& Benedic. de Plumb. in disputa. Statuto Pisano, &c. & probatur in §.& quoniam uariæ.& in §.liceat.in auth. quib.mod. na. effic.sui. dicitur, ꝙ legitimati nihil differunt a legitimis & naturalibus, & sic non minus ex proprietate uerborum comprehenduntur sub illa condōne, si decesserit sine filiis legitimis & naturalib., quam nati ex legitimo matrimonio. Et ita etiam tenet Iaco. de Are.in quadam disputatione, quem refert & sequitur Io.And. in Spe.de succes.ab intes.§.fi.& An.de Bu.in c.per uenerabilem qui fil.sint leg.& Ang.in dispu.Nobilis quidam genere, &c. & Imo.& Aretin.in l.ex facto.in princ.de vulg.& pupil. substit.& Alberi.de Rosa.in l.gñaliter.§.cum autem.de vulg.& pup.& dicit Alex.ibi hanc esse communem opinio.de quo latius per eū in consi.2.1.uol.qui idem tenet, & etiam Socin.in consil. 226. Quæstio præsentis consulationis, &c.& ibi ex mente prædictorum doctorum concludit, quod excludatur substitutus, etiam
2 si non sit citatus, dicens etiam, quòd† per superuenientiam filii legitimati reuocatur donatio patris inter viuos, donatario etiam non citato, sicut reuocatur per superuenientiam filii legitimè nati.l.si unquam.C.de reuoc.don. Et hoc ultimum decitatione videtur probari in l.1.§.denunciari.de vent.insp.& in l. ex contractu. de re iudic.& in l.si patroni.§.fin.ad Trebell. secundum lecturam secundam communiter approbatam. Et probatur etiam hoc ex notat.per Ang.Raph.& Imo.in l.filiusfamilias.§.diui.de lega.1. Et confirmantur prædicta, quia Comes, qui legitimauit, habet potestatem legitimandi viuis & mortuis parentibus. Si ergo potest præiudicare legitimando post mortem patris, saltem illis, quibus hæreditas erat iam delata, & illos ab hæreditate delata excludere, multo magis debet posse legitimare pendente conditione fideicommissi in præiudicium fideicommissarii, qui solum ius habet in spe, iuxta nota. per Bar.in l.is potest.de acqu. hæred. Nec obstare uidetur illa clausula de qua in priuilegio apostolico, videlicet absque tamen præiudicio illorum, qui ad prædictas successiones, si personæ, quibus succederent, ab intestato decederent, &c. Quia illa clausula operatur solum ab intestato, & non quando legitimatus uocatur ex testamēto paterno, ut in casu nostro, secundum Pau.de Cast.in consi. 225. Vidēdum est primo, &c.& ibi in fin.dicit, quod non obstante tali clausula legitimatus excludit substitutum, qui uenit ex testamento. Et idem tenet Alexan.consi.51.Viso themate, &c.2.vol. dicens, quod casus tunc non habet dubium. Et idem vult in consil. 187.5.vol. Et istud etiam tenuit Pe.de Vbal.germanus Bald.& do.Dionys.de Perusio, vt refert Nicol.de Vbal. in tract. success. ab intestat. dicens etiam, quod idem tenuit do.Ioan. de monte Sperello, in l. fin.C.de codic. & etiam Soc.idem tenet in consil.212.incipiente, Prima consultatione, &c. Nec etiam obstat, quod iste legitimatus natus sit ex coniungato, & sic quod super defectu, qui causatur super matrimonio, non potuerit Comes dispensare ex potestate, sibi attributa a Cæsare, sed hoc spectat ad Papam, per notat.per Host.& Ioan. Andr. in cap. per uenerabilem, qui fil. sint legit. quia etiam stante tali impedimento potuit Imperator, uel habens potestatem ab illo, legitimare non habendo respectum ad matrimonium, sed sine illo remo

uēdo differētiam ltīmatorum & illegitimatis, quia talis diffe-
3 rētia fuit inuenta de iure ciuili, cum prius† omnes naſcerentur
ltīmi.§.liceat.in auth.quibus mo.na. effi.ſui.vt etiam dicit Bar.
in l.1.in prin.de acq.poſſ.& ita etiam ſatis apertè declarat Are.
in d.l.ex facto.in princ.de vulg. & pup.col.10.ubi dicit, ꝙ Im-
perator ſimplr ltīmando filium non dicitur ltīare per aliquod
medium facti, ſed ſimpliciter tollēdo ius poſitiuum.& reſtituē
do ad priſtinum ius naturæ: vnde dicitur tantum diſpenſare cir
ca ius, ꝓpterea filius efficitur ltīmus, ſecus ſi ltīaret per mediū
facti figēdo matrimonium. Et idem etiam clare ſentit Soc.qui
de Are.non facit mentionem, in l.Gallus.§.ſi eius. de liber. &
poſth.Et ante illos iſtud etiam voluit do.An.de Roſel.in tract.
ltīationis, dum tractat de ltīationis effectu, in 2.col.dicens, ꝙ
ad inducendum veram legitimationem medium matrimonij
non eſt ſemper neceſſarium, ſed ſicut ille modus fuit inuentus
a iure ciuili, ſic & alius potuit induci a principe.ſ. legitimatio,
quemadmodum inducitur etiam ltīmitas ſine matrimonio, ui-
delicet per arrogationem, vel adoptionem, ut no.gl.inſt.de ado
pt.in princ. Sed præmiſſis non obſtantibus contrarium puto
4 verius. Et in primis dico, quod† ex poteſtate ltīmandi conceſſa
a ſummo Pontifice non potuit iſte ltīari in præiudicium fidei-
commiſſarij, qui ſucceſſurus erat ab inteſtato hæredi grauato,
& hoc ꝓpter illam clauſulam, de qua in priuilegio.ſ.abſque ta-
men præiudicio illorum, qui ad prædictas ſucceſſiones, ſi per-
ſonæ, quibus ſuccederēt ab inteſtato, decederēt, &c.ſecundum
Ang.in terminis in conſil. 263. Viſo puncto, &c.dicens ꝙ po-
teſt interpretari dicta clauſula, ꝙ intenſio Papæ fuerit, ꝙ ſi ille,
qui eſt de venientibus ab inteſtato ſit ſubſtitutus per fideicom
miſſum, illi non præiudicetur per legitimationem factam pen
dente condōne, quia tunc dicitur habere ſpem approbatam, &
ius in ſpe, in quo rationabiliter non dēt præiudicari.l.poſt emā
cipationem.de lib.leg.& l. ſpem. C.de dona.& l.qui Romæ. §.
duo fratres, de uerbo.oblig. Et iſtud confirmatur, quod dicta
clauſula operatur, quod legitimatus ſuccedat non extantibus
aliquibus, qui ſuccedere poſſint ab inteſtato vel volentib. ſuc
cedere, ſecundum Bald.in conſi. Verba autem. quod eſt inſer-
tum inter conſi.Ang.nu.64.Et idem uoluit Pe. de Vba.eius fra
ter in duobus conſilijs, quem refert do.Nic.de Vba.in trac.ſuc
ceſſ.ab inteſt.vbi dicit, alios do.Peruſinos idem conſuluiſſe, in-
ter quos fuit do.Diony.& ꝙ idem tenet D.Io.Pe.in l.fin. C.de
codi. Et hanc interpretationem ad dictam clauſulam ſequitur
etiam Capra in conſil.147. Fuit diſpenſatum, &c. & Pa.de Ca.
conſi.222. Viſa quadam diſpenſatione, &c.in fi.& in cōſi.225.
Videndum eſt, &c.& Are.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. de
lib.& poſth. Et iſtud eſt etiam de mente Pe.de Anc.conſ.242.
Ex tenore priuilegii. Et iſtam opi.tanquam communem ſequi
tur etiam Soc.in conſi.212.& Cur.conſi.64.col.9. Vnde melio
5 ris condōnis eſt, & eſſe dēt ille, qui† habet voluntatem defun-
cti expreſſam, quam ille, qui habet uoluntatem tacitam.l.qui li
beris.§.hæc uerba.de vulg.& pup.& l.Titia.§.1.de leg.2. Si er-
go Papa per dictam clauſulam non vult, ꝙ legitimatio præ-
iudicet illis, qui nullo condito teſtamento erāt ab inteſtato ſuc
ceſſuri, & qui dicuntur uenire ex iudicio tacito defuncti.l.con
ficiūtur.& l.ſi quis nullum.de iure codici. multo minus præiu
dicari uoluit illis, qui veniunt ex iudicio expreſſo illius, de cu-
ius hæreditate agitur, prout ſunt fideicommiſſarii, qui licet nō
ſuccedant hæredi grauato, ſuccedunt tamen ex teſtamento te-
ſtatori grauanti.l.cohæredi §.cum filiæ.de vulg.& pup. Qui-
nimmo uidetur, ꝙ ubi ſimpliciter concedatur poteſtas legiti-
mandi etiam abſque dicta clauſula, prout etiam conceſſa fuit
huic comiti legitimandi ab Imperatore, ꝙ non poſſit etiam
tunc mortuo teſtatore legitimare pēdēte condōne fideicom-
miſſi in præiudicium fideicommiſſarii, quia ille pendente con-
dōne dicitur habere ſpem approbatam in bonis reſtitutioni
ſubiectis, ſecundum Ang.in d.conſi.& Bar.in l.is poteſt. de ac.
6 hæ. Et ꝓpterea non præſumitur data poteſtas † comiti legiti-
mandi cum præiudicio alterius.l.2.§.merito.& §.ſi quis a prin
cipe.ne quid in loco pub.etiam ſi agatur de præiudicio iuris in
ſpe tantum uel ad rem competentis, ſecūdum Compoſt.& Do
cto.in c.cauſam quæ de reſcrip. Nec obſt. quod dicto Comiti
data ſi poteſtas legitimandi mortuis etiam parentibus & ſic
poſt hæreditatem ſaltem alteri delatam, quia hoc tendit ad
excludendum illum, qui erat ſucceſſurus ab inteſtato patris
ipſius legitimati, qui veniebat ex tacita illius uoluntate. d.l.con
ficiuntur. Sed hic agitur de præiudicio fideicommiſſarij, qui nō
erat per fideicommiſſum ſucceſſurus grauato, & patri ipſius
legitimati, ſed alteri, i.teſtatori, a quo fuit relictum fideicōmiſ-
ſum, d.l.cohæredi.§.cum filiæ. de vulg. & pupil. & qui habebat
uoluntatem teſtatoris expreſſam, quæ eſt potentior, d.l.qui li-
beris.§.hæc verba. & propterea dicta poteſtas extendi non pōt
de perſona ad perſonam, & in qua non eſt omnino eadē rō.l.ſi
vnus.§.ante omnia.de pac.& l.ſi uero.§.de viro.ſol.matr.& ma
ximè, quia talis facultas legitimādi, qñ agitur de præiudicio ter-
tij, eſt reſtringenda, ſm Ant. de But.in d.c.per venerabilem, &
Are.in c.at ſi clerici.§. de adulteriis. de iudi.& ſicut videmus,
7 ꝙ licet beneficia † principum ſint latiſſime interpretanda.l.fi.
de conſti.princ. ſi tamen de præiudicio alterius agatur, fit ſtri-
cta interpretatio, ſecundum glo.& Doct.ibi. Et dato etiam, ꝙ
Comes iſte legitimare potuiſſet non obſtante fideicommiſſo,
legitimatio tamen non præiudicaret fideicommiſſario abſenti,
& non citato, ſecundū Pet.de Anch.in conſi.438. Circa primū
quæſitū, &c.ubi determinat, ꝙ ad hoc vt legitimatio facta pen
dente conditione fideicommiſſi præiudicet fideicommiſſario,
eſt neceſſe, ꝙ ille ſit tacitus, per no.per Barto.in d.l.Gallus.§.&
quid ſi tantum. dum dicit, ꝙ ad inſtantiam patris pōt filius le-
gitimari aliquo non citato, cuius intereſt, quia pater pōt de bo-
nis ſuis diſponere quomodo vult.l.cum adoptio.de adop. Quia
ergo ratio contraria locum habet iſto caſu, dicendum eſt ꝯriū,
& ſic, ꝙ citatio ſit neceſſaria. Nam grauatus per fideicommiſ-
ſum, ad cuius preces filius eius fuit legitimatus, pendente cōdi-
tione nō potuit diſponere de bonis reſtitutioni ſubiectis in prę
iudicium ſubſtituti.l.fi.§.ſed quia.C.commu.de leg.ergo ex mē
te Bar.ſequitur, ꝙ debuit fideicommiſſarius vocari & citari. Et
8 ſubdit Pet. de Anch. in d. conſi. ꝙ ſicut grauatus † non poteſt
alienando de reb. reſtitutioni ſubiectis fideicommiſſario præ-
iudicare, d.§.ſed quia. ita etiam non debet illum poſſe per legi-
timationem excludere, quæ eſt quædam ſpecies alienationis.
Et iſtam opi.ſequitur etiam Alexan.in conſi.67. Conſideratis
his, &c.& in conſi.94.1.uol. qui ēt pro hoc inducit no.per Ioā.
And.in regula, ſine culpa, de reg.iur.in 6.& per Imo.& Domi.
in c.grandi.de ſuppl.negli.præl.eo.tit.niſi, ſecundum eum, legi-
timatio facta fuiſſet a principe, & conſtaret, ꝙ uoluiſſet omni-
no excludere ſubſtitutum etiā non citatum, quia tunc princeps
de plenitudine poteſtatis hoc facere potuiſſet, per ea quæ latè
uoluit idem Alex.in conſi.2.1.vol. ad quod conſilium habuit re
lationem in aliis prælleg.conſiliis. Sed in Comite legitimante
eſt aliud: quia quando princeps concedit alteri ſibi reſeruata,
9 ſicut eſt poteſtas legitimandi, intelligitur, ꝙ hoc † faciat iuſta,
& legitima cauſa ſubſiſtente, & non cum illa plenitudine pote
ſtatis, qua potuiſſet vti ipſe princeps, ſi voluiſſet, ſm Inno.in c.
cum ad monaſterium.de ſtatu reg. in c.dudum. de elec.in c.ve-
niens.de fil.presb.& Abb.in d.§.de adulteriis.& Imo. in l.qui-
dam conſulebat.de re iud.& in c.1.de multa, de præben.de qua
cauſa iuſta non conſtat in caſu noſtro, & quæ etiam ſubeſſe nō
præſumitur. Et licet in principe iuſta cauſa pręſumatur, iuxta
no.per Cyn.& alios, in l.fi.C.ſi contra ius uel uti.publ.& alios
in c.quę in eccleſiarum.de conſt.in inferiore tamen ab eo dicta
cauſa non præſumitur, ſecundum Inno.in c.cum ad monaſte-
rium.& Io.And.in d.c.ueniens.& in c.ex tenore.de temp.ord.
& dom.Anton.& alios, in d.c.per uenerabilem. Nec prædictis
10 † obſt.quod in priuilegio Imperiali ſit clauſula ſupplentes oēs
defectus, &c. quia illa non porrigitur ad effectum iuris natu-
ralis, ſicut eſt defectus citationis, clement.paſtoralis.de re iud.
Et ita de dicta clauſula, ſupplentes, uult etiam Spe.& Ioan.An.
de locato.§.nunc oſtendendum.uerſi.18.& Arch.54.diſt.cap.
Cenomanenſem.& Anto.de Butr.& Imo.in cap.1.de tranſac.
& in c.illa.de elect.& Anto.de Butr.in capit.inter dilectos.de
fide inſtr.& Imo.in dict.leg.quidam.& Alex.in l.ſi filius a pa-
tre §.fi.de lib.& poſthum. Et quod ſubſtitutus ſit citandus, vo-
luit etiam Socin.in d.§.& quid ſi tantum.in fin.& in conſi.151.
inci. Quoniam in præſenti, &c.col.pen. Et alia ratione non po
tuit iſte Comes legitimare in præiudicium fideicommiſſarij
illo non citato, ex facultate legitimandi data a ſede apoſtolica,
quia cum data ſit cum illa clauſula, ſine pręiudicio ſucceden-
tium ab inteſtato, & ſic non ſit data poteſtas legitimandi
ſimpliciter, ſed certo modo, dicitur potius conceſſa poteſtas
diſpen-

dispensandi quam legitimandi, vt dicit Bal. in terminis in d. cõ si. inc. Verba aũt, &c. quod est insertum, ut dixi, inter cõsi. Ang. 264. Et probatur ẽt hoc ex no. per Pa. de Ca. in l. pactum. C. de coll. & in rub. C. de iure annul. aur. & in l. si ab eo. C. de leg. hæred. & in l. sed si hac. §. patronum. de in ius voc. & Rom. in l. qui
11 superstitis. de acq. hær. Et in hoc differt dispensatione, quia † licet citatio agnatorum succedẽtium ab intestato non sit necessaria, quando fit legitimatio viuente patre, secundum Bar. in d. §. & quid si tantum. prædicti tñ sunt citandi, quando fit dispensatio, quia illa est odiosa, & non põt fieri nisi cã cognita, secũdũ Pe. de Anc. in consi. 242. Ex tenore priuilegij, &c. & Soci. in d. §. & quid si testamẽtum. & in l. falsa demonstratio. in fi. princ. de cond. & demon. in consil. 245. Eleganter & subtiliter. Et in dictis locis etiam refert, ꝙ idem consuluit Io. de Ana. & genitor suus, & do. Io. Bap. de S. Seue. & alij multi, multo ergo magis in casu nostro debuit fideicommissarius citari, cui minus potuit præiudicari, per ea quæ proximè dicta sunt. Nec obstan. allegata in contrarium. Et primo, ꝙ legitimatus dicatur uere legitimus & naturalis, & sic, ꝙ dicatur in conditione positus ad exclusionem substituti, quia quo ad fideicommissarium, & quãtum ad illius præiudicium hr̃ pro non legitimato, quia ad hoc se non extendit ptãs legitimandi, maxime ex quo non fuit citatus, nec ẽt tãquã dispensatus põt dici positus in condõne, quia talis non est proprie legitimus, & condõ dẽt impleri vere. l. qui hæred. in princ. & l. Mæuiua. de cond. & dem. Nec mirum, ꝙ legitimatus non habeatur pro ltĩato vel legitimo quò ad substitutum non citatum, quia etiam ltĩatus per oblationem curiæ est ltĩmus tantum quo ad patrem, qui preces obtulit, & alijs nõ agnascitur. §. filium. in auh. quib. mod. na. eff. sui. Non ob. etiam ꝙ per superuenientiam filii ltĩati reuocetur donatio, etiam nõ citato donatario, secundum Socin. in d. consil. 226. quia immo tunc ltĩatio non præiudicat illi, si non fuit citatus, secundũ Bal. in l. 1. C. de inoffi. don. uersi. ulterius quæritur, quidam habens
12 filium, &c. quia † ltĩatio fieri non potuit per uiam voluntariæ iurisdictionis, nisi citatis illis, quorum interest, per l. final. cum ibi no. per Iacob. de Aretin. de nata. rest. Et idem tenet Sal. i l. si totas. C. eod. titu. Et inquantum Soc. in d. consil. præsupponit, quod non sit necessaria citatio substituti, in hoc minus recte loquitur, & contra illud, quod ipsemet & alii tenuerunt in locis præalleg. Nec obst. l. 1. §. pronunciari. de uent. inspic. cum aliis alleg. in contrarium, quia ad illa colligitur responsio ex no. per Barto. in l. in diem. de acqu. plu. arc. & per Alex. in l. filiusfa. §. diui, de leg. 1. & ad illa etiam clare respondet Soc. in d. §. & qd si tantum. in fin. & in consi. 18. inter consi. Cur. & in consi. 251. Postquam igitur ex præmissis constat, quod dicta legitimatio non præiudicat substituto, videndum est, utrum filii Ambrosii possint ex fideicommisso admitti. Et prima facie videtur, ꝙ non, quoniam Petrus de Milano instituit tres filios nõiatim, scilicet Ambrosium, Peregrinum, & Iacobum, & si aliqui ex dictis suis filiis vnus, vel duo decederent quandocunque sine filiis legitimis & naturalibus masculis, eiusdem & eidem sic decedentibus uel decedenti substituit reliquos superstitem uel superstites, &c. Quia ergo in substitutione sensit testator de certis hoc est, de aliis filiis nominatis & superstitibus non ueniunt nepotes ex illis, ut probatur in tota dicta l. Gallus. & declarat Barto. in §. instituens. ea. l. & l. liberorum. de uerborum sign. Et sic dicti nepotes testatoris non censentur uocati, nec etiam ueni-
13 re possunt iure transmissionis, quia † ex quo Ambrosius mortuus est pendente conditione fideicommissi, spem illius non transmisit ad filios. l. unica. §. sin autem sub cõditione. C. de cadu. tollen. & ibi nota. per Bald. & l. si in personam. C. de fideicomm. & in l. cum ex filio. & ibi ponderat Bal. & Imo. de uulg. & pupil. Et probatur in leg. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. & ibi etiam nota. & in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. cum concord. de quibus per Alexan. in d. §. cum ita. & in d. l. cum filio. & est communis opinio, quicquid dicat gloss. in l. is cui. de act. & obliga. quæ uoluit, quod ad descendentes transmittatur fideicommissum, & non bene. ¶ Sed præmissis non obstantibus in casu isto contrarium uidetur uerius. Nam quamuis regulariter fideicommissum non transmittatur etiam ad descendentes, quando fideicommissarius decedit pendente conditione, ut dictum est, fit tamen transmissio fideicommissi dicto casu ex tacita & coniecturata mente testatoris. secundum Baldum in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. vbi dicit, ꝙ transmissio locum nõ habet, nisi ex aliquib. indicijs vel coniecturis appareat de contraria mente, alleg. l. Lucius. de hæred. inst. & dicit etiam Bald. in l. si pater. C. de insti. & substit. in 4. q. ꝙ testator potest facere, ꝙ fideicommissum, quod non est transmissibile, trãsmittatur ad hæredẽ, per l. 1. C. ut act. ab hære. & contra hær. & qualiter de mente possit apparere, Socin. declarando intentionem Bal. in d. l. 1. varijs modis exemplificat in l. hæredes mei. §. cum ita. circa prin. ad Treb. de qua mente in casu nostro clarius apparet & euidentius. Quoniam testator, casu quo omnes filij sui decederent sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, eisdem substituit Geminianum eius testatoris fratrem, si tunc vixerit, seu, ipso mortuo, ipsius Geminiani filios, & Ioannem ac Siluam eius nepotes ex quondam Iacobo eius testatoris fratre in stirpes, & non in capita, &c. Patet ergo ex hac vltima substitutione, quòd non tantum substituit Geminianum fratrem, sed etiam ꝙ vocauit filios d. Geminiani, si ille præmoreretur pendente conditione fideicommissi. Si ergo testator in hunc casum prouidit nepotibus ex fratre minus dilectis, verisimiliter magis voluit prouidere nepotibus ex filio præmortuo pendente conditione fideicommissi, & magis dilecto, & per consequens ad illos fieri debet transmissio fideicommissi conditio-
14 nalis, aliàs sequeretur, ꝙ † in hoc nepotes testatoris ex fratre essent melioris conditionis, quàm nepotes ex filio magis dilecti, qui nullo casu reperirentur ex testamento vocati, quod esset absurdum. l. Publius. §. fina. de cond. & demonst. & l. si viua matre. C. de bo. mater. Et ideo pro tali absurdo euitando a verbis receditur, & uerba impropriantur, secundum Bart. in dicta l. Gallus. §. etiam si parente. & per eum in l. quidam relegatus. in fi. de reb. dub. & per Raph. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de cond. inser. Pau. de Cast. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. & de quo latè per Soc. in l. cum auus. de cond. & demõ. col. 44. ver. tertio quæro de quæstione valde solenni, &c. & per Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius voc. & probatur ex no. per gloss. in l. si mater. §. 1. de vulg. & pupil. quæ vult, secundum ꝙ eam subtiliter saluat Bart. ꝙ licet substitutio vulgaris extendatur de capite impotentiæ ad caput uoluntatis, & econtra, per ea quæ traduntur in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, & per Bar. in l. 1. in prin. de vulg. & pupil. cessat tamen illis extensio, quando ea mediante sequeretur, ꝙ minus dilectus esset melioris cõditionis, quam magis dilectus. ¶ Præterea testator non tantum substituit dicto casu Geminianum fratrem, si superuiueret, sed etiam filios Iacobi alterius fratris præmortui tempore testamenti, & sic illos uoluit concurrere cum patruo, & tamen ab intestato non concurrisset cum illo ad successionem filiorum dicti testatoris. Quia ubi non agitur de successione ascendentis uel patrui, sed ulterioris, filius fratris præmortui non concurrit cum patruo. authent. post fratres. C. de legi. hæred. & in corpore unde sumitur. Si ergo testator uoluit admitti nepotes ex Iacobo præmortuo minus dilectos, ut dixi, & etiam eo casu, quo non fuissent ab intestato successuri his, quibus facta fuit substitutio, multo magis credendum est, quòd ex fideicommisso voluerit admitti nepotes ex filio præmortuo pendente conditione fideicommissi: tum quia erant proximiores, & magis dilecti: tum quia erant etiam ab intestato successuri patruo suo præmortuo, sine filiis masculis, & simul cum alio patruo superuiuente, dicta authent. post fratres. Nullo enim modo uerisimile est, ꝙ uoluerit testator nepotes ex dicto filio præmortuo excludere, & alium filium superuiuẽtem in totum ex fideicommisso succedere, cum dicti nepoti in successione intestati sint in pari gradu, & a testatore pariter dilecti, ut probatur in leg. cum auus. de condi. & demonst. ubi habetur quod
15 † si vnus ex filijs testatoris post mortem sit simpliciter grauatus restituere hæreditatem alteri filio eiusdem testatoris, quòd subintelligitur conditio, si grauatus decesserit sine filijs. Et hoc etiam vult Bald. in leg. cum acutissimi. C. de fideicom. & sic constat, quòd testator non uidetur illo casu filium proprium uoluisse præferre nepoti ex filio præmortuo, ergo nec in casu nostro, in quo etiam de iure præferri debuit, sicut nec in casu dicta leg. cum auus. & maxime, quia, ut dixi, in alia substitutione testator voluit, quod nepotes ex fratre præmortuo concurrant cum patruo, quamuis cum illo de iure admitti non debuissent. Et prędicta confirmantur ꝑ text. in l. cum propone-

retur, de leg. 2. vbi probatur ꝭm intellectũ Pau. de Cast. ad illũ tex. ꝙ substitutio reciproca facta inter pupillares substitutos in hæreditate pupilli, præsumitur etiam facta in legato facto eisdem per testatorem, & per errorem fuisse omissa si non reperiatur facta. Sicut ergo illo casu propter substitutionem factã in una re, præsumitur etiam facta inter easdem personas in alia re, ita etiam ex substitutione facta de nepotibus ex fratre remotioribus præsumendum est, ꝙ testator voluerit admitti nepotes ex filio præmortuo simul cum patruo, & per consequens ꝙ ad illos fieri debet transmissio ex coniecturata mente defuncti, quæ manifestè colligitur ex his, quæ testator ordinauit in testamẽto, & propterea succedit illud, quod dicit gl. in l. tale pactũ. §. fin. de pac. ꝙ illud, quod fuit omissum, debet haberi pro expꝛsso, qñ testator verisimiliter sic disposuisset, si de hoc interrogatus fuisset. Et probatur in l. Titius. §. Lucius. de lib. & posthu. & ibi notant Doc. quæ glo. vt dicit Bald. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. locũ hẽt, qñ illud, qđ fuit omissum, sequitur ad aliqđ expressum in testõ, ut contingit in casu nostro. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati an poßint admitti ad successionem, quamuis in conditione sint positi tantum filij de legitimo matrimonio nati.*
2 *Legitimatio, vt valeat, debent exprimi qualitates spurietatis.*
3 *Sine restitutione regulariter non quæritur dominium, nec ius fideicommissario.*
4 *Princeps ea, quæ sunt inducta de iure ciuili, tollere potest.*
5 *Substitutus non citatis præiudicare non potest.*
6 *Comes legitimando aliquẽ an possit facere, quòd legitimatus contineatur appellatiõe filij ex legitimo matrimonio nati. et nu. 10.*
7 *Contra testamentum, & contra voluntatem testatoris non ualet rescriptum uel priuilegium.*
8 *Testamentũ seu testamenti factio simpliciter est de iure gẽtium.*
9 *Clausula, non obstantibus quibuscunque legibus, &c. quas vires habeat.*
11 *Reipublicæ interest, vt testamenta conseruentur.*
12 *Prohibitio duplex est fortior quàm vnica & simplex.*
13 *Absurdum est, quòd plus habeat luxuria quàm castitas.*
14 *Non est verisimile, principem velle alicui auferre liberam factionem testamenti.*
15 *Natus ex legitimo matrimonio, & legitimatus æquiparantur, vt non possint venire contra voluntatem testatoris.*
16 *Legitimatio an valeat in substantia non facta mentione de filijs legitimis.*
17 *Verba dispositionis etiam fauorabilis sunt intelligenda simpliciter, & non secundum quid.*
18 *Plus est inhabilitare inhabilẽ pro parte, quàm habilitare inhabilem in totum.*
19 *Si Comiti sit concessa facultas legitimandi citatis, & non citatis his, quorum interest, an intelligatur concessa potestas dispensandi non citatis, &c.*
20 *Adoptatus an possit iterum adoptari, ita & legitimatus an possit iterum, &c.*
21 *Dispositio tollens pacta, an tollat pacta confirmata.*
22 *Remissio iuramenti non pertinet ad principem sæcularem.*
23 *Princeps an possit legitimare post aditam hæreditatem, & ius tertio quæsitum auferre. & nu. 24.*
24 *An Falcidia possit impediri per illam regulam, dolo facis.*
25 *Filius an possit prohiberi detrahere Falcidiam, & Trebellianicam. & nu. 26.*

CONSILIVM LXXX.

DE duobus est videndum. Et primo, vtrum per legitimatum filium excludantur substituti. Secundo, an saltem tanquam hæres patris possit detrahere Trebellianicã de fideicommisso. Quoad primum uidetur prima facie dđm ꝙ sic, licet do. Ioãnes filius testatoris a patre sit grauatus, si decesserit sine filiis natis ex legitimo matrimonio, & hoc tam ex prima quam ex secunda legitimatione. Nam a primo comite fuit legitimatus cũ hoc, qđ comprehendatur sub quacũque dispensatione tam vltimæ voluntatis, quam inter uiuos faciente etiam mentionem de filiis natis ex legitimo matrimonio. Et hoc facere potuit Comes ex ptãte sibi à principe cõcessa, & per cõsequẽs ꝙ ẽt inuito testõre, & cõtra eius voluntatem ltĩatus admittatur, qñ testator ponendo filios natos ex legitimo matrimonio tãtum in conditione, videtur ltĩatos per rescriptum exclusisse, quia illi nõ dñr nati ex legitimo matrimonio, vt dicetur inferius. sicut qñ ponuntur filij masculi in conditione, ab ea dñr fœminæ exclusæ, ꝭm Bar. in c. cum a nus. de cond. & dem. per l. cum prætor. in prin. de iud. Et propterea quamuis testator etiam expressè prohibuerit ltĩatos posse substitutos excludere & ltĩationẽ fieri posse in præiudicium dictæ substĩonis, nihilo minus potuit comes ẽt cõtra voluntatem testatoris velle ꝙ ltĩatus dicatur in conditione positus ad exclusionem substituti, cum, vt dixi, habeat facultatem legitimandi cum hoc, ꝙ ubi in quacunque dispositione fit mentio de nato ex legitimo matrimonio, cõprehẽditur ltĩatus. quòd est sanè contra uoluntatem testatoris, ꝙ exclusit ltĩatos ponendo in conditione solum natos ex legitimo matrimonio, d. l. cum præ. de iud. Si ergo in illa conditione, de qua supra, ltĩatus intelligitur esse positus, dẽt substitutus excludi, sicut excluditur, quando hæres grauatur simpliciter, si decesserit sine filijs legitimis & naturalib. & ea ratione, quia ltĩatus per rescriptum comprehenditur sub illis uerbis condõnalibus, secundum Io. And. in add. Spe. de succe. ab intest. §. fin. in fin. & Bar. in l. Gallus. §. si eius. de lib. & posth. & An. de Bu. in c. per venerabilem. qui fil. sint leg. & Ang. in disp. incip. Nobilis quidam genere, &c. Et dicit Imo. in l. ex facto. in princ. de vulg. & pup. ꝙ ista opinio est communis. & Alex. in l. gñaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. cum concor. de quibus ibi per eum, & latius in cons. 2. 1. vol. Et quamuis dici possit, quod illo casu ex proprietate sermonis legitimatus dicatur in conditione positus, & in casu nostro non, tamen ex quo princeps, & habens ptãtem ab illo, uoluit ꝙ ltĩatus comprehendatur, hoc est satis ad exclusionem substituti, cui potuit præiudicari in iure quærendo, per ea quæ dicentur statim, & cui etiam uoluit præiudicare, ex quo uult, ꝙ includatur sub uerbis facientib. mentionem de filijs natis ex ltĩmo matrimonio. Et quamuis de substõne nõ sit facta mentio in prima ltĩmatione, de illa tñ Comes cogitauit in gñe, ex quo voluit, ꝙ contineatur sub qualibet ultima uoluntate loquente vel quolibet disponente de legitimo & naturali, uel legitime natis & procreatis, per Pa. de Ca. in cõs. 221. Super puncto isto, &c. ubi uult, †
2 ꝙ licet ad hoc, vt ualeat ltĩatio, dẽant exprimi qualitates spurietatis, secundum Ol. cons. 247. inc. Factum tale est, quidam rex, &c. tamen ualet ltĩatio, ẽt si non exprimantur dictæ qualitates, dummõ ex uerbis gñalib. legitimantis appareat, ꝙ cogitauerit de quolibet defectu, ut quia dixit, qualitercunq; & ex quocunque coitu nato, &c. Quamuis ergo qualitates ignorauerit, ex quo tamẽ fuit huius propositi omnes defectus tollere, si sciuisset, omnes dicuntur sublati. l. qui iure militari. de tes. mil. quę ratio locum etiam hẽt in casu nostro. Et tanto magis per secũdam legitimationẽ dẽnt excludi substituti, quamuis facta sit post mortem grauati quia potuit Comes ex concessione principis expressa, uiuis, & mortuis parentibus & illis inuitis filium legitimare, & cũ hoc, ꝙ comprehendatur sub uerbis facientib. mẽtionem de filiis natis ex legitimo matrimonio, & ꝙ ex testamẽto succedant & cõtra testamẽtum, & hæreditate delata, & etiam adita, ac citati, & non citatis illis, de quorum præiudicio agitur. Vnde potuit dictus comes legitimare in præiudicium dictorum substitutorum ẽt contra expressam uolũtatem testatoris, ex quo potest uelle, ꝙ succedant contra testamẽtũ, & ꝙ cõprehendantur sub uerbis faciẽtib. mentionẽ de natis ex legitimo matrimonio, ut dictũ est superius, & maxime cum adhuc illis hæreditas nõ fuisset restituta, & sic eis non fuisset ius quæsitum, sed solum dela-
3 tum: † quia sine restõne rẽr non quæritur ius, nec dñium fideicommissario. l. restituta hæreditas ũr in prin. ad Treb. & no. in l. pe. C. eo. & in l. fi. §. fin aũt sub condõne. C. commu. de leg. Et quamuis fideicommissarij etiam possiderent, ex hoc tamen nõ fuit illis quæsitum dominium, immo tenebantur hæredi bona restituere, ex quo de illis bonis poterat detrahi Treb. secũdum Pau. de Cast. & Alex. in l. fin. C. de edic. diui Adr. tollẽ. allegant notab. in leg. 1. in princip. quo leg. Et quod possit princeps uel habens potestatem ab illo legitimare in præiudicium delati, etiam non citato illo, de cuius præiudicio agitur, uoluit etiam Bald. in l. secunda. C. de iur. & fact. ignoran. & in l. Deo nobis.

bis.C.de epiſ.& cler.& Pau.de Caſt.& alii Moder. in l.Gallus. §.& quid ſi tantum.de liber. & poſth. Et quod princeps poſſit legitimare in præiudicium ſubſtituti ēt non citati,quando apparet de uoluntate principis,tenet ēt & latè probat Alexan. in conſi.2.Viſis codicillis.in 1.vol.de qua voluntate d. Pandulphi plenam notitiam habuit,& tamen uoluit,ꝙ legitimatus contineatur ſub verbis dicti teſtamenti facientib. mentionē de filiis legitimè deſcendentibus,& ꝙ ſuccedat contra teſtm̄. Et poteſt ēt dicto modo præiudicari ſubſtituto ſine cā,ſecundum prædi-
4 ctos;quia princeps ea , quæ ſunt inducta de iure ciuili , tollere poteſt ēt ſine cā,& cū clauſula,non obſtante,ſecundū Inn.in c. quæ in eccleſiarum.de conſtitutionib.& Bar.in l.fi.C.ſi contra ius vel util.publ.& Pau.de Caſt.in conſi. 227. ubi vult in ſpē, ꝙ princeps legitimando poſſit præiudicare tertio de iure delato ēt ſine cauſa;quia ius adeundi eſt de iure ciuili.l. lege obuenire.de uerb.ſign.& de quo etiam per Alex.poſt gl.in l.3.§.ſi is pro quo.ff.quod quiſque iuris. Et quia princeps in priuilegio legitimandi appoſuit clauſulam , non obſtante, in ampla forma,potuit etiam comes in ipſa legitimatione vti dicta clauſula, ſecundum Pau.de Caſt. in conſi. 230. Dubitatur primo &c. in fine tertij dubij . Quinimmo etiam poſt reſtōnē verbalē fideicommiſſi, videtur ꝙ fieri potuiſſet legitimatio in p̄iudicium fideicōmiſſarij, quia talis modus transferendi dn̄ium fuit inuentus de iure ciuili : ſicut iſta rōne ēt poſt aditā hæreditatē in præiudicium adeuntis quis pōt per principē legitimari, ſm̄ Pau.de Caſt.in l.cum hæredes . in prin.de acq.poſſ. & in l.3.ff.de teſta. Sed præmiſſis non obſt.puto, quòd iſte legitimatus non excludat dictos ſubſtitutos. Et incipiendo a prima legitimatione dicitur,ꝙ illa non ualuit in præiudicium dictorum ſubſtitutorū . Nam illis poſt mortem patris,viuente etiam dom.Io.grauato, fuit ius quæſitum ſpe approbata, ſecúndum Bart.in l.is poteſt. de acq.hær. Vnde ſicut hæres grauatus per alium modum non potuit præiudicare fideicommiſſo , puta alienando res ſubie-
5 ctas reſtitutioni fideicommiſſi,ita etiam † ſubſtitutis non citatis præiudicare non potuit, cum citatio non ſit remiſſa primo Comiti legitimanti , ut colligitur ex notatis per Barto. in d.§. & quid ſi tantum,dum uult,quod pater poſſit legitimari facere filium agnatis non citatis, qui patri erant ab inteſtato ſucceſſuri,quia ſicut pater potuit alio modo,puta inſtituendo extraneum,illos ignorantes & inuitos excludere,ita etiam potuit per eorum excluſionem filium legitimare . Vnde ſentit Bart.ꝙ ſi pater, ad cuius inſtantiam filius legitimetur , non poſſet aliter tertio præiudicare, quod etiam illi non præiudicabit legitimatio. Ergo nec in caſu iſto poterit præiudicare ſubſtituto nō citato , prout etiam in ſpecie per plura vult Pet.de Anch. conſi.428. Circa primum quæſitum,&c. & Alexand.conſi.25.67. & 94.1.volum.& Soc.in dicto §.& quid ſi tantum.Et eſt etiam ſubreptitia prima legitimatio , ex quo in ea non eſt facta mentio de dicta ſubſtitutione , & quia narratum non fuit , ꝙ teſtator expreſſe prohibuerit filios legitimari in præiudicium ſubſtitutionis , quia ſi Comes de his notitiam habuiſſet , aut nullo modo,aut ſaltem difficilius legitimaſſet. c.poſtulaſti. de reſcrip.ſecundum Alexā. qui ita determinat in dicto conſi.94.in fi.& allegat Anto.de But.in c.per venerabilem. qui filij ſint legitimi,dum tractat,quorum citatio requiritur,qui dicit, quod ſi in legitimatione non ſit mentio de iure alteri quæſito , dato quod legitimatio aliàs ualeret illo non citato,tunc non ualebit ad præiudicium illius tertij.Nec ob.quod ex quo Comes ex po
6 teſtate ſibi conceſſa uoluit † quod legitimatus contineatur appellatione filij nati ex legitimo matrimonio,dicitur uoluiſſe,ꝙ legitimatus contra uoluntatem teſtatoris dicatur in conditione poſitus,& ꝙ ſaltem in genere cogitauerit de præiudicio tertij,quia non ſequitur neceſſario,quod potuerit & uoluerit præiudicare tertio non citato , quia uerba poſſunt reſtringi ad caſus,in quibus tertio non infertur præiudicium , ex hoc ꝙ legitimatus comprehendatur ſub uerbis facientibus mentionem de filiis natis ex legitimo matrimonio , & ita eſt in dubio interpretandum.l.2.§.merito. & §.ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publico. Vel eſt intelligendum & interpretandum , ꝙ vbi ageretur de præiudicio tertii, ꝙ hoc poſſit fieri cauſa cognita & illo citato , & non alio modo , quia non cenſetur princeps Comiti conceſſiſſe,quod poſſit uti illa poteſtatis plenitudine, qua ipſe uti poſſet, ſed ꝙ utatur poteſtate ſibi attributa cum cauſæ cognitione,ſecundū Inn.in c.cum ad monaſterium . de ſta.mon.& dicetur ēt inferius. Et alia rōne lītimatio prima nō præiudicat ſubſtitutis , quia non potuit dictus Comes lītimare in præiudicium ſubſtitutionis cōtra expreſſam teſtōris volūtatem,ut ſtatim dicam circa ſecūdā lītimationem.Quia ergo ex prima ſubſtituti non excluduntur,videndum eſt de uiribus ſecundæ legitimationis . Et ex pluribus,ꝙ etiam per illam non præiudicatur dictis ſubſtitutis patet. Et primo,q̄a teſtōr prius tacite prohibuit filios legitimatos excludere ſubſtitutos,ponē do tantummō filios legitime deſcēdentes in cōdōne.l.cum prætor.in prin.de iud.Item & expreſſe uetuit filios lītimari in præiudicium ſubſtitutionis.Stante igitur tali ꝓhibitione, quantū ad effectum excludendi ſubſtitutos , non valuit legitimatio ex
6 defectu poteſtatis Comitis legitimantis.Nam† reſcriptum uel priuilegium contra teſtamentum & contra voluntatem teſtōris non ualet,vt eſt caſus in l.ſi teſtamentum.C.de teſ. Et eſt ra
7 tio,ſecundum Raph.& mod.ibi,† quia licet ſolennitas teſtamēti ſit de iur.ciuili.l.3.de teſ. ipſum tamē teſtamētum & ſimplex teſtamenti factio de iure gentium,ſecundum Bar.& Doc. communiter in l.interdum.de cond.inde.quod per principem non poteſt tolli ſine cā,vt plene traditur in l.reſcripta.C.de prec.impe.offe.in l.fi.C.ſi cōtra ius vel vtil.pub.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſt.Et quamuis Bal.in d.l.ſi teſtamētum.in fi.dicat, ꝙ princeps poſſit reſcribere contra teſtamētum cum cl̄a,non obſtante,tn̄ quælibet cl̄a,non obſtante,non eſt ſufficiens.Nam d.l.ſi teſtamētū.hēt cl̄am derogatoriam ad reſcripta , & ꝑpea oportet,ꝙ illi per reſcriptū derogetur ſpāliter.l.ſi quis in prin. teſ.de le.3.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.cum ibi,no.in gl.de le.1. & no.Bar.& alij in dictis locis,& in d.l.fi.C.ſi cōtra ius uel uti. pub.& in extrau.ad reprim.in uerbo,non obſtantibus.Et ideo licet illa clauſula, non obſtante quacunq; lege in contrarium faciente ſufficeret,quando reſcriptum eſſet contra legem,quæ tamen non haberet clauſulam derogatoriam ad reſcripta, per no.per Bar.in dictis locis,tamen quo ad legem habētem clauſulam derogatoriam nō ſufficeret dicta clauſula,quia de illa lege,& de qualitatibus illius legis non diceretur facta ſpālis mentio,ſed gn̄alis,per no.in §.in legatis. Oportet ergo,ꝙ ſit facta mentio de verbis derogatoriis in gn̄ere,ad hoc ut dicatur facta mentio ſpecialis,vt puta non obſtante aliqua lege,& uerbis derogatorijs in ea appoſitis.Nec eſt neceſſe de dicta lege facere facere mentionem ſingulariter,puta non obſtante.l. ſi teſtamentum.C.de teſ.vt colligitur ex no.per Bar.in d.l.ſi quis in princ. teſ.& in l.1.de uulg.& pup.Et magis in ſpecie ita etiam declarat Pa.de Ca.in conſi.55.Paſſus iſte,&c.& in conſi.316.Quoniam adiectione,&c.& in auth.hoc inter liberos.C.de teſta. Et ideo non eſt ſufficienter derogatum.d.l.ſi teſtamentum.habēti clauſulam derogatoriam ad reſcripta,per illam clauſulam appoſi-
8 tam in ſecundo priuilegio legitimationis,videlicet† non obſtātibus quibuſcunque legibus in contrarium facientibus , etiam ſub quacunque verborum expreſſione,etiam ſi eſſent talia, de quibus de uerbo ad verbum dēret fieri mentio ſpālis. Quia per iſtam clauſulam,ſi recte aduertatur,ſolum derogatur legibus , & ſic derogatio non dicitur ſpecialis,quia ſub illa continentur etiam aliæ leges aliquid prohibentes non habentes clauſulas derogatorias,contra quas non ualet reſcriptum ſine clauſula,nō obſtante,ſecundum Ioan. And.in d.c. 1.de exceſ.præla.in 6.& Abb.in c.nonnulli.in princ.de reſcrip.cum concord.de quibus ibi per moder.ſed dicitur generalis derogatio , ex quo ſub illa continentur etiam dictæ aliæ leges.l.Titius.in princ.de libe.& poſth.& per Docto.in locis prælleg. Diceretur autem facta ſpecialis mentio.d.leg.ſi teſtamentum.quando eſſet facta mentio in genere de lege habente clauſulam derogatoriam,uel per uerba æquipollentia , quæ neceſſario referentur ad legem habentem clauſulam derogatoriam, & non ad aliam , ſecundum Paulum de Caſtr. in locis prælleg. ex mente Bartoli, & aliorum . Nec ſufficit , quod ſit derogatum quibuſcunque legibus, etiam ſi de illis facienda eſſet mentio ſpecialis, & de uerbo ab uerbum,quia nec tunc dicitur derogatum ſpecialiter legi habenti clauſulam derogatoriam, ſecundum Paul. de Caſt. in dictis conſiliis,qui diſtinguit,quod aut huiuſmodi uerba apponuntur in lege communi ad derogandum priuilegiis priuatorum,& tunc ſufficiunt,etiam ſi in eiſdem priuilegiis ſit clauſula derogatoria,aut ecōuerſo apponit in priuilegio uel reſcipto,

pro, vt in casu nostro, & non sufficiunt ad derogationem priuilegij vel legis præcedẽtis habẽtis clausulam derogatoriam. Et assignat rõnem diuersitatis. & pro hoc vltimo allegat Cy. in in l. fi. C. si impe. inter pupill. & vid. & Fed. de Se. in consil. 233. Monasterium eiusdem ordinis, &c. in fi. Et idem vult Abb. in c. cum instantia, de cens. & Rom. in cõsi. 227. Istæ sunt rationes, &c. & Cald. de priu. cõsil. 11. Habet ordo S. Claræ, &c. & Cal. in consil. 53. Dominus Gregorius Papa, &c. & in consi. 137. Factum sic se habet, &c. Et ita est communis op. secundum modern. in c. accidentes. de præscrip. de quo per eos in c. nonnulli. in princ. & prima regula. Vnde sequitur ex omnibus præmissis
10 quòd comes † ltĩmans facere non potuit, quòd admitteretur legitimatus cõtra dictam voluntatem testatoris tacitam vel expressam, per d. l. si testamẽtum. C. de testam. cui non reperitur sufficienter derogatum, & cui etiam sine causa non potuisset princeps derogare, ex quo testamentum est de iure gentium, vt dixi, per no. in d. c. quæ in ecclesiarum, & in d. l. fin. C. si contra ius vel util. pub. quæ causa isto casu non præsumitur in prĩcipe, vt probatur in dic. l. si testamentum. Et illum tex. etiam ad hoc ibi ponderant moderni. Et quia non præsumatur illo casu dicendum est melius, quam ipsi dicant, quia derogatio testamẽti tendit ad præiudicium tertij, hoc est, testatoris, & illorũ qui honorantur ex testõ, & est cõtra duplicam utilitatem, quia in
11 terest reipublicæ, ꝙ † testamenta habeant effectum, ut notab. glo. & Doct. in l. Gallus. §. quid si is. de lib. & posth. Vnde quando agitur de præiudicio tertij non leui, nõ pręsumitur pro prĩcipe, qui rescribit sine causæ cognitione, & parte non citata, ut late probat Socin. in consi. 664. in ul. char. uersi. quintus casus, &c. & dicetur etiam inferius. Et saltem in inferiore & in comite legitimante non præsumitur cã, quando legitimat in præiucium legitinte non citato, ut etiam dr̃ infra. Præterea isto casu concurrit duplex prohibitio testatoris, tacita. s. in quantum filijs tãtum nati ex legitimo matrimonio sunt positi in conditione, quia per illam ltiati intelliguntur tacitè exclusi, ut dictum est d. l. cum præto. in princip. Et etiam expressa prohibitio, ꝙa testator expressè prohibuit nepotes ex filijs ltĩmari in præiudicium substitutionis, & noluit aliquid de bonis suis ad ltiatos peruenire. Quamuis ergo possit comes uelle, quòd ltiati admittantur contra simplicem uoluntatem testatoris, tamen quando concurrit duplex prohibitio, ut in casu nostro, ad hunc ca-
12 sum se non extendit ptãs legitimantis, quia fortior † est duplex prohibitio, quam unica & simplex. §. sanctissimas. in authen. de non alien. & l. 2. C. de vsucap. pro emphy. & no. in c. uerum. de cond. appofi. & in c. licet mulieres. de iure iu. in 6. cum concor. de quibus per Alex. in filiusfam. §. diu. in 1. col. de leg. 1. Et prædicta confirmantur, quia licet concedatur legitimanti, ꝙ ltiare possit cum hoc, quod legitimatus includatur sub uerbis facientibus mentionem filijs natis ex legitimo matrimonio, & contra tacitam uoluntatem disponentis, non tñ ei reperitur concessum, ꝙ legitimatus uolente ipso comite admitti possit contra expressam uoluntatem testatoris, ꝙ est plus. Nam ex hoc sequeretur, quod testator posset libere excludere filium natum ex legitimo matrimonio, & legitimatus eo inuito admittere-
13 tur, & † sic plus haberet castitate luxuria, quod est absurdum, ut in auth. de restitutione & ea quæ parit. in fin. & no. glo. in c. statutum fœlicis. in uerbo, uoluntas. de hæred. in 6. & Ang. Im. & Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus, ad senatuscon. Trebell. ubi dicunt, quod si ex delicto patris condemnantur filii per iudicem, uel per statutum puniantur, quod appellatione filiorũ ueniunt etiam illegitimè nati, & qui alias non uenirent, quia illi non dẽnt esse melioris conditionis, quam nati ex iustis nuptiis, & quia est absurdum, quod plus habeat castitate luxuria. Præterea diceretur quodam modo auferri libera testamenti factio ipsi testatori, qui potest prohibere, ꝙ ad aliquem, quem habet odio, bona sua nõ perueniant. l. codicillis §. Caio Seio. §. matre & uxore hæredibus, de le. 2. & prout legitimatos habuit odio iste testator, qui etiam a quolibet nobili habentur odio, ut no. in d. l. ex facto. §. si quis ronatus. ad senatuscons. Trebell. & per Angel. in disput. incip. Nobilis quidam genere, &c. Vnde,
14 uerisimile non est, quod in hoc uoluerit princeps † auferre homi sanæ mentis testamenti factionem liberam, ut est expressum in leg. ex facto. in princip. de uulga. & pupilla. Nec obstantibus, quod sit concẽssum, ut legitimatus succederem possit contra testamentum; quia, vt euitentur absurda prædicta, dicendum est, quòd intentio principis fuit, quod legitimati succedant contra testamentum, s. eo modo, quo etiam natus ex legitimo matrimonio contra illud succedere posit, & prout dicitur posse facere, quando fuit præteritus vel exhæredatus iniustè, vel quando institutus in re vel parte, quæ non ascenderet ad legitimam, quia posset supplementum petere contra testatoris voluntatem. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. vel quando per fideicommissum vniuersale, vel particulare esset grauatus; quia detraheret Trebellianicam vel Falcidiam quæ dicitur detrahi contra voluntatem testatoris, etiam si non sit expresse prohibita. l. Titia. ad leg. Falcid. Et licet hodie posit prohiberi, auth. sed cum testator. C. eod. titu. tamen si non prohibeatur expresse, dicitur etiam hodie detrahi contra tacitam voluntatem testatoris, secundum Alex. in d. l. Titia. & in l. ita tamen. §. si pater. ad Treb. in fi. per c. Raynaldus. in fi. cum gl. de te-
15 sta. In omnibus † ergo istis casibus & aliis similib. quibus de iure filio nato ex matrimonio permissum est venire contra testamentum, eisdem casibus idem intelligitur legitimatis concessum per rescriptum. Sed vbi filius vel nepos natus ex legitimo matrimonio de iure non potest contra voluntatem testatoris venire, illo etiam casu non poterit legitimatus contra voluntatem illius succedere, ne sequatur absurdum, pro quo euitando recedendum est a verbis, & verba possunt restringi, secundum Barto. in l. omnes populi. de iustit. & iur. in 6. q. princip. & in l. non dubium. C. de legib. Et de hoc est text. & ibi not. Barto. in l. furti. §. pactus. de his qui not. infam. & facit. l. scire oportet. §. aliud. de excusat. tut. & l. aliud. §. absurdum. de regu. iur. Et quia verba rescripti, & priuilegii recipiunt interpretationem a iure communi. cap. causam quæ. de rescrip. & ibi notant omnes. Secundo dicitur, quòd dicta secunda legitimatio penitus, & in totum fuit nulla, & sic non tantum respectu substitutionis, sed etiam in substantia. Et primo pręsuppono, quòd quamuis prima legitimatio quantum ad præiudicium substitutorum nihil potuerit operari, fuit tamen valida in substantia, & per eam legitimatus factus fuit legitimus, secundum Anton. de Butr. in d. cap. per venerabilem. circa 7. char. in versicu. ergo credo, &c. qui dicit, quod si non exprimatur aliquid de iure alteri quæsito, quod ualet legitimatio, sed non ad præiudicium illius, de cuius damno agitur. Et idem tenet etiam clarius Card. ibi, cum
16 quo transit Præpositus in fine. 14. colum. ubi dicunt † quod legitimatio in substantia valet non facta mentione de filiis legitimis, quamuis in præiudicium illorum non habeat effectum succedendi. Et facit, quod vult Innoc. in cap. humilis. de maior. & obed. quem refert, & sequitur Bald. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iud. qui dicunt, quod quando non citatur ille, cuius interest secundario, quod iudicium non valet quo ad extensionem præiudicii, sed in substantia tenet, & de quo etiam per Roma. in l. peregre. §. quibus. de acquiren. possess. per Alexand. in l. de vnoquoque. in fin. princip. de re iudic. Si ergo dicta prima legitimatio fuit valida quo ad maculam, & vitium geniture, per illam legitimatus in totum, & simpliciter desiit esse spurius & illegitimè natus, vt est casus. in l. imperialis. C. de secund. nuptiis, & ibi no. Bald. & Salic. Ex hoc sequitur, quod secunda legitimatio fuit nulla ex defectu potestatis legitimantis, cui concessa fuit facultas legitimandi spurios & quoscunque illegitime natos. Et sic uerba priuilegij, cuius tenor est inspiciendus. capit. porro. de priuilegiis. cum simi. non comprehendunt illũ, qui mediante prima legitimatione desijt esse spurius, & illegitime natus. Et dato etiam quod non diceretur legitimus simpliciter, sed secundum quid, adhuc tamen non contineretur
17 sub uerbis dicti priuilegij, † quia uerba dispositionis etiam fauorabilis intelligenda sunt simpliciter, & non secundum quid. l. hoc legatum. de lega. 3. & not. Ang. Roma. & alij mod. in leg. 2. in prin. de uerbo. oblig. Præterea princeps facilius inducitur ad legitimandum spurium, & penitus insuccesibilem, quam ad habilitandum aliquem in totum, qui prius fuerat habilita-
18 tus pro parte. Et sic plus † est habilitare inhabilem pro parte, quam habilitare inhabilem totum, puta spurium. Et ideo licet sit huic comiti concessa potestas legitimandi spurios, & penitus inhabiles, non tamen intelligitur concessa eidem potestas habilitandi prius legitimatũ ad effectum excludendi substitutũ, & quem ex prima legitimatione nõ potuisset excludere,

quia

quia cui conceditur,quod est minus, non intelligitur concessum quod est plus.l.2.& 3.C.de ser.expor.& cap.fi. de transla. prael.& c.super quaestionum.§.si verò.de off. dele.Assumptum autem probatur ex no.per Inno.& alios,& maxime Abb. in c. veniens.de praescri.ubi concludunt, ꝙ si in totum incapax alicuius rei fuit aliquando habilitatus ad certam partem,& petat se habilitari ad totum non facta mentione de prima habilitatione,ꝙ non valebit secũda gratia,quia praesumitur,ꝙ si princeps habuisset notitiam de prima,maiorem considerationem adhibuisset,quaré ab initio moderatius fuisset concessum,uel moderatius petitum & sic non ita de facili concessisset, & forte dixisset,sufficit tibi gratia prima.Et hoc sufficit,ut rescriptũ reddatur subreptitium.c.postulasti.de rescr.Et facit,quod no. Io. An.in addi.Spe.in rub.de test.Sicut ergo secunda actualis dispẽsatio non ualet, ita etiam ratione praedicta facultas dispensandi cum inhabilibus in totum non debet ualere quoad illos,qui fuerunt prius habilitati,licet non ita plene, quia si hoc petitum fuisset,princeps circa hoc maiorem considerationem uerisimiliter habuisset. Et ita determinat Socin. per praedicta in consil. incip.Eleganter & subtiliter, &c. quod est insertum inter consil.Cur.num.18. Et istud confirmatur,quia cum ex prima legitimatione legitimatus desierit esse spurius,ut dixi, secunda legitimatio non potest dici legitimatio,sed dispensatio quaedam ad hoc,ut legitimatus excludat substitutum, ut etiam dicit Soci.in d.consi. in fi.2. col. Quamuis ergo secundo comiti concessa sit

19 potestas legitimandi citatis, & non citatis his, quorum interest,non tamen intelligitur concessa potestas dispensandi non citatis his,qui laeduntur,vel laedi possunt. Sicut etiam uidemus. quod licet legitimatio fieri posit uiuente patre, etiam nõ citatis,secundum Bar.& Doc.in d.§.& quid si tantum.Si tamen nõ sit proprie legitimatio,sed species dispensationis,tunc necessaria erit citatio agnatorum, quibus aliàs dispensatio non noceret,secundum Pet.de Anch.in consi.242. incip. Ex tenore priuilegij,&c.& in consi.418.inci.Circa primum quaesitum, &c. Et ita etiam aliàs fuit consultum per dom.Ioan.de Ana.& alios Doct.& per Maria.vt refert & sequitur Socin.in d.§.& quid si tantum.in finalibus uerbis,& in l.falsa. in fi. princ.de condi.& demon.& in consi. 245. Et per praedicta Curr. etiam in consi. 73.incip.Super memorata facti narratione, &c.in uers. capiamus modo tertiam legitimationem, &c. tenet, quod non ualeat secunda legitimatio, maxime non facta mentione de prima.Et quòd stante prima legitimatione ualida non potuerit dictus Caesar iterum legitimari,probatur etiam,secundum eum, in l.2.C.de manum.f.testa.vbi dicitur, quod secunda manumissio nihil addere põt primae,uel detrahere primae manumissio-

20 ni,sicut etiam† semel adoptatus non potest iterum adoptari.l. adoptare in fi.de adop. & per illum text. dicit ibi Bald.quòd fictiones non permittuntur nisi semel, & quòd non potest cum aliquo dispensari nisi semel. Et facit, quod notat Ioan.And. in cap.fin.de fil.presbyt.in 6.& in c.in generali. de reg. iur.eo.lib. ubi ex dictis eius probatur, quòd ubi prima legitimatio est integra & perfecta,quòd non posit reiterari. Et ideo,secundum eum in dict.ca. fin.libertus qui impetrauit ius annullorum aureorum, quia non est in totum ingenuus, poterit restitui natalibus sed restitutus semel natalibus, quia in totum est ingenuus,non poterit iterum restitui.l.2.& fi.C.de iure annul. aur. & l.pen.ff.eod.tit.iuncta leg.interdum.in fin.de nata. restitu. Cum ergo dictus Caesar per primam legitimationem sit plenè, & integre restitutus antiquis natalibus, & perinde ac si de legitimo matrimonio esset natus,non potuit iterum legitimari. Quaedam etiam alia adducit Cur. in dict.consi.ad quem me remitto, qui etiam ad quaedam in contrarium allegata respondet.Tertio etiam principaliter dici potest, ꝙ dicta ultima legitimatio non ualet, saltem in praeiudicium substitutorum, ex eo quia dictus Caesar prius legitimatus accepit a patruis, uel ab uno nomine omnium certa bona pro omni eo & toto, quod petere posset occasione haereditatis paternae, & praedictos absoluit, & liberauit, de qua satisfactione, & absolutione in legitimatione non fuit facta mentio, & de qua Comes legitimans aliquam non habuit notitiam. Vnde ex hoc praedicta legitimatio redditur subreptitia, quia si legitimans de dicta absolutione habuisset scientiam, difficilius dict. Caesarem, legitimasset.capitu.postulasti.de rescrip.Postquam enim uocauit se contentum,& absoluit & liberauit, & cum iuramento, &c.ex duplici vinculo reperitur d. Caesar exclusus.Et primo ex testamento aui,secundo ex proprio facto & contractu,de quo vltimo non fuit facta mentio, propterea isto casu nihil operatur legitimatio.primo ex defectu intentionis ipsius legitimantis,qui non praesumitur voluisse derogare dicto pacto & contractui,arg.l.causas uel lites.C.de transact. praesertim cum tendat ad confirmationem & ad approbationem exclusionis factę d. Caesare per dictum Pandulphum auum suum paternum in eius testamento,ar.no.per glo.in cle.dudũ.de sepul. in uerbo,

21 pacta,& quae vult, ꝙ dispositio † tollens pacta, non tollit pacta confirmata.Et tanto magis hoc procedit, ex quo d.do.Caesar iurauit,quia nedum superior saecularis, sed nec etiam Papa uidetur uelle derogare actui iurato,nisi de iuramento sit facta mentio.c.constitutus.& ibi no.glo.& omnes,de resc.& no.Cy. & Sal.in l.fi.si contra ius vel uti.publ.& facit,quod no.per gl.fi. in c.cum non de ele.in 6.quae uult,ꝙ licet Papa vel Imperator casset consuetudines & statuta,non videtur uoluisse cassare statuta iuramento firmata,& quae seruari possunt sine peccato.& no.Ang.in l.1.§.quae onerandae.quar.rer.act.nõ detur.de quo per Ale.in consi.28. Visa petitione Antonii de Roma. &c. 3. vol.Secundo nihil operatur legitimatio ex defectu potestatis, quia nedum Comes Palatinus,sed nec Imperator potest dero

22 gare actui iurato, quia † ad principem saecularem nõ pertinet remittere iuramentum,nec potest super illo dispensare, sed ad ecclesiam & Romanum Pontificem hoc spectare dinoscitur. c.per venerabilem.de ele.c.nouit.de iudi.& no.Host.in c.quemadmodum.de iureiur.Et magis uoluit Cy.& Sal.in d.l.fi.C.si contra ius uel util.pub.& Alexand.in consi.proxime alleg. Nã praeiudicat legitimatio substitutis tanquam ex alia etiam causa sit subreptitia.quia cum substituti eẽnt in possessione bonorum d.Ioannis ex causa fideicommissi, & quidem sine uitio, ex quo coeperunt possidere antequam d. Caesar adiret haereditatem patris,& possessionem bonorum apprehenderet,secundum Imo.in l.filiam fratribus.ad Trebel. per l. non dubium. C.de legi.legitimatio,in qua non fuit facta mentio de possessione praedictorum colorata,non valuit tanquam subreptitia. capitulo cum nostris. de conces.praeben. & ibi not.omnes. Et alia ratione deficit potestas legitimantis, quia dom. Caesar per dictam perceptionem certorum bonorum & liberationem & absolutionem, dicitur approbasse diuisionem factam inter patruos,de qua ibi fit mentio, & consensisse, quod residuum quod residuum bonorum, sit apud illos. Et sic dicta liberatio a residuo, & relaxatio continet restitutionem portionis paternae subiecta restitutioni fideicommissi, leg. qua ratione. §.interdum.de acquir.rer.do.& institu. de rerum diuis. §.interdum.Quia ergo mediante tali restitutione translatum fuit dominium dictę portionis in fideicommissarios,non potuit etiã per principem ab illis auferri sine causa, per ea quae tradũt Docto.in d.l.fi.C.si contra ius uel util.publi.& in c. quae in ecclesiarum.de consti.& ideo Bal.in leg.2.C.de iur.& fac.ignoran. in l.Deo nobis.C.de episc.& cler. in l.nam ita diuus. de adop. Pau.de Cast.Alexan.& alij Moder.in d.§.& quid si tantum. & & Alexan.in l.cum haeredes.in prin. de acqui.pos. & Areti.in l.

23 3.de testa.dicunt, quòd princeps † non potest legitimare post aditam hęreditatem,quia per aditionem acquiritur dominiũ, quod est de iure gentium, in quo dominio iam quaesito etiam per modum introductum a iure ciuili,sicut est aditio,non potest princeps praeiudicare,per ea quae traduntur in locis praeallegatis.Et istud etiam concedit Pau.de Cast.in dict.leg.3.& in d.l.cum haeredes.quando adita fuit haereditas, & apprehensa, quia per apprehensionem,qui est actus iuris gentium,fuit quaesitum dominium, & quae apprehensio interuenit in casu nostro.§.interdum. Et ideo non potuit princeps concedere comiti potestatem legitimandi post aditam haereditatem sine causa. Et quamuis etiam potuisset concedi facultas legitimandi adita etiam haereditate,non tamen potuit concedi,quod adita, & apprehensa haereditate posset spurius legitimari sine causa. Et quamuis in ipso principe in dubio praesumatur iusta causa, secundum Cyn.& alios,in d.l.fi.C.si contra ius uel util.publ.& Doct.in dict.cap. quae in ecclesiarum. nihilo minus ubi praeiudicatur tertio, & praeiudicium non est leue etiam in ciuilibus non praesumitur iusta causa in ipso principe,si procedit parte

non

non citata,& per consequens processus & actus non valet.cl. pastoralis.ver.cæterum.de re iudi. Et istud etiam uult ibi Ant. de But.Imo.Car.& Abb.in cl.1.de causa poss.& prop.& Abb. in c.in causis.& in c.cum olim.de re iudi. & in c.cum inter. de elect.& in c.inter quatuor.de maior.& ob.& Bal.in l.fi. C.de legi.Et facit,quod no.Bar.Bal.in l.2.C.de tēp.appell. Et istud etiam tenet late Soc.in consi.264.Visa bulla Bonifacii.in ulti. char.uer.quintus casus est,&c.Et tanto magis procedit in inferiore a principe,ut.s.non possit alteri in iure quæsito grauiter præiudicare sine partis citatione,dato,quod hoc sit ei expresse concessum,quia in tal inferiore dicto casu non præsumitur iusta causa,secundum Innoc.in c.cum ad monasterium.de statu reg.in c.dudum.de elect.in c.ueniens.de fil.presb.& Imo.in l. quidam consulebant.de re iud.cum concor.Et per prædicta satis colligitur responsio ad allegata in contrarium, quoniam in
23 quantum dicitur,quod princeps † potest ex certa sciētia & de potestatis plenitudine legitimare in præiudicium substituti etiam non citati,ut uoluit late Ale.consi.3. in j.vol. Ad hoc respondetur,quod prima legitimatio non præiudicat substituto, quia de substitutione non fuit facta mentio, & quia substituti non fuerunt citati. Et similiter secunda legitimatio non nocet prædictis,quia testator expresse disposuit, ꝙ legitimatus non possit substitutum excludere,& contra uoluntatem testatoris expressam non potuit legitimans facere, quod substitutus excluderetur per legitimatum.& ex aliis causis superius deductis secunda legitimatio nihil potest operari in præiudicium substituti. Quo uero ad aliud, de quo quæritur, uidelicet,utrum d.Cæsar tanquam hæres patris possit retinere Trebellianicam quia de legitima patris non dubitatur, & omissis argumentis puto quod non.Et premitto, ꝙ hodie potest testator illam ꝓhibere,secundum communem opinionem de qua in auth.sed cum testator.ad leg.Falc.& in l.Marcellus.in prin.ad Treb.cū concord.de quibus in dictis locis.Item præmitto, ꝙ dicitur ꝓhibita, quando testator grauauit restituere totam vel integrā hæreditatem,secundum glo.in l.decem.de fideic.lib.& Pau.de Cast.& alios Moder.in d.auth.sed cum testator.& Rom.in authen.similiter eod.ti.Pau.de Cast.consi.346.Quia dicta substō &c. Et similiter præmitto,ꝙ inter filios dicti Pādulphi facta reperitur duplex substitutio.Prima est,si alter decesserit sine filiis masculis natis ex legitimo matrimonio, & alia fuit in alium casum uidelicet casu quo aliquid de bonis suis perueniret ad filios legitimatos filiorum.quòd sic probatur,nam prohibuit testator aliquem legitimari in præiudicium substitutionis, quia sua erat intentio,ꝙ aliquid de bonis suis legitimati non haberent.Ex istis ergo uerbis prolatis per modum causæ,quæ disponunt,secundum gl.Bar.in l.si socer.§.Lucius.sol.mat.& Bar.in l.ex scriptura.de dona.aperte constat,ꝙ filii do.Pandulphi sūt prohibiti aliquid relinquere ex testamento uel ab intestato dictis legitimatis & valuit talis prohibitio,ut est casus in l.codicillis.§.matre.de lega.ij.& notat Bar. & alii in l.si ita quis.§. ex lege de uerb. obl.Et ut dicitur etiam in d.§.matre.si sit factum contra dictam prohibitionem,id,in quo factum reperitur contra illam,uenit in restitutione fideicommissi,ꝙ intelligitur relictum ab illo,uel hærede eius,qui conuenit.Quia ergo in casu nostro testator noluit,ꝙ legitimati aliquid haberent de bonis suis,& hoc ꝗa illos habuit odio, & ut omnia bona sua possint ad substitutos pertinere,quicquid relictum est dictis legitimatis.uel quicquid ad illos peruenit de bonis testatoris, etiam si sit modicum, ad illos non potest pertinere, sed illud iure legati relicti ab illo qui contra fecit, puta a domino Ioanne, uel ab hærede illius,debetur alijs filiis testatoris.dict.§. matre. etiam si sit modicum, quia uerbum illud, aliquid de bonis, suis, verificatur in modico,per not.per gloss.in clementina prima de foro comp.Et probatur in leg.Gallus.§.in omnibus.de libe.& posthum. Et per consequens illud,quod veniret detrahendum per Trebellianicam uoluit testator peruenire ad legitimatum, quia alias aliquid perueniret ad illum contra uerba & mentem testatoris. Nam non minus dicta uerba, aliquid de bonis, prohibent Trebellianicæ retentionem, quam uerbum, totam uel integram, prohibeat detractionem. Et ideo si Trebellianicam uelint detrahere, illud quod detraxit ex persona patris, tenebitur iure legati, uel fideicommissi, tanquam hęres patris restituere alijs filijs testatoris & in qua Trebellianica potuit dictus legitimatus, tanquam hæres patris modo prædicto grauari,quia sicut, ut dixi,potest directo prohiberi,ita etiam potest subijci restitutioni fideicommissi, quia prohibitio Trebellianicæ in effectu nihil aliud importat, nisi quod restituatur,uel quod restitutioni subiaceat, immo po-
24 test † impediri detractio per illam regulam dolo facis petere,quod statim restituturus es, de qua in dicta l.si soc. §. Lucius. solu.matrimo.Et si dicatur,quod filius primi gradus non debet posse grauari in Trebellianica,sicut non potest prohiberi illam detrahere,ut probatur in l.iubemus.C.ad Treb.& ibi no. Bald. & Sal.Ad istud respondetur.& primo, ꝙ immo etiam filiis primi gradus potest prohiberi detractio,ut vult Cyn.in d.l. iubemus.in j.oppo.dum dicit,ꝙ ille tex.hodie corrigitur per auth. sed cum testator.C.de leg.Fal.Et idem tenet Cum.in l. cohæredi.§.cum filiæ.de vulga. & pupil. & in l. in fideicommissaria.in prin.C.ad Treb.& Alex.& Socin.in d.l.Marcellus.in princip.& Imo.expresse in l.Lucius.§.maritus, eo.tit.& Alex.consi.68.1. vol.& consi.29.5.vol.Et ista videtur verior, & cōmunior opi.
25 Et ubi non posset filius † primi gradus prohiberi detrahere Trebellianicam,nec in ea grauari,vt voluit Bal.& Sal.in d.l.iubemus.Istud est uerum,quando filius expresse prohibetur,vel grauatur expresse,sed in dubio uidetur potius hæres illius prohibitus uel grauatus in Trebellianica, ad hoc ut actus valeat, quia d.l.iubemus. solum habet locum in filio,& non extēditur ad aliam personam,& sic in eius hęrede locum non habet, ut in ea.l.in fi.& qui hæres filij potuit grauari.l.si fuerit.§.fi. cum seq.de leg.3.Et ita no.vult.etiam Alex.in d. consi. 67. Et ea ratione, quia uidemus, quòd licet in restitutione fideicommissi relicti a filio pupillo non ueniat legitima,quia illa grauari non potuit.l.cohæredi.§.cum filiæ. de uulg. & pup. si tamen relinquatur fideicommissum ab hærede pupilli,legitima uenit in restitutione fideicommissi, quia in illa hęres potuit grauari. l. si fundum per fideicommissum.§.fi.cum ibi no.de leg.3. Et etiam in dubio intelligitur potius ab hærede pupilli relictum, quam ab ipso pupillo, vt etiam in legitima grauamen possit ualere, secundum Bar.in l.qui duos.de vulga.& pup.per no.ibi.& plene traditur per omnes Moder.in l.1.§.fi.eo.tit. Preterea Cæsar liberauit patruos a residuo,& talis liberatio habet uim traditionis,ex quo illi possidebant.l.qua ratione.§.interdum.de acq.re. do.& insti.de rer.diuis.§.interdum, ideo quarta soluta, etiam per errorem iuris non posset repeti,etiam si fuisset debita. l.error.C.ad leg. Falc.& no.in l.1.de cond.indeb.& in l.cum quis.
26 C.de iur.& fac.ignor.Et similiter dici potest,quòd† impediatur detractio dictæ quartæ,si do.Ioannes non confecit inuentarium.Et quamuis Doct.in hoc sint varij,& Bar.& multi alij in d.l.Marcellus.uelint,ꝙ propter hoc quarta non perdatur,& quidam etiam dicant esse communem opinionem,pro qua cōsuluit Alex.consi.67.4.vol.& consi.30.5.volum.nihilo minus contraria opinio videtur verior de iure, & etiam magis communis,& quam tenuit Iaco.de Arc.Cuma.& Imo.in l.cum tale.1.de cond.& demonst.Richa.Malumb.Pet.Cyn.Bal.Fulg.& Sal.in d.auth.sed cum testator.Old.consi.134.Satis credo,&c. & ipsemet Barto.sibi contrarius,in consi.224.Lena Matarelli, &c.Imo.Raph.& Soc.in d.l.Marcellus.dicens etiam, quòd hāc opi.sequeretur consulendo & iudicando.& Rom.latè idem tenet in d. authen.similiter.& Pau.de Cast.etiam sibi contrarius consil.209.Super primo dubio.& Mate.notab.158.& Pet. de Mata.in repeti.l.filium quem habentem.C.fam.erc.in ult.col. qui etiam dicit hanc esse communem opin.& Ang.Are.in §.in extraneis.insti.de hær.qualit.& differē.dicit,ꝙ ita fuit iudicatū Ferrariæ.Et pro qua opinione etiam late consuluit Cor.in cōs. 303.Plura quæsita,&c.1.uol.qui respondet omnibus,quæ allegantur in contrarium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Sub generali,& simplici facultate legitimandi an contineatur, quod extantibus legitimis quis legitimari possit. & nu. 2.*

3 *Comes an habeat potestatem legitimandi ad feuda extantibus legitimis filijs.*

4 *Statutum & omnis alia dispositio debet ita intelligi, quantumcunque sit generalis,& interpretari,ut non dicatur sublata citatio.*

Parti-

5 *Participium absolute positum facit conditionem de futuro, quã uis sit præsentis temporis.*
6 *Testes singulares an probent.*
7 *Difficilius dispensatur cum spurio quam naturali.*
8 *Legitimatio an possit fieri in præiudicium legitimorum filiorũ, seu substituti. & nu. 9. & 21.*
10 *Confessio patris non nocet filio.*
11 *Volentibus non dicitur præiudicium inferri.*
12 *Legitimatio ab initio nulla ex defectu consensus filij legitimati conualidatur postea consensu interueniente.*
13 *Inclusio unius est alterius exclusio.*
14 *In priuilegio si apponatur clausula, non obstantibus, quid operetur illa clausula. & nu. 15.*
15 *Voluntatis mutatio non præsumitur, nisi expresse appareat.*
16 *Papa mandans alicui prouideri de beneficio proxime uacaturo includitur beneficium, quod uacabat tempore datæ.*
17 *Confessioni matris an credatur in præiudicium filij.*
18 *In his quæ dependent ab animo alicuius, anstetur eius dicto.*
19 *Compater an possit esse testis pro compatre.*
20 *Veniens contra propriam confessionem non auditur.*

CONSILIVM LXXXI.

VISO processu agitato inter illos de Lauezolis, & & ponderatis omnibus deductis hincinde, prima facie dicendum uidetur, quòd intentio Cæsaris agentis non sit legitime fundata. Aut enim uult admitti ad feuda ex legitimatione, aut ex principis rescripto. Primo casu uidetur, ꝙ venire non posit, tanquã legitimatio sit nulla ex defectu causæ efficiẽtis, quia comes, qui legitimauit extantib. filijs legitimis, & naturalibus, legitimare non potuit, cum hoc casu specialiter & expresse nõ sit ei facultas legitimandi concessa, prout concedi debuit, quia sub gene-
1 rali, & simplici facultate legitimandi † non continetur, quod extantibus legitimis quis legitimare posit, secundum Bal. in l. cum filius. de testa. mil. & in auth. præterea. C. de nat. libe. Et ꝓbatur ex rationibus alleg. per Bal. in c. domino guerram. in tit. hic finitur lex Conra. Et idem etiam est de mente Ant. de Butr. in c. per uenerabilem. col. 15. vers. idem puto, &c. Et hoc etiã expresse uoluit Pau. de Cast. in l. Gallus. §. quid si tantum. de lib. & pos. dicens, quòd inspicienda est potestas legitimandi data comiti, & quod in dubio non censetur data, nisi eo modo, quo princes esset legitimaturus ex ordinariá potestate. Et licet ipse posit extantibus filiis legitimis spurium legitimare de plenitudine potestatis. §. si quis ergo non habens. & §. generaliter. in authen. quibus mod. nat. effi. sui. tamen comes non potest, nisi ei sit specialiter concessum, quod dicto casu posit legitimare. Et cum eo transeunt alii Moder. & idem voluit Pau. de Cast. in consi. 123. inci. Super eo, quod primo loco, &c. & Alexã. consi. 60. inci. Visa legitimatione, &c. 2. vol. in consi. 187. & seq. 5. uo-
2 lum. Quinimmo † in casu nostro videtur facultas legitimandi expresse denegata comiti dictis filiis legitimis extantibus, ex quo conceditur absque præiudicio succedentium ab intestato, prout in terminis etiam uoluit Pa. de Cast. in d. consi. 123. ubi concludit, quod per illam clausulam, absque præiudicio prolis legitimæ, &c. uidetur prohibuisse legitimationem, quando extant filii legitimi, ex quo non reperitur comiti concessa potestas legitimandi illis extantibus. Et subdit, ꝙ talis interpretatio est sumenda tanquam minus deuiãs a iure communi, quia per illam ius commune minus læditur, & cum eo transit Alex. in d. consi. 188. 5. vol. col. pen. vers. & non obst. dum in sexto argumento, &c. Idem est ergo dicendum de prædicta clausula, sine præiudicio venientium ab intestato, quia non differt ab illa alia, scilicet sine præiudicio prolis legitimæ, &c. l. 3. §. de illo. & ibi not. Barto. ff. pro soc. & per Bar. in l. 3. in fi. de leg. i. & præ-
3 sertim dicendum est, quod† non habeat potestatem comes legitimandi ad feuda extantibus filiis legitimis comprehensis in inuestitura aui, quia illis in dubio non uidetur princeps uoluisse præiudicare. leg. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ne quid in loco publ. & per Anto. de Butr. in d. cap. per uenerabilem. in uersi. præal. ubi dicit se putare, quod habens potestatem a Papa, uel Imperatore non potest legitimare in præiudicium alterius, quia concessiones intelliguntur sine alterius præiudicio. d. §. merito. Et in specie hoc uoluit Iaco. de Bel. in c. naturales. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. ubi dicit, dum gl. ibi uult, ꝙ legitimati succedant in feudis, si hoc expresse dictum sit. hoc tamen debet intelligi, quando nulli extabant legitimi, secus autem si extabant. Et idẽ tenet ibi And. de Iser. & Ale. in d. consi. 60. in prin. & ibi etiam tentat, ꝙ illa glo. non sit uera, nisi in feudis principis legitimantis, non autem in feudis concessis ab alio, sicut in casu nostro. Et refert Sal. ita voluisse consulendo & disputando. Et ubi etiam extantibus dictis filiis Comes legitimare posset, tamẽ citare debuisset, ex quo ex inuestitura, & maxime aui, fuerat eis ius quæsitum, quod ab eis per patrem, qui preces obtulit, & legitimationem impetrauit, auferri no. poterat. c. 1. de suc. feu. Et sicut dicitur de emphyteusi recepta ab auo, ut non posit nepotibus per patrem præiudicari, ut per Ale. late in consi. 7. 3. vol. & in consi. 106. cum seq 4. uol. & in consi. 22. 5. vol. Vnde dictis filiis legitimis non citatis in dicto iure feudi, quamuis spe tñ quæsito, non potuit per legitimantem præiudicari. Quemadmodum legitimatus pẽdente conditione fideicommissi non excludit fideicommissarium non citatum, quia ab eo nón citato non potuit auferri ius fideicommissi consistens in spe tantum, ẜm Petr. de Ancha. in consi. 428. incip. Circa primum quæsitum. & Alex. in consi. 67. & cõsi. 94. 1. vol. & l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & post. & ibi etiam uult, ꝙ ubi filiis in legitima præiudicaretur, quod legitimatio illis non citatis sit nulla. Et idem uoluit in quodam consilio inserto inter consilia Cur. numero 18. & Alexander in l. ex facto. in princ. 5. col. de vulg. & pup. per rõnes plures, ꝗ formaliter conueniunt casui nostro. Quamuis ergo Comes habeat potestatem legitimandi etiam ad feuda, nihilo minus debet intelligi & interpretari, citatis illis, de quorum præiudicio agitur, secundum Pet. de Anch. in consi. 271. inci. In primo du-
4 bio. ubi concludit, quòd† statutũ & omnis alia dispositio quantumcunque generalis debet ita intelligi & interpretari, ꝙ non dicatur sublata citatio per plura. quæ ibi allegat. Et idem tenet Alexand. in consi. 82. 2. vol. & 6. vol. Non ualuit etiam legitimatio ex alio, quia narratum est, Cæsarem natum ex coniugato & soluta, & tamen mater erat coniugata, ut dicitur esse probatum, secundum Oldr. in consil. 147. Factum tale est, quidam. Et Io. And. in addi. Spe. in rubr. qui fil. sint legi. & per Ale. cons. 195. 2. vol. cum concor. de quib. ibi per eũ, & per Mod. in c. postulasti. de rescr. Non potest etiam Cæsar admitti ad feuda, tanquam sit habilitatus per Illustrissimum ducem Ferrar æ, vt possit in feudis ab eo concessis succedere. Et primo, quia non probatur, quòd Petrus supplicauerit, sed negatur, nec ꝙ mandato suo alius rescriptum impetrauit, quod sine mãdato speciali nõ potest impetrari. cap. nonnulli. §. j. de rescript. nec mandatum præcessisse præsumitur ex diuturnitate temporis, secundum Bald. in leg. 1. C. de rebus alien. & Alexand. in l. qui in alien. in principio de acquirenda hæreditate, & facit, quod not. Barto. in leg. cum mater. de usucap. Præterea habilitatio huiusmodi fuit concessa consentiente patre & filijs legitimis quod partici-
5 pium † absolute positum facit conditionem de futuro, quamuis sit præsentis temporis, quia idem faceret, etiam si esset præteriti temporis, quod est fortius. l. a testatore. de condi. & dem. & declarat Bart. in l. 1. de condi. & demon. iuxta fi. 6. q. Pro implemento igitur conditionis non sufficit constare de consensu filiorum, sed etiam de consensu patris post ipsam concessionẽ & habilitationem. l. si hæredi plures. de conditio. institut. quod autem pater consenserit post rescriptum principis, non est le-
6 gitime probatum, quia quamuis plures testes † sint examinati, omnes tamen sunt singulares, præcipue ratione loci, ut ex dictis & ex lectura eorum facile colligi & percipi potest. ideo non probant, ut not. in l. ob carmen. §. fin. de proba. & cap. licet causam. de testibus & cap. cum dilecti. ad fin. de accu. & in cap. cum dilecti. & in c. bonæ, el 1. de elect. Et præcipue hoc verum est dempto testimonio d. Stellæ, quæ nihil probat, eo quia fuit condemnata de crimine falsi, & sic damnata publico iudicio. l. 3. §. lege Iulia. ff. de testibus, & similiter dempto testimonio Frãcisci Pozati, quo Cæsar non uult uti, quia uarius est & contrarius, quinimmo uidetur, ꝙ de dissensu patris expresse appareat ex duobus. Et primo ex quadam supplicatione, quæ dicitur eius manu scripta, in qua narrat, Cæsarem eo inscio & contra eius uoluntatem obtinuisse a d. do. duce dispensationem succedendi

dendi in feudis, in qua etiam petit rescriptum, & concessionẽ reuocari. & quamuis non fuerit producta, ex ea tamen satis cõstat de eius uoluntate, arg. l. fin. de reb. eorum. Secũdo de dicto dissensu, & uoluntate contraria patris satis probatur ex renouatione feudi recepta pro se & filiis suis simpliciter, nulla specialiter mentione facta de d. Cæsare, de quo facienda erat mentio specialis si dictum Cæsarem in feudo succedere uoluisset, quia princeps in rescripto mandat Petrum inuestiri pro se, filius, ac etiam pro dicto Cæsare d. Petro consentiente. Et sic appellatione filiorum uidetur, quòd Cæsar non continetur in inuestitura pro filiis recepta, ex quo mandatur, quòd etiam specialiter pro d. Cæsare recipiatur. l. doli clausula de uer. ob. l. cohæredi. §. qui patrem. de vulg. & pup. & l. sanctio legum. de pœnis. Ex alio etiam uidetur, ꝙ dictum rescriptum non prosit, & ꝙ nihil operetur. Quia principi rescribenti in precibus narratur, Cæsarem fuisse naturalem, cum re uera esset spurius, & ex adulterio natus, ut no. in cap. nisi cum pridem. de renun. & per Spec. in tit. de succes. ab intest. §. 1. ver. nunc de naturalium, &c. & Io. And. in rub. qui filii sint legi. & Bar. in l. fin. de concubi. & Ang. in auth. de trien. & semis. §. consideremus. & ideo ꝓpter hoc habilitatio ad feudum & dictum rescriptum est subreptitium, quia † difficilius dispensatur cum spurio quam cum naturali. c. per uenerabilem. in fin. qui filii sint legi. & ibi not. d. Anto. in 2. colum. versi. nunc descendo, &c. & propterea Alex. in d. consi. 60. in vlt. col. dicit, quòd legitimatio spurii non ualet, si se naturalem esse narrauit, per multa, quæ ibi allegat. Et faciunt not. per eum in consi. 195. Nobilis vir Folonius. in eo. 2. vol. Item in dictis precibus narratur, ꝙ Cæsar fuit etiam ad feuda legitimatus per habentem potestatem, & tamen hoc non erat uerum, quia Comes extantibus legitimis non potuit ad feuda nec ad alia bona legitimare, maxime stante illa clausula absque præiudicio succedentium ab intestato. Et ubi etiam potuisset Comes legitimare, legitimi debuissent citari. Obreptio ergo & falsi expressio vitiat rescriptum. l. sed si hac. §. patronum, de in ius vocan. & ibi no. Ang. & facit etiam tex. in l. 1. C. de nat. resti. Sed præmissis non obst. arbitror, quod Cæsar omnino admittatur ad feuda pro virili vna cum alijs filiis Petri Lauezoli. Et primo præmitto, ꝙ Cæsar fuit legitimatus authoritate apostolica etiam ad feuda, & quamuis restarent filii legitimi d. Petri, ex quo tamen de illis comiti legitimandi fuit facta mentio, & sic quia de illorũ superexistentia habuit notitiã Comes, legitimatio ualuit. Et licet non fuerit † sibi cõcessum specialiter, ꝙ legitimare possit extantibus etiam legitimis, per hoc tamen legitimatio in substantia non uitiatur, sed solum non tenet dictis filiis extantibus quo ad extensionem præiudicii. Vnde per talem legitimationem Cæsar desiit esse spurius, & factus est legitimus. leg. Imperialis. C. de nup. cum ibi not. per Bald. & Salic. sed sine præiudicio aliorum filiorum legitimorum, & quo ad hunc effectum duntaxat dici potest legitimatio nulla, per allegata primo loco in contrarium, quæ quantum ad hoc possunt habere locum, & non quo ad impediendum legitimationem in substantia, ut probatur ex not. per Anton. de Butr. in d. cap. per uenerabilem. circa. 7. chart. versicu. ego credo, &c. ubi dicit, quod si non exprimitur aliquid de iure tertii, quod ualet legitimatio, sed ad damnum illius, de cuius præiudicio agitur. Et idem etiam probatur ex notatis per dom. Card. ibi, cum quo etiam transit Præposi. in §. quod autem. in fin. 14. colum. ubi dicunt, ꝙ quamuis dicatur, ꝙ legitimatio non valet, si de filiis legitimatio non sit facta mentio secundum Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de succes. ab intest. §. 1. versic. ex facto quæritur, &c. & Anto. de Butr. in cap. per uenerabilem, & per eum in consil. 2. & Pau. de Castr. & Moder. in d. §. & quid si tãtum. & Pau. de Cast. in d. consi. 223. & Alexandr. consil. 25. & 67. 1. volum. Nihilominus dicto casu legitimatio ualet in substantia, sed in præiudicium dictorum filiorum non habet effectum. Et hoc etiam in simili dicit, & dicto modo loquendi utitur Innoc. in cap. humilis. de maior. & obedi. quem etiam refert & sequitur Bald in leg. ab eo. C. quemodo, & quando iudex. ubi dicit, quod si non est citatus ille, de cuius præiudicio agitur secundario, quòd iudicium non ualet quo ad extensionem præiudicii, sed in substantia tenet, de quo etiam per Roman. leg. peregre. §. quibus, de acquiren. possess. & per Ale. in l. de unoquoque. in prin. de re iud. & in casu nostro probatur etiam hoc ex uerbis priuilegij cõcessi Comiti dum in eo dicitur, ꝙ † legitimare possit sine præiudicio succedentium ab intestato, quæ uerba significant, & important, ꝙ legitimatio filijs extantibus illis non præiudicet, & ꝙ valeat quoad alia, ex quibus eis præiudicium inferri non potest, quia exceptio illa, scilicet absq; tamen præiudicio, firmat, ꝙ in aliis valeat legitimatio. l. quæsitum. §. deniq. de fun. instr. §. ut autem. in authen. de non alie. & in l. his. de legi. Et ex hoc colligitur, ꝙ ex defectu citationis non deficit substantia legitimationis, sed quod solũ ex ea non citato non infertur præiudicium. Et istud etiam valet legitimatio quo ad honores, & quo ad alia, non autem quo ad successionem paternam. Et sic uult, quòd in substantia legitimatio non deficiat, sed solum quod non possit in successione alijs præiudicare. Nam de essentia legitimationis non est, quod filius succedat patri, quia potentia succedendi est separata a filiatione, & potest filiatio stare sine ea, secundum Bar. in l. is potest. de acq. hær. Et ideo potest filius uere esse legitimus quãuis patri succedere non possit ex forma statutj uel de iure communi. l. maximum uitium. C. de libe. præte. uel quia cum iuramẽto renunciauit successioni paternę. c. quamuis. de pact. in 6. Et ita etiam in terminis nostris per dictam rationem dicit Soci. in cõsil. 246. inci. eleganter, & subtiliter, &c. uersi. 2. prima legitimatio, &c. Nec obst. quod Cæsar dicatur natus ex adulterio geminato, & non ex simplici, vt fuit narratum comiti, quia quod mater esset nupta, non probatur, quia primi duo testes deponunt tantum de auditu a Petro, & ideo non probant, quia talis confessio † patris non nocet fil o. l. fin. de proba. & præsertim quia tempore quo petiit illum legitimari, confessus est contrarium præsente Cęsare, & alia confessio est in absentia patris, quæ se fundat in illa, ideo non probat. l. certum. §. si absente, de cõfes. & quia testes etiam in hoc sunt singulares, tertius testis de hoc nihil probat. Et quartus etiam non probat, quia licet dicat, Cæsarem esse natum post matrimonium contractum a matre, potuit tamen esse conceptus antea, ideo probatio non concludit, vt not. in l. eum actum. de neg. gest. & per Bart. in l. non solum. §. sed vt probari. de ope. no. nun. Item ista mulier est sola, & uni non creditur. leg. vbi numerus. de testibus, & est famula producentis, ideo repellitur. l. etiam. & ibi per Doc. C. de testibus, & per gloss. & Doc. in c. in literis. eod. tit. & l. seruos. & ibi per Sali. C. de quæstionibus, & quia etiam probatur contrariũ, scilicet, qđ mater Cæsaris non erat nupta tempore eius natiuitatis. Quamuis ergo dicta legitimatio, per quam Cæsar desijt esse spurius, & per quam factus est legitimus, p se sola non operetur, vt in feudis possit succedere, quia sine præiudicio aliorum fuit facta, nihilo minus ex quo alij postea consenserunt, quòd ad feudum Cæsar simul cum eis uenire possit, eorum præiudicium cessat, quia volenti & consentienti præiudicium non dicitur inferri. nullam enim iniuriam accipere potest qui semel uoluerit, ut dicit text. in l. in diem. de aqua plu. arc. Et facit. l. cum donationis. C. de transac. Vnde cessante pręiudicio illorum ad feuda Cæsar inuenitur legitimatus, & consequenter sub uerbis inuestituræ intelligitur comprehensus, ut not. in d. cap. naturales. si de feu. fue. contro inter dom. & agn. & non minus quã si prędicti consensissent ante legitimationem uel tempore legitimationis. Quoniam certum est, quod legitimationi factæ ad feuda non potuissent alii filii consentire, & consentiendo sibi præiudicare. l. 2. & l. pe. in prin. de nata. restitu. quod si factum fuisset, legitimatio facta ad feuda ualuisset, quia † illis uolentibus non diceretur præiudicium inferre. Et sic sub uerbis inuestituræ tam præcedentis quam renouationis subsequentis comprehensus diceretur, & non minus quam alius quilibet filius legitime natus. Idem ergo si consensus dictorum filiorum subsequatur, quia inter consensum præcedentem uel subsequentem nihil interest. l. si autem. de aqua plu. ar. ibi, & placet nihil interesse, vtrum præcedat uoluntas aquæductionem, an subsequatur, quia posteriores uoluntates Prætor tueri debet, &c. & ibi Bar. no. quod ubi requiritur consensus vel voluntas, quod potest procedere & sequi. & l. fin. C. ad Mace. & l. ratum. de solutioni. Et hoc est uerum, etiam si ex interuallo consensus superueniat, secundum Bar. & Doc. in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acq. hære. dummodo actus præcedens nullus sit solum ex defectu consensus, sicut in casu nostro, quia tamen in illo superueniente conualidatur. l. licet. de iudi. Inn. in c. prudentiam. in

in prin. de off. deleg. Imo. & Alex. in d. §. iussum. Anto. de Butr. & Imo. in c. cum consuetudinis. de consuet. & in cap. cum nos. de his quæ fiunt a præl. & c. Quia ergo Cæsar ad petitionem patris fuit legitimatus etiam ad feuda, & eius fratres ex post facto consenserunt, quod in feudis succederet simul cum eis legitimatio, quę ab initio ex defectu dicti consensus non potuit in eorum præiudicium ualere, validatur vt ex retro quantum ad dicta feuda, per prædicta, & per generaliter. in authen. quibus
12 mod. nat. effi. leg. ubi habetur, quod† legitimatio, quæ fuit nulla ab initio ex defectu consensus filii legitimati conualidatur, si postea filius consentiat, & no. Bar. & Doct. in d. l. Gallus. §. forsitan. Eadem ergo ratione idem & in casu nostro. Et sic Cæsar intelligitur, vt dixi, comprehensus in inuestitura & in reuocatione sicut alii, ac si a principio dicta legitimatio dictum Cæsarem ad dicta feuda fecisset habilem. Et propterea dicta legitimatio, superueniente etiam consensu dictorum filiorum Cæsari sufficeret, etiam absque alio rescripto ducali. Et quamuis Sali. consulendo & disputando dixerit, quod consensus domini feudi est etiam necessarius, reprobando gloss. in d. cap. naturales, ut refert Alex. in d. consi. 60. tamen glo. in d. c. naturales. est tenenda in consulendo & iudicando, quia est communiter approbata. Et præsertim in casu nostro opinio Sal. non procedit, in quo non est data potestas legitimandi sine præiudicio succedentium ab intestato. Excipiendo ergo istos summus Pontifex, quibus non uult præiudicari, uidetur concedere, quod
13 cum præiudicio aliorum possit † legitimari, quia unius inclusio, est exclusio alterius. l. cum prætor. in prin. de iudi. & faciunt no. per Dyn. & Docto. in l. legata inutiliter. in princ. de leg. 1. & per Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tertul. Et quia ut dixi, exceptio firmat regulam in contrarium, vt etiam probatur in l. tribunus. §. fi. de testa. mili. & per Bal. no. in l. 1. §. fi. in fi. ff. de feriis. & tanto magis, quia Papa concedendo dictam facultatem legitimandi ad feuda, utitur clausula, non obstante, per quam uti videtur plenitudine potestatis, secundum Bald. in l. si testamentum. C. de testa. & Ant. de But. & Imo. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. & Alex. in l. quamquam. C. de testa. mil. & de qua potestatis plenitudine potuit Papa, & uoluisse præsumitur domino feudi præiudicare, secundum Bal. in prelud. feud. circa 12. col. uer. item dicit And. de Iser. & c. Sal. in l. fi. C. si contra ius uel util. publ. & Ant. de But. in d. c. quæ in ecclesiarum. cum concor. de quibus plene per Alexã. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur. ubi dicit, hanc esse communem opin. qua clausula, non obstan
14 tibus, comes† legitimans vti etiam potuit, ex quo ea usus Papa est in priuilegio legitimandi. Et ubi etiam non fuisset in legitimatione apposita, haberetur pro expressa, secundum Bald. no. in l. eam quam. C. de fideicom. in 7. col. uer. ego interrogatus fui, & c. & Pau. de Cast. consi. 230. incip. Dubitatur, & c. in tertio dub. quæ etiam clausula, non obstante, & c. generalis sufficit ad derogationem. ca. naturales. si de feu. fuer. controuers. inter do. & ago. secundum Aluar. Præposit. & alios Moder. ibi contra Bald. Et idem etiam vult Raph. Cum. in consi. 168. inci. Reuerendus presbyter, & c. in 2. colum. & idcirco hoc casu etiã quo princeps utitur plenitudine potestatis, non potest habere locum, quod dicit Salic. in dict. consi. & in dispu. de qua per Alexan. in prædicto consi. Præterea in casu nostro interuenit etiam consensus domini feudi, & quamuis fuerit conditionalis tamen conditio fuit purificata, vt statim declarabitur. Ex alio quoque dictus Cæsar ad feudum est admittendus, quia illustrissimus dux Ferrariæ dominus feudi ex certa scientia de plenitune potestatis, & non obstantibus quibuscunque in contrariũ facientibus, dispensauit & habilem fecit dictum ad successionem dicti feudi, consentiente supplicante, & dictis tribus eius filiis, quæ conditio fuit adimpleta, & purificata. Nam de consensu patris in conditione posito per principem rescribentem constat eo, ipso, quod pater Cæsarem etiam ad feuda legitimari petiit & uoluit. Et quamuis dictus consensus præcesserit, in illo tamen dicta conditio de futuro importata per ablatiuum absolute positum adimpleta fuit, quia vbi cõdo casualis apposita est per verba futuri tẽporis, si quidem erat impleta tpe, quo conditio fuit expressa, ignorãte illo, qui conditionẽ apposuit, dispositio habetur pro pura. l. hæc conditio filiæ meę. §. fin. de condi. & demonst. & per Barto. in l. seq. quæ incip. si iam facta. Prędicta autem conditio, s. si pater consentiet, respectu principis rescribentis dr̃ casualis, ex quo pendet a voluntate alterius, ſm Bar. in l. Seiæ. §. Caio. de fun. instru c. & Are. in consi. 1. col. 4. versi. hoc præmisso, & c. Et ꝙ princeps rescribens ignorauerit patrem consensisse, probatur ex assertione & confessione partis contrariæ, dum dicit, ꝙ supplicatio non fuit porrecta per Petrum patrem Cæsaris. sed per dictum Cæsarẽ patre ignorante. Et ſm intentionem partis contrariæ, ipsemet Petrus in quadam supplicatione eius manu scripta negat, ad eius petitionem & instantiam dictum rescriptum fuisse obtentum. Vnde si ita est princeps scire non potuit Petrum prius consensisse, licet in supplicatione narretur, Cæsarem fuisse legitimatum ẽe ad feuda ad preces patris, ex quo, ut dictum est, per partem aduersam negatur, narrationem talem, de qua in supplicatione, fuisse factam a dicto Petro, vel ad eius instantiam. Quamobrẽ etiam si ita sit, ꝙ Petrus supplicationem non porrexerit, aut ꝙ eo mandante porrecta non fuerit, verum est tñ, ꝙ cõsensit, qñ filium legitimari petiit. pro pter quem consensum præcedentem, de quo princeps ueram sciam non habuit, ut pars aduersa consentit, negando ꝙ Petrus aut alius eo uolente supplicauerit, rescriptum quo ad patrem dicitur purum, vel hr̃ pro puro. d. §. fi. Nec refert, ꝙ legitimatus fuerit Cęsar sine præiudicio filiorum legitimorum, & sic ꝙ consensus patris fuerit limitatus, quia cum filii postmodum consenserint, non dr̃ de illorum ꝑiudicio agi, & illorum consensus trahitur retro, & operatur ac si tempore legitimationis consensissent, ut ex præcedentib. colligitur. Et dato etiam ꝙ dicta cõdõ. de qua in rescripto, non esset impleta quo ad patrem ex consensu preterito, ut quia princeps sciuisset patrem consensisse, quo casu requiritur nouus cõsensus, ex quo implementum conditionis est reiterabile. d. l. si iã facta. de cond. & dem. nihilo minus dr̃, ꝙ pater tpe rescripti cõsensit, & ẽt post rescriptum, & sic ꝙ dicta condõ quo ad patrem impleta fuit. Nam licet negetur, Petrũ Cæsaris patrẽ supplicationem porrexisse, ex quo tamen illa uerba referuntur solum ad personam Petri, & ex verbis apparenter constat, ꝙ Petrus intercedit, in dubio præsumitur, ꝙ Petrus supplicauerit, & ꝙ ipse præces obtulerit, quia non præsumitur alia persona submissa, uel ab alio supplicatio porrecta. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de uerb. oblig. Et ita per istam rationem in terminis uoluit do. Abb. in c. nonnulli. §. 1. de rescrip. circa ultim. colu. versi. si uero in rescripto, & c. & hoc tanto magis in casu nostro est præsumendum, ex quo constat, ꝙ Petrus prius consenserat. s. tempore legitimationis, qui consensus prius adhibitus præsumitur durare. l. cum tacitum. de proba. l. 3. §. fi. de adimen. leg. & c. cum Marthe. de celeb. miss. Si ergo dict. Pet. tempore rescripti impetrati, & etiam prius consensisse dicitur, adhuc consensus post impetrationem durauit, antequam contra
15 xisse appareat, quia, ut dixi, mutatio † voluntatis non præsumitur. Et propterea quia post impetrationem & rescriptum dicitur Petrus præstitisse consensum, in illo purificatur dicta conditio de futuro, ut probatur ex no. per glo. in clem. 1. de cõ
16 ces. præb. in uerbo notitia. quæ uult, ꝙ si Papa mandat † prouideri de beneficio proxime vacaturo, quod includitur beneficiũ quod uacabat tempore datæ, & ea rõne, quia beneficium, qđ vacabat tempore datæ, uacauit etiam in futurum, antequam esset alteri collatum, quæ ratio etiam militat in casu nostro, & ꝑ quam constat, ꝙ illud est uerum sine distinctione, & sic siue Papa sciuerit beneficium uacare, siue non. Et cum ea simpliciter & indistincte transeunt canonistæ. Et idem uoluit gl. in c. post quam de elect. lib. 6. communiter approbata, cum qua ẽt transit Im. in l. si ita legatum esset. de condi. & demon. & in l. hoc articulo. de hær. insti. Lap. & Dom. in c. si propter. de rescr. in 6. & Soc. in l. hæc cõdõ. §. fi. eo. ti. ubi dicit, hanc ẽe communẽ opinionem, quamuis aliq aliter dixerint, de quib. ibi ꝑ eũ. & Alex. in l. Titius. §. Lucius. de lib. & posth. Nec obst. ꝙ Petrus postea in quadam alia scriptura dixisse dicatur, ꝙ non supplicauerit, & ignorauerit talem supplicationem fuisse principi porrectã, quia etiam si sit probatum, talem scripturam fuisse eius manu scriptam, tamen dico, ꝙ confessioni patris in hoc nõ stat, cũ iuris præsũptio sit contra eũ. Quia, ut dixi, iuris præsũptione ab illo, uel eo uolente, supplicatio porrecta, ut probatur in l. fi. in
17 fi. de proba. ubi hr̃ † ꝙ confessioni matris non creditur in præiudicium filii si dicat, illum ẽe ex adulterio natum. Et hoc quia præsumitur natus ex marito, etiam si constaret de uxoris adulterio.

terio.l.miles.§.defuncto.de adulter.& ibi no.Bar.Et sicut etiã
8 dr.ꝙ quamuis † in his,quæ dependent ab animo alicuius,ſtet dicto eius,ut no.in §.aliæ.Inſtit.de actionib.tamen fallit, quñ ꝯ cum eſt præſumptio iuris,ſm Inn.& Io.And.in c.2.de conſtitutionib.& Bar.in l.omnes.§.recte,de furt.& in l.2.§.ſi a pupillo lo.ff.pro empt & plene no.in c. ſignificaſti,el 1. de homicid. Nec etiam Cæſari nocet,ꝙ pater in eadem uoluntate non perſeuerauerit,quia pro implemento condõnis,de qua in reſcripto,ſatis eſt,ꝙ ſemel uoluerit,prout uoluiſſe dicitur tempore reſcripti ab eo obtenti iuris præſumptione,ut dixi,& etiam poſt, antequam contradixerit,quia uſq; ad tps cõdõnis in eadem voluntate præſumitur perduraſſe,vnde non curatur,ꝙ in eadem uoluntate non permanſerit.l.ſi quis hæredem.C.de inſti.& ſubſtitutionibus & in l.in ſubſtitutione.& ibi no.de uulg.& pup. Nam ſufficit,ꝙ ſemel quis ad commodum alterius uoluerit,ꝗuis uoluntas non perſeueret,ut dicit tex.in l.1.§.poteſt.ff.quorum legato & in d.l.in diem.de aqua pluuia arcen.cum cõcor. de quib.per gl.in dictis locis.Præterea de conſenſu patris conſtat etiam poſt reſcriptum impetratum, ut probatur ex d. Antonii de Blanceta primi teſtis examinati coram arbitris qui facit etiam fidem coram iudice,maxime cum ſit mortuus.l. fi.& ibi per omnes.C.de teſtibus & l.cum antea.de arbitris. Nec e-
19 tiam repellitur † ex eo,quia ſit compater, ex quo non reperitur prohibitus.l.3.in prin.& ibi no.ff.de teſti. & prout uoluit Bar.in conſi.incip.In quæſtione uertente inter do.Simonem &c.& Bald.& Sal.in l.parentes.C.de teſtibus & Rom. Alex. & Sal.in l.generaliter.de in ius uocan.quicquid ibi dicat Bal.qui etiam non dicit,quod non poſſit eſſe teſtis pro compatre, ſed pro illo,quem leuauit de ſacro fonte.Iſte enim teſtis deponit, quod ſupplicationem portauit d.Petro in uilla Ciſtæ de mandato Cæſaris,& quod ea lecta d.Petrus gauiſus eſt,& ſic ꝙ fuit contentus,ꝙ etiam apparet ex eo,ꝙ dictam ſupplicationem retinuit,& per quam retentionem probatur.ꝙ conſenſit.l. ſi filius.ad Maced.& per Barto.in l.quo enim,rem ratam haber.& ꝙ de eadem ſupplicatione deponat,ſatis apparet,quia dicit,ꝙ illa,quam detulit,erat eiuſdem tenoris,cuius eſt iſta,de qua agitur,& quia pluralitas actuum non præſumitur.l.fi.& ibi no. Bal.C.de rebus credi.& c.in pręſentia.uerſic.verum.de proba. & not.per glo.in l.eum qui.§.in popularibus,de iureiu.& per Bal.in l.2.C.de erro.aduoca.& in l.conuenticula. C. de epiſ.& cler. Et cum iſto teſte concordat etiam d.Stella uxor d.Petri, quę deponit de eadem delatione ſupplicationis facta per Antonium d.Petro,& de retentione ac tenore.Nec obſt.ꝙ illa fuerit de falſo condemnata,quia hoc contigit,& factum fuit poſt quam apud arbitros depoſuerat, & non tempore,quo coram arbitris examinata fuit.Satis ergo eſt,ꝙ tunc idonea fuerit,quia tempore depoſitionis conſideratur conditio teſtis,nec nocet, quòd poſtea efficiatur infamis.l.2. §. duæ. & ibi per Barto.de Carb.edic.Et facit,quod no.in l.pen.C.de teſti. & per Barto. in l.1.§.ſeruus.de quæſtionibus cum concord.Nec refert,ꝙ tẽpore repetitionis factæ coram iudice eſſet infamis mulier iſta, quia in repetitione illa uim non facio,quæ non fuit neceſſaria ſed in primo examine facto coram arbitris, quod ſufficit etiã coram iudice abſque alia repetitione,etiam ſi teſtis uiuat. d. l. fin.C.de teſti.& d.l.cum antea.ſi modo pars,contra quam fuerunt prius examinati,non dixerit nolle ſtare teſtibus examinatis coram arbitris,ſed uelle,quod repetantur.d.l.fin. Et quamuis etiam non appareat Petrum conſenſiſſe in præſentia Cæſaris,non eſt curandum,quia etiam in abſentia ſufficit illum cõſenſiſſe,ut no.in l.ſi ego,de neg.geſtis,& per Barto.in d.l.quo enim,rem ratam habe.Quia ergo per dictos teſtes probatur,ꝙ Petrus conſenſit,etiam ſi ſupplicatio fuiſſet porrecta a Cęſare,ut etiam dicit pars aduerſa,adhuc tamen reſcriptum ualeret & effectum haberet,quia licet ad impetrandum requiratur ſpeciale mandatum,c.nonnulli.§.1.de reſcr.poteſt tamen ꝑ coniunctam perſonam impetrari,vt dicitur ibi.Et quãuis filius ſpurius nõ dicatur quãtũ ad hoc perſona coniuncta,ſm Inn. & alios ibi,& in locis allega.per Moder.tamen,ut dictũ eſt,ĩ ſubſtantia Cæſar per legitimationem deſiit eẽ ſpurius.d.l.imperialis . & ibi per Bald.& Salic.C.de nup.propterea dicitur cõiunctus a filiis legitime natis nihil differre excepto iure ſuccedendi illis extantibus,ut ſuperius dixi.Superueniente igitur conſẽſu patris ex ratihabitione eius impetratio reſcripti ualuit non

non minus quam ſi a patre petitio fuiſſet porrecta, ſecundum Hoſt.Io.And.& Imo.in c.ex parte.de reſcr. De cõſenſu ẽt filiorum non poteſt rationabiliter dubitari , quia de illo conſtat ex publicis inſtrumentis,& præſente Cæſare,& acceptante . Nec põt Iacobus & Leonellus excuſari prætextũ alicuius erroris iuris uel facti,quia ante conſenſum pręſtitum fuerunt tam in iure quam in facto plene informati,& de omnib.certi, cum dicatur in inſtrumento , ꝙ ſponte , ex certa ſcientia, & nullo iuris uel facti errore ducti,ſed animo,& propoſito deliberato conſenſerũt,ꝙ Cæſar admitteretur, licet eſſet naturalis , & de iure ad feuda admitti non poſſet,&c.Ex quib.uerbis probatur ſcientia,ſaltem donec probetur contrarium,ſecundum Bar.& alios ĩ l.4.§.fin.ſi quis caut.Et præſertim probatur ex prædictis uerbis enunciatiuis, ꝙ illi ſciebant Cæſarem eſſe incapacem ſucceſſionis feudi.l.optimam.C.de contrahen.& commu. ſtip. & idẽ eſt dicendũ de Sigiſmundo,ꝗ ſimiliter ex certa ſciẽtia,& nullo iuris uel facti errore ductus conſenſit & iurauit per prædicta. Et quod plus eſt, ipſe ẽt confeſſus fuit, Petrum patrem ſuum reſcriptum impetraſſe a domino duce ad fauorem Cęſaris , de quo agitur.Nã in teſtamento prius narratur,qualiter d.Petrus principi ſupplicauit,& ꝙ reſcriptum ab eo obtinuit, ꝙ Cæſar cum aliis , conſentientibus tamen , in feudis ſuccedere poſſit. Deinde dicitur, ꝙ dictus Sigiſmundus confeſſus fuit cum iuramento omnia & ſingula ſuperius narrata fuiſſe, & eẽ uera.Vñ ex hoc manifeſte conſtat, ꝙ Sigiſmundus non põt allegare dictum reſcriptũ non eſſe impetratũ a patre ſuo,quia ueniret cõ
20 tra propriã confeſſionem iuratã , ſicut † ẽt dicimus, ꝙ ille,qui iurat omnia & ſingula fuiſſe uera,non auditur, allegando contractum ſimulatum,ſm Imo.& Alex.in l.nemo poteſt.de leg.1. per no.per Bar.in l.ſi C.de non.nu.pec.de quo etiam per Ant. de But.in c.cum contingat.de iureiu.in 8.memb.& ibi per Im. in 6.membro.& per eum in c.ad noſtram.circa finem.de emp. & uendi.pręſertim cum,ut dictum eſt,non ſit probatum contrarium eius quod narratur in inſtrumento prædicto.Et ſic nõ põt dici,ꝙ ſit detecta turpitudo Sigiſmundi, iuxta not.per Bal. & Sali.in d.l.ſi.C.de non nume.pecu.& per Ale.in d.l.nemo poteſt.Et tanto magis,quia dictus Sigiſmundus poſtea etiam conſenſit,ꝙ Cæſar ſuccedere poſſit, ac etiam cum iuramento promiſit ullo unquam tempore non contrauenire,& perpetuo firma,& rata habere, tenere,& attẽdere, &c. Dẽt ergo cogi ad obſeruantiã iuramẽti,& cõtraueniens nõ dẽt audiri.d.c.cum contingat,& c.licet mulieres.de iureiu.li.6.Nec uideo quod reſpectu Sigiſmundi aliquid obſtare poſſit ipſi Cæſari , licet etiam quo ad alios idem debeat dici. Ex præmiſſis igitur conſtat, ꝙ illa conditio,de qua in reſcripto,fuit impleta formaliter,& integre . Ex quo ſequitur , quod etiam ex dicto reſcripto Cæſar eſt habilitatus.Et quamuis mandet princeps, patrem ẽt pro dicto Cæſare inueſtiri , & recepta ſit ſimpliciter inueſtitura pro ſe,& filiis deſcendentibus,nulla de Cæſare facta ſpeciali mentio ne nihilo minus Cæſar comprehenditur appellatione filiorũ,
21 ex quo fuit legitimatus , † & de præiudicio alicuius non agitur cum dominus feudi conſenſerit,& ſimiliter filij legitimi,& naturales,quod in feudo ſuccedere poſſint,prout colligitur ex no.per Bal.& Doc.maxime Alex.in l.generaliter.§.cum autẽ. C. de inſti. & ſubſtit. per Imo.& alios Moder.in l.ex facto. in prin.de uulg.& pup.& per Doc.in c.per venerabilem.qui filij ſint legi.cum concordan.in quibus locis concluditer communiter, ꝙ filius legitimatus facit deficere illam conditionem , ſi grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis,& naturalibus,& ſic uenit appellatione filij legitimi & naturalis poſiti in conditione, quæ tamẽ debet impleri ĩ forma ſpecifica,l. qui hæredi.in pri. & l.Mæuius.de condi. & demonſt. per rationes,de quibus per Docto. in dictis locis, quæ punctaliter etiam hoc caſu habent locum,& quamuis Pet.de Anch.& Alex.in conſi.ſuperius allegant ſubſtitutum eſſe citandum,de hoc tamen in caſu noſtro non eſt curandum, propter ſuperuenientem conſenſum filiorum,quibus uolentibus non dicitur parari pręiudicium , & ſuperius eſt probatum. Et quod ſub uerbis inueſtituræ Cæſar legitimatus,accedente etiam conſenſu prædictorum includatur expreſſe,eſt de mente glo.& Doc.in d.c.naturales,dum uult,ꝙ legitimatus ſpecialiter ad feuda poſſit in eis ſuccedere. Et ſic præſupponit,ꝙ ſub inueſtitura ſimpliciter facta, etiam ante legitimationem comprehendatur, ſub qua prius non continebatur.

tur. Et ideo ubi etiam in casu non esset facta aliqua renouatio, sub inuestituris prius factis Cæsar esset comprehensus. Et hoc fatetur Sali. in d. consi. & in d. disput. relata per Alex. in d. consi. 60. quando dominus feudi cõsensit, sicut in casu nostro fecit. Nec ex eo, ꝙ ille mandauerit fieri inuestiturã etiam spãliter ꝓ Cæsare, per hoc fit, quo minus includatur sub illa, quæ pro filiis est simpliciter recepta, quia id fuit expressum ad commodũ & ad fauorem Cæsaris, ideo non debet operari odium. l. quod fauore. de legi. Nec id, quod est expressum ad augmentum, debet operari diminutionem. l. si mancipia. in prin. de fun. instr. & l. nulla. cum ibi nót. de legi. ubi etiam per Guliel. & Ang. in pulchra q. & per Alex. in l. legata inutiliter. de leg. 1. in 2. no. & quia de Cæsare est facta specialis mentio ex abundanti, & gratia dubitationis tollendæ, per speciem non derogatur generi. l. quæsitum. §. si fun. instr. per Bar. qui etiam ad propositum nostrum concludit, quod in dubio quando species sequitur genus appositum per substantiuum, dicitur exprimi gratia dubitationis tollendæ, & ex abundanti. Nec etiam obst. dum dicebatur, rescriptum esse obreptitium, quia sit narratum, Cæsarem esse naturalem, cum esset spurius, quia immo per legitimationem, vt sæpe dictum est, desierat esse spurius & factus erat etiam legitimus. Vnde si princeps sciuisset etiam illum ante legitimationem esse spurium, & non naturalem, tamen difficilius rescriptum non concessisset, ex quo stante tali legitimatione non est minus legitimus, quam si natus fuisset naturalis. Cum ergo propter hoc princeps reddi non debeat in rescribendo difficilios, rescriptum non potest dici subreptitium. c. postulasti. per ea quæ ibi plenè no. de rescrip. & per no. in c. super literis. eo. ti. Et quia per prædicta ad omnia in contrarium allegata colligitur responsio clara, superfluum est aliter respondere, sed est cõcludendum, dictum Cæsarem ad dicta feuda cũ alijs esse æqualiter admittendum, & pariter uocatum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Spurius de potestate ordinaria legitimari non potest, licet princeps possit ex suprema potestate, quam potestatem potest alteri concedere. & nu. 2. & 5.*
3 *Filia an extantibus masculis possit agere contra testamẽtum, stante statuto, &c. utrum istud statutum extendatur ad filios legitimatos. & nu. 11.*
4 *An legitimatus possit succedere in feudis & emphyteusi ecclesiasticis.*
6 *In legitimatione utrum requiratur plena causæ cognitio.*
7 *In legitimatione debet fieri mentio de omni defectu illegitimitatis.*
8 *Legitimatio facta a principe in præiudicium quorumcũq; quomodo intelligatur.*
9 *Hæreditas patris est quasi debita filiæ.*
10 *Indefinita non æquipollet uniuersali, quando non est eadem ratio in omnibus.*
12 *Comes an possit legitimare in præiudicium legitimorum filiorum.*
13 *Totaliter incapax alicuius rei aliquando fuit habilitatus ad certam partem, si deinde petijt rehabilitari ad totum non facta mentione de prima gratia, an ualeat ultima.*
14 *Legitimatus de potestate absoluta quam præeminentiã habeat.*

CONSILIVM LXXXII.

VISA legitimatiõe, de qua agitur, & amplissima ptãte legitimãdi cõcessa, vr̃ dd̃m prima facie, ꝙ ltĩatus succedat eo mõ, quo vocatus est ex testõ patris exclusa penitus filia nata ex legitimo matrimo-
1 nio. Nã licet spurius † ltĩari nõ possit de ptãte ordinaria. §. fi. in auth. quib. mod. nat. efficia. sui, põt tñ princeps illũ ltĩare ex suprema ptãte, & alteri hãc ptãtẽ cõcedere, vt no. in d. §. fi. Et quãuis gl. videatur velle, ꝙ in specie sit derogandum illi. §. tamen in casu nostro hoc reperitur factum. Præterea sufficit etiam clausula generalis, non obstante lege, vt est gloss. in l. 1. in uerbo. rescripti. C. de natu. lib. quam ibi sequitur Bald. & Ange. & Alex. in consi. 187. 5. volum. in antepe. col. & prout etiam late vult Capra consil. 157. Fuit dispensatum per Papam Martinum, &c. & similiter potest princeps ex plenitudine potestatis legitimare extantib. etiam filiis legitime natis, quamuis de potestate ordinaria sit aliud, ẜm Iac. de Bel. in §. & quoniam. in auth. quib. mo. nat. effi. sui. & Salic. in auth. item si quis. la 1. C. de natu. lib. & Imo. in c. nisi cum pridem. §. personæ. de renun.
2 & Ale. in consi. pen. in eo. uol. col. pen. Et eadem facultas † cum eadem plenitudine potest per principem alteri concedi, secundum Bal. in l. cum filius. de testa. mili. & Pau. de Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fi. de lib. & posth. & in consi. 223. Super eo, quod primo loco quæritur. Et censetur princeps, vel habens potestatem ab illo, uti dicta potestatis plenitudine, qñ utitur clausula, non obstante lege, secundum Bald. in l. si testamentum. C. de test. & Ant. de But. & Imo. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & Ale. in l. quanquam. C. de test. mil. Cum ergo per principem sit concessa potestas legitimandi spurios quoscunque filiis legitimis & naturalibus etiam extantibus, in forma amplissima, & de potestatis plenitudine, ac cum clausula speciali & generali, non obstante lege, sequitur, ꝙ legitimatio fuit ualida. Et ex his etiam sequitur, ꝙ legitimatus ex testamento succedere potest perinde, ac si ex legitimo matrimonio natus esset. & ꝙ filia ex legitimo matrimonio nata pro supplemẽto legitimę, uel alia quacũque ratione uel causa ultra id, quod
3 sibi relictum est a patre plus non potest petere. stante † statuto, ꝙ extantibus filiis masculis, filia, quib. aliquid relictum sit etiam minus legitima, non possit contra filios masculos uel cõtra testamentum agere vel excipere, & statuto etiam disponente, ꝙ filiis masculis extantibus filiæ fœminæ dotatæ ab intestato non succedant, &c. quia statuta huiusmodi de filiis etiam legitimatis intelliguntur, & in illis uerificantur, secundum Bal. in leg. cum acutissimi. C. de fideicom. & in leg. eam quam. eod. titu. & Pau. de Cast. in leg. sed si hac. §. patronum. de in ius uoc. & in leg. si ita quis. §. fin. de leg. 3. & in rub. C. de iure anul. aure. & in consil. 225. Videndum est primo & in consil. 227. Super primo, &c. in duobus locis. & Ale. in consi. 2. 1. vol. & probatur ex no. per Bar. in l. si is qui pro emptore. de usucap. in 3. q. prin. ver. item quæritur circa prædicta &c. per rationẽ, quã ibi alleg. Et idem tenet Bal. in l. nuper. C. de nat. lib. Et confirmatur, quia legitimatus antiquæ ingenuitati restituitur, & a legitimis nihil differt, ut in auth. quibus mod. nat. effi. legi. §. liceat. & §. si quis igitur. & in auth. quibus mod. natu. effi. sui. §. & uerum sine dubio, cum princeps in suo priuilegio uelit expresse, ꝙ legitimandi non admittantur ad beneficia statutorum, & ꝙ comprehendantur a statuto & consuetudine, constitutione decreto, ordinamento, & qualibet uoluntate Imperiali, quam alia quacunque, siue inter uiuos, siue in ultima uoluntate disponente de legitimo uel naturali, vel de legitimo matrimonio nato, procreato, &c. & quod intellexerit princeps de statuto & alia dispositione facta etiam ad præiudicium tertii, oblige-
4 tur manifeste, dum uult, ꝙ legitimatus † succedat in feudis, & in emphyteusi etiam ecclesiastica & tamen per hoc domino directi præiudicatur, ac etiam dum uult, ꝙ per superexistentiam legitimati deficiat omnis conditio, quæ deficeret per superexistentiam legitime nati, quia hoc tendit ad exclusionem fideicõmissarii, qui habet spem approbatam, etiam uiuente illo, qui est grauatus, secundum Barto. & Docto. in l. is potest. de acq. hær. & quia etiam uult, quod legitimari quis possit non citatis illis, quibus posset præiudicari. Nec obst. etiam, ꝙ legitimatio plus relinqui non possit, quam vni ex filiis legitime natis, cui minus relinquitur. d. §. & quoniam uariæ. in auth. quibus mod. natur. effi. sui. & in l. communium. C. de natur. lib. quia prædicta iura procedunt, & locum solum habent in legitimato per oblationem curiæ, & non legitimato per rescriptum, secundũ Ang. in consi. 17. incip. Comes Brandilisius, &c. qui alleg. Azo. in summa, qui filii sint leg. §. in successionibus autem. qui dicit, ꝙ per omnia omnes legitimati, præterquam per oblationem curiæ, succedunt ut legitimi. Et idem tenet Are. in l. Gallus. §. & quid si tantum de lib. & posth. in pe. col. & l. necessariis. de acquir. hæred. per tex. optimum in §. si uero, in auth. quibus mo. na. effi. sui, dum ibi dicitur, quod postquam legitimati per rescriptum succedunt ut legitimi, non est super eorum successionibus aliquid cauendum. Et idem etiam tenere uidetur Ale. in d. l. necessariis. ubi rationem diuersitatis assignat. & hoc tanto magis est concedendum isto casu, cum uelit princeps, ꝙ statutum, quod loquitur de legitimo & naturali locum etiam hẽat

in

in legitimato, per quod, ut dixi, tam ab intestao quam ex testamento filia excluditur, sicut per illum, qui ex legitimo matrimonio nascitur. Et per consequens uult, ꝙ in plus legitimatus quam dicta filia admittatur. Et dum etiam vult, ꝙ cum legitimis & naturalibus succedat, hoc intelligitur, quando cum masculis tantum concurreret, vel quãdo per statutum filia exclusa non esset. Sed p̃missis & aliis, quæ pro hac parte adduci possent, non obstantibus, aliter & alio modo concludendum puto. Et dicitur primo, quod non ualet legitimatio, quia de filia legitima & naturali non fuit facta mentio secundum Ioan. Andr. in addi. Specu. in rubr. qui filii sint legit. & Iaco. de Bel. in dict. §. & quoniam variæ. & Anto. de But. in capitu. per venerabilem. qui fil. sint legi. vers. nunquid autem retrotrahatur, &c. & Pa. de Ca. & Mod. in d. §. & quid si tantum. Et hoc ea rõne,

5 quia extantib. filiis legitimis † naturalibus non solet princeps, nec potest de potestate ordinaria legitimare natum illegitime, ut dixi superius in princ. & tanto magis de tali filia debuit fieri mentio, cum per statutum excludatur, si valere legitimatio principe sic disponente in suo priuilegio, prout etiam tactum fuit paulo ante, ut probatur ex no. per Soc. in d. §. & quid si tm̃. vbi vult, ꝙ de filia extante non sufficiat mentionem facere, sed ꝙ etiam sit necesse, exprimere, ꝙ excludatur masculo extante, alias secundum eum, redditur legitimatio subreptitia, quia potuit legitimans credere, quod succederet simul cum eo, & dicit ita consuluisse. Sicut ergo difficilius Comes legitimat, quando tale statutum ignorat licet filiã extare sciat, & propter hoc subreptitia redditur legitimatio, ita etiam habeat, quia & isto casu ignorauit illam excludi posse, quamuis legitimatum velit admitti cum filiis masculis legitimis & naturalibus, quia si sciuisset illam superextare, & excludi posse, spurium legitimasset difficilius.

6 Nec præmissis obst. ꝙ comes † dicat, ꝙ adhibita sit & habita plenissima causæ cognitio & informatio, quia hoc est verum respectu præmissorum, ad quæ habetur relatio, vt patet ex illo verbo, videlicet, facta in præmissis diligenti inquisitione &c. Quia ergo superius fuit narratum, qualiter & quo spurius esset conceptus & natus, & expressa fuit qualitas illegitimitatis, quo ad hoc intelligitur adhibita causæ cognitio, & habita informatio, & non quo ad alia non expressa. Et non ob. quod Comes dicat se legitimare in præiudicium quorumcunque, &c. quasi quod ex istis uerbis uideatur etiam uoluisse filiæ præiudicium inferre, quia hoc posset procedere, quando non esset petitum, quod aliquibus specialiter præiudicaretur. Sed quia in petitione legitimati continetur, quod quibusdam præiudicetur, dum petit legitimari etiam hæreditate adita, & sic in præiudicium iuris quæsiti per aditionem, & ad feuda, & ad emphyteusim, ꝙ tendit in præiudicium dominii directi, & quod cõditio per eius superexistentiam deficiat, quæ deficeret, si legitimus & naturalis extaret, & per consequens ad exclusionem substituti uocati sub illa conditione, si decesserit quis sine filijs legitimis & naturalib. Ideo dicta verba legitimantis. s. in præiudicium quoruncunque, restringuntur ad alios, de quibus in petitione, arg. d. l. si defensor. §. qui interrogatus. de act. & §. præterea. institut. de inut. stip. probatur in specie ex not. per Pau. de Cast. in consi. 221. Super isto puncto plura subtiliter. in fin. ubi concludit, quod licet de omni defectu illegitimitatis debeat fieri mentio, secundum Oldr. consil. Factum tale est, &c. si tamen nullus defectus

7 † sit expressus, princeps legitimans vsus sit uerbis generalibus, uidelicet qualitercunque, & ex quocunque coitu nato, &c. tunc ualebit legitimatio, quia princeps implicite & in genere uidetur cogitasse de omnibus defectibus, qui esse possent in origine, & quos omnes tollere uoluit. Vnde posito quod ignorauerit, qui & quales essent, quia tamen fuit istius propositi omnes tollere, si sciuisset, omnes censentur esse sublati. de testam. mili. l. qui iure militari. secus esset, secundum eum, quando aliquis defectus fuisset expressus & alius suppressus, quis tũc uerba illa uniuersalia nihil operarentur, sed intelligeretur princeps ad expressum solum habuisse respectum, per not. per Old. in consil. præalleg. Et ita est dicendum in casu nostro, in quo est petitum expresse quibusdam præiudicari, ut dixi idcirco legitimans ad illos tantum uidetur habuisse respectum, & operarentur quo ad effectum de quo agitur, uerba illa uniuersalia quando de nullo in petitione esset facta mentio. Et idem quando dictum

8 fuisset in præiudicium † quorumcũq; legitimorum, sicut aliàs expressum vidi in quibusdam legitimationibus, quoniã & isto casu constaret, ꝙ ad prædictos expressos se non restrinxisset, sed ꝙ filiæ, quæ a statuto per masculos excluditur, præiudicare voluisset. Et præmissis etiam non ob. quod comes voluerit, ꝙ legitimatus comprehendatur a statuto, consuetudine, &c. & ꝙ ẽt comprehendatur a statutis disponentibus, ꝙ extantibus masculis fœminæ non succedant, &c. quia dum primo simpliciter dicitur, ꝙ comprehendatur a statuto, intelligitur de statuto, per quod non præiudicatur tertio, quia licet ex priuilegio sibi concesso comes possit legitimare in præiudicium filiæ & alterius, tamen in dubio non præsumitur, ꝙ hoc facere voluerit, præsertim cum ignorauerit filiam extare, de cuius exclusione agitur. l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe. ne quid in loco publ. & l. cum auus. C. de emanci. lib. & c. quamuis. de rescri. in 6.

15 verissimum,quia† si facta sit mẽtio simpliciter de filiis ltĩmis & naturalibus,quia verba sunt prolata indefinite,comprehenderentur legitimati mõ prædicto,ſm Bal.in d.c. naturales. Si ergo comprehenderentur ẽt quando verba duplicauit, sicut qñ disposuit de filiis legitimis & naturalib.natis ex legitimo matrimonio,ista ultima uerba nihil operarentur,cõtra.l.si qñ, ĩ pri. de le.1.& contra no.in l.si quando,in prin.C.de inof.test.Et si forte dicatur,ꝙ vbi facta fuisset mẽtio de filiis legitimis & naturalibus intelligerentur verba etiam de legitimatis per rescriptũ secundum Bal.& Mod.in d.l.Gall.§.si eius.& Doct.in l.ex facto.de vulg.& pup.& in l.generaliter.§.cum autem.C.de insti. & subst.cum concor.de quib.ibi, qui intelliguntur exclusi per uerba sequentia,secundum Doct. in dictis locis . Ad istud respondetur,ꝙ immo hoc non procederet,quando agitur de exclusione

clusione

clusione substituti, nisi ille esset citatus, secundum Pet.de Anc. in consi.428.Circa primũ quæsitum,& c.Alexã.consi.25.67.& 94.vol.1. & Soci.in d.l.Gallus.§. & quid si tantum.Et casu etiã
16 † quo testator erat nobilis, si fecit mentionẽ de filiis legitimis, & naturalibus,non veniunt legitimati per rescriptũ,ẽm Ang.q. ita limitat opi.prædictorũ in d.dispu.per no.per Bart.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus.Et idem est dicendũ,qñ testator est honestæ vitæ,& honorabilis cognationis,quia ꝙ dicitur de nobili vel in dignitate constituto, habet ẽt locum in illo,ẽm Barto. & Doct.in loco præalleg.& cum Ang.transit ẽt Ant.de But. in d. c.per venerabilem.in antepe.char. & Alexan.consi.64.j.vol.& Soc.in d.l.Gallus.§.si eius. Et sic isto casu duplicatio verborum, nihil operatur si legitimatus per subsequens matrimonium nõ excluderetur contra dicta iura,& contra not.per Bal.in rub.C. de contrahen.emp. qui dicit,ꝙ facienda est interpretatio , per quam aliquod verbum nõ remaneat superfluum.Prædictis etiã non ob.quod no.Imo.in d.c.innotuit. qui videtur tenere cõtra prædicta , quia Imola se non firmat , sed solum ex glo.ibi sumit argumentum,ꝙ appellatione filij legitimẽ nati in statutis,& in testamentis veniat filius legitimatus per subsequens matrimonium.Sed tñ se remittit ad no.per Ant.de But. in d.c.per venerabilem. Et sic videtur cum eo transire. Et vbi ẽt aliter sentiret, tñ opinio cõis esset cõtra eũ,vt patet per prædicta.Et alia rõne non ob.dictũ Imolæ: quia loquitur qñ verba fuerũt simplicia: qa facta fuit mentio de filiis natis ex legitimo matrimonio.Sed in casu nostro fuerunt duplicata: qm̃ loquitur testõr de filiis legitimis & naturalib.natis ex legitimo matrimonio.Nec debet attẽdi retrotractio ipsius legitimationis,quia vt dicit Ant.de But. in loco præalle.verba referuntur ad natiuitatẽ veram,& non fictam.Et ita etiam deciditur ex not.per Bal.in l.ex testõ.C.de testa.mili.in 9.q.vbi quærit,quid si pater habet duos filios impuberes,vnum.s.legitimum,& alterum bastardum, quos instituit & inuicem substituit , & deinde bastardum legitimauit , an ex pupillari poterit succedere fratri decedẽti in pupillari ætate. Et determinat quod non,propter imparitatem,quæ ab initio erat inter illos, quod est etiã verum ẽm eum , si legitimatio facta sit per subsequens matrimonium,quæ trahitur retro, & cui natura cooperatur,ut consuluit Dy.tamen quantum ad ea,quæ habent uoluntatem determinato modo non fingit retro, ar.l.cõmodissime.de liber.& posthu.prout in casu nostro non minus quam in casu Bal. uoluntas est determinata ad tempus natiuitatis,& alia ratione non trahitur retro dicta legitimatio,qa agitur de præiudicio aliorum, qui uocantur ex fideicommisso , ꝑ no.per gl.& omnes in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.& ꝑ not. per Io.And.in d.regu.sine culpa. ubi concludit,ꝙ legitimatio ꝑ subsequens matrimonium non trahitur retro in præiudicium alterius,cui erat quæsitum ius primogenituræ, per c. quamuis. de rescri.in 6.& per no.in d.§.& quid si tantum.& per alia iura, de quib.ibi per eum.Et cum eo transit Iac.But. & Bal.in l.quoties.C.de rei uend.Ang.in d.dispu.& Imo.in l.si alienũ.§.in extraneis.de hæred.insti. & quantum ad propositũ ẽt Ant.Rosel. in d.tract.lib.1.c.de causa finali,seu effectiua.Et quãuis in casu nostro ius adhuc non esset quæsitum perfecte erat tñ quæsitũ spe approbata,ex quo testator erat mortuus, ẽm Bar.in l.is potest,de acq.hær.& Alex.in cõsiliis.supra proxime alleg. qui ꝑ ꝑ hoc ẽt concludit,ꝙ in ea non dẽt inferri præiudiciũ, perinde, ac si ius re ipsa fuisset quæsitum , quo casu , scilicet quando primogenito erat ius quæsitum spe tm̃, loquitur etiã Ioã. And. in loco præall.quia adhuc pater uiuebat. Et ita ẽt uult in his terminis Alex.in cõs.5.uol.7.qui ẽt aliter rñdet ad no.in d.c.innotuit, uidelicet ꝙ ibi nõ agebat̃ de pîudicio alicuius , ideo ltĩatio trahitur retro. Præterea negari põt,ꝙ isti filij ꝑ subsequẽs matrimoniũ fuerint ltĩmati. Et hoc certũ est,si eo tpe,quo fuerũt nati,uel cõcepti, eorũ pater cũ eorũ matre matrimoniũ nõ potuisset contrahere, ut est expressum, in d.c.tãta,qui fil.sint leg. & hoc ibi concedunt omnes, & Bart. in loco statim allegando. Et idem uidetur si inter prædictos potuisset esse matrimoniũ , si mulier ista tunc non retinebatur in domo tanquam concubina,hoc est, ad instar uxoris affectione maritali , quia tunc filij fuissent spurij, qui per subsequens matrimoniũ non legitimantur,sed naturales tantum, qui ex dicta cõcubina nascuntur,ẽm Bar.qui ita determinat.l.in concubinatu. de concubi. Et idẽ tenuit Richar.Malumb.in quadam sua dispu. & Guliel. & Cy.in l.Paulus.de statu ho.Non.n.sufficit ad hoc,ut dici posset concubina,quod cũ uiro cohabitaret , sed etiã est necesse quod ut uxor tractaretur in lecto,& in mensa,& in alijs, quæ uxori cõ ueniũt,ut in auth.quib.mod.na.effic.sui.§.si quis autem defũctus.& in auth.de tri.& semis.§.hoc dicimus.& per Old.consi 196.Factũ tale est,quidam nobilis,&c.In hoc tamẽ uim præcipue nõ facio,quia postquam hæc scripseram,intellexi,quod prædicta cessant,& quia Io.And.in reg.sine culpa.de reg.iu.in Merc. & quidam alij in d.c.tanta. tennerunt,ꝙ etiam spurij dicto mõ ltĩmẽtur , dũmõ inter parẽtes posset eẽ matrimonium per d.c.tanta. Et dato,quod ista opinio esset ẽt uera,dẽt tamẽ intelligi,quãdo matrimoniũ esse poterat inter prædictos non solum de iure,sed etiam de honestate.Sed ubi de honestate nõ potuisset contrahi,ut quia mulier fuisset meretrix, uel uilissimæ condõnis,& uir nobilis & diues,tũc filii non ltĩmarentur ꝑ subsequẽs matrimoniũ,licet fuisset de iure ualidũ,ẽm Ang. qui ita determinat in auth.quib.mo.na.effi. legi.§.sed & aliud. quoniã tale matrimoniũ,pterquam quo ad eius uinculum, in oĩb.est reprobatum,ut ibi,iõ non habet effectum ltĩmationis. Et dicit,ꝙ ita vidit seruari de facto, qđ verbum est põderandum ad propositũ. & per prædicta respõsum remaneat ad oĩa
17 in contrarium allegata. Secundo principaliter quæritur.† an per diuisionem dicatur renũciatum fideicommisso. Et ex pluribus videtur dicendum ꝙ sic. Primo , quod dicti diuidentes
18 cesserũt† & mãdauerunt sibi inuicẽ oĩa iura, oẽsq. actiones , quæ & quas ipse partes habẽt,hẽbunt,& habere possẽt,& potuissẽt,siue vllo vnquã tpe sperarẽt in ipsis rebus bonis,& iuribus ĩ partẽ obuẽtis alteri parti,vt supra & ecõuerso cõtra suos authores,& cõtra oẽm aliã psonã,&c.per quæ verba apparet , quod cessio dicitur facta de actionib.nedũ cõpetẽtibus,sed ẽt cõpetituris quãdocunq; in futurum. Cum ergo dictæ partes , & notarius ipse notitiã hẽrẽt de fideicõmisso,vt cõstat in proemio instrumẽti dictæ diuisionis,sub verbis prædictis cõtinentur ẽt actiones cõpetituræ ex cã fideicõmissi, ꝑ no. ꝑ Bar. in l. qui Romæ.§.duo fratres.in 6.q.de ver.ob.cũ quo alij trãseunt & præsertĩ qa verba sũt vniuersaliter prolata tã respectu actionũ,quia dicitur,oẽs actiones & oĩa iura, q̃ respectu psonarũ , cõtra quas fit cessio,cũ dicatur,cõtra oẽm psonã, & iõ ẽt actiones in futurũ cõpetituræ veniũt sub dicta cessione, qa qui oẽ dicit,nihil excludit.l.Iulianus.ĩ prin.de le.3.& c.solitæ. de ma. & obe.& quia verba vniuersalia prolata ab hoĩe nõ recipiũt restrictionẽ de habilitate,ẽm Bar.in l.gñali.§.vxor.de vsuf.le.Vnde quãuis aliis causis potuissent in futurũ actiones prædictis competere,tamen adhuc istæ diceretit esse ex natura dicti sermonis,qui de necessitate illas includit , vt in iuribus præalleg. Et istud secundo cõfirmatur ex alia inferiori parte instrumenti,ubi dicitur,quod dictæ partes renũciauerũt exceptioni,&c.
19 †,oĩque alii exceptioni, siue iuris beneficio,legum auxilio sibi competenti uel competituro,&c.Si igitur renũciauerũt omni suo iuri competẽti & competituro , dicitur renũciatum fideicommisso,de quo partes hẽbant notitiam,si non cõstat,quod dicta uerba possint referri ad aliud ius in futurum competiturum,quia perinde est ac si de illo nominatim & spãliter fuisset facta mentio.l.2.de lib.& posth.& ita determinat in specie Barto.in d.q.6.cũ quo trãsit Ang.ibi in repe.circa fi.& alii etiã nõ contradicunt. Tertio ex aliis uerbis dictæ clausulæ fideicommissum est extinctum , hoc est , inquantum fuit renunciatum exceptioni doli,&c.& oĩ legum beneficio, & auxilio,cum iuramẽto,quia quãuis non posset l.de his.de transac.simpliciter renũciari,ẽm Bar.ibi post antiquos cũ iuramẽto tamẽ valet renũciatio,secundũ Imo.in c.cũ contingat.in vlt.char. de iureiur. & Rapha.in l.si quis pro eo.de fideius. & Alex.in d.§.duo fratres. super 5.q.Bar.& illi etiam intelligitur renunciatum,qñ quis renunciauit omni legum auxilio,secundũ Alex.in cõsi.11.3.vol. per no.per Bar.in auth.matri & auiæ.C.quando mulier tut.offi.fungi potest. vt ibi latius per eum. Quarto idem probatur ex alia clausula eiusdem instrumenti , videlicet ad habendum , tenendum,possidendum,vsufructuandum,vendendum, donandum,alienandum,obligandum,& quicquid sibi,& suis hæredibus placuerit de eis perpetuo faciendũ,&c. Sequuta igitur alienatione,non põt ille,in quẽ facta est alienatio,inquietari, siue diuidentes de fideicommisso fuerint scientes , siue ignorantes, secundũ Bar.& alios,in d.§.duo fratres.in 8.q.per l.si mandas-

ſem tibi.§.1.ff.mand.& l.ſi fundum.in prin.de leg.1.Et idem,ſm Bar.quādo dicitur,ꝙ vnus facit alterum,& ecōuerſo in dictis rebus procuratorem tāquam in rem ſuam, ita vt amodo poſſit pro prædictis reb.agere,ſe tueri,& oīa facere, quæ ipſe dominus facere potuiſſet,& c. quæ clauſula ēt in prædicto inſtrumēto reperitur inſerta,quæ alienatio dicitur facta iſto caſu per inſtōnem hæredum factam à d.Alberto,quæ dicitur alienatio. l. peto.§.fratre.de lega.2. quæ etiam eſt cōceſſa per dictam licentiam alienanti.l.ſi quis prioris.§.cæterùm.C.de ſec.nup.& no. Bar.in d.§.frat e,& in l.ſi ita quis.§.ea lege.de verb.obl.Et magis in ſpecie hoc probatur ex no.per Bald.in authen.contra rogatus.C.ad Treb.vbi vult,ꝙ ſi hæres fuit grauatus reſtituere, quicquid ſupererit tempore mortis, quo caſu hæredi grauato intelligitur data licentia alienandi fideicommiſſum, extinguitur nedum per alienationem inter viuos,ſed etiam per inſtōnē hæredis,per d.§.ceterum.Et idem ſentit Bar.in l.a filia.in prin. ad Treb.qui ēt ad hoc ibi ponderatur per Alex.& quamuis Raph.& Alex.in l.Titius.eo.ti.teneāt cōtra Bal.tamē ratio,ꝑ quā mouentur & præcipue Ale.ceſſat iſto caſu. Et vbi fideicommiſſo nō diceretur renunciatum,quia tamen fuit facta adinuicem promiſſio de defendendo & de euictione,caſu quo lis uel quæſtio moueretur,& res ꝑ ſnīam euinceretur, videtur ꝙ filiis & hæredibus d.Alberti teneantur alii de euictione, qui intendūt bona,de quib.agitur ex cā fideicommiſſi auiti a prædictis hæredib.auferre.Quia quamuis euictio nō dēretur hoc caſu,quo agitur ex cā fideicōmiſſi,cum ſequatur ex natura rei & præordinatione defuncti,per ea quæ hñr in l.fundum meum. de cui. & l. licet.de do.præleg.& l.a me.ad leg.fal.tamē ex quo de euictione eſt facta promiſſio expreſſa,euictio dētur,per gl. in l.ſi familiæ.C.fam.erc.quæ vult,ꝙ ſi feudum per diuiſionem deuenit ad unum,& ille ſit mortuus relicta filia, à qua per dominū ſit ablatum,ꝙ alter frater,cui obuenit allodium non teneatur de euictiōe,quia euictio facta dicitur ex natura rei, vel ex ordinatione patris,qui recepit feudū pro ſe & filijs maſculis & nō pro fœminis,ꝙ eſt uerbum,ſm gl.niſi expreſsè frater,qui ſuꝑuixit,de euictione promiſiſſet,per l.ſi fundum.ff.de euic.Si ergo tenentur de euictione,ſi agant,dēt repelli exceptione.l.uendicantem.de euic. Sed iſtis non obſt.contrarium,iudicio meo, 20 eſt uerius. Nam per † ſimplicem diuiſionem non intelligitur renunciatum dicto fideicommiſſo.l.cum pater.§.hæreditatē, ſm unū intellectum,de leg.2.& ibi per Bar.& l. qui cum tutoribus.de trāſa.in prin.& l.qui Romæ.§.duo fratres.de uer. ob. tenēdo ꝙ ibi male fuerit iudicatū ſm communē intellectum.ꝙ eſt verum,ēt ſi fuit promiſſū hincinde contra diuiſionem nihil facere,vt ibi plenè ꝑ Bar.in j.& 2.q.cum quo alii trāſeunt cōiter. Sola igitur uis eſt in reſpondēdo ad allegata in cōtrarium. 21 Non obſt.igitur primo† ceſſio adinuicem facta de omnib.actionib.competētib.& competituris in futurum in ipſis bonis, rebus,& iuribus in partem obuentis alteri parti, & ecōnuerſo, contra ſuos authores, & contra omnem aliam perſonam,&c. per quam dicitur renunciatum fideicommiſſo, de quo partes habuerunt notitiā,per no.ꝑ Bar.in d.§.duo fratres in 6.q.quia dicta ceſſio eſt, & intelligitur facta contra alias perſonas non compreheñſas in diuiſione non autem alter ex diuidentib. ceſſit alteri iura,quæ ipſi cedenti competerēt uel competere poſſēt contra alium,cui facta fuit ceſſio,ut patet ex illis uerbis,ſ.& cōtra ſuos authores, & contra omnem aliam ꝑſonam,quæ de ipſis rebus,bonis & iuribus in totum uel in parte illicite occupaſſent,&c.Nam illa generalitas,contra omnem perſonam,reſtrīgitur per uerba illa ſequentia,uidelicet,quæ de ipſis reb.illicite occupaſſent,&c.l.oēs populi.& ibi per Bar.in princ.de iuſt.& iu.& per eum.in l.cunctos populos. in prin.C.de ſum. trin. Et ſic referuntur ſolum ad illos,qui de dictis bonis occupaſſent illicitè, inter quos nō eſt aliquis ex diuidentib.maximè reſpectu partis ſubiectæ reſtōni fideicommiſſi, quæ per aliquem ipſorum pendente eius condōne non poteſt dici ab illis uel altero eorum illicite occupata. Et ꝙ dicta generalitas non dēat referri ad ipſos diuidētes,probatur etiam ex alio. Nam dicitur,con 22 tra ſuos authores & omnem aliam perſonam,&c.quæ† dictio aliam,ſui natura eſt repetitiua eiuſdem qualitatis, cui erat ille, de quo eſt facta mentio.c.fi.in prin.de pact. in 6.cum ibi no.ꝑ Arch.& no.glo.in l.non ſolum.§.quæritur. in uerſic.cæteros. de procu.& ibi per Doc.gloſ.& Docto.in c.ſedes.de reſcrip.& no.gl.in l.quidā relegatus.de reb. dub. in prin.& Cyn. in auth. ſed neq;.C.de epi.& cler.& per Alex.in conſi.204.vol.2.q ponderat dictā dictionē ad inducendū repetitionē & repræſentationē eiuſdem qualitatis in perſonis & circa perſonas; vñ ſicut prius in eadē oratione ſit mentio de perſonis extraneis, quib. propriè fieri pōt ceſſio, ita extranei, qb. poteſt propriè cedi, includuntur ſolùm ſub illis verbis,& oēm aliā perſonā. & per conſequens ſub eis non cōtinentur ipſi diuidentes, nec alter ex illis dr contra ſeipſum alteri ceſſiſſe actionē, ꝑut eſſet factū,ſi adueniente caſu fideicōmiſſi intelligeretur grauato facta ceſſio actionis cōpetentis ad fideicōmiſſum ꝑ alterum, qui uocatur in dictū caſum,ꝙ non poteſt tunc ut ceſſio valere, quia reperiretur facta debitori à creditore cōtra ſeipſum, qui ſibi ipſi non pōt eſſe obligatus.l.Vranius.de fideiuſſ.cum ſi.ſed ſolū valere poſſet in vim liberationis & abſolutionis, ſm Sali.in l.1.in 21.q.C.de iure emphy. & Alex.in l.ſenatus.§.fi.de leg. 1. & ſic conſtat, ꝙ ceſſio iſto caſu non eſſet eiuſdem qualitatis in perſona dicti grauati,quæ eſt in perſona aliorum Et iſtud confirmatur, quia verbum importans ceſſionem relatum ad plures, non debet diuerſo iure cenſeri.l.eū qui ædes.de vſuca. ſed dēt vniformiter capi.l.iam hoc iure.de vul. & pup. & conſequenter referri debet ad illos,in quibus cadit ceſſio verè & propriè, & non ad alios,in quib.ceſſio non poteſt ualere in uim ceſſionis,ſed liberationis tm̄. Et alia rōne ceſſio quamuis ſit facta de actionibus competituris,non debet referri ad fideicōmiſſum, quod pendet ex teſtamento ex quo verba poſſunt verificari a- 23 liter & alio modo, ut ſtatim dicā. Non obſ. inſuper† dum dr, ꝙ renunciatum fuit omni iuri,beneficio, & legum auxilio cōpetenti,& competituro,& ꝙ ex hoc fideicōmiſſum intellr fuiſſe remiſſum,ꝑ no.per Bar.in d.§.duo fratres.in 6. q. quia illud ꝓcedit,ſm eum,quando verba,quæ reſpiciunt futurū nō poſſunt verificari,nec referri poſſunt ad aliud qa tunc de illo vr facta nominatim mentio, ſed qñ temporis diuiſionis erant aliæ cauſæ,ex quib. contrahentes poterant in dictis rebus ius habere,puta ex aliquib. præcedentibus contractibus,non referuntur tunc uerba ad illud,quod depēdet ex teſtō,per no. in l.tres fratres.de pac.Et ita eſt in caſu noſtro, quia annua penſio pro uſibus iſtorū diuidentiū ueniebat annuatim exigenda,unde ad iſtud ius futurum poteſt referri renunciatio iuris competituri,quamuis enim promiſſio annua ſit una,& pro omnibus annis ab initio ſit nata actio.l.Stichū.§.ſtipulatio. de verbo. obl. tamen exactio pro annis ſequentibus differtur in futurum,qa ante diem obſtat exceptio.l.cēteſſimis. in prin. de uerb. obl.& ſic quò ad actionē ius eſt de præſenti, & quò ad exactiones faciendas eſt ius de futuro,ideo renunciatio facta iuri competenti & cōpetituro optimè poteſt verificari in dictis promiſſionibus annuis, pro quib. competit contrahentib. ius de præſenti reſpectu actionis, & in futurū pōt & ſperatur cōpetere reſpectu exactionis, ꝙ uſurarij reſpectu futuri tpis non poſſunt dici adhuc debitores,cū ab eis inuitis ante tps exigi non poſſit.l. debitor.de verb.ſig.Et ibi ſentit hoc gl.& Bar.in l.1.in vlt. col. ſi cer.pet.& Ale.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. §. 1. de uerb.obl. Et ita in terminis ꝑſupponit Alē.in conſi.2.vol.7.Viſo themate ſuprascripto. Nec obſtat,ꝙ contra uſurarios ſpāliter pceſſit ceſſio adinuicem, & ſic quòd illi non includuntur ſub dicta generalitate verborum.l.doli clauſula.de uerb. ſign. Quia verum eſt quòd ſub alia ceſſione generali non includuntur,ſed ſub generali renunciatione iuris competentis & competituri bene cōprehendi poſſunt,quia aliud ſignificat ceſſio, & aliud importat dicta renunciatio, quia per renunciationem actiones non transferuntur,niſi ceſſio ſequatur.l. pacto ſucceſſorum cū ibi no.ꝑ Bal.Sal.& Ale.C.de pac.Vñ quamuis ſm ordinē ſcripturæ pcedat ceſſio, & ſequatur renunciatio,quia tamen factæ ſunt in eodē inſtrō,cēſentur factæ eodē inſtanti, & ſm ordinē intellectus. l.contractus. C.de fi. inſtr.l. 1. in fi. C. de inſti.& ſubſt.& ad ꝓpoſitū ita dicit ēt Dy. Pet.Iaco.de Are. Nic.de Neap.Bal.Imo.Pau.de Caſt.& Raph.in l. 2. §. prius. de vulg.& pup.& ēt Alex.ibi in vlt.colu. & quantū ad hoc nullus contradicit.Quia igit,ut dixi, renunciatio generalis de oī iure cōpetenti & cōpetituro, quæ ſm ordinē intellectus præcedit, ut dixi, ut ſpecialis ceſſio contra uſurarios ſunt circa diuerſa, ſpecies non deroget generi, ſecundum Bald. Angel. & Alexan. in lege talis ſcriptura in fine princip. de legatis 1. per legem ſi quis

quis in graui. §. hi quoque. ad Sylla. & l.Titia.§.qui Marco. de annuis leg.Et idem etiam vult Bart.post Dynum,in l.alimenta. §.basilicæ.& in l.Stichus nutricis.de alim. & cib.lega. Præterea ceduntur actiones contra vsuarios specialiter pro exigẽdo pensiones & vsus suis debitis temporibus, sed dictis diuidentibus pro dictis vsibus eorum occasione poterat in futurum competere ius ex alia causa,quod in prædicta cessione speciali nõ cõtinetur,& quod sub dicta generali renunciatione potest contineri.Nam si vsuarius alienet rem vsualẽ,tenetur emptor ex forma statuti intra annum accipere inuestiturã,& dño soluere vigesimam. Ius ergo istud exigendi illam in futurum sub dicta renunciatione continetur,& non sub cessione speciali, quamuis sub generali possit comprehendi. Et propterea dicta cessio generalis nõ dẽt intelligi facta quo ad ea,quę ex testõ pendent,ex quo circa illud ius de futuro põt verificari, ut dixi etiam supra. Et similiter põt ex pluribus causis res visualis ad dominũ reuerti,& vsuarius,uel habens causam ab eo,cadere ab omni suo iure,de quib.in dicto statuto. Vnde ẽt respectu istius iuris futuri põt dicta renunciatio verificari,& per ɔñs nõ dẽt trahi ad ea,q̃ dependent ex testõ,ẽt si concepta sit vniuersaliter, ꝑ no.ꝑ Bar. in d.§.duo fratres.in 6.q.qui ẽt loquitur qñ renũciatio fuit cõcepta dicto modo,puta quia remisit vnus alteri oẽ ius, qđ hẽt põt, vel sperat, &c. Non ob.ẽt dũ dicebatur,ꝙ fideicõmissum dicitur remissum, quia fuit renunciatum cum iure omni beneficio,& legũ auxilio,quia intelligitur hoc casu renunciatum dispositioni l.de his.de transa.ẽm Alc.in d.§.duo fratres,& in cõs. in contrariũ allegato. Quia pro respõsione cõsiderandũ est, ꝙ ex duab.rationib. quarũ quælibet est finalis,dici põt, ꝙ sub hac
24 † renunciatione generali fideicõmissum nõ continetur,secundum Bar.d.q.6. Et primo ex defectu uolũtatis generalis renunciatio ex coniecturata mẽte partium nõ trahitur ad ea quæ pendent ex testõ,nisi de illis facta sit specialis mentio,ut not.glo.& Doc. in l.tres fratres. de pact. Secundo ex defectu formæ,quia non fuit facta inspectis & cognitis verbis testamenti,d.l.de his. de transac. Iuramentum ergo tollit hunc vltimum defectum,& vbi ille solus adesset,iuramẽtum suppleret, & actum validaret. Et isto casu loquitur Alex. in dicto §. duo fratres. qui loquitur in terminis,de quib.ibi per Barto.in 5.quæstio.videlicet, quando quis unus remisit alteri omne ius præsens,seu futurum ex testamẽto,vel ab intestato,iure fideicommissi, seu substitutionis cuiuscunque, vel quando promisit nõ contrauenire iure substitutionis,uel fideicõmissi,uel alio quocunque iure. Et cõcludit Bar.ꝙ si non apparet verẽ vel præsumptiuẽ,ꝙ contrahentes sciuerint,ex quo testõ fideicõmissum sit relictũ, nũciatio non valet,per d.l.de his. Nam,ẽm Imol.scientia est de forma,& ꝓptea ex defectu formæ illo casu non valuit renunciatio,nõ aũt ex defectu voluntatis, quia ex verbis spãliter mẽtionẽ facientib.de fideicommisso ex testõ constabat de voluntate. Et idem est in casu Alex.de quo in d.cõsi.11.3.vol. Nam & illo casu apparebat de voluntate contrahentium ex verbis amplissimis renunciationis,& præsertim quia erat actum,ꝙ trãsactio traheretur ad omnia cogitata,& incogitata,vt ibi per eum latius, & ideo renunciatio iurata de omni legum auxilio validat transactionem, ẽt quantum ad ea,quæ ex testamento dependent, quia solum supplet iuramentum circa defectum solẽnitatis, & non quantũ ad defectum voluntatis. Et istud est etiam de mente Imol.in cap. cum contingat.in vlt.char.de iureiu. qui dicit,ꝙ renunciari potest.d.l.de his.& hoc,q̃a per illã legem solum annullatur actus
25 ex defectu formæ,vt ꝓbatur in ver.nõ aliter.† de quo tex.formã inducit,vt ibi per Bart.& per eũ,in l.fi.C.de ven.re.ciui. lib. 11.Sed quãdo adest etiã defectus volũtatis, vt in casu nřo,ẽm Bar.in d.q.6.tunc quo ad hoc iurm nihil operatur,vt probatur ex no.ꝑ Bar.cũ quo alij transeunt in l.4.§.quæsitũ.si quis caut. vbi concludit in fi. ꝙ iuramentum interpositũ super generali renunciatione non operatur,ꝙ sub illa includãtur alij casus, q̃ nõ includerẽtur,si iuramẽtum præstium non esset,per l.fin.C. de non nu.pe.Et hoc,ẽm Alex.ibi,quia ex simplici renunciatione gñali de dictis casibus iuris præsumptione non fuit cognitum. Et idem tenet Docto.in l.1.C.commo.& in cap.1.eod.titu. cum aliis concord. de quibus in dicto §.quæsitum. Et idem probatur ex no.per Barto.in l. si quis pro eo de fideiusso.in 8. memb.ubi concludit, quod si solum actum est nullus ex defe-
26 ctu solennitatis formalis, quod tunc † iuramentum ualidatur actum.Sed vbi esset defectus circa consensum,& deficiat totaliter, vel si limitatus certo mõ,vel certa condõne, eodem mõ intelligitur iuramẽtum,quia non se extendit, nisi vsq. quo consensum est.l.fi.C.de non nu.pec.l.fi.qui satisd.cog.l.libertus.de ope.lib.& l.fi.in prin.ad munic.Et ista responsio est optima,iu
27 dicio meo. Non obstat etiam vltimo alia † clausula,videlicet ad habendum,tenendum,vendendum,donandum, & alienandum,&c.quia,vt dicit Bar.in d.§.duo fratres.in 8.q.nihil operatur,si alienatio non sequatur.l.sicut.§.superuacuum.quib.mo. pign.vel hypo.solu.Et inter illa ꝓmissio de alienando de alienatione hominis,& non legis,sicut in casu econuerso prohibita alienatione censetur prohibita alienatio hominis,& non legis.l.cum pater.§.cũ inter.de lega.2.vbi probatur,ẽm communem intellectũ,de quo ibi per Bar.& in l.peto.§.fratre.eo.ti. &
28 in l.si ita quis.§.ea lege.de verb.obl. ꝙ prohibita † alienatione extra familiam non prohibetur,qui non est de familia,succedere ab intestato in re prohibita alienari,& hoc,quia in illum nõ dicitur facta alienatio a prohibito,sed à lege.ff.pro soc.l. 3 §. de illo.& ibi per Bar.Et ita etiam declarat Arc.in l. Pamonius. §.rei perduellionis.de acq.hæred.& allegat in simili notata per Bald.in auth.contra rogatus.C.ad Treb.& ante eum ita etiam voluit An.de Bu.in cõsi.35.vbi dicit,quod prohibitio alienationis facta a statuto uel a testatore,comprehendit solum alienationem hominis & non legis,per no.in d.§.ea lege.Et eo magis in casu nostro procedit,quia verba isto casu sunt concepta in personam,dum dicitur,& quicquid sibi & suis hæredib.placuerit de eis perpetuo faciendum,&c.Et prout etiam dicit Bar. in d.§.fratre dum respondet ad l.pater.§.quindecim.de leg. 3. quo casu dicta alienato legis non continetur in dispositione faciente mentionem de alienatione, quia illi non possũt uerba conuenire,ex quo persona,cui conceditur,uel prohibetur,nõ alienat,sed lex.l.4.§.toties.de dam.infe.& ubi etiam instituere tur hæres ille,qui erat ab intestato successurus,adhuc non diceretur factum contra prohibitionem alienationis, secũdum gl.no.in d.l.pater.§.Iul. Agrippa.de leg.3.Imol. & mod.in d.§. ea lege,& probatur ex no.per Bar.in l.3.in fin.de leg.1.ubi dicit,ꝙ iusta hæreditas dicitur illa, quæ obuenit ab intestato. d. §.de illo.Pone ergo,dicit ipse,quod facta sit societas, si qua iusta hæreditas obuenerit, & ille qui erat ab intestato successurus,sit institutus,an communicabitur.Et arguit primo ꝙ non, & demum concluditur contrarium,quia dẽbatur per legem ab intestato ex tacita uoluntate defuncti.Ergo si exprimatur,nihil operatur,quia inter tacitum & expressum non est differentia.Et prædicta etiam approbat Alex.in consi.56.in 1. uol. ubi all.gl.in d.§.Iulianus.& no.per Bar.in loco præall.Vnde ad propositum filii lĩmati erant ab intestato successuri patri suo. Et si successissent hoc modo sine dubio ex hoc capite,quia in eos fuisset facta alienatio,non potuissent se excusare, neq; defendere a restõne fideicommissi, quia ad illos bona peruenissent ex dispõne legis,& non per alienationem hominis. Igitur nec possunt se excusare,quamuis sint instituti,nec ex tali instõne, dñr bona alienata,quia dicta alienatio tãquam facta eo modo, quo inerat,nihil quãtum ad hoc,de quo agitur,dẽt operari. Si cum.n.per huiusmodi institutionem non dicitur factũ contra prohibitionem alienationis,ẽm gl.& alios in locis præalleg.ita etiã permissa alienatione dicitur magis facta alienatio, quã si dicti filij patri successissent ab intestato,& per consequens tenetur illa ad restõnem fideicommissi. nec isto casu locum hñt allegata in contrarium, sed quando fuisset institutus ille, qui non erat ab intestõ successurus. Nec obstat etiam promissio de euictione,quia talis promissio non obligas diuidentes,quãdo euictio sequitur ex ordinatione authoris sui defuncti, qui disponit, ꝙ uno ex suis successoribus decedente perueniat ad alium,secundum Bar.in dicto §.duo fratres.in 1.quæst.per leg. fundum meum.de euict.& leg. si a me.ad legem Falcid.Et hoc etiam locum habet,quando generaliter est promissum de euictione,secundum Baldum,& Ang.in l.si familiæ.C.famil.erciscun.ubi dicitur,quod in quæstione ibi formata per glossam, non debetur euictio,etiam si de ea fuisset facta promissio, uidelicet,quando feudum, quod uni obuenit in partem, reuertitur ad dominum, quia ille decessit, sine filiis masculis relicta filia fœmina, secundum prædictos, non agit contra patruum,cui obuenit allodium,quamuis fratri præmortuo pro-

miserit de euictiõe, nisi de ea ꝓmiserit in specie in hũc casum, s. qñ euictio sequeretur ex natura rei, vel ex ordinatiõe autho
29 ris, q̃a simplex ꝓmissio intelligitur† ſm rei naturam. l. si stipulatus. in prin. & l. si legati serui nomine. de le. 1. & sic non includit dictũ casũ. & dicit Bal ibi, ꝙ ita etiam tenet Guido de Suza. & Rich. Malumb. Atq; ẽt dicit Bald. & Sal. in vlt. q. & magis ad propositum, ꝙ idem erit, qñ feudum non euincitur a dño feudi, sed à dicto patruo sup̱stite, sicut quando feudũ esset paternũ, & natura inuestituræ mortuo fratre sine filiis masculis potest euincere a filia fœmina hærede patris sui defuncti, & non tenebitur de euictione, sicut dictũ est supra qñ dominus feudi euinceret, quia frater isto casu non dr̃ venire contra factũ proprium, sed euincere ex natura rei. Et dũ gl. ibi præsupponit, ꝙ feudum reuertitur ad dominum, dẽt intelligi in feudo nouo, & nõ hẽt locũ in paterno, & vbi de illo sentiret, malè loqueretur, ſm Bal. in l. 1. in 9. q. de re. diu. & glo. ẽt saluari põt tunc casu ĩ feudo antiquo, ſm Bal. in c. 1. in ti. Impe. Loth. quę aliter non refero, q̃a ad rem non pertinet. Et ita etiam circa præmissa late cõcludit Alex. in cons. 21. 5. vol. Nec ob. ꝙ gl. in d. l. si familiæ, dicat, ꝙ dẽatur euictio, si de illa sit facta promissio, quia dẽt ĩtelligi, ſm p̃dictos, quãdo in hũc casũ sp̃aliter facta fuit, aliter gl. non esset vera. Scd̃ò rñdetur, isto casu est facta dicta promissio, dummõ lis vel qõ sine cã, facto, culpa, vel oꝑe alterius partis non euenisset, & prout facto & cã dicti Alberti dicitur isto casu euictio fieri, ex quo ex ꝑordinatione defũcti, a quo habuit cãm, bona deueniũt ad alios ex fideicommisso, cuius personam Albertus repræsentat, & ꝑpea factum ipsius defuncti censetur factũ Alberti, ſm gl. in l. si seruus. in prin. de cond. fur. Et sit perinde ac si ipse Albertus, a quo euincitur, sibi ipsi euicisset. d. le. fundum meũ. de euic. prout declarat Bar. in d. §. duo fratres. in 1. q. & Ale. multum clare in d. consi. in plurib. locis, & maxime circa prin. ver. secundo probat, &c. Ex quibus omnibus concluditur, ꝙ filii & hęredes dicti Alberti tenentur ad restitutionem dicti fideicommissi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes masculi legitimi & naturales, & ex legitimo matrimonio nati excludunt legitimatos.*
2 *In legitimatione non sufficit de filiis mentionem facere, sed etiã oportet eos citare. quod nu. 12. declaratur.*
3 *Prohibitio facta filiæ, ne ultra petere possit, qũo intelligatur.*
4 *Conditio illa, sine filiis, est personalis.*
5 *Substitutio facta Titio, si sine filiis decesserit, qũo intelligatur.*
6 *Pupillaris expressa uno casu, in casu ẽt omisso contra matrem admittitur.*
7 *Quomodo intelligatur id, quod dicitur, legitimationem, seu dispẽsationem non ualere in præiudicium tertij.*
8 *Legitimatio nulla in fauorem filiorum, de quibus non est habita mentio, inualida intelligitur, si declarauerint.*
9 *Successio quo tempore attendatur.*
10 *Quomodo intelligãtur iura disponentia, pręsens tempus attendi debere.*
11 *Regula, quod ab initio, quomodo intelligatur.*

CONSILIVM XCIIII.

SECVNDVM ea, quæ proponũtur, videtur prima facie dicẽdũ, ꝙ mag. dña Violanta in bonis & hęreditate paterna omnib. agnatis & cognatis tã masculis q̃ fœminis p̃feratur, siue successione in testati agatur, auth. in successione. C. de leg. hęredib. in auth. de hær. ab inte. in princ. siue de successione testati, quia ex testõ mag. D. Petri Angeli aui paterni substituũtur &
1 vocantur tm̃ eius† descendentes masculi ltĩmi & naturales, & ex ltĩmo matrimonio nati, iõ ex dicta substõne excludi nõ põt a nepotib. dicti testõris ltĩmatis ꝑ rescriptum, qui & si dicantur ltĩmi & naturales, nõ dñr tamẽ ex ltĩmo matrimonio nati, ꝑ ea q̃ habẽtur in c. innotuit. de elec. & per Doc. in c. tanta. qui filii sint legi. cum conc. de quib. per Ale. in l. generaliter. §. cum autem. C. de inst. & subst. Et quia ut statim dicetur, ltĩmatio non valuit nec ex eadem substõne excludi potest a transuersalibus, qui ex ea non vocantur. Ex testõ quoq. paterno, in quo fuit instituta in certa quantitate, videtur in totum admitti dẽre, quia institutio vniuersalis facta de filiis testatoris nõ ualuit tanquã de spuriis incapacibus. auth. ex complexu. C. de ince. nup. Nec possunt dici successibiles, vel capaces virtute legitimationis, quia non valuit, ex quo pater, qui summo Pontifici legitimanti preces obtulit, non narrauit, nec expressit dictã do. Violantam filiã ex legitimo matrimonio natã extare, qđ si expressisset Papa fortassis prædictos non legitimasset, aut saltem difficilius legitimare voluisset, cum solũ in defectum prolis legitimæ soleat & debeat princeps legitimare. §. illud tñ. in auth. quib. mo. natu. effi. sui. & §. si quis igitur. in auth. quib. mo. na. effi. legi. Et ꝑpea legitimatio prædicta nõ tenet tanquã subreptitia, ſm Io. And. in addi. Spec. in tit. de succ. ab inte. §. 1. versi. ex facto q̃ritur, &c. & Ant. de But. in c. per venerabilẽ. circa quintã chartã. ver. credo, tñ qui filii sint legi. & per eundẽ in consi. 2. & Pau. de Cast. & oẽs Mod. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. de lib. & posth. & Pau. de Cast. in consi. 223. Super eo, quod primo loco quæritur, &c. &
2 Alex. consi. 25. & consi. 67. 1. vol. † Quinimmo hoc casu satis non fuisset de filia mentionẽ facere, sed ẽt fuit necesse illam citare, quia ista non fuit legitimatio, cum non sint plenè restituti ad ius genituræ, sed est dispensatio ad certos actus, id est, ad successionẽ, & ad honores, & dignitates. Et ita sonat uerbum, dispensamus. Et probatur in l. 2. C. de iu. annu. aur. quo casu cum sit odiosa. c. 1. & 2. de filiis presb. lib. 6. requiritur causæ cognitio. 1. q. 7. nisi rigor. & notatur, in c. 2. & c. tali coniugio. de scisma. & in c. diuersis fallaciis. de cleri. coniu. & per Spec. in tit. de leg. §. qualiter. versi. dicunt autem quidam. & ideo necessaria est citatio. l. in causæ. §. causa cognita. de minorib. & ita per prædictã rationem tenet in terminis Pet. de Anch. in consi. 242. Ex tenore priuilegii. Et ita ẽt aliàs consuluit Ioan. de Ana. & L. Maria. Soci. ut refert, & sequitur filius eius do. Bartholo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. in fin. de liber. & posthum. & facit, quod no. Bal. in l. nam ita diuus. de adop. & in auth. præterea. C. de na. lib. & propterea videtur, ꝙ portio illorum deficiens accrescat prædictæ filiæ institutæ in re certa. l. 1. §. si ex fundo. de hær. insti. in ratione sui, & ibi Ang. & Imo. & tenet etiam hoc Bar. in l. quoties. §. si duo. Barto. Bald. Ang. & Imo. in l. ex facto. eod. titu. & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. 1. ad fin. circa princ. vlt. addi. Odof. Cyn. Guliel. Franci. Tigri. Ang. Sal. Pau. de Cast. & Alexand. in l. quoties. C. de hære. instit. ubi dicit hanc esse communem opi. quam tenent etiam alii in variis locis, de quib. ibi per eum, quam etiam sequitur Bal. post Mart. Silima. ibi, quando filius, uel alius, cui legitima debetur, sit institutus etiam in re
3 certa, sicut contingit in casu nostro. & † quamuis testõr filiam iusserit esse contentam, & eam prohibuerit plus petere portio nihilo minus cohæredum deficiens filiæ accrescit, quia intelligitur prohibita rebus sic se habentibus, & fauore uniuersalium hæredum, & sic illis adeuntib. & ideo ratio prohibitionis, & per consequens ipsa prohibitio cessat illis nolentib. uel non ualentib. adire, ſm Bart. & Bal. in d. §. si duo. & Imo. in d. l. ex facto. & Ang. in l. 1. de test. mili. & Rom. in l. 1. C. quando nõ peten. par. cum quib. etiam transit Alex. in d. l. quoties. in fi. Iure igitur accrescendi d. do. Violanta totã hæreditatem consequitur cũ onere fideicõmissi iniuncto dictis hæredib. vniuersalib. l. si Titio & Mæuio. §. Iulia. de leg. 2. & l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. toll. ad quod tenebitur, si legitimati instituti decesserint sine filiis,
4 sub qua, & ipsi fuerunt grauati, & non sub conditione, † si ipsa sine filiis decesserit, quia illa conditio, sub qua instituti fuerunt grauati, tanquam personalis nõ põt transire de una persona ad aliam, ut probant in l. peculium. & ibi per Bar. & Pau. de Cast. de leg. 2. & per Bar. cum quo transeunt alii, in auth. ex causa. col. pe. versi. circa prædicta dubitatur, &c. C. de lib. præt. Sed dato etiam quòd legitimatio ualeret, adhuc tamen uidetur, ꝙ istis legitimatis non potuerit plus relinquere quam reliquerit dictæ do. Violantæ filiæ legitimæ, & naturali, quia legitimato non potest respectu plus pater relinquere, quam reliquerit uni ex filiis legitime natis, cui minus reliquit. §. & quoniam uariæ. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. per quem ita uoluit Bart. in cap. per tuas. de maio. & obed. & Ale. in l. ex facto §. si quis rogatus. colum. penul. ad Trebel. & in l. sed si hac. §. patronum. de in ius vocan. quicquid ergo illis ultra est relictum, uenit dictæ dominæ Violantæ applicandum, sicut contingit, quando secundo coniugi plus relinquitur, quam uni ex filiis primi matrimonii contra legis prohibitionem, quia ad filios primi matrimonij

monii reueritiur illud plus.l.hac edictali.C.de sec.nup.& in §. optime.in auth.de nup.& videtur hoc de mēte gl.in d.§.& quo niam.quæ istos casus dicit similes.Et probatur rōne, quia ubi quis excluditur a lege contemplatione,alterius,portio,a qua ex cluditur,applicari dēt ei,cuius contemplatione fuit exclusus.l. 2.§.si duo.el.2.& ibi Bar.de colla.bon.& per eum in l.2.§.vidē dum.ad Tert.& in l.vxorem.§.hæredes.de le.3. Sed tñ præmis sis non ob.aliter sentio de iure.Et prius præmitto ꝙ filij institu ti vniuersaliter fuerunt adinuicem substituti,& adueniente ca- su,ꝙ ambo decederent sine filijs masculis,voluit dictus testor ꝙ prædicta.oīa sua bona deuenirēt & deuoluantur ad magn. D.Vlyssem,eiusq; filios lītīmos & naturales,& D.Matthæum, Vrsinum,Danielem,Gabrielem,& Io.Conradum nepotem di cti do.Vlysis,q̄ substō compendiosa facta dictis filiis institutis ꝑ verbū commune, sicut est verbū,deueniat, & uerbū deuol- uatur.l.2. & quod ibi no.de alim.& cib.leg.& per Bar.in l.cētu rio.pe.& ult. col.de uul.& pup.& Im. in c.Raynutius. de testa. continet etiā uulgarem substōnem, ₰m Bar.cum quo alii tran seūt in d.l.centurio,uersi.quæro utrum substō compēdiosa fa- cta per uerbum commune,&c.& Bar.in consi. incip.Nardus, cum quo transeunt Doc.in l.precibus.C.de impu. & in d. cap. Raynutius.Prædicta igitur substō uulgaris comprehensa in di cta compendiosa dicitur expressa in unum casum uerbis ta- mē gñalibus,iuxta no.per Bar.in l.1.in 2.q.priu.de vul.& pup.

5 Nam fuit facta si ambo† filii decederent sine filiis masculis, & sic in unum casum impotentiæ dictæ substōnis uulgaris,uideli cet si decederent ante aditam hæreditatem uiuente adhuc te- statore,sed eo mortuo,& sic si morte præuēti hæredes esse nō possent,ut ēt declarat Bart.in d.l.centurio,uersi. præall.Pōt igi tur probabiliter dubitari,utrum talis substō uulgaris concepta dicto casu,trahatur ad alios casus impotētiæ,& sic ad casum in capacitatis hæredis.Et quāuis dicatur regulariter ꝙ sic.l. Gal- lus.§.& quid si tātum.& ibi ꝑ omnes,de lib.& posth.& ꝑ Bar. in d.l.1.in q.prædicta.cum quo transit Ang.Im.& mod. & idē tenet Gulielm.in d.l.ꝑcibus.in 1.q.prin.& Ray.in trac.subs.in materia uulgaris,& Bal.& Alex.in l.cum proponas. C.de hær. inst.& per eum in simili in l.humanitatis. uer.quæritur,utrum exemplaria.C.de impu.&c.dum dicit,qđ exemplaria concepta in casu unius furioris trahitur ad alium furorem.Et idem tenet Anto.& Imo.in d.c.Raynutius.in materia uulgaris.Nihilo mi nus in casu nostro spāli rōne uidetur dicēdū quod non ex quo do.Violanta est illa,quæ tanquam cohæres dictorum institu- torum uult uenire per ius accrescendi,iō eius fauore uidetur, quod dicta substō ad alium casū non extendatur.sicut uidemus quod uulgaris uno casu expressa non extenditur ad aliū casum fauore matris cohæredis,ne à iure accrescendi excludatur, ut est casus in l.fi.secūdum intellectū Bar.C.de inst.& subst.Et idē tenet in l.1.in 5.q.quarti effectus,de uulg.& pupill.uersic. 5. quæro,quid de uulgari parti expressa ,&c Idem ergo multo magis est dicendum in fauorē filiæ testatoris, per ea quæ not. Bar.in l.2.col.8.ver.vlterius quæro,an tacita pupillaris admit tatur contra fratrem pupilli,&c.eo.ti.Et confirmatur,q̄a vul- garis concepta vno casu non trahitur ad alium casum,quando ex hoc resultaret absurdum,quod minus dilectus esset melio- ris condōnis quā magis dilectus,ut est gl.iuncto tex. prout eā ibi subtiliter saluat Bar.in l. si mater.§.fi.eod.ti.Sed filia testato ris est magis dilecta quam substitutus extraneus,ar.l.cum acu- tissimi.C.de fideic.& per Bar.in d.§.fin.Ergo contra eam non dēt dicta substitutio trahi ad casum omissum. Sed his non ob. contrariū est uerius,quia,ut dixi,ad dictum casum omisśū re- gulariter extenditur substō uulgaris uno casu concepta,per su perius allegata.Nec ob.d.l.fi.quia intellectus Bar.ibi,& in d.l. 1.communiter reprobatur.Immo Bal.& Mod.in d.l.fi.& Ale. ī d.l.j.uolūt,quod tacita subst.uulgaris in casu omisso cessare fa ciat ius accrescendi sicut expressa,qđ ēt probatur in l.fin.& ibi Bal.in 33.q.C.de hære. insti.& sic ꝙ mater eo iure admitti uo lens excludatur. Idē ergo est eadē rōne dicendū in casu nostro ꝯ filiā ꝑ allegata superius.Non ob.etiam,quod uult Bart.in d. §.fin. quia ibi loquitur quādo ꝑsona magis dilecta,puta nepos nullo casu erat exclusa a substituto extraneo, sed illi absolu- te præposita . At in casu nostro substitutus extraneus fuit præpositus filiæ certo casu, uidelicet si filij instituti decede- rent sine filiis. Qua ergo ratione filiam dicto casu exclusit, & substitutum ei præposuit,eadē rōne uidetur uoluisse in aliis ca sib.dictæ substōnis eā excludere,& substitutū præferre, per ea quæ no.Bar.in d.l.2.col.7.versi.vlterius quæro, quid de pupil- lari partim tacita,&c.vbi concludit ꝙ licet pupillaris tacita cō- prehensa in expressa vulgari nō admittatur contra matrē pupil li.l.precibus.C.de impu.&c. Secus tamen est in pupillari expſ-

6 sa uno casu, quia ēt † in casu omisso admittitur contra matrē, quia qua rōne eam vno casu exclusit, eadē rōne illā excludere voluit alio casu. Sic ergo dicendū est eadem ratione in vulgari partim tacita, & partim expressa quo ad casus. Et ita ex hoc dict.Barto.in specie concludit Alexan.in dict.leg.1.de uulg. & pup.dum tractat de intellectu Bar.ad d.l.fi.Postquā igitur con stat, ꝙ nullitas legitimationis nullo mō ad cōmodū filiæ pōt ce dere,sed extranei substituti duntaxat. Ex hoc infero, quā talis

7 legitimatio ualet ad cōmodū filiorū. Nā cū dr,† legitimationē in ꝑiudiciū tertij,de quo non est facta mentio,tanquā subreptitiam, vel dispensationē ex defectu citationis ipso iure non uale re,hoc intelligitur quantū ad extensionē ꝑiudicij,& nō quoad legitimationis uel dispēsationis validitatē,quia immo valet,sed ipso iure ex ea alteri ꝑiudiciū non infertur.Et hoc expresse vult Ant.de But.in c.ꝑ venerabilē,circa 7.char.versi.ego credo,&c. dicens,ꝙ si non exprimatur aliquid de iure alteri quæsito,ꝙ va let legitimatio,sed non ad præiudicium illius, de cuius præiudi cio agitur.Idem etiam clarius vult ibi Card.Flor. quem refert, & sequitur etiam do.Præpo.in §.ꝙ autem.in fi.14.col. vbi dīt, ꝙ legitimatio in substantia valet non facta mentione de filiis legitimis, quamuis in præiudicium eorum non operetur effe- ctum succedēdi. Et idē est dicendū de dispensatione quo ad suc cessionē, quia ex ea in substantia quæritur ius uel possibilitas succedendi,iuxta no.per Bar.in l.is potest. de acq.hær.sed ad ef fectum non perducitur in præiudicium legitimorū.Et hoc mo do loquendi in simili vtitur Inn.in c.humilis.de ma.& obe.quē refert, & sequitur Bal.in l.ab eo.C.quō & quando iudex, vbi di xit,ꝙ si non est citatus ille, de cuius præiudicio agitur secunda rio,ꝙ iudicium non valet quo ad extensionem præiudicij, sed in substantia iudicium tenet. de quo ēt per Rom.in l.peregre. §.quibus.de acq.poss.& per Ale.in l. de vnoquoque.in fi.prin. de re iudi. Et est hoc regulare, ꝙ vbi ab initio deficit actus ex coniecturata mente disponentis interpretata per legem in fa- uorem tertij, ꝙ intelligitur solum deficere, & cessare quo ad effectum tantū,& nō in substātia,vt statim probabitur ex not. per Bar.in l.Centurio. de vul.& pup.& per Bal.& alios, in l.pe.

8 C.de impu. Quinimmo † quāuis legitimatio esset ēt in substan tia ipso iure nulla in fauorē filiorū legitimorū, de quib.non sit habita mentio, arbitror tū hoc verum,si filij declarant velle il- lam nō valere,& non prius. Et licet non sit necessaria exceptio debet tamen præcedere dicta declaratio, quia quæ in fauorem aliquorū inducuntur, hñt tacitā clausulam, si eis placuerit.l.2. de lege commis. ꝑ quam ita dixit Raph.in l. si sponsus.§.si quis rogatus.de don.inter vir.& vxo.& ēt sicut videmus,ꝙ licet ip- so iure non valeat contractus bonæ fidei, cui dedit causam do lus.l.3.§.fi.ff.pro soc.& no.in l.eleganter.in prin. de do.hoc tū intelligitur si ille,in cuius fauorem annullatur,velit & declaret se uelle.l.Iulianus.§.si quis a colludente.de act.emp.& ibi Bar. & per gl.& Bar.in d.l.eleganter.& per gl.& Doc.in l.iurisgen- tium.§.prætor ait.de pac.& per gl.in l.in causæ.in prin.la 2. de min.Sic ergo cum legitimatio dicto casu annulletur fauore filii legitimi,dēt dici nulla,ēt quoad effectum,si filius uelit, & de- claret se velle, & non plus. Si igitur legitimatio uel dispensatio ualet in substantia ab initio,ēt casu quo de filijs legitimis non est facta mētio,dico ꝙ ēt in casu nostro dēt hr̄e effectum in fa uorē legitimati,ex quo filia,de qua nō fuit facta mentio reperi tur exclusa casu,quo legitimatio effectum successionis nō ha- beret,ut probatur ex no.per Bar.in d.l.Cēturio.in 1.col. dum cōcludit,ꝙ licet tacita vulgaris non admittatur cōtra matrē.l. precib.tamē ab initio inest ī expressa vulgari, quāuis mater sit in medio,licet contra eā non hēat effectū,ꝙ patet,quia matre pr̨emoriente antequam casus pupillaris eueniat,substitutus ad mittitur.d.l.fi.C.de insti.& substi. qđ utiq; non esset,si ab ini- tio non inesset,per l.ꝙ ab initio. de reg.iu. Et ex hoc infert ad propositū, quòd si eueniente casu pupillaris substitutionis ma ter ab hæreditate filij excluderetur repudiatione, ꝙ hæredi- tas perueniret ad substitutum ex tacita pupillari,& non ad hæ redes

13 citatio, quia non uidetur † in dubio princeps concedere dictã facultatem cum illa omnimoda plenitudine, quæ est apud eũ, secundum Inno. in locis proxime alleg. & Bal. in l. si testamentum. C. de test. & isto casu procedit opinio contraria, de qua supra, secundum quam substituto non citato non præiudicat legitimatio, & locum habere non potest hoc casu, in quo, ut iã dictum est, potest Comes ex plenitudine potestatis sibi concessa citationem omittere. Et quod dicta plenitudine potestatis uti uoluerit comes, & sic substituto, licet absenti præiudicare, probatur expresse ex uerbis dictæ primæ legitimationis, dum dicit, sine tamen præiudicio filiorum legitimorum masculorũ &

. & naturalium, si extabunt, qui uobiscum pariter & vos secum
succedere possitis, præiudicio cuiuscunque alterius non atten-
to, &c. Et per hoc tollitur etiam aliud, uidelicet, ꝙ legitimatio
poterat dici subreptitia, quia de substituto non erat facta men
tio, quia Comes, ut colligitur ex dictis uerbis, cogitauit saltem
in genere de quolibet alio, cuius poterat interesse. & hoc suffi
cit, perinde ac si in specie de eo fuisset facta mentio. l. sub præ-
textu specierum. C. de transa. & l. qui iure militari. ff. de test. mi
li. sicut etiam sufficit in genere cogitare de quolibet defectu &
impedimento legitimati, secundum Pa. de Ca. consi. 219. incip.
Super puncto isto plura subtiliter, &c. in fi. Cũ igitur appareat,
ꝙ uoluit Comes præiudicari in iure delato, non fuit necessaria
citatio, quæ, ut dixi, potuit omitti, vt in terminis nostris cõclu-
dit & probat Pau. de Cast. in consi. 227. inci. Super primo du-
bio. col. pen. & seq. & ubi etiam prima legitimatio o pari non
posset in præiudicium substituti, per ultimam tamen legitima-
tionem potuit & debuit excludi. De potestate enim constat ex
eo, ꝙ hēt facultatem legitimandi viuis & mortuis parentibus,
& sic præiudicare potest in iure delato omnibus præterquam
filijs legitimis & naturalibus, de quib. tantum intelligitur illa
clausula, absque tamen præiudicio, &c. Si ergo potest in iure de
lato præiudicare, multo magis debet posse ius in spe tantũ cõ-
petens pendente conditione excludere & tollere. Quãuis enim
dispensatio non extẽdatur, vel ipsa legitimatio ex identitate vel
maioritate rationis, secundum Fed. consi. 14. & Io. An. in regu
la, quæ a iure. de reg. iur. in 6. in Mercu. & in c. sine culpa. in 2.
q. prin. col. 8. ver. tertio sic sicut nos hẽmus, &c. & Host. & Do.
in c. postulasti. de rescr. nihilo minus potestas legitimandi, de
qua agimus, & fauorabilis est, & extensionem recipit, secundũ
Io. And. & Doc. in c. fi. de simo. & Rom. & Moder. post Bar. in l.
2. in prin. de ver. ob. & probatur. in c. per uenerabilem. in prin.
& ibi not. Do. Abb. & per eum in ca. at si clerici. §. de adulteriis.
C. de iudi. & in c. ad aures. circa fi. de rescr. & per Pau. de Cast.
in l. solent. de iurisd. om. iud. & quia Papa dictam facultatem præ
iudicandi in iure delato & quærendo concessit de plenitudine
14 potestatis, ut constat ex clausula, ex certa scientia de† qua in
priuilegio, quæ æquipollet clausulæ, de plenitudine potestatis,
secundum Abb. in d. c. cum olim. de re iud. & Bal. post glo. in l.
eos, in prin. C. de app. & in l. si testamentum. C. de test. & Abb.
in c. cum inter. de excep. & ibi latius per Mod. cum eadem ple-
nitudine intelligitur trãslata facultas in Comitem, ideo potest
uti dicta clausula, prout ea usus est, secundum Bald. in d. l. eam
quam. uers. ego interrogatus fui. & Pau. de Cast. consi. 230. in-
cip. Dubitatur primo, &c. in primo, &c. in tertio dubio. ubi di-
cit, quod etiam si a Comite non fuisset expressa, ꝙ pro expres
sa haberetur, ex quo in priuilegio cõtinetur. Si ergo potuit Co
mes uti plenitudine potestatis, & ea vsus sit, citatio substituti
non fuit necessaria. Et cui cõstat legitimantem uoluisse præ-
iudicare per illam clausulam. Nec obesse possit, ꝙ ad hanc le-
gitimationem nostram de vobis factam & ad alia quæcunque
præmissa uocati seu præsentes non fuerunt, quorum quomo-
dolibet interesse posset superinde, &c. per quam clausulam cõ
stat, ꝙ Comes uoluit legitimare in præiudicium alterius, quod
sufficit, etiam si non exprimat certam personam, secundũ Pau.
de Cast. in l. Titius. in prin. de lib. & posth. per no. ibi. Et probã
tur etiam prædicta ex his, quæ superius dicta sunt. Non ob. in-
super dum dicebatur, quod do. Iac. qui substituit, cum esset in
dignitate, non sensit de legitimatis, per not. per Ange. in dispu.
Nobilis quidam genere, &c. quia tripliciter ad hoc responde-
tur. Et primo, quod non habet locum opi. Ange. quam quis po
tuit legitimari, et fuit legitimatus ad honores & dignitates, si-
cut contingit in casu nostro, secundum Alex. in d. consi. 2. in re
sponsione ad 11. arg. quia secundum eum tunc cessant omnes
rationes Ang. Secundo respondetur, quod ex quo potuit & vo
luit Comes ex potestate sibi attributa leigtimando præiudica
re alteri etiam non citato, ut dictum est, quamuis testator non
senserit de legitimatis secundum ueritatem, fingitur tamen de
15 illis sensisse, quia potuit † Papa, & habens dictam potestatem
ab illo, ad effectum & ualiditatem actus a se gesti fingere ex-
pressum, quod non est expresũm, secundum Ant. de Bu. in cõ
sil. 2. dum loquitur de clausula, pro expressis habentes, per c. i.
de transa. & cap. illa. de elec. & clem. past. de re iud. &c. si motu
proprio. de præb. in 6. procedit ergo opinio Ang. ẽm illã opi.
quam tenet in dicta dispu. ꝙ ltĩmatus simpliciter excludat sub
stitutum. Sed tenendo, ꝙ non possit excludi, si non sit citatus,
non habet locum eius dictum, quando ille, qui legitimauit po
tuit excludere substitutum absentẽ, & inuitum, quia tunc, vt di
xi, fingitur, ꝙ de legitimato in condizione sit facta mentio. Ter-
tio dicitur, ꝙ opi. Ang. nõ est vera, & contra no. per Bar. in l. hę
redib. §. fi. ad Treb. vbi vult, ꝙ si naturales ex forma statuti suc-
cedunt ab intestato, ꝙ faciunt deficere illam cõditionem, si de-
cesserit sine filijs, quia est talis, qui succedit ut legitimus. Cuius
dictum procedit indistincte, & sic etiam quando testator est in
dignitate, aliàs dictum Bar. non haberet dubium, quia etiam si
per statutum factus nõ esset successibilis, condõ deficeret, si te
stator in dignitate nõ esset. l. ex facto. §. si quis rogatus. eo. ti. &
ita etiam Ale. ibi in 4. col. ex mente aliorum dicto modo intelli
git & declarat dictum Bar. Sicut ergo conditio illa deficit quan
do naturalis ex dispositione statuti succedit, multo magis defi-
cere debet propter legitimatum, qui est successibilis authorita-
te principis, & qui uere legitimus est, ut dixi. Nec ob. c. natura
les. si de feu. fuer. contro. &c. quia illud non causatur ex psona
concedentis, sed quia agitur de præiudicio domini, cui non præ
sumitur princeps voluisse prędicare, ẽm mod. ibi, & Alex. in
d. consi. 2. & in cõsi. 59. inci. Visa legitimatione, &c. in 2. vol. vbi
refert Sali. in quodam consi. idem dicentem. & Host. & Io. An.
in d. c. per uenerabilem. quæ rõ in casu nostro locum non hẽt,
quia constat, ꝙ uoluit ltĩmans tertio præiudicare. Et similiter
eadem rõne emphy. ecclesiæ non transit ad legitimatum, quia
agitur de præiudicio ecclesiæ, vel quia non sentit de nato ex coi
tu illicito, quem ecclesia reprobat, ẽm Ang. in cons. 30. inci. Do
mina Francisca, &c. & Dominic. in c. statutum. el 2. in prin. de
hær. in 6. & vltra prædicta, ꝙ per filios legitimatos substitutus
sit exclusus, probatur etiam per confessionem Andreæ, de qua
apparet ex instrumẽto transactionis & cessionis. Vbi narratur
ꝙ ipse allegabat contra substitutũ, ꝙ ille erat exclusus per sup-
existentiam filij legitimati, quæ verba quamuis enunciatiua ꝓ
bant contra eum l. optimã. C. de contrahẽ. & cõmit. stip. & per
Bar. in l. ex hac scriptura. de don. Nec ob. ꝙ dicta confessio non
probet in fauorem absentium. l. certam. §. si me absente. de con
fes. & per Bar. & alios, in l. admonendi. de iureiur. quia isto ca-
10 su probat plenè, & † quia per dictum Andream productũ fuit
instrumẽtum contra fratres eius, per quam productionẽ indu
citur etiam alia confessio. c. cum uenerabilis. de excep. l. Publia.
& ibi Doc. ff. depos. Vel secundo & melius respondetur, quod
propter iuramentum præstitum per ipsum Andream, qui iura
uit omnia, & singula esse uera, eius confessio probat plene ad
commodum absentis, secundum Bar. in l. cum quis decedens. §.
codicillis. ad fi. de leg. 3. Ant. de But. in c. cum dilectus. de suc-
cess. ab inte. Bal. in l. rationes. C. de fide instr. in l. si creditoris. C.
de fideic. & in auth. quod obtinet, ꝑ illum text. C. de proba. cũ
aliis concor. de quibus per Mod. in c. si cautio. de fide. instr. Po-
test etiam & tertio responderi, quòd de iure canonico confes-
sio facta absente parte probat plene, secundum Anto. de Butr.
Card. & Imo. in d. c. si cautio. ubi mod. dicunt, hanc opi. esse cõ-
munem, & dicunt, quod idem etiam tenet Domini. in c. de his.
3. q. 9. & quod ius canonicum seruari debet in terris ecclesiæ,
no. in c. 1. de ope. no. nun. & in c. 2. de arb. in 6. Sed etiam dato,
quod substitutio locum habere posset, tamen ex alijs non de-
bet diuisio impediri. Et primo quia cessio facta Andreæ per fi-
deicommissarium non ualet, quia fideicommissarius ius suum
cedere non potest. l. mulier §. ex asse. de iure dotium. ubi est ca-
sus singularis, & no. in l. apud Iulianum. §. utrum. ad Treb. & ꝑ
Bar. in l. cum filio. de lega. 1. Et rationem assignat Bart. in l. qui
ita. §. 1. ff. ad Treb. & Bal. in l. pen. C. eod. & in l. 2. in prin. C. de
pac. & ideo Andreas non potest nomine proprio agere, uel uti
retentione propter dictam cessionem. Secundo diuisio debet
fieri inter dictos fratres ęqualiter, quia adhuc non est facta re-
stitutio fideicommissi per eos, nec eo prætextu quod tenẽtur
restituere, potest fideicommissarius, uel habens causam ab eo,
uti retentione, sed debet cuilibet hæredi sua portio assignari
integre, & de eius manu capi fideicommissum, ex quo de illo ve
nit deducenda legitima, & Trebellianica detrahenda. l. 1. in prĩ.
iun. glo. magna. in fi. quorum lega. & in §. illud, ea. l. nam ẽt hoc
casu, quo duæ quartæ detrahuntur, in Trebellianicam etiam
fructus non computantur, & habet locum. leg. iubemus. C. ad
Treb.

Treb. ut colligitur ex no. per Bar. i l. quod de bonis. §. qđ auus. ad leg. Falci. Et ibi ponderat & sequitur Alex. qui allegat etiam Ange. in quodam consi. quamuis aliter dixerit Pau. de Castr. in locis allegatis ibi per eum. Nec habet obstare, ꝙ monasterium S. Francisci sit incapax, cle. exiuit. de ver. sig. quia etiam si ita esset, adhuc tamen Andreas tertiam partem tantum retineret, quia portio fratris Ioannis professi ab intestato deferretur tan tum fratri suo uterino. auth. cessante. C. de legiti. hære. Nam cũ
18 † professus dictam religionem in omnibus habeatur pro mortuo, hæreditas eius defertur statim ei, qui successurus erat ab intestato, secundum Doc. in auth. ingressi. in prin. eod. tit. Præterea dictum monasterium ex priuilegio est capax. Sed in hoc non est insistendum propter id, quod proxime dictum est. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *An filius legitimatus in bonis feudalibus & emphyteuticis succedat.*
2 *Clausula, ita ut ad paternam & alias successiones quorũcunq;, &c. quomodo intelligatur, & quas includat. & nu. 7.*
3 *Feudum concessum pro se, & hæredibus, quod ad descendentes masculos tantum transit.*
4 *In emphyteusi non succeditur pro hæreditarijs portionibus, sed pro uirili.*
5 *Ad hoc ut quis possit legitimare, necesse est, quod ei specialiter concedatur.*
6 *Legitimatus specialiter in emphyteusi non succedit.*
8 *Verba generalia restringuntur, quando de præiudicio tertij agitur.*
9 *In feudis lata fit interpretatio contra concedentem.*
10 *In generali concessione non ueniunt, quæ ex priuilegio competunt.*
11 *Recipiens feudum pro se, & hæredibus, quibus uolet, ad quos transire possit.*
12 *Non præsumitur, quod inuestiens sentiat de spurio.*
13 *Clausula, absque tamen præiudicio, &c. quid importet.*
14 *Non uidetur adhibita causæ cognitio, ubi non interuenit citatio.*

CONSILIVM CV.

1 REVOCATVR in dubium, vtrũ † filius legitimatus Hieronymi hæres institutus a patre succedere posit in bonis feudalib. & emphyteuticis ab ecclesia concessis auo eius paterno. Et uidetur prima facie dicendũ ꝙ sic. Et primo, q̃a illustris. Dux Ferrariæ, qui ltĩmauit, habere videtur potẽtem legitimandi ad dicta bona, & ad quæ prædictum filium ad instantiam patris legitimauit expresse, ideo legitimatus in dictis bonis potest succedere, vt no. in c. naturales. si de feu. fue. contro. inter dom. & agn. Quod autem adsit dicta potestas legitimandi, probarur
2 ex illis uerbis apostolici priuilegij, uidelicet † ita ut ad paternã, & alias successiones, quorumcunque bonorum admitti, &c. Sub illo enim uerbo, quorumcunque bonorum, uniuersali & geminato includi etiam uidentur bona feudalia, & emphyteutica, per no. per Bal. in c. Imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & in l. 1. de rer. diui. quæstio. 24. ubi uult, quod feudũ, quod sui natura non transit ad hæredes extraneos. c. 1. §. & si clientulus. de alie. feud. & per Doct. in l. Gallus. §. etiam si parente. de libe. & posthum. ad illos transeat, quando conceditur pro quibuscunque hęredibus. Et cum eo transit Alexã. in d. §. etiam si parente. & in l. quædam. §. nihil. de eden. & in l. si patroni. in prin. ad Treb. & Rom. & Alexan. in l. etiam. in prin. soluto matri. Sic ergo quamuis in simplici concessione legitimandi non comprehendatur potestas legitimandi ad feuda, & ad dictam emphyteusim ecclesiæ per ea, quæ habentur in d. c. naturales. & in locis allegandis, & prout etiam voluit do. Signo. de Homod. in consi. 221. incipien. Factum sic se habet, &c. nihilo minus ubi quis potest legitimare ad successionem quorumcunque bonorum, videtur concessa potestas legitimandi & ad feuda, & ad emphyteusim, arguendo de personis ad res, per not. per Bald. in dictis locis, iunctis not. in l. balista. ad Tre. & in l. cũ scimus. C. de agric. & censi. li. 11. & tanto magis in casu nostro, ex quo feudum ecclesiasticum & emphyteusis transitoria est ad quoscunque hæredes extraneos tam ab intestato quam ex testamento, etiam contra tenorem, & formam inuestituræ. Sicut & quælibet alia res hęreditaria, & hoc ex priuilegio apostolico concesso populo Ferrariensi. Ideo stante ta li priuilegio feudum hoc dicitur esse simpliciter hæreditarium & de bonis, quæ sunt in successione paterna. Sicut dicimus,
3 ꝙ † feudum concessum pro se & hæredibus, quod ad descendentes masculos tantum transit. d. §. & si clientulus. & no. Doc. in d. §. etiam si parente. dicitur quo ad eos hæreditarium, quia ad illud admitti non possunt, nisi sit hæredes, per no. in l. ex facto. §. fi. ad Tre. & uoluit etiam hoc Iac. de Bel. & Mod. in c. 1. de eo qui sibi & hæred. suis. & Cy. in l. si manumissus. C. de libe. & eorum liber. & Bar. in l. eum qui. in prin. de interdic. & releg. & in l. ut iusiurandi. §. si liberi. de ope. libe. & Alex. 3. uol. & iõ dicto casu possunt prædicti ad feudum agere petitione hæreditatis, ſm Bar. in d. §. si liberi. & Bal. in l. generaliter. §. 1. de secũ. nup. Io. And. in addi. Spe. in ti. de loca. §. nunc aliqua. in addi. inci. Qõ non est dubia, &c. ubi etiam concludit, ꝙ uenit in restitõne fideicommissi, dummodo fideicommissarius sit de personis, ad quas posit feudum transire. Et idem tenet Pau. de Cast. & Ale. in l. si patroni. in princ. ad senatuscon. Treb. Quod ergo dicitur de feudo hæreditario quo ad certas personas respectu illorum, idem est de illo, quod est hæreditarium quo ad omnes respectu omnium l. si duo. de admi. tut. l. si chorus. in princ. de lega. 3. Quinimmo legitimatus quilibet ab illo, qui simpliciter põt legitimare, quamuis in specie non habeat facultatem legitimandi ad feuda, debet in feudo & in emphyteusi posse tanquã quilibet hæres succedere, vigore dicti priuilegii apostolici, per quod dicta bona redacta sunt ad instar aliorum bonorum. Et ita etiam in terminis uult Pe. de Anch. in consi. 428. inci. Circa primum quæsitum, &c. in tertio dubio. ubi vult, ꝙ emphyteusis ecclesiæ recepta pro se, suis filiis, & hæredibus, quæ de iure communi non habet naturam aliorum bonorum hæreditariorum, quia ad hæredes extraneos non transit. vt no. in l. etiã.
4 in prin. sol. ma. & in c. in præsentia. de prob. & † quia in ea non succeditur pro hæreditariis portionibus, sed pro uirili, ut per Bar. in d. §. si liberi. quia tamen iure singulari & ui priuilegii apostolici concessi populo Ferrariensi succedunt etiã hæredes extranei, & inter ipsos extraneos omni titulo transferri potest. In ea etiam succedit filius legitimatus, postquam dicta bona re dacta sunt ad instar aliorum bonorum, in quibus ille succederet. ideo eodem iure sunt censenda, nisi secundum eum, receptio & stipulatio patris, & seu pactum obstaret, prout obstat, si præcessit dictum priuilegium apostolicum, quia priuilegium, non tollit pacta & conuentiones, quæ præcedũt illud. c. ex multiplici. de deci. Cum igitur in casu nostro non præcesserit pactum vel conuentio, sequatur dictum priuilegium, in his bonis de quibus agitur, dẽt quilibet legitimatus tanquam hęres posse succedere. Et sic etiam videtur Soc. expresse determinare in d. §. etiam si parente dũ uult, quod feudum receptum pro quibuscunque hæredibus, transferatur ad filios naturales & legitimatos. Sed præmissis non obstantibus contrarium de iure ar bitror verius. Est igitur primo uidendum, utrum legitimatus iste potuit legitimari ad feuda & ad emphyteusim ecclesiæ, ita ꝙ uigore & uirtute solius legitimationis admitti posit. Et arbi
5 tror quod non, † quia ad hoc ut quis ad feuda legitimare possit, necesse est, quod specialiter hoc sibi concessum fuerit, ut ꝓbatur in d. c. naturales. cum ibi notatis, si de feu. fue. contro. inter dom. & agn. Nam quemadmodum princeps, qui ad feuda legitimare potest, non censetur in dubio uelle, quod legitimatus succedat in feudo. nisi specialiter, & expresse legitimato istud cõcesserit, ut ibi dicitur. Et hoc, quia non est præsumptio quod legitimans uoluerit domino præiudicare, secundum Moder. ibi, & Ale. in consi. 2. 1. vol. in responsione ad 9. argumentũ. Ergo eadem ratione non uidetur princeps concedendo priuilegium legitimandi simpliciter, uoluisse tribuere facultatem legitimandi in præiudicium tertii. l. 2. §. merito. & §. si quis a principe. ne quid in lo. publi. & in c. quamuis. de rescrip. in vi. Et in specie hoc uult etiam do. Anto. in ca. per uenerabilem qui filii sint leg. uers. idem puto. ubi dicit se putare, ꝙ potestas ltĩmandi intelligatur cõcessa sine præiudicio tertii. Et facit, quod no.

Bal.

Bal.in c.domino guerram.in ti.hic fini.lex Cõra.& in l.cum fi-
lius.de testa.mili.& idem dicit Alex.consi. 60.2.vol. col.pe. I-
stud etiam,ut dixi,tenet do.Signor.in consi.superius allegato .
Et similiter dicendum est,quod non possit quis ad emphyteu
sim ecclesiæ legitimare , nisi hoc sibi specialiter & nominatim
6 conceditur.† Nam legitimatus simpliciter non succedit in em
phyteusim ecclesiæ.secundum Bal. & Sali.in l.generaliter. §. cũ
autem.C.de insti.& substi.& Bald.in c. quæ in ecclesiarum. de
consti.& Imo.in l.quod dicitur.de uerb.obl.in pe.col. & Alex.
in l.ex facto.§.si quis rogatus,ad Tre.in 4. col. & consi.67.94.
& 228 col.pen. 1.uol.& hoc ea ratione,secundum prædictos,
quia non est uerisimile , quod ecclesia concedens propter eius
dignitatem de tali senserit,& quia haberi non potest sine pecca
to,per d.l.ex facto.§.si quis rogatus.& ibi etiam Bar. hanc ra-
tionem assignat,in uer.quęro quid in contractibus,&c.Et quã
uis ille tex.& Bar.loquatur de filio naturali,idem tamen est di-
cendum eadem ratione de legitimato,secundum Ang.in dispu
ta.incip.Nobilis quidam genere,&c.& Alexan. in dictis consi-
liis. Si ergo ecclesia concedens non præsumitur de legitimato
cogitare,ut dicunt prædicti , ergo Papa concedens potestatem
legitimandi simpliciter,non intelligitur concessisse,quod pos-
sit quis legitimare ad talem emphyteusim in præiudicium eccle
siæ.d.§.merito.& d.§.si quis a principe,& sic formaliter militat
eadem ratio,quæ assignatur,& habet locum in feudo . Et pro-
pterea per hoc infertur,quod Illustriss. dux, uirtute priuilegii
apostolici non potuit ad feudum,vel ad emphyteusim ecclesiæ
legitimare, ex quo specialiter & expresse hoc non fuit sibi con
cessum.Nec obst.quod legitimare possit , ita quod ad paternã
& alias successiones quorumcunq; bonorũ admitti , &c. Quia
7 † uerbum illud uniuersale quorumcunque bonorum, hoc ca-
su nihil operatur,tanquam sit expressum eo modo , quo inest
de necessitate,iuxta.l. 3. de leg. 1.& l.non recte. C. de fideius.
Nam ubi simpliciter dictum fuisset,ad successionem paternam
& ad alias successiones,intelligeretur de uniuersali,sicut appel-
latione successoris in dubio de uniuersali intelligitur.l.quædã .
§.nihil.de eden.& per Bar.in l.emptorem. C. loca. & Imo.in
l.quod dicitur.de ver.ob.circa ultimam col.& Moder.in d.§.ni
hil.in qua uniuersali successione comprehenduntur bona quæ
cunque,id est mobilia & immobilia,iura & actiones.l. nihil a-
liud de uerbor.signifi.& in l.hæreditas,de reg.iur. & de his in-
telligitur illud uerbum,quorumcunque bonorum , & non de
feudalibus & emphyteusi concessis ab ecclesia,quia illa sui na-
tura in tali successione non continentur,secundum Cyn. Bart.
& Doc. in l.item ueniunt.§.fin.de peti.hæred. Et quamuis quã
doque feudum sit hæreditarium,sicut quãdo recipitur pro hæ
redibus, ut dixi superius, non est tamen simpliciter hæredita-
rium,quia ad hæredes extraneos non transit.Et quamuis etiam
dictum uerbum uniuersale posset etiam feudum & emphyteu-
sim continere,in dubio tamen de his bonis nõ intelligitur, sed
ad alia bona,de quibus dixi, restringitur , quia in dubio uerba
debent intelligi,prolata eo modo, quo insunt , quamuis etiam
possint aliter intelligi,secundum Bald.in l.unica. §. videamus.
C.de rei uxo. actio. allegat gloss. in leg. post dotem. sol. matr.
& idem tenet Alexand.in d.l.3. in 2. colum.ubi ponderat hoc
etiam esse de mente Pauli de Castro in lectu. Bononiensi , &
bene probatur ex not.per Barto.in l.uxorem.§. testamento.de
legat. 3. quamuis Aret. de prædictis mentionem non faciens
aliter dixerit in leg.liber hõ. §. decem. de uerborum obligatio-
nem nec inconuenit , quod uerba nihil operentur, quando ex
primitur aliquid , vel exprimi intelligitur , quod inest tacite,
secundum Aret. in dicto §.decem.& sic non obst.l.si quando.
in princ.de lega. 1.& cap.si Papa,de priui.in 6. Et prædicta in-
terpretatio in casu nostro tanto magis est admittenda , ne præ
iudicetur domino , cui præiudicaretur , si legitimatus, de quo
8 non constat, admitteretur, ut superius dictum est . † Et quod
uerba uniuersalia restringantur , quando de pręiudicio tertii
agitur , & ad effectum , ut minus illi præiudicetur, uoluit e-
tiam Oldra. in consilio 268.incipien. Quæstio est, utrum ,
&c. vbi uoluit , quod priuilegium de non soluendis decimis
de quibuscunque possessionibus, quia est alteri damnosum ,
restringatur ad decimas , in quibus ecclesia non est in quasi
possessione eas percipiendi , licet ei sint debitæ, & locum
non habeant in decimis , quas percipiunt ecclesiæ actualiter ,
per multa , de quibus ibi per eum . Et quod dicitur de præ-
iudicio alterius , intelligitur etiam de modico, secundum glo.
in cap.cum olim . de constitu. in uersicu. præiudicium . & ibi
no.eam Domini.Et idem in quacunq; materia restringibili est
dicendum,secundum Socin.in l.quidam relegatus.de reb.dub.
ver.sexta & ult.conclusio,&c. per gl. quam sic intelligit in cle.
1.de præb.& in l.si fugitiui.C.de ser.fug.nõ.n.uidetur princeps
per uerba generalia voluisse concedere potestatem præiudicã
di tertio.nisi specialiter aliud exprimatur, vt probatur ex no.ꝑ
Bar.in l.toties.de poll.l.ambitiosa.de decr.ab or.fa.& declara-
tur ẽt ꝑ Pau.de Ca.in consi.223.inci.Super eo,qđ primo loco
quæritur,&c.col.2.& Alex.in d.consi.9.aliàs 59.Visa legitima
tione.uol.2.col.pe.Nec ob.no.per Bald. in d.c.Imperialem.in
prin.alle.in contrarium.Quia si feudum simpliciter recipiatur,
inest etiam si non exprimatur, ꝙ transeat ad filios, qui sint hæ
redes.c.1.an agna. uel fil. Si ergo concedatur expresse etiã pro
hæredibus, uerbum illud intelligitur,prout inest, & sic de filiis
hæredibus.d.c.1.§.& si clientulus.de alie.feu.& per Doc. in d.
§.etiam si parente. Si uero recipiatur pro quibuscunq; hæredi
bus,ueniunt etiã hæredes extranei,quia expressio est facta ali-
ter quam insit, quoniam non inest uniuersaliter concessũ feu
dum pro quibuscũq; filiis hæredibus,quia ad filios adoptiuos,
neq; ad naturales,nec etiam ad legitimatos transit.d.c.natura-
les.& c.adoptiuus.si de feu.fue.contro.inter do.& agna. iõ ex-
pressio facta aliter quam insit,operatur.l.si ita legatum.§. illi si
uolet.de leg. 1.& l. 1.si pen.app.mors interue.& per oẽs,in d.l.
3.de leg.1.Vel secundo respondetur ad no.per Bal.in locis cõ-
trariis , ꝙ in casu suo agitur solum de præiudicio concedentis
feudum,& non de præiudicio tertii , ideo in casu suo uerbum
uniuersale non restringitur,quia feudũ est beneficiũ & gratia,
secundũ Bal.in prælu.feud.col.4.uer.viso ergo,& ibi etiã plene
per Iac.de Belui. ideo† fit lata interpretatio contra conceden-
9 tem.l.fi.de consti.prin.& c.cum dilecti.de donat. Et hac ratio-
ne in feudo appellatione filij uenit nepos, ut probatur in d.§.
& si clientulus.& ibi Bal.& per Bal.in d.c.quæ in ecclesiarum .
quamuis aliàs in contractibus non ueniat nepos appellatione
filii,secundum Bar.in l.liberorum.de uer.sig sed in feudis aliud
est,quia,ut dixi, feudum est gratia , & beneficium , secundum
Alex.qui ita declarat in d.l.Gallus.§.instituens.in fi.Et ita etiã
ad no.per Bald.in d.c. Imperialem.in effectu respondet etiam
Soci. in l.quidam relegatus.de reb.dub.in 2. col. Nõ obst. etiã
dum dicebatur,ꝙ ex priuilegio apostolico feudum & emphy-
teusis transit ad quoscunque hæredes etiam extraneos ,ideo nõ
minus hæc bona sunt hæreditaria, nec minus sunt in successio
ne uniuersali, quam sint alia bona, ideo debent includi sub illo
signo uniuersali,quoruncunq. bonorum,de quo in concessio-
ne legitimandi , quia illud uerbum uniuersale intelligitur solũ
de bonis,quæ sunt in successione de iure cõmuni, & ad illa re-
stringitur,nõ ãt cõprehẽdit ea,q̃ sunt in successione de iure spe
ciali,& ex priuilegio,ut egregie probatur in l.deportati.cum l.
seq.quæ incipit,si filius.C.de bo.proscri.dicitur in d.l. deporta
ti.& in l.deportatorum.C.de pœnis,ꝙ res, & bona damnato-
rum & deportatorum publicantur,& tamen peculium castren
se filij deportati non publicatur.d.l.si filius . & hoc secundum
Pet.Cyn.& Bald.ibi, quia peculium castrense est filii deportati
de iure speciali,ideo de his bonis non intelliguntur iura prædi
cta, quæ simpliciter dicunt bona deportati publicari . Et ideo
inferunt prædicti in d.l.si filius. quòd in concessione facta ab-
bati S.Proculi per capitulum S.Petri ciuitatis Bononiæ de per
cipiendis fructibus primi anni mortuo quolibet canonico fo
raneo,non habet locum mortuo canonico,qui percipiebat fru
ctus mensæ grossæ ex priuilegio,quia intelligitur concessio de
fructibus,qui percipiuntur iure ordinario , & non iure extra-
ordinario.Et ideo ex hoc summe not.Bald.& Ang.ibi,quòd in
10 generali concessione † non ueniunt , quæ ex priuilegio com-
petunt.Et istud est etiam clare de mente Pet.de Anch.in con-
sil.242.incip.Ex tenore priuilegij,&c.ubi uult, quòd dictum
priuilegium apostolicum concessum populo Ferrariensi, dum
loquitur de succedentibus ab intestato,intelligatur de his , qui
succedere possunt de iure communi , & non iure speciali , de
quo paulo post etiam dicetur.Et confirmantur prædicta.Nam
cum de priuilegio concesso dicto populo non habuerit Papa
notitiam,tempore, quo facultatem legitimandi concesit Illu-
strifs.

striss. domino duci. c. 1. de consti. dici non potest, quod tempore dictæ concessionis habuerit respectum ad illud priuilegiū, vel quod de illo cogitauerit. l. mater decedens. C. de inoff. test. & l. si per errorem. de iurisom. iudi. Non obstat dum postremo dicitur, quod quilibet legitimatus, etiam ab eo cui non est specialiter data facultas legitimandi ad feuda, debet posse succedere, tanquam quilibet alius hæres, ex quo hæc bona sunt redacta per dictum priuilegium ad instar aliorum bonorum patrimonialium, secūdum Pet. de Anc. in consi. 428. Quia contrarium est uerius præsertim quoad feudum, quia bulla prohibet fieri alienationem in personas de iure prohibitas, inter quas quoad feudum est legitimatus, qui in feudo prohibetur succedere. d. c. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. & sic quoad illud uidetur oē dubium cessare, de quo feudo nō loquūtur, qui in contrarium allegantur, sed de emphyteusi ecclesiæ, in qua etiam puto, quod legitimatus non succedat, & minus etiam in feudo, per alias rationes. Et hoc in terminis nostris uoluit Pet. de Anch. in d. cōs. 200. dicens quod stante etiam bulla concessa Ferrariæ nō admittitur legitimatus ad dicta bona, quia ipse succedit in alijs bonis de iure speciali ex priuilegio, hoc est, ex legitimatione, & de tali non loquitur bulla, sed de illo, qui in cæteris bonis succedit de iure communi, quod est fortius, & fauorabilius quam ius speciale. l. eius militis. §. militia missus. de test. mil. & hoc poterat confirmari per dict. l. si filius. C. de bo. damna. cum ibi no. per Doct. de quibus non facit mentionem. Et subdit etiam Petr. de Anch. quod de legitimatis per rescriptum non fuit a principio cogitatum, sed de legitime natis, vel de legitimatis per subsequens matrimonium, per ea, quę habentur in c. lator. qui fil. sint leg. Hæc autem uerba prædicti Doctoris indefinitè prolata & impersonaliter significant, quod ab initio non fuit de legitimatis per rescriptum cogitatum nec per concedentem feudū uel emphyteusim, nec per Papam, quando concessit bullam dicto populo, sed solum de alijs. Et confirmatur hoc ex no. per Bald. & & Sal. in d. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. & in c. quę in ecclesiarum. de consti. cum alijs concor. superius alleg. ubi concluditur, sicut retuli supra, quod ad emphyteusim ecclesię non admittuntur legitimati propter dignitatem ecclesiæ, quia non præsumitur de his cogitasse, & quia, secundum Imo. in d. l. quod dicitur. non possunt haberi sine peccato, sicut hac ratione etiam naturales uel spurij ad eam non admittuntur, secundum Bar. in d. §. si quis rogatus. Et cum Imo. in hoc etiam cōcordat Ale. in consi. 127. col. ult. in 1. uol. Eadem ergo ratione nec Papa præsumitur de legitimatis, qui non possunt haberi sine peccato, cogitasse, quando concessit bullam populo Ferrariēsi. Immo uidetur prohibuisse expresse, quod tales non possint succedere, dum uult, quod translatio fieri non possit in loca, uel personas de iure prohibitas, &c. quo autem ad feudum, ut dixi, certum est, quòd legitimatus dicitur esse persona de iure prohibita. d. c. naturales. Et idem dici potest respectu emphyteusis ecclesię, per prædicta. Prædicta etiam confirmantur per ea, quæ uoluit Bal. in consi. 207. incip. Quæstio est, &c. 2. uol. secundum ulti-
11 mam impressionem. Nam† in casu suo receperat quis feudum pro se, & hæredibus, quibus uellet, quo casu, secundum eū feudum transit ad quoscunque hæredes. per c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feudi. Quæritur ergo, utrum uigore dictæ inuestituræ in illo succedat filius spurius ex fratre, quem hęredem instituit, & qui institui potuit a patruo, & non a patre. §. fi. in auth. quib. mod. nat. effi. sui. Et concludit quod non, quia intelligitur, quod transeat ad quamcunque personam, scilicet idoneam. l. j. C. de sacrosā. eccl. & de munc. & hono. l. ut gradatim. §. sed si lege. Nō ergo, secundum eum, posset transire in personam prohibitam, puta in filium suum spurium. cap. naturales. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. Nam prohibitæ, & inhabiles personæ non debent admitti ad tale commercium, ut no. ff. de uerb. obl. si ita quis. §. ea lege. Et ideo subdit Bald. quod pōt formari talis conclusio, quod per dicta uerba, & hæredibus, quibus uellet, &c. non includantur personę prohibitæ lege, vel moribus, uel natura incapaces, ar. l. cum prætor §. pe. & fi. ff. de iud. & sic Bal. uult, quod quamuis feudum ex pacto transeat ad quācunque personam, uel ad hęredes quoscunque, quod non intelligatur recessum per hoc a dispositiōe. d. c. naturales, quam allegat, & quod nedum loquitur in spurio ipsius inuestiti, de quo specialiter loquitur Bal. sed etiam de legitimato, & qui legitimatus est persona prohibita, ut ibi, quæ secundum eum, non includitur in dicta dispositione generali. Idem etiam quando ad omnes hæredes trāsit ex prouisione & bulla apostolica, sicut in casu nostro. Nec obstat, dicit Bal. quod spurius ille sit hæres uniuersalis patrui, & in casu nostro quod legitimatus sit hæres patris, & sic quòd feudum & emphyteusis debeat cum uniuersitate transire. l. quædam. de acq. rer. dom. quia, secundum ipsum, feudum nō est corpus hæreditarium simpliciter, sed est quoddam quid, quod interdum est in hæreditate, interdum extra hæreditatem, ut no. de peti. hære. l. item uidendum. §. fi. & in c. 1. an agna. uel fil. & quamuis in casu Bal. ex pacto, & in casu nostro ex bulla apostolica transeat ad omnes hæredes, tamen non debet dici simpliciter hæreditarium attenta eius natura, quæ præualet, & non accidens. l. qui habebat. in prin. de tutel. Et faciūt no. in l. certi conditio, in prin. si cer. pet. ubi habetur, quod attendi debet natura primordialis, & non accidentalis. Et istud est, quod uoluit Bal. quamuis non declaret, uel forte habuit respectum, quod in casu suo pariter & nostro feudum uel emphyteusis non transit ad personas prohibitas, quæ tamen in hæreditate succedunt, ideo quoad eas nō dicitur hæreditarium, nec esse in hæreditate, sicut extra istos casus contingit plerunque quod non est hæreditarium quoad aliquos ut in iurib. præall. ideo quoad eos, quorum respectu non est hęreditarium, non transit cum uniuersitate. Item in casu Bal. aderat cōstitutio regia, qua cauebatur, quod uasallo sit licitum de suo feudo inter uiuos aut in ultima uoluntate disponere in capacem, & quòd proximior ipsius uasalli, capax tamē, in feudo ab intestato succederet, sicut in alijs bonis succedere potest, &c. quæ constitutio in effectu concordat cum bulla Ferrariēsi. Quærit ergo Bal. vtrum filius fratris institutus a feudatario, qui in alijs bonis succedit, ut no. in d. §. fi. in auth. quib. mo. nat. effi. sui, possit etiam in feudo succedere. Et determinat quòd non, ea ratione, quia non est præsumendum, quod rex, qui fecit inuestituram, cogitauerit de tam turpi persona. l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. Et quod ille sit turpis persona, probatur insti. de inoff. test. §. soror. nisi, subdit Bald. sit legitimatus per principem, uel per eius constitutionem. Per hæc autem uerba uoluit Bal. solum dicere, quod legitimatus est persona turpis, non autem quod de legitimato senserit rex inuestiens, quia hoc esset contra d. c. naturales. Vult ergo Bal. quod dicta constitutio non tangat casū
12 suum, † quia pręsumitur, quod inuestiens non senserit de spurio. & sic ubi est præsumptio, quod de aliquo non senserit ille, qui feudum concedit, quod ad illum constitutio non porrigitur. Sed in casu nostro est præsumptio, quod ecclesia concedens feudū, uel emphyteusim non senserit de legitimato. & propter eius dignitatem. d. §. si quis rogatus, vt per Doct. in locis præall. & quia non potest haberi sine peccato, secundum Imo. in d. l. quod dicitur. col. pe. & Alexan. in d. consi. Ergo bulla non intelligitur de isto, de quo non sensit inuestiens, secundum Bal. in d. consi. qui in duab. quæstionibus de quibus ibi per eum, decidit casum nostrum. Et per dicta per eum colligitur, quod Socin. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. minus recte loquitur, dum uidetur velle quod feudum receptum pro quibuscunque hæredibus comprehendat filios etiam naturales & legitimatos, quoniam Bal. in d. consi. vult, quod dicto casu non admittatur persona prohibita. per d. c. naturales, qui loquitur de naturali & legitimato. Vel loquitur Soc. secundum illam opin. secundum quam concessio feudi facta pro quibuscunque hæredibus restringatur ad filios, vt ille sermo uniuersalis aliquid operetur, includuntur etiam prædicti. Sed tenēdo aliā opi. quod sub illo vniuersali sermone contineantur hæredes extranei. ut tenet Bal. in d. cons. & Bal. & alij, & in locis palle. quæ opi. est communis, tunc Soc. non dicit, quod naturales & legitimati includātur, quia satis operatur ille uniuersalis sermo quo ad extraneos hæredes, qui non solent admitti in feudo. Et sic ex præmissis satis constat, quod iste legitimatus non admittitur ad bona recognita ab ecclesia iure feudi uel emphyteutico. Et adhuc alia ratione istud confirmatur. Nam illust. dux potest ex priuilegio concesso tollere omnem maculam geniture, ita ut ad paternam & alias successiones, &c. absque tamē præiudicio illorum, qui ad prædictas successiones, si personæ, quibus succederent ab intestato decederent, de iure admitti deberēt, &c.
13 † Casu ergo quo pater ab intestato decedat, legitimatus patri succedere non potest alijs extantibus, qui successuri erant ante legitimationem. Et hoc propter illam clausulam, absque

tamen

tamen præiudicio,&c.quæ hũc effectum operatur.ſm do.Pet. de Peru.in duob. ſuis conſiliis,& d.Diony.de Peru. q idem cõſuluit,& do.Ioan.Pet.in l.fi.C.de codi.quos refert do.Nico.de Vbal.in tract.ſuo de ſuc. ab inteſt.& idem tenet do. Bened.Ca pra in conſi.157.incip.Fuit diſpenſatum,&c. de quo per Soc.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tm.& latius in conſi.212.vbi dicit hanc opi.eẽ communem.Ex quo igitur legitimatus non põt trãſuerſales ab inteſtato excludere,ex hoc ſequitur, ꝙ dictus do. dux ex illo priuilegio non hẽt ptãtem legitimandi, quia ſi legitimare poſſet,ab inteſtato patri ſuccederet legitimatus alijs excluſis ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet,ut in auth. quib.mo. na.effi.ſui.§.reliquum.& §.qm̃ uariæ.& §.illud.in auth.quibus mod.na.effi.leg.§.liceat. q.a non poteſt quis pro parte eẽ legitimus,& pro parte non l.pariter.de lib.cau.& non.in c.cum inhibitio.de clan.deſpon.Dicitur ergo præf.do.dux habere poteſtatem diſpenſandi tantum ad certos actus,ſm Pau. de Caſt.q. ita declarat in rub.C. de iu.aunu.aur.& in l.ſi ab eo.C.de legit. hære.& in l.falſa.§.1.de cond.& demon.in l.pactum.C.de coll. & ibi per Alex.in 1.col. In hoc autem differt a lãtione diſpenſatio,quia eſt magis odioſa.c.1.de filijs presby.& ideo in ea requirit̃ cãæ cognitio,aliàs dr̃ diſſipatio.c.de multa,de præb.& c. cum ad monaſterium.de ſta.reg. Ex quo ſequitur ꝙ licet in legitimatione facta uiuente patre non ſit neceſſaria citatio agnatorum,qui ex ea excluduntur ab inteſtato,ſm Bar. & Doct.in d.§.& quid ſi tantum.prędicti tamen ſunt citandi in diſpenſatio

14 ne,quia cum in ea neceſſaria ſit cãæ cognitio ,† non põt uideri adhibita,niſi ĩteruenit citatio.l.in cãæ.§.cã cognita. de minor. Et ita determinat,& inter prædicta hanc differentiam facit Pet. de Anch.in d.conſi.142.incip.Ex tenore priuilegii.& ita etiam fuit aliàs conſultum per do.Maria.Soc.& alios,& maxime per do.Io.Bapt.de S.Seuerino,q. in ſua ſubſcriptione aſſerebat, vidiſſe conſilium do.Io.de Ana.qui idem concludebat allegando Pet.de Anch.in d.conſi.quos etiam refert & ſequitur.Soc.in d. §.& quid ſi tantum, in fi.& in d.l.falſa demonſtratio.§.1.de con di.& demon.& in conſi. 245.inci. Eleganter,&c.& propterea ſequitur,ꝙ iſta diſpenſatio non nocet fratri ipſius Hieronymi qui non fuit citatus,& qui d. Hieronymo erat ab inteſtato ſuc ceſſurus,& in bonis prædictis etiam ex inueſtitura paterna. Et conſequenter inſtitutio facta de filio non ualet , quia ſpurius remanet,præſertim quo ad effectum ſuccedendi,auth.ex complexu.C.de inceſt.nup.Et ex hoc ultimo fundamento infertur, etiam,ꝙ dictus filius inſtitutus non poteſt ſuccedere patri etiã in bonis allodialibus, quia etiam quo ad dicta bona neceſſaria fuit citatio proximiorum agnatorum. Sed hoc non firmo, q.a ex quo dicta bona per ſubſtitutionem uulgarem comprehenſam in compendioſa peruentura ſunt ad certa monaſteria,caſu quo filius ſuccedere non poſſet,frater Hieronymi,forte nõ poteſt allegare defectũ citationis, quia quo ad dicta bona ſua nõ intereſt,ſed quo ad feudum , & emphyteuſim ſecus , quæ non poſſunt ex dicta ſubſtitutione peruenire, etiam ex diſpoſitione bullæ,quæ tranſlationem prohibet in perſonas de iure ꝓhibitas,inter quas eſt eccleſia,ut no.in l.fi.C. de iu. emphyt.& in c.potuit.de loca.Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum filius legitimatus excludat ſubſtitutum ſub illa conditione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, quod num.5.declaratur & ſoluitur.*

2 *Legitimati non differunt a legitimis & naturalib.quod nu. 10. declaratur.*

3 *An ſit neceſſaria citatio in legitimatione ad excluſionem ſubſtituti.*

4 *Clauſula,abſque tamen præiudicio.quid importet , & ad quos referatur.*

6 *Legitimatio facta uiuente patre non aufert ſpem.*

7 *Per legitimationem ſpurij non reuocatur donatio facta inter uiuos.*

8 *In actu , qui uoluntarie celebratur , non ualet legitimatio in præiudicium eius,ad quem irreuocabiliter res deuenire debet.*

9 *In diſpenſatione tanquam magis odioſa citatio requiritur.*

11 *In legitimatione debet fieri mentio de ſubſtituto.*

12 *Subſtitutus habet maius ius in hæreditate pendente conditione quam filius uiuente patre.*

CONSILIVM CVI.



1 IN qõne proponitur,† utrum videlicet filius legitimatus excludat ſubſtitutum ſub illa cõditione , ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs. Et prima facie vr̃. dicendũ ꝙ ſic,quia ita tenet Iac.de Aret.in quadã diſpu.quem refert, & ſequitur Io.And.in add.ad Spe.de ſucc.ab inte.§.fi.ad fi.& An.de Bu.in c.per uenerabilẽ. qui fil.ſint leg.& Ang.in diſpu.Nobilis quidam genere,&c. Albe.de Roſa.in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti.& ſubſti.& Alex.ibi dicit hanc opi.eſſe communem, quam etiam ſequitur Imo.& Are.in l.ex facto.de uul.& pup.Et probatur iſta opinio per textum in §.& quoniam variæ.& in §.liceat.in auth.quibus

2 mod.natu.effic.ſui. ubi habetur † ꝙ legitimati nihil differunt a legitimis , & naturalibus. Nec prædicti requirunt, quòd citari debeat ſubſtitutus . Et iſtud confirmatur, nam legitimatus per reſcriptum dicitur uere legitimus , ſecundum Bar. in l.ſi is qui pro emptore.de uſuca.& Bald.in l.nuper. C.de nat.libe.& in l. cum acutiſſimi.C.de fideic.& Bened.de Plumb.in diſpu. ſtatuto Piſano,&c.ergo in illo uerificantur illa uerba cõditionalia, ſi deceſſerit ſine filijs.Et iſtam opi.ſequi etiam uidetur Alex.in conſi.2.1.uol.ubi de hoc late per eum.Et hanc opinionem ſeq̃tur etiam Soc.in conſi.226.Queſtio præſentis conſultationis. ubi declarat & nititur probare ex mente prędictorum Docto

3 rum,ꝙ† ad excluſionem ſubſtituti non ſit illius citatio neceſſaria.Et per hoc infert & concludit, ꝙ per ſuperuenientem legitimationem filij ſpurij reuocatur donatio inter viuos facta a patre,etiam non citato donatario,ſicut reuocatur per ſuperueniẽtiam filiorum legitimorum & naturalium.l.ſi unquam.C.de re reuo.do.Si ergo donatarius,cui erat ius de pręſenti plene quæſitum,non eſt ad actum legitimationis citandus, multo minus citandus eſt fideicommiſſarius ad ipſam legitimationem factã pendente conditione fideicommiſſi, qui dicitur ſolum habere ius in ſpe.l.ſpem.C.de don.& ꝙ non ſit citatio neceſſaria,probatur in ſpecie. l.1. §. denunciari.de uent.inſpic.& ita per illum tex.non uult Bal.in l.fi.C.quib.res iud.non noc.quoniam,ſecũdum eum habentes ſpem ſuccedendi nõ proximam,ſed remotam,non ſunt citandi.Et probatur in l.ex contractu. de re iud. & in l.ſi patroni.§. fi. ad Treb. ſm lect.ſecundam communiter approbatam, ubi habetur,ꝙ ſententia lata contra hæredem p̃iudicat ſubſtituto,& tamẽ ibi non dr̃, ꝙ ille fuerit citatus, ſed intelliguntur ẽt illa iura de ſubſtituto non citato,ſm Ang. Raph. & Imo.in l.filiusfa.§.diui.de leg.1.qui ẽt ad hoc allegant.d.§.denunciari.per quæ iura uolunt, ꝙ ſententia lata contra prohibitum alienare,noceat ſubſtituto non citato, & allegant etiã gl. in l.de unoquoque,de re iud.qui dicunt,ꝙ ſolum dẽt citari ille qui habet ius de præſenti,& non ille,qui in aliquem euentum ſperat ius habere,& qui lædi in cõſequentiã.Et iſta opinio etiã urgenti rõne confirmatur. Nam aut ſub illa conditione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs , legitimati non continentur , & ſine dubio non excluderetur ſubſtitutus per ſuperexiſtentiam legitimati,quia non eſſet in conditione poſitus.Aut includitur ſub dictis uerbis conditionalib.filius legitimatus,ut pręſupponunt Doc.in locis præall.& neceſſe eſt fateri,quod etiam de illo ſenſit teſtator,ſicut de legitime natis.ſi ergo a teſtatore, qui fideicommiſit,eſt in conditione poſitus,ergo uoluit, & conſenſit , quod poſſit legitimari ad excluſionem ſubſtituti. Quamuis igitur poſt mortem teſtatoris ſit legitimatus,non debuit citari ſubſtitus, ex quo huic legitimationi tempore fideicommiſſi teſtator conſenſit,ſicut,quando teſtator mãdauit filium ſuum poſt mortem legitimari , non debent citari proximiores ab inteſtato,quibus fuit delata hæreditas,ſecundum Bar.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth. Et iſta ratio eſt etiam de mente Aret.in d. l. Gallus.§.ſi eius. in fi. & clarius eſt etiam de mente Soci.ibi in pen.col. expreſſius Aret. in d.l.ex facto in princ. de

4 uulg.& pup.in x.col.Nec obſt. quod† in priuilegio legitimantis ſit clauſula,ſine præiudicio eorum,qui ſuccedere debent ab inteſtato,quia non admittitur ſubſtitutus ab inteſtato,ſed uenit ex teſtamento,& ſuccedit teſtatori,& non grauato.l.cohæredi.§.cum filiæ,de uulg.& pup. Et ꝙ etiam ſtante tali clauſula legi-

legitimatus excludat substitutum etiam non citatum, uoluit in terminis Pa.de Ca.in cons.225.ad fi. Quinimmo potius uidetur, ꝙ ex dicta clausula substitutus excludatur facilius, quia ex quo per illam excipiuntur uenientes ab intestato, quibus princeps non vult præiudicari, videtur tacite permittere, ꝙ substituto vocato ex testamento possit præiudicare. l.cum prętor.in prin.de iud. Et quia exceptio firmat regulam in casib. non exceptis. l. q̃situm. §. deniq.. de fun.instr.& in auth.de non alie. §.vt autem.& l.in his. de legi. Præterea illa clausula solum videtur referri ad proxima. Nam datur ptās legitimandi, viuis & mortuis parentibus. unde ad hunc vltimum casum tm̃. s. quando mortuis parentib. fit legitimatio, debet referri clausula prædicta, quia tūc agitur de pręiudicio eius, q. habet ius delatum de ꝓsenti, & in re, & non in spe, quo casu ꝓprie dicitur de præiudicio alterius, & non quando legitimatio fit pendente condõne fideicommissi, ideo ad proxima tantū fieri debet relatio, ꝑ no.per Bal.in l.1.C de le.hæ.ubi in pulchra.q.dicit, ꝙ clausula posita in fine debet referri ad illud, ad quod probabilius pōt adaptari, & si est dubium, respicit vltimo loco dictum, per l.si idem cum ibi no.de iurisd.om.iud. Et quia ipsa potestas legitimandi est fauorabilis, quamuis legitimatio sit odiosa.c.fi.de simo.c.fi.de si.presby.& no.Rom.& Ale.in l.2.in prin. de verb. ob. Vnde in hac materia vel alia simili materia fauorabili ultimo loco dictum nūquam refertur ad omnia præcedētia, quando per talem relationem restringeretur dispō fauorabilis, & natura late interpretanda, ut est tex.in c.cum dilectus.de don. ſm intellectum Inn. Et ita etiam tenet Ale.in cons.48.in j.uol. & Soc.in l.fi.de reb dubiis.& ex no. per eos in dictis locis potest etiam aliter comprobari, ꝙ ad proxima tantum debeat relatio fieri. Sed istis non ob.cōtrarium est omnino concludendū. Et sic ꝙ talis legitimatio nullo modo præiudicet substituto nō citato, primo per no. per Bar.in d.l.Gallus.§.& quid si tātum. dum dicit, ꝙ ad instantiam patris potest filius legitimari non citato aliquo, cuius interfit, q̃ potest pater de suis bonis disponere, quomodo uult.l.cum adoptio.de adoptionib. Quia ergo ratio contraria locum habet in casu nostro, dicendum est contrarium, & sic ꝙ citandus sit substitutus, quia grauatus, ad cuius preces fuit legitimatus eius filius post mortem testatoris de bonis restõni subiectis, nō potuit quomodo uoluit dispone-
5 re ad ꝑiudicium substituti.l.fi.§.sed quia.C.comm.de le.† Sicut enim nō potest alienare, & hoc modo substitutum excludere, ut ibi, ita nō debet posse legitimando filium substituto præiudicare, quia talis legitimatio est quędam alienationis de rebus restõni subiectis, ſm Pe.de Anch. qui ita concludit per prædicta in cōs.438. Circa primum quæsitum, &c. Et cōfirmatur hoc ex no.per Ioan.And. in reg.sine culpa, de reg.iur.in 6. in Mercu.
6 ubi uult, quod legitimatio facta† etiam uiuente patre non aufert spem, quam alius habet rõne primogenituræ in bonis patris. & cui pater præiudicare non potuit. Ergo pari modo nō præiudicat dicta ltīmatio substituto, qui mortuo testatore, & pendente adhuc condõne dr̃ habere spē approbatam, ſm Bar. in l.is potest.de acq.hær.& ad idem facit, quod no.Im.& Doct. in c.grandi.de sup.neg. præla. in 6.vbi concludūt, quòd Papa nō potest ltīare filium regis de voluntate etiam patris in præiudiciū eorum, quib. defertur regnum mortuo rege. Et respondet ad no.per Bar.in d.§.& quid si tantum. quod loquitur in patrimonialibus, quæ possūt auferri proximiori consanguineo ꝑ testatorem. Sed in regno secus, quod ab eo non potest prædictis auferri d.c.grandi. Et eadem ratione nec substituto debet auferri fideicom. in quo nō potest præiudicari per grauatum, qui impetrauit legitimationem. Et per ista hanc opi. sequitur. Alex.in consi.77. Consideratis his, &c.& in cōsil. 94.vol.j.nisi apparet, quod princeps vellet omnino substituto non citato præiudicare, quo casu locum habet, quod voluit Alexan.in cōsi.2.vol.j.& pro ista op.facit etiam, quod no.Bald.in l.1.versic. vlterius quæritur, quidam habens filium, &c. C.de inoffic.do.
vt dixi,in ordine scripturæ, & intellectus præcesſit ſubſtitutio pupillaris,& ſequitur fideicommiſſum iniunctum vltimo decedenti,& non quidem purè,ſed ſub illa conditione,ſi oẽs deceſſerint ſine filiis ante 25.annũ.& tunc venit in fideicommiſſo, ꝙ ex dicta pupillari ſubſtitutione peruenit ad vltimum,allegat Bar.d.l.qui fundum.§.qui filios.ad leg.Fal.& in arg.l.Scæuola. ad Treb.& idem tenet ẽt Imo.in d.§.qui ſuſpectam. Et de hoc dicit eſſe caſum apertũ,in l.ſi Titius.iuncta gl.de leg.3.vbi probatur,ꝙ eo caſu quo veniunt prælegata in fideicommiſſo, venit etiam portio hęreditatis acquiſita per fideicommiſſum.Et eadẽ ratione idem dici debet de acquiſita ex pupillari,ſed in caſu noſtro ſi prælegata fuiſſent facta vltimo decedenti, & præceſſiſſent grauatum fideicommiſſi,ſicut iſto caſu dictum fideicommiſſum præceſſit ſubſtitutio pupillaris,ſine dubio dicta prælegata venirent in reſtitutione fideicommiſſi, ſm omnes in d.§. qui liberis. Ergo in illa,ſm Imo.venit ẽt iſta ſubſtõ pupillaris. Pro quo facit ẽt,ſm Imo.quia ſi venirent prælegata, in quib.videbatur maior dubitatio, vt ẽt dicit Ang. quia non ſunt portio hæreditatis,fortius in fideicommiſſo debet venire acquiſitũ ex pupillari ſubſtõne. eandem opin.tenet ẽt Raph.Cum.in d.§.q. ſuſpectã. dicens, ꝙ ſi fideicommiſſum ſit ſimpliciter factum, & ſequitur ſubſtitutionẽ pupillarẽ,ſm ordinẽ intellectus, vt qa, ſm eum,teſtõr primo inſtituit filium,deinde ſubſtituit Titium pupillariter, poſtea grauauit illum poſt mortem per fideicommiſſum,tunc ſi verba ſint taliter concepta, ꝙ in reſtitutione fideicommiſſi veniãt prælegata,iuxta no.in d.§.quidam liberis. ita etiã veniet acquiſitũ ex pupillari ſubſtitutione. Sed ſi verba non cõprehenderent prælegata vel fideicõmiſſum,tñ comprehenderent hæreditatẽ,& tũc ẽt illa veniret in reſtitutione fidei
19 cõmiſſi,quia † hæreditas pupilli eſt hæreditas patris,mediante perſona ipſius pupilli. l.ſi ita.§.qui filio. de bo.poſ.ſm tab.& l. 1.iuxta prin.& l.paterf. mihi às primis tabulis.de vulg.& pup. Et hoc vltimum eſt valde notandum,ſm Alex.ibi,& ſic in fortiori caſu vult,ꝙ bona pupilli contineantur in fideicõmiſſo,in quo etiam in caſu noſtro multo magis continentur, ſecundum Rapha.ex quo in illo poſſent etiam,vt dixi,venire prælegata pręcedentia,per ea q̃ traduntur per Bar.& oẽs,in d.§.quidam liberis. Et iſtã opi.tenet ẽt Pau.de Caſt.in d.§.qui ſuſpectam.in lect.Paduana. vbi dicit,ꝙ in ſubſtitutione pupillari eſt diſtinguẽdum ſicut in prælegatis, videlicet ꝙ aut fideicommiſſum præceſſit pupillarẽ ſubſtitutionem, & indiſtinctè non venit pupillaris ſubſtitutio,ſicut nec prælegata.l.Titia, cum ibi not.ad leg.Falc. Aut pręceſſit pupillaris ſubſtitutio,ut in caſu noſtro,& tunc diſtingui debet, per quæ verba factum ſit fideicommiſſum, quia ſi per verba vniuerſalia, & tunc ueniunt bona pupilli ẽt quæſita aliunde quam a patre, quia & in illis potuit pater hæredẽ pupilli grauare per fideicommiſſum.l.ſi fundum per fideicommiſſum.§.fi.de leg.1.Aut fideicõmiſſum non fuit ita generale, ſed tñ de bonis ſuis, & tunc veniunt ẽt bona pupilli,quæ habuit a patre & idem tenet Pau.de Ca.in lect.Bono. dicens, ꝙ ſi hæres coactè adiuit,in fideicommiſſo venit pupillaris ſubſtitutio.d.§. qui ſuſpectam.Sed ſi ſponte aduenit,debet adhiberi diſtinctio, quæ attenditur in prælegatis,ſ.an primò ſubſtituerit,& poſtea grauauerit,vel econtra,& hoc dicit putare ueriſſimum reiectis multis verbis Doct.ibi. Et cum iſta opinione quo ad caſum noſtrum, in quo præceſſit ſubſtitutio pupillaris,ẽt ſecundum ordinem intellectus, & fideicommiſſum relictum ab ultimo fuit etiam conditionale,tranſit Alex.in d.§.quæ ſuſpectam. Ex quibus apertè cõſtat,ꝙ iſta opinio eſt magis communis, a qua nõ eſt recedendum,vt traditur in locis vulgaribus.Et ad omnia allegata in ꝯrium rñdẽt Imo.& Ale. in d.§.qui ſuſpectã.quos aliter nõ refero,qa videri pñt de facili.Et prædicta opi.præſertim eſt vera in caſu noſtro,ſpeciali ratione.Nã teſtõr,caſu quo omnes dicti ſui filij decederent ſine filiis maſculis ante 25.an.legauit etiam vxori ſuæ vltra dotes ſuas ducatos 300. & alimenta in domo cum hæredibus ſuis. Et eodem caſu iure inſtitutionis legauit idem teſtator filiæ ſuæ vltra dotes ducatos 700.auri,& eam voluit debere eſſe contentam, & caſu quo non contentaretur,illam priuauit & priuatam eſſe uoluit dicto legato. Et deinde immediate dicto caſu adueniente filio ſuo vltimo decedenti infra dictam ætatem 25.ann.ſubſtituit illi per fideicommiſſum Albertũ & alios fratres ſuos.Vnde ex huiuſmodi ſerie, & ordine diſponendi apparet, ꝙ in hũc caſum,quo omnes filij infra dictã ætatem decederent ſine filijs maſculis, noluit teſtator,ꝙ vxor & filia de bonis ſuis,in quib.ſucceſſiſſent dicti filij,aliqd haberent vltra illud,quod eis reliquit, quia honorando illas in dictis certis quantitatib.eo caſu,quo vltimo decedẽtis ſubſtituit per fideicommiſſum, videtur illas à reſiduo excluſiſſe,& voluiſſe ꝙ totũ,quod ſupereſſet,perueniret ad ſubſtitutum per fideicommiſſum,arg.l.cum prætor.in prin.de iu.& ꝑ no.per Bar.in repe.l.pater filium.de inoffi.teſ. dum vult,ꝙ per
20 † illam clauſulam,quod plus petere non poſſit,videtur prohibitum ius accreſcẽdi. Et facit no.per Bar.in l.fideicommiſſa, §.ſi quis ita,de le.3.& per Bal.in l.liberti,libertæq; C.de ope.lib. & ex hoc infertur,ꝙ intentio teſtatoris fuit,ꝙ totum, & integrũ ſuũ patrimonium perueniret ad ſubſtitutos vltimo decedenti per fideicommiſſum,& per cõſequens ꝙ ad dictas fœminas non poſſit vltra illud,quod illis relictum fuit,ex ſucceſſione ab inteſtato vel ex teſtamento dicti vltimi decedentis de dictis bonis aliquid peruenire.Et prout vltra dictum relictũ peruenire potuiſſet ad eas nedum ex teſtamento dicti vltimi decedentis,ſed etiam ab inteſtato tã de iure cõmuni,quam ex forma ſtatuti,ſi acquiſitum ex pupillari ſubſtõne non veniret in fideicommiſſo,qa ex d ſpõne ſtatuti mater defuncti concurrens cũ eius patruo ſuccedit i vſufructu totius hęreditatis, & ſoror pariter ſuccedit pleno iure cũ patruis defuncti,ꝙ eſſet manifeſte contra intẽtionem teſtõris,q vocãdo dictas mulieres dicto caſu adueniente ſolũ ad prædictas quãtitates, voluit in dictum caſum illas excludere a toto reſiduo,& ꝙ in illũ caſum aliqd vltra non poſſent conſequi,& ſic voluit matrem filiorũ & ſororem eorum excludere à ſucceſſiõe illorum,reſpectu ſuorũ bonorũ tam ab inteſtato quam ex teſtamento. Nec obſt.ꝙ dictæ mulieres poſſint ſuccedere ſaltem in ltima dicti vltimi decedẽtis,& ſic plus de dictis bonis conſequi, quam eis fuerit relictũ à teſtatore, quia hoc contingit ex defectu ptãtis ipſius teſtatoris,& non ex defectu volũtatis,quoniam teſtator voluit,ꝙ etiã ltĩa veniret in fideicommiſſo,ſed non potuit.l.cohæredi.§.cum filiæ.de uul.& pu.& l.cum patronus. de leg.2.Sed quo ad reliquũ voluit,& ideo eius volũtas dẽt adimpleri.l.cũ uirum.C.de fideicom. & in l.in condõnibus primũ locũ.de cond.& demõ. Et iſtud etiam cõprobatur, & quaſi in terminis decidit ex no. per Bar.in l.2.in prin.de vul.& pu.col.pe.verſi.quæro ex quib.
21 præſumatur,&c.Cũ enim prius dixerit, ꝙ † ex tacita pupillari excluditur mater ex coniecturata mente defuncti.l.in teſtamento.C.de teſta.mil.quærit poſtmodũ in ver.prædicto, quæ coniecturæ ad hoc ſufficiant.Et ad propoſitum dicit, qđ coniecturata mente poteſt conſtare ex his,q̃ teſtator dixit in teſtamento,vt qa matri pupilli aliquid reliqt, & iuſſit eam eſſe contentam,vt plus de bonis ſuis petere non poſſet. Nam hoc caſu Gul.dixit,vt Bar.refert,ꝙ ſi quidem talia verba fuerũt adiecta legato relicto ab ipſo pupillo,tũc matri non præiudicant in ſucceſſione,quæ venit poſt mortem pupilli.l.Pa.Callimacho §.1. de leg.3.Sed ſi illa verba eſſent adiecta in aliquo legato relicto ſubſtituto pupilli,tunc ſecus,pſumitur enim ꝙ voluerit ſubſtitutum matri præferre.l.peto.in prin.de leg.2 Et hoc etiam approbat Bar.q ꝑ hoc alleg.d.l.fideicõmiſſa.§.ſi quis ita.cum ibi no.per eum,de leg.3.Et ita etiam dicendum eſt in caſu nr̃o, in quo teſtator non reliquit pure filijs, vxori & filiæ. Et ſic nõ ſumus in primo caſu.Sed illis reliquit poſt mortem filiorũ,& a fideicommiſſarijs, & à quibus in dubio præſumitur potius relictũ quam ab hęrede grauato.l.Marcellus. in prin.& ibi ꝑ Bar. ff.ad Tre. atq. etiam iuſſit teſtator filiam eſſe tacitam & contẽtam ſub pœna priuationis,ideo eſt præſumẽdum, ꝙ in toto reliquo ſuo patrimonio voluerit fideicommiſſarios pferre dictis fœminis,& ꝑ cõſequens,ꝙ in reſtõne fideicõ.relicti ab ultimo veniat illud,qđ ad illũ ꝑuenit ex ſubſtõne pupillari,qui aliàs in toto reliquo patrimonio teſtatoris fideicommiſſarii non poſſent pferri,ut uoluit teſtõr,ꝑ ea q̃ ſuperius dicta ſunt. Tertio
22 uidendũ eſt, an ꝑ hæredes † ultimo decedentis poſſit retineri ltĩma illi debita,& etiam fratri ſuo præmortuo in pupillari ętate. Et prima facie uĩr dicendũ ꝙ ſic.l.cohæredi.§.cum filiæ.de uul. & pu.& l.cum patronus.de le.2.& uoluit Cy.in l. ex tribus.C. de inof.teſ.quia filius ꝑ fideicommiſſum, ꝙ eſt onus, grauari non potuit.l.quoniam in prioribus.C.de inof.teſ. Et idem tenet Bar.& Doc.cõiter,in l.1.§.ſi,de vul.& pup.Sed tñ q̃tũ ad ltĩmam primi,qui deceſſit in pupillari ætate,cõtrariũ puto omni

no dicendum, quia ultimus, a quo fideicommissum fuit relictũ potuit grauari etiam in legitima primi, cui successit ex substitu tione pupillari. l. si fundũ per fideicommissum. §. fi. cum l. seq. de lega. 1. Et ita specie tenet Bal. & clarius Pa. de Ca. in d. l. ex tri bus. in fi. Nam secundum Pa. de Ca. aut ultimus uel eius hęres vult deducere legitimam ex persona pupilli & non potest, quia ille non fuit grauatus per fideicommissum, de quo agitur. Aut uult eam detrahere ex persona propria, & non potest, quia in dicta legitima potuit grauari, & grauatus intelligitur. d. §. Et idem etiam tenet Alex. & Are. in d. l. 1. §. fi. de uul. & pup. Are. in consi. 155. & Cuma. in consi. 123. Et idem erit, si dicamus, qđ vltimus ad partem primi sit admissus per ius accrescendi, uel ex vulgari, quæ potuit habere locum, si primus non adiuit, ut
23 dixi in præcedentibus, quæ † uulgaris potest fieri in legitima. l. si posthumus. §. quod uulgo. de libe. & posth. Et hoc quia nõ continet onus, ut ibi declarat Ale. qui etiam ad hoc alleg. l. seq. & l. fi. de cond. insti. & ideo tota portio primi, & sic etiam legitima eius, quæ peruenit ad ultimum per ius accrescendi, uel ex vulgari uenit in restitutione fideicommissi, per no. per Bar. & Doc. in d. l. Marcellus. § quidam liberis. & magis in specie hoc etiam uult Alex. in l. plane. §. si duobus. de leg. 1. in fi. pe. colum. Quo uero ad legitimam ultimi, uerum est, quod debet deduci de portione, in qua fuit institutus, per allegata in contrarium, & prout etiam dicit Bal. & Pau. de Cast. in d. l. ex tribus. Sed est dubium, quanta sit legitima, & an in illa taxanda debeat etiam computari filia testatoris exclusa ab intestato ex forma statuti, ita quod triens, in quo consistit legitima isto casu, auth. nouissima. C. de inoffi. test. debeat diuidi totus inter duos filios masculos, an vero in eo filia illis faciat partem. Et ista quæstio est valde dubia, & super ea reperiũtur opiniones uariæ. Nam Bal. Ang. & Rapha. in l. Papinianus. §. unde si quis. ff. de inoff. test. per no. ibi per gl. voluit, quod filia tunc habeatur pro mortua & quod filiis faciat partem in legitima. Sed quia debet dotari ex forma statuti, illa dos debet deduci prius tanquam æs alienum, & de residuo debet detrahi legitima. Et idem etiam vult Pau. de Ca. & Cum. in l. huiusmodi. §. si Titio. de leg. 1. & Ang. consi. 299. Punctus talis. & in l. Papinianus. §. quoniã. de inof. test. & Cuma. consi. 35. Statuto ciuitatis Vicentiæ, &c. Et pro ista opi. consuluit etiam Alex. licet consilium non sit impressũ sed de illo mentionem facit D. Ioan. Bap. de S. Seuer. & Soc. in quodam consi. inci. Super præmissis quęstionibus, &c. quod impressum est post lect. Soci. de excep. & ibi etiam referunt a-
24 lios uoluisse, quod dos non † detrahatur de toto patrimonio, sed de solo triente, quod ita consuluit Nellus, Ant. Rosel. D. Io. de Eugubio, & alij quidam Doc. Florentini numero sex, & ꝙ idem ẽt tenet Pau. de Ca. in consi. 253. Quoniam fundm̃. & ꝙ idem vult ẽt Ro. in l. 1. C. qñ non pet. partes, & ꝙ idẽ etiam sensit D. Io. Palliar. de Senis. & D. Grifo de monte Pulciano, & ꝙ idem sentit Bal. in l. si defunctus. C. de leg. hær. Tertia etiam fuit opinio, ꝙ filia quamuis exclusa faciat partem masculo, ex quo debet dotari, vt uoluit Bald. & Imo. in d. l. huiusmodi. §. si Titio. & Bal. in l. unica. in 6. q. C. quando non pet. par. in auth. nouissima. in ulti. q. C. de inof. test. in l. 1. in §. in primo. C. de cad. toll. & D. Io. Pet. in l. pater filium. in fi. ff. de inof. test. qui dicit hanc esse communem opi. ut refert & sequitur ẽt Cor. in cõs. 197. Circa primum, &c. in 1. uol. & ibi ẽt respondet ad d. l. Papinianus. §. unde si quis. cũ ibi no. in gl. Sed dato ẽt, ꝙ ista ultima opinio non procederet, sed altera ex præmissis, remanet tamẽ dubium, an saltem ducati septingenti relicti filiæ, debeant computari in triente debito filiis pro legitima, ita quod eatenus dictus triens minuatur, quatenus est dicta quantitas relicta filiæ. Et quamuis super hoc multa dici possent pro & contra. tñ ad euitadam prolixitatem dico, ꝙ dictum legatum cedit ad diminutionẽ legitimę debitæ filio, & auctæ propter exclusionẽ fœminarum, ut in terminis decidit Pa. de Ca. in consi. 252. Super primo puncto, &c. quia, ẽm eũ filia non excluditur per statutum, quatenus habet uoluntatem patris, ꝙ patet, quia permittit eis relinquere, & quatenus illis relinquit, perinde est, ac si statutum non extaret, cum casus, in quo fœminas excludere intendit, non extet, scilicet quod parens decesserit intestatus, & eis nihil reliquerit. Sed immo extat casus, in quo non intẽdit eas excludere scilicet quia decessit intestatus, & eis reliquit. Vnde quantum ad illud, quod est relictum, sumus in terminis iuris communis, in quo a statuto nulla est inducta exclusio. Et pro hoc allegat ẽt no. per Bal. in l. pater filium. de inoffi. test. in vl. char. ver. vlterius quæro hoc supposito, & ubi de terminat, ꝙ licet exhæredatus habeatur pro mortuo, & non computetur in numero, vt augeat legitimam, & faciat eam trãsire de triente ad semissem, hoc tamen est verum, quando nihil est sibi relictum, aliàs, ẽm ipsum, facit numerum & partem, si non repudiat, allegat gl. in auth. de trien. & semis. post prin. ver bo, testamentum. quæ vr̃ ẽm Pa. de Cast. casum nostrum determinare. Nec ob. ẽm eundem Pau. ꝙ filiæ vr̃ relictum ut extraneæ, quia hoc non est verum, qm̃ cum statutum ꝑmittat eis relinqui, censetur voluisse ꝙ eis relinquatur ut filiab. arg. l. plenũ §. equitij. de usu & habi. & ꝑ consequens cẽsetur velle, ꝙ legatum factum filiæ in ltĩma cõputetur. l. omnimõ. C. de inof. tes. Et ad quædam, q̃ allegari possent in contrarium, rñdet ẽt idem Pa. de Ca. in d. consi. qui ẽt idem tenet in consi. seq. incip. Qm̃ fundamentum. in fi. & ista opi. ẽt tãto magis est vera isto casu, ex quo testõr dictum legatum fecit filiæ pro omni portione & rata legitimæ, & ꝑ oĩ eo & toto, qđ ipsi filiæ dẽri, seu quouis alio mõ petere posset, in, & de bonis & hereditate ipsius testõris, &c. Ex quib. verbis apparet, ꝙ hoc legatum est factũ ꝑ
25 patrem animo cõpẽsandi cum ltĩa, quia paria † sunt dicere, ꝑ oĩ portione & rata ltĩmæ, & dicere, aĩo compẽsandi cum portione & rata ltĩæ, ut est tex. no. in l. 1. §. primum. C. de rei vxo. act. ẽm Bal. ibi, & Ale. in l. hmõi. §. cum pr. circa 1. col. de leg. 1. Nec dicatur, ꝙ aliqua ltĩma nõ dẽbatur filiæ exclusæ a statuto, cum qua posset fieri cõpẽsatio, quia testõr habuit respectũ ad legitimam debitam de iure cõi. ẽm Pa. de Ca. in d. consi. inci. Quoniam fundamentum, &c. ad fi. Et ex hoc infert, ꝙ tale legatum censetur factum ut filiæ, & non vt extraneæ, & propter ea pro summa legata facit filio partem in legitima, & etiam ꝑ quantitate dotis, quæ saltem est prius deducenda ut æs alienũ, ẽm ea quæ superius dicta sunt. Quarto superest videre, vtrum
26 aduersus † fideicommissarium possit Trebellianica detrahi respectu portionis utriusque filij, cum non sit detractio prohibita, ẽt si ltĩma ultimi possit detrahi, per no. in l. quamquam. C. ad leg. Falc. in c. Raynutius. de testa. & in l. in rõne. §. quod uulgo. ff. ad leg. Fal. cum concord. de quib. ibi per Alex. Et ꝙ ẽt de portione primi possit Trebellianica detrahi, uult Bal. & Pau. de Ca. in specie, in d. l. ex trib. quæ ẽt non potuisset filius per testatorem expresse prohiberi, quia licet alius prohiberi possit iuxta no. per Doct. in auth. sed cum testõr. C. ad leg. Falc. & in l. Marcellus. in prin. tamen quo ad filios primi gradus non ualet prohibitio, ẽm Bal. & Sal. & Pau. de Cast. in l. iubemus. C. ad Tre. per illum tex. & Rom. & nouissimos d. l. Marcellus. & Rom. in consi. 205. Licet ex communi conclusione, & Alex. in consi. 5. 5. vol. Sed istis non obstantibus contrarium puto verius. Et primo dicitur, quod non potest Trebellianica detrahi, ex quo inuentarium non fuit confectum, sicut etiam ex non
27 † confectione inuentarij non potest Falcidia detrahi, ut in auth. de hær. & fal. §. sancimus. & §. si vero non fecerit. & c. Raynaldus. in fin. extrà de testa. Et quamuis ista quæstio sit ualde dubia, & Bal. & multi alii in d. l. Marcellus. & in alijs locis, de quib. ibi per Mod. tenuerint, ꝙ propter hoc Trebellianica non perdatur, per rationes, quas breuitatis cã aliter non refero, & aliqui dicant esse communem opinionem, pro qua etiam consuluit Alex. in consi. 67. 4. uolu. & consi. 26. 5. vol. Nihilo mi-
28 nus contraria opinio. s. ꝙ † non possit Trebellianica detrahi, uidetur de iure uerior, & etiam magis communis quam tenuit Iaco. de Are. Imo. & Raph. Cum. in l. cum tale. §. si. de cond. & dem. Richard. Malumb. Pet. Cy. Bal. Sal. & Fulg. in d. auth. sed cum testator. Oldr. consi. 134. Satis credo, &c. & ipsemet Bar. sibi contrarius in consi. 234. Lena Matareli, &c. & Roma. late in auth. similiter. C. ad leg. Fal. & ipsemet Pau. de Cast. in consi. 209. Super primo dubio, &c. Imo. Raph. Cum. & Soc. in d. l. Marcellus. qui dicit quod hanc opinionem sequeretur consulendo etiam & iudicando. Et idẽ tenet Pet. de Matth. in repe. l. filium quem habentem. C. fami. ercis. in vl. col. qui etiam dicit hanc opinionem esse cõmunem, quam etiam tenet Matthæs. notab. 158. nota quod hæres. & Ang. Are. in §. extraneis. insti. de hęr. qual. & differen. ubi dicit, ꝙ eo aduocante pro ista parte fuit iudicatum Ferrariæ. Et idem tenet insti. de fideicomm. hæredi. §. sed quia stipulationes. in fi. vbi dicit ita tenendum, & illo

illo anno ita vidit Ferrariæ obseruari. & pro ista opi. facit, quod no. Bar. in l. fi. §. licentiam. C. de iure delib. ubi dicit, quod semel ante mortalitatem, & semel post, accidit, quod hæres grauatus negauit aliquas esse res subiectas restitutioni fideicommissi, & quia fuit probatum contrarium, dicebatur, quod amiserat detractionem Trebellianicæ, per illum tex. & l. beneficio. ad leg. Falc. Et pro ista opinione Bar. alle. d. §. statuimus. in auth. de hæred. & Falc. Et sic vult Bar. quod dicta iura, quæ loquuntur de amissione Falcidiæ, locum etiam habeant in amissione Trebellianicæ. Et multa alia allegantur etiam pro ista opinione, quæ similiter omitto, quia possunt facile uideri, &c. & in dictis locis respondent præfati Docto. ad rões tenentium contrarium. Et pro ista opi. consuluit Corne. in consi. 303. plura q̃sita, &c. in j. vol. vbi de hoc late per eum, qui etiam respõdet ad oĩa, q̃ allegantur in cõtrarium. Secundo dr, quod Trebellianica detrahi non potest, quia isti filij decesserunt ambo infra. 25. annum suæ ætatis, infra quod tempus prohibuit testãr alienatio
29 nem bonorum immobilium. Vnde † ex tali prohibitione intelligitur etiam prohibita Trebellianica, sicut etiam propter hoc dicitur prohibita detractio Falcidię, ut est tex. in auth. sed & in ea. C. ad leg. Fal. Et ibi rõ redditur in gl. quia dicta detractio dr esse alienatio. Et quod etiam illud habeat locum in Tre. tenet ibi Bal. & Sal. qui dicit hoc esse notandum, quia aduocati ad hoc communiter non aduertunt. Et cum Bal. & Sal. transit etiam Are. in consi. 37. Sequendo ordinem quæsitorum, &c. col. fi. ver. ad secundum, &c. & in hoc nullus contradicit & dicit etiam Are. in eodem loco, quod Bar. & Doct. communiter in d. l. Marcellus. & in d. auth. sed cum testator. tenet, quod Trebellianica possit prohiberi sicut Falcidia. Nec obstat, dum dicebatur, quod licet quo ad alios possit prohiberi, tamen quo ad filios primi gradus non ualet prohibitio, per d. l. iubemus. C. ad Tre. cum ibi nota. per notata per Bal. & Sal. Quia immo etiam filijs potest prohiberi. Et sic opinio prædictorum non est vera, vt voluit Cy. in d. l. iubemus. in opposi. qui dicit, illam legem hodie esse correctam per. d. auth. sed cum testator. Et idem tenet Cum. in l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. & in l. in fideicommissaria. in prin. ad Trebel. quia non sequitur, vt dicit Bald. in dictis filijs non imputantur fructus in Trebellianicam, etiam volente patre. dict. l. iubemus. Et sic non potest isto casu minui, ergo non potest in totum prohiberi. Quia quod fructus non imputentur dictis filijs in illam quartam, continet ius speciale, sed quod non possit prohiberi illo iure non erat speciale etiam quo ad filios, sed regulare quo ad omnes. l. quod de bonis. §. 1. ad leg. Falcid. & quantum ad hoc illa lex, iubemus, nihil inducit de nouo sed inductum præsupponit. Et ideo cum sit hodie inductum, quod Falcidia possit prohiberi dicta auth. sed cum testator, qua locum etiam habet in filijs primi gradus, etiam hodie quo ad illos poterit Trebellianica prohiberi, quia quantum ad istam prohibitionem illud, quod de
30 nouo statutum est in Falcidia, dicitur † etiam statutum in Trebellianica, secundum Docto. communiter, in d. authen. & in d. l. Marcellus. Et istam opin. etiam sequitur Alexand. in dicta l. Marcellus. per not. per Dyn. Rayn. & Moder. in l. Lucius. §. maritus. ad Trebellian. Et idem tenet Alexand. in consil. 29. 5. volum. per eandem rationem, qui etiam alio modo respondet ad l. iubemus. Et istam opin. etiam sequitur Socin. in d. l. Marcellus. & idem etiam explicite uult Imol. quem prædicti non allegant, in d. l. Lucius §. maritus. vbi not. ex illo tex. secundum Dyn. quod ubi possunt detrahi duæ quartæ, potest testator disponere quod Trebellianica computetur in legitimam, quia si potest facere, quod cõputetur in verum debitum, vt ibi, multo magis facere, quod computetur in legitimam, quæ est quasi debita, iuxta ea quæ not. in l. fin. de lib. agnoscen. & subdit Imo. quod istud poterat procedere etiam secundum hęc iura, hodie autem tenendo, quod possit Trebellianicam prohibere, de quo dictum fuit in. d. l. Marcellus. posset tunc expresse prohibere Trebell. & sic Imo. vult, quod etiam filijs primi gradus possit Trebellianica prohiberi. Et quod de illis intellexerit, constat, quia loquitur eo casu quo potest testator facere, quod Trebellianica imputetur in legitimam, quæ est debita dictis. & sic ista opinio est magis communis, ut patet ex prædictis, & est etiam uerior de iure. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Per præcedentia declarantur sequentia.*
2 *Relatio debet fieri cum omnibus suis qualitatibus, & quãdo censeatur facta relatio.*
3 *Verba prolata in accusatiuo, sui natura significant perfectum actum.*
4 *Per prohibitionẽ alienationis censetur prohibita detractio Trebellianicæ.*
5 *Vtrum pater possit prohibere Trebellianicam filijs primi gradus.*
6 *Per uerbum, instituit, censetur data potestas fideicommissario, ut bona apprehendat propria authoritate.*

CONSILIVM CXIX.

PROCEDENDO summarie & br, in primis dr, quod euenit casus fideicõmissi in psona Alberti, & aliorum, ex quo oẽs filii testãris decesserunt añ 25. annũ. Nec hic cadit illa dubitatio, vtrũ illa verba, s. ante 25. suæ ætatis annũ intelligãtur añ dictũ annũ inchoatũ uel finitum, qa ex pcedentib. apparet, quod testãr sensit, qñ filii decederẽt añ dictum annum finitum, dũ testãr dixit, & casu quo cõtingeret oẽs eius filios anteq̃ cõple
1 rẽt 25. annũ, &c. Nam per† pcedentia declarant sequentia, & ecõtra. l. q filiabus. in prin. & l. si seruus pluriũ. §. fi. de le. 1. & bñ pbatur ex no. p Bar. in l. ex facto. §. si qs rogatus. ad Trebell. & eo magis quia testãr inferius habuit relationẽ ad dictã partem pcedentẽ dicẽdo, & in casu & casib. pdictis sic decedẽtib. oĩbus eius filiis añ 25. suæ ętatis annũ, &c. Cũ. n. solũ supra mẽtionẽ fecerit, qñ oẽs filios cõtingeret mori, antequã cõpleuerint vicesimumquintũ annũ, ad illã partẽ de necessitate dẽt fieri relatio. l. 2. de libe. & posthu. & l. fundus qui locatus. de fun. instr.
2 quæ † relatio dẽt intelligi facta cũ oĩb. suis qualitatib. Et sic est perinde, ac si dictũ fuisset, añ 25. suæ ætatis annũ cõpletũ, per not. per Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de leg. 2. & in l. 1. §. 1. si famil. fur. fecisse dica. & in l. 1. de recep. & in l. sanctio legum. de
3 pæn. Præterea illa† verba ante 25. suæ ætatis annum, &c. prolata in accusatiuo ex sui natura significat annũ completum. l. si in annos. de cõd. & dem. Ita ẽt tenet Pet. Cy. & Bal. in l. si cui. la 1. de leg. 1. in prin. Dy. Cy. Ray. & Bal. in d. l. si annos. Et ista uidetur opinio magis cõmunis. cũ qua ẽt trãsit Ale. in d. l. si cui, & pro qua alleg. l. qui duos. in fin. de manu. testa. & quamuis Bar. in d. l. si cui videatur velle, quod non intelligatur de anno completo, nisi exprimatur uerbum peruenerit, quod significat rem pfectã, tñ ipse loquitur, qñ dictio, ad, est coniuncta cũ accusatiuo simpliciter, vt quia dictũ sit lego ad annũ 20. qa dictio, ad, exponitur pro iuxta, ideo intelligitur de anno inchoato. Vnde quando non fuit expressa dictio, ad, Bar. manifeste sentit & psupponit, quod intelligatur in dubio de anno completo, prout etiam uult gl. ibi, quia tunc cessat dicta ratio Bart. Igitur in casu nostro omnib. decedentibus ante 25. suæ ætatis annum habet locum substitutio, si mortui sint ante dictum annum completum. Et hoc puto non habere dubium, etiam sm intentionem Bar. & gl. Secundo dicitur, quod etiam portio primi filij decedentis, quę iure fideicommissi peruenit ad superuiuẽtem, uenit in restitutione fideicommissi relicti ab ultimo. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. per no. per Bar. & alios, in l. Marcellus. §. quidam liberis. eo. tit. & per Docto. in l. cum uirum. C. de fideicõ. Tertio dicitur, quod de isto fideicommisso non potest detrahi
4 Trebellianica, quia testator prohibuit† expresse alienationem ante 25. annum. & sic quamdiu res erant subiectæ restitutioni, prohibita fuit alienatio, per quam prohibitionem dicitur phibita detractio Trebellianicæ adueniente casu fideicommissi, ut est tex. in authen. sed & in ea. C. ad leg. Falc. Et rationem ibi assignat glos. Et quamuis ille tex. loquatur in Falcidia, idem tamẽ est in Trebellianica, sm Bal. & Sal. ibi, qui dicũt hoc eẽ notandũ, quia aduocati ad hoc cõiter non aduertunt. Circa tamẽ
5 hoc oritur dubiũ † vtrũ pater possit filiis primi gradus prohibere Trebellianicã. Et quamuis Bal. & Sal. in l. iubemus. C. ad Tre. p illũ text. dicãt quod nõ, tñ Cy. ibi tenet contrariũ, & Raph. in l. cohæredi. §. cum filio. de uul. & pup. & in l. in fideicommissaria. in prin. ad Treb. & Alexand. in l. Marcellus. in princ. eod. tit.

tit.& in consi.67.1.uol.& in consi.29.5.vol.Et hoc ēt præsupponit Ang.in cōsi.125.Hoc est testamentū Petri,&c.in pe.& vlt.col.& Bal.consi.340.uol.3.in fi.Et ista opinio est uerior,& cōior, ut aliàs latius dicetur,si opus fuerit, & dato maiori otio & tpis commodo.Quarto dicitur,ꝙ fideicommissarius, q̄ possidet,est legitimus contradictor,ſm Bar.& Doc.in l.fin. C. de edic.di.Adr.tol.Quinto ēt dicitur,ꝙ ante aditam hæreditatem isti fideicōmissarij potuerunt propria authoritate apprehendere possessionem iure permittente,& etiam adita hæreditate antequam apprehenderetur per hæredem, & dicerentur sine uitio posſidere,ſm Imo.expresse i n l.filiam fratribus.ad Tre.per ea quæ hnr in l.non dubium.C. de le.Cum ergo fuerunt impediti per superiorem apprehendere possessionem, dēt illis possessio concedi, quatenus per fideicōmissum sunt uocati, aliàs iniuriam fuissent passi.Quinimmo ēt si hæredes grauati essent in possessione,adhuc isti fideicommissarii propria authoritate possent possessionem apprehendere,quia a testatore hanc licētiam dnr habere,ex quo hoc casu adueniente testōr illos instituit,& substituit per fideicommissum . Nam propter uerbū il-
6 lud,† instituit,dr̄ fideicommissario data licentia apprehendendi bona propria authoritate,per no.per Bar.ī l.ex facto. de hære.inst.& per Doc.in l.quoties.C.eo.Vbi uolunt,ꝙ licet institutus in re certa sit legatarius,ut ibi,tñ quia institutus est, rem legatam potest indistincte capere propria authoritate. Et isto casu locum non habet.d.l.non dubium.Secundo pñt prædicti capere authoritate propria,qui sunt ēt exequutores testī,& q̄bus est data ptās in ampla forma exequendi cōtēta in testō.Nā ex hoc possent alteri fideicommissario restituere de facto id est illum in possessionem inducere , quamuis actiōes ex Trebelliano non possent transferre,ſm Bal.in l.id quod pauperib.C.de epis.& cle.in 16.q.qui alle.ēt Spec. in duobus locis.Sicut ergo aliis possent possessionem tradere, ita, cum sint per fideicommissum uocati, dnr habere licentiam a testatore apprehendendi possessionem propria authoritate,sicut etiam tutor sibi ipsi rem debitam a pupillo potest tradere.l.fistulas.§.fundum. de contrah.emp.& per no.per Bar.in l.2.in fi.de stip. seru.qui idē dicit in quolibet officiali. Et dicentur possessores sine uitio & legitimi contradictores,qñ de licentia testatoris possident,uel possidere debent ſm Ang. & Imo. in d.l.filiam fratribus. Nec prædictis obstat , quod fideicommissarius etiam possidens nō sit legitimus contradictor,quando ab hærede grauato uenit aliquid detrahendum,puta Trebellianica,secundum Pau. de Cas. & Alex.in d.l.fi.C.de edict.di. Adr. toll. Et quamuis non possit isto casu Trebellianica detrahi,ut dixi,tamen legitima filiorum uenit detrahenda,in qua non potuerunt grauari.d.l.cohæredi.§. cum filiæ. de uulga. & pup. quia ad hoc respondetur , quod prædicta procedunt , quando fideicommissarius apprehendisset possessionem totius hæreditatis, & omnium bonorum . Sed quando apprehenderet solum illam partem,quæ fideicommisso subiaceret, tunc prædicti non contradicunt,& ratio illorum non habet locum,& ideo respectu dictæ partis nō est illis deneganda possessio. Et est aduertendum,quod de parte primi filii decedentis non potest detrahi legitima per hæredem ultimi , ex quo substitutio est facta solum ultimo decedenti,& non primo,ut no.concludit Pau. de Cast. in leg.ex tribus.in fin.C.de inoffi. test. per rationem,de qua ibi per eum. Et idem etiam uult Cum.in consi.123.& Aret.in l.1.§. fin. de uulg.& pup.& quamuis dicat Pau.de Cast. quod Trebellianica poterit detrahi ex persona,& de parte primi,hoc tamen nō est uerum in casu nostro,in quo,ut dixi,detractio Trebellianicæ est prohibita propter prohibitionem alienationis.Et an etiam sub dicta prohibitione alienationis contineatur legitima, ex quo prohibitio non est perpetua , sed usque ad annum 25. potest esse dubium, quia facta censetur tunc in fauorem filiorum, & sic non continet onus.leg.2.C.de usuc.pro empt.& videtur uelle & sentire Pau.de Cast.in consi.234. Visis & consideratis omnibus,&c.col.2.& de quo per Are.consi.19.Et similiter an sub dicta prohibitione contineatur hæredis institutio. Circa quæ pro nunc aliter non insisto , quia requirunt altiorem indaginem.Sed concludo,quo possessio istis fideicommissariis non est deneganda , saltem eo modo, quo dictum est supra. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum nullam afferens utilitatem non ualet.*
2 *In restitutione fideicommissi an ueniat relictum sibi factum post inductum grauamen.*
3 *Ordo scripturæ an attendendus , an uero ordo naturę & intellectus,& quando.nu.7.& 15.*
4 *Conditio apposita ad qualificandum sequens capitulum,non intelligitur in præcedentibus repetita , & quando.*
5 *Conditio apposita in institutione non censetur apposita in substitutione.*
6 *Copula quando ponitur inter diuersas orationes , non inducitur repetitio pręcedentis qualitatis uirtute sermonis.*
8 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*
9 *Hæreditatis appellatione non ueniunt neque legata,neque fideicommissa .*
10 *Patrimonij appellatio quid complectatur.*
11 *Nulla est differentia, an quis grauetur restituere omnia bona, an patrimonium .*
12 *Hæreditatis appellatio non refertur ad ea , quæ oblique capiuntur .*
13 *Sermo indefinitus ex proprietate non æquipollet uniuersali .*
14 *Duo uincula uincunt unum.*

CONSILIVM CXX.

CIRCA casum,de quo quæritur . vr̄ prima facie dicendum , ꝙ portio Bernardini ꝑmortui in aliquo non subiaceat restōni fideicommissi . Quia substō fideicommissaria facta inter cohæredes ęqualiter institutos videtur nō valere,cum fuerit
1 simplex & pura,non autem conditionalis.Nam† hæredes institutos æqualiter adinuicem simpliciter substituit per fideicommissum.Et ideo quia quilibet tantum tenetur dare quantum recipit, & sic fideicommissum tanquam nullam afferens vtilitatem non ualet,ut probatur in l.ab omnibus.§.Titio. de leg. 1. & ibi Bar.no.in fi.& per eum clarius in l.si quis seruum.in fin. de cond.& dem.vbi refert ita consuluisse.Et idem tenet in l. 1. C.de pac.cum quo alii transeunt.Et dato,ꝙ valeret, vr̄ tñ,ꝙ in restitutione dicti fideicommissi a D.Bartholomæo fratre suo grauato relinquere suis cohæredib.patrimonium ipsius testatoris sub illa conditione , quæ fuit uiuente adhuc Bernardino impleta. Quia,ut patet ex ordine scripturæ , dictus Bernardinus repetit primo grauatus , deinde honoratus. & propterea
2 † in restōne fideicommissi venire non dēt relictum sibi factū post grauamen illi iniunctum,ut plene no. ꝑ omnes in l.Marcellus.§.quidam liberis.ad Tre.& in l.cum virum.C.de fideicō. Sed adhuc dato ꝙ quicquid peruenit ad eum ex bonis testatoris,veniat in restōne fideicommissi , nihilominus restō venit facienda ambob.cohæredibus suis,& sic d.Bartholomeo seniori ꝓ dimidia,& d.Bartholomeo iuniori pro alia dimidia, quā dimidiam d. do. Bartholomeus iunior non videtur obligatus restituere d.do.Bartholomæo seniori.Nam D.Bartholomæus iunior fuit grauatus,si habuerit tot beneficia,ex quib.annuatim ad minus percipiat ducatos 150.ꝙ de suis beneficijs viuere dēat,& alijs suis cohæredib. patrimonium ipsius testatoris relinquat.Et sic per fideicommissum intelligitur grauatus , q̄a hoc importat illud verbum,relinquat,præsertim cum testator mandat hæredi,ut relinquat.l.cum pater.§.a te peto.de leg. 2. Et ideo vbi testator grauasset hæredem, ut alium hæredem instituat.l.filiusfa.§.ſm vulgarem.de leg.1.& in l.ex facto.in pri. ad Treb.& per Bar.in l.centurio.in prin.vlt.q.prin.de vulg. & pu.ꝙ est fortius.In hac ergo restōne fideicommissi relicta a d. do. Bartholomæo vr̄,ꝙ veniat solum illud , quod ipse habuit iure instōnis,& nō illud,qđ si dētur iure fideicommissi ex portione Bernardini , quia licet ſm ordinem scripturæ primo videatur vocatus per fideicommissum ꝑ illam substōnē fideicōmissariam factam inter hæredes,quæ ꝓcessit, & deinde grauatus sub dicta cōdōne,attamen ſm veritatem,& ſm ordinē naturæ & intellectus ꝓcessit grauamen, quia cōdō prædicta sub qua fuit grauatus,prius extitit,& sic portionem suam hæreditariam suis cohæredib. reliquit ac restituit,ac deinde extitit cōdō,sub qua suis cohæredib. Bernardinus fuit grauatus restituere,

tuere,& consequentur d. do. Bartholomæus re ipsa intelligit prius grauatus,& postea vocatus, & propterea fideicōmissum qđ capit ille post grauamen nō dēt ab eo restitui, ₣m Doct. in
3 in d.§.quidam liberis.& in d.l.cū virū.Nec dēt ordo † scripturæ attendi,sed potius ordo naturæ & intellectus,₣m quem,vt dixi,reperitur prius grauatus,& deinde vocatus, ₣m Bart. in l. Scęuola.ad Tre.& Bar.& alios,in l.ita tamen.§.qui suspectam. eo.tit. Sed tamen pręmissis non obstan. contrariam sententiā arbitror veriorem,& menti testatoris magis conuenire.Et primo est uidendum,vtrum fideicōmissum relictum ab ipso Bernardino valeat.Secūdo,vtrum in restōne eius,casū quo valeat, ueniat portio fideicommissi sibi relicti a d.do. Bartholomæo. Et dato ꝙ sic,erit tertio videndum,an d.do Bartholomæus teneatur alteri do.Bartholomæo restituere, quod habuit iure fideicomissi ex morte Bernardini. Quo igitur ad primum dico, ꝙ reciproca substō fideicommissaria simpliciter facta inter cohæredes æqualiter institutos valet,quia non fuit pura, sed sub cōdōne,si sine filijs decesserint. Nam dicta condō apposita in substōne immediate seq.uersi.& uolens & mandans dictus testōr,&c.intelligitur in prædicta præcedenti substōne repetita, ex quo præcedens aliàs valere non posset, per allegata in con-
4 trarium.Nam† licet condō apposita ad qualificandum sequēs capitulum non intelligatur in præcedentibus repetita, ut per
5 Bar.in l.fi.de reb.dub.sic cōdō apposita † in instōne,non intelligitur repetita in substōne sequenti.l.sub condōne.& ibi plene not.de hær.inst.& l.quæ cond.de dondi.& dem.hoc tamen intelligitur, quando præcedens uel sequens dispō pōt valere cessante dicta repetitione.Sed ubi absque dicta repetitione nō potest esse valida,locum hēt repetitio,ut probatur ex not. per
6 Bar. in l.Seia.§.Caio.de fun.instru.ubi concludit,ꝙ † quando copula ponitur inter diuersas orationes,non inducitur repetitio ꝓcedentis qualitatis uirtute sermonis.l.qui fundum.de cōtrahen.emp. Sed ex præsumpta uoluntate testōris inducitur, quando dispō aliàs esset inutilis, alleg.l.Iulius Pau.& l. Iulius noster.de cond.& dem.ubi ₣m eum, probatur, ꝙ cōdō adiecta libertati intelligitur repetita in legato ei annexo,ne ꝑeat. Sicut ergo qualitas præcedentis dispōnis intelligitur repetita in sequenti annexo per copulam,rōne ꝓdicta, ne sequēs dispō pereat,quæ repetitio aliàs non induceretur,ita eadem rōne ecōuerso condō apposita in sequenti,intelligi debet repetita in ꝓcedenti proxime,ne pereat,& ne sit inutilis,quæ cōdō,s. si decesserint sine filijs,tacite repetita resoluitur in suas singularitates l.falsa.§.fi. de cond.& dem. Et per hæc ad allegata in contrarium patet responsio,quia locum habent in fideicommisso puro,& non in condōnali,quia hoc casu potest utilitatē afferre,quia potest quo ad unum purificari,& non quo ad alium ipsa cōdō.Quinimmo vr̄,ꝙ etiam si simpliciter eēnt prædicti ad inuicem substituti,ꝙ cessantibus etiam prædictis alter intelligatur in dubio vocatus post mortem alterius,per tex.in l.filios heredes.de vsusfru.iuncta gl.vbi in simplici fideicommisso,qđ aliàs valere non posset,fit huiusmodi interpretatio, & suppletio,vt valeat,per quem tex.ita aliàs vidi consultum, & relatum ꝙ etiam sic in istis terminis cōsuluerat do. Ale.& allegabatur etiam ad idem tex.in l.Scæuola.in fine cum glo.ff.ad Tre.Et ad allegata in contrarium respondebatur,verum esse,quod fideicommissum non valet de præsenti,& tanquam purum, sed sequuta morte bene valet,pręcedentis tamen magis placent.Venio nunc ad secūdum dubium,uidelicet nunquid in restōne fideicommissi relicti a d.Bernardino veniat,quod habuit a do. Andreolo ex cā fideicommissi.Et dico quod sic,quia quamuis secundum ordinem scripturæ uideatur primo grauatus ꝓpter dictam reciprocam substōnem fideicommissariam factam inter cohæredes,& postea honoratus,tamen ₣m ordinem intellectus de necessitate reperitur primo honoratus,& deinde grauatus.Nam ex præcedenti fideicommisso reciproco grauatus est demum post mortem,ut proxime dictum est,& ad portionem d.Bartholomæi grauati sub dicta conditione,si habuit beneficia,quę ascendant ad dictam summam,est vocatus in uita, quia si ante purificatam dictam conditionem,sub qua fuit grauatus dom.Barthol.fuissent Bernardinus mortuus, fuisset exclusus,quia moriendo pendente conditione non potuisset fideicommissum ad hæredes transmitteretur.leg.unica.§.sin autem in secundo.C.de cadu.tollen.l.hæredes mei.§.cum ita. ad Trebell. Et sic absque dubio vocatur prius.i. in uita, & postea grauatur,s.post mortem secundum dictum ordinē intellectus,
7 † qui nullo modo concurrere potest cū ordine scripturæ,nec actu,nec habitu, & propterea dictus ordo intelligens attendi dēt,& non contrarius ordo scripturæ,₣m Bar.in d.l. Scæuola. ad Trebel.in d.l.ita tamen.§.qui suspectam.eo.tit.Et per cōsequens qđ prius habuit Bernardinus iure fideicommissi,uenit nunc in restitutione ab eo facienda,per no.in d.l.Marcellus.§. quidam liberis.& in d.l. cū uirum. Et per hæc ēt ad allegata in contrarium patet solutio,quia procedunt & locū hn̄t,quando quis est prius uocatus ₣m ordinē scripturæ & intelligēs simul, vel ₣m ordinē intelligens tm̄, vel ordini scripturæ præfert dictus ordo intelligens & naturæ.Quoad tertium dico,ꝙ d.do. Bartholomæus tenetur alteri D.Bartholomæo seniori restituere id,qđ ad eū pōt peruenire iure fideicommissi ex morte Bernardini.Et primo,quia d.do.Bartholomæus iunior secundum ordinem scripturæ prius fuit per fideicommissum substitutus do. Bernardino per dictam substitutionem reciprocam factā inter cohæredes,& deinde uoluit testator,ꝙ si d.do.Bartholomæus habuerit tot beneficia,ex quibus annuatim ad minus ꝑcipiat ducatos 150. ꝙ de suis beneficijs uiuere debeat, & alijs cohæredibus patrimonium ipsius testatoris relinquat,&c. Cū ergo testator uoluerit,ꝙ d. do. Bartholomęus de suis beneficijs uiuere debeat,ex hoc manifeste constat, ꝙ testator voluit patrimonium quod prius percepit,& illud,quod erat in futurum percepturus ex dicto testamento suis cohæredibus relinqueret,id est,per fideicommissum restitueret, quia hoc significant & important dicta verba.d.l.cum pater.§.a te peto.de leg. 2.& per alia,de quibus dixi superius. Quod aūt talis fuerit uoluntas testatoris,probatur ex no.per Bar.in l.fideicommissa.§. si quis ita.de le.3.ubi quærit,quid si testator dixit Titio,esto cōtentus illo fundo,an per hæc uerba repellatur a petitione eorū quæ sunt relicta in testō.Et cōcludit ꝙ non,nisi dictum sit, ꝓ omnibus,quę relicta sunt in testamento,cōtentus esto illo fundo.l.Paulo Callimacho.§.1.de lega.3. Cum igitur testator nō solum dixerit,ꝙ do.Bartholomæus de suis beneficijs uiuere debeat, sed ulterius ēt procedendo dixerit, quod patrimonium ipsius testatoris suis cohæredibus relinquat, apparet manifeste quod vult do.Bartholomeum esse contentum dictis beneficijs, ascendentibus ad dictam quantitatem dictorum duc.150. pro omni eo & toto, ꝙ in dicto testamento sibi relictum est tā de iure directo quam fidecommissi.sic ꝙ totum patrimoniū quocunque titulo ad eū deuolutum relinquat suis cohæredibus,& restituat,non minus importanthæc uerba,ꝙ de suis beneficijs uiuere debeat, & patrimonium ipsius testatoris cohæredibus relinquat,quam si dixisset,sit cōtentus dictis beneficijs, & omnia sibi in testamento relicta restituat, ut patet ad sensum, ut probatur ex no.per Bal.in l.liberti,libertæque.col.pe.versi.sed an ista clausula,&c.C.de ope.lib.vbi cōcludit,ꝙ per illam clausulam,videlicet,vt plus petere non possit,non videtur quis ꝓhibitus petere alia legata sibi in eodem testamento relicta, nisi de eis facta sit mentio,sicut de illis in casu nostro mentio facta reperitur,ex quo uult,ꝙ de suis beneficijs uiuere debeat, quæ verba idem important, ac si dixisset, quod illis sit contentus,
8 † quia vnius inclusio est exclusio alteris.l.cum prætor.in prin. de iudi.& in l.maritus.C.de proc.Et deinde subiecerit. Et patrimonium cohæredibus suis relinquat.Et sic de his,quæ ex testamento capere poterat mentionem fecit grauando eum,qđ relinquat.Et sic intelligitur voluisse, quod sit contentus dictis beneficijs; & illum grauasse ad totum illud, quod ad eum peruenit,& peruenire potuit ex dicto testamento. Confirmantur prædicta ex his,quæ no.uoluit Bar.in l.pater.§. fundum.de le. 3.vbi vult,quod si testator prohibet alienationem in uita,inserta causa,quia sic fiet, vt de nomine meo nunquam exeat, talis prohibitio quamuis restricta ad uitam prohibitio hēbit ēt locū post mortem eius,attenta rōne prohibitionis,quæ omne tempus comprehendit,arg.l.cum pater.§.dulcissimis.de leg.2. Sic igitur in proposito,quia testator uoluit, quod do. Bartholomæus relinquat patrimonium suum dictis cohæredibus,si habuerit beneficia,quæ ascendant ad dictā summam,& ꝙ de illis debeat uiuere,cōstat, ꝙ testator grauauit prædictum ad dictū patrimonium relinquendum ea rōne, quia ex dictis beneficijs ascendentibus ad dictam quantitatem poterat commode

uiuere,

uiuere, & propterea attenta dicta rōne intelligitur grauat' nō solum ad id, qđ perceperat prius iure institutionis, sed etiā ad istud, quod postea consequutus est iure fideicommissi, qa dicta rō est generalis ad omnia qualitercunque, & quandocunque quęsita ex dicto testamento. Secundo ꝓbatur, ꝙ fideicōmissū superueniens post restitutionē fideicommissi iniuncti. d. domino Bartholomæo teneatur relinquere, & restituere dicto do. Bartholomæo seniori suo cohæredi, quia grauatus fuit relinquere patrimonium ipsius testatoris, ꝙ verbum patrimoniū, est uniuersale & collectiuum. l. fideicommissum. §. tractatum. de iu. per Bar. & alios in rub. sol. ma. Et ideo sicut ubi grauatur hæres restituere per uerba uniuersalia, puta omnia bona, uel quicquid ad eum peruenerit, in restitutiōe uenit fideicommissum, siue præcedat, siue sequatur. l. cum uirum. C. de fideic. & ibi per omnes, & in l. cum pater. §. fidei tuæ. de le. 2. & ꝑ Doc. in d. §. quidam liberis. & in d. §. qui suspectam. ita est dicendum qñ grauatur restituere patrimonium testatoris, quia, ut dixi vsus est testator isto casu signo uniuersali & collectiuo. Et hoc probatur in l. si Titius ex parte de leg. 3. ubi dr̄, ꝙ rogatus restituere hæreditatem, nō tenetur restituere fideicō missū hæredi
9 relictū, quia† appellatione hæreditatis non ueniunt legata, neque fideicommissa. Quia ergo illo casu ex proprietate uocabuli uniuersalis, quo usus est testor, sicut est illud uerbū hæreditatē, non comprehēditur fideicōmissum, iō non uenit in restitutione fideicommissi. Secus ergo est dicēdū, quando est usus
10 alio verbo vniuersali, sicut est uerbū,† p̄rimoniū, cuius appellatione ex ꝓpria significatione cōtinetur, qcqđ est relictū quocūq; titulo, siue vniuersali, siue particulari, & directo uel per obliquū. Et per ꝯñs dēt fideicōmissum venire in restitutione fideicommissi, siue præcedat, siue sequať, sicut qñ utitur testōr alijs uniuersalib. d. l. cū uirū. Et hoc ibi in terminis tenēt Mod. Perusini, i. do. Pet. Phil. Corn. in d. l. cum uirum in 2. col. C. de fideic. dicēs, quamuis per uerbū, forte, ꝙ si testator grauaret hæredem restituere substātiā suā, ꝙ ueniret fideicōmissum, & ꝑlegata ēt postea facta, ꝑ dictā. l. si Titius. inducendo, ut supra,
11 ꝙ dicit esse not. & arbitror uerū & iuri cōsonū, qa† drīā non uideo, utrū grauetur quis omnia bona restituere, quo casu in restitutione uenit fideicommissum ēt postea factū, ẜm Bar. in d. §. quidā liberis. in fi. cū quo alij transeunt, uel grauetur restituere patrimoniū sui natura, & ex propria sigñatione aptū cōprehēdere fideicōmissa, nedū præcedētia, sed ēt sequētia. Aliud
12 āt est, quādo grauatur† restituere hæreditatē, q̄ sui natura nō refertur ad illud, ꝙ capit iure obliquo, sed directo tm̄. l. si fili', ff. quod cū eo. l. postulāte. in prin. ad Treb. iuncta. l. 1. de hær. insti. & per Bar. in d. l. Centurio. in vlt. col. Nec ob prædictis, qđ ubi testator grauat restituere bona sua non ueniat in restitutione fideicommissum postea relictū, ẜm Bar. in d. §. quidam liberis. in fi. cum quo transeunt alij. & tamē dicta uerba nō minus cōueniunt fideicōmisso, q̄ hæreditati, quia illa uerba, bona mea, sunt indefinita, ẜm Bar. in l. si ita. de au. & ar. lega. Et ser
Iacobi decedentib. ſine filijs maſculis intelligitur eis facta in ca
ſu, quo contigiſſet filios Iacobi vocari & veniſſe ad hęreditatẽ
do. Petri teſtatoris, prout uocati fuerant, ſ. quoniam contigiſ-
ſet Iacobum non fuiſſe hæredem, quia ſubſtõ dat intellectum &
13 interpretationem ab inſtõnem† & ſecundum ipſam inſtõ-
nem regulatur ſubſtõ. l. cohæred. §. q. diſcretis. & l. ſi plures, de
vulg. & pup. ſubſt. & in l. j. C. de impu. & ali. ſubſt. & no. Bar. in
l. fi. ff. ad Senatuſc. Treb. Et quia non poſſet intelligi grauamen
iniunctum dictis filijs Iacobi, niſi in caſu, quo contingeret eos
ex diſpoſitione teſtatoris habere hæreditatem. d. l. ſed ſi ſic. §. j.
de leg. 3. l. ab eo. C. de fideicom. & l. plane. la 2. §. fi. de leg. 1. Sed
ita eſt, quod vulgaris, qua filij Iacobi fuerunt ſubſtituti. d. Iac. expi
rauit, Iacobo, ſ. ſuperuiuente & adeunte, l. poſt aditam. C. de im
pu. & alijs ſubſ. ergo ſequitur, quod ſubſtituti filijs Iacobi excludẽ
di ſunt, quamuis contigerit illos uel aliquem ex eis deceſſiſ-
ſe ſine filijs maſculis. Et iſtud ĩ terminis noſtris decidit do. Alex.
in conſil. 24. incip. Attentis his quæ in themate, &c. 3. volu. per
prædicta. Nam in caſu ſuo teſtator Antoniolum & Commum
eius filios inſtituerat hæredes æquis portionibus, & eorum legi-
me deſcendentes maſculos, ac poſtea ſubſtituendo diſpoſuit, quod
ſi aliquis filiorum ipſius teſtatoris, uel ex deſcendentibus eorũ
deceſſerit quandocũque ſine hærede maſculo ex ſe legitime deſcẽ
dente, & ſine teſtamẽto, quod tunc hæreditas & bona etiam ſic de
cedẽtis perueniret in alios ſuos proximiores legitimos maſcu-
los ſuperuiuentes, & contingit, quod Antoniolus & Cominus in
ſtituti adiuerũt hæreditatẽ patris, ac deinde illis mortuis vnus
ex deſcendentibus eorum maſculis deceſſit ſine filijs maſculis,
ſed cum filia fœmina, dubitatur, nunquid proximiores teſtato
ris ſuperuiuentes excluderent illam fœmiinam uirtute ſubſtõ-
nis de eis factæ, & finaliter ipſe concludit quod non, quia deſcen-
dentes maſculi Antonioli & Comini cenſebãtur vulgariter ſub
ſtituti tantum, per no. per omnes, in d. Gallus. §. quidam recte. q
aditione Comini & Antonioli expirauerat. Ideo grauamen ſi-
militer iniunctum deſcendentibus Comini & Antonioli cen
ſetur expiraſſe, quia illi proximiores maſculi ſubſtituti filijs
maſculis Antonioli & Comini cenſebantur ſubſtituti & uoca-
ti eo caſu tantum, quo contingeret eos ex diſpoſitione teſta-
toris habere hæreditatem. Hoc idem in terminis noſtris uoluit
Pe. de Anch. in conſi. 136. inc. Principaliter ponderandum eſt,
&c. quem & alle. Alex. in præall. con ſi. ubi punctualiter conclu
dit, quod ſi nepos teſtatoris fuerit ſubſtitutus vulgariter tantum
filio eiuſdem, & nepoti ſit datus ſubſtitutus, ſi ipſe deceſſerit ſi
ne filiis, quod extincta dicta uulgari aditione inſtituti, quod
etiam extinguitur compendioſa nepoti facta, quamuis ſine fi-
liis decedat, quia ſubſtitutus nepoti cenſetur uocatus eo caſu
tantum, quo nepos ex uulgari admitti poſſit. Iſtud confirma-
14 tur ex notatis per Bar. in dicta l. quandiu. ubi inquit† quod ſi
prima ſubſtitutio ſit directa, & ſecunda mere fideicommiſſaria
quod ſi quidem expirat prima directa, extinguitur etiam fidei-
commiſſaria, quæ requirit aditionem hæreditatis ex prima ſub
ſtitutione. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. & in l. ita tamen.
§. qui ſuſpectam. ad Trebellianum. Cum ergo prima directa
& uulgaris facta Iacobo per illius aditionem expirauerit, ſe-
quitur, quod fideicommiſſum iniunctum filijs Iacobi euanuit.
Nec dicatur, quod ſubſtitutio facta filiis Iacobi fuerit mere fi-
deicommiſſaria, ſed compendioſa, quo caſu uidetur Barto. ibi
uelle, quod defecta prima habeat locum ſecunda, quia loquitur
Bar. ibi, quando eueniſſet caſus directe dictę ultimæ ſubſtõnis
compendioſæ. Non autem ubi ueniſſet caſus fideicommiſſarię
dictæ compendioſæ. ſicut euenit caſu noſtro, ex quo filii Iaco
bi adiuerunt eius hæreditatem, quo caſu de compendioſa iu-
dicamus ſicut de mera fideicõmiſſaria, ut notãter cõcludit Bar.
in l. hr̃des mei. §. cũ ita. circa fi. ff. ad Treb. Ad confirmationem
prædictorum multia aliam adduci poſſent, quæ in propoſito
allegantur per Ale. in conſi. 1. in 1. uol. & maxime no. per Ol-
dr. in conſ. 177. incip. Teſtator in ſuo ultimo teſtamento. & p
Ioan. And. in add. Spe. in ti. de teſt. §. in primis. in add. inc. Huic
quæſtioni, &c. ver. occurit caſus nouiſſimus, quæ omitto, quia
pręedicta magis ſatisfaciunt. Sublatis igitur in cõtrarium allega
tis res remanebit clara. Non ob. igitur, quod primo dicebatur,
15 videlicet† quod filii in condõne poſiti dicuntur uocati, vbi ex con
iecturis conſtat id fuiſſe de mente teſtatoris, quo caſu non ha-
bent locum notata in d. l. Lucius. & quod de dicta mente conſtat;
ex quo in alio caſu ſimili vocati ſunt filii Iacobi per fideicom-
miſſum, ſ. caſu quo filii teſtatoris hæreditate adita profite-
rẽtur religionem. Quia negatur, quod hoc vltimo caſu fuerint
filij Iacobi uocati per fideicommiſſum, ſed immo dicũtur uul-
gariter tantum ſubſtituti in fideicommiſſo, ad quod erat uoca-
tus Iac. poſt aditam hæreditatem filiorum, in quo fideicommiſ
ſo põt etiam uulgariter ſubſtitui. l. ut hæredib. de leg. 2. Et hoc
in terminis noſtris tenet Raph. Cum. in d. §. quidam recte. in fi.
ubi dicit, quod ſi teſtator inſtituat filios ſuos, & ſi filii eius deceſſe-
rint ſine filiis, ſubſtituat fratrem & eius deſcendẽtes. ita inquit
ille formaliter, & contingat, quod filij teſtatoris hęredes ſine
filijs decedant, & quod frater admittatur ex fideicommiſſaria
ſubſtõne, quod deſcẽdentes eius unà cum illo uocati excludun
tur, quia ſubſtõ, qua fuit ſubſtitutus frater, erat compẽdioſa re-
ſpectu filiorum teſtatoris. Intelligẽdo ergo, quod filii fratris di
cantur ordine ſucceſſiuo uocati, ut ibi in caſu illo tenetur com
muniter, ut ſup. dixi, propter nomẽ collectiuum, intelliguntur
uulgariter tantũm ſubſtituti in fideicommiſſo patri ſuo, ſ. caſu
quo deceſſiſſet teſtator cum filijs hęredibus, & eueniente caſu
fideicommiſſariæ ſubſtõnis in perſona fratris frater noluiſſet,
uel non potuiſſet fideicommiſſum agnoſcere, quia tunc admiſ
ſi fuiſſent eius deſcendẽtes ex uulgari facta in fideicommiſſo,
ſed ex quo frater teſtatoris fideicommiſſum agnouit, dr̃ uulga
ris in fideicommiſſo facta expiraſſe. In propoſito ergo cum di
cto caſu, quo filii teſtatoris hæredes ingreſſi fuiſſent religionẽ
eẽt inſtitutus Iac. fratres, & eius deſcẽdẽtes maſculi, & dicatur
hoc caſu Iac. tantum per fideicommiſſum vocatus, eius deſcẽdẽ
tes dicunt in fideicommiſſo tãtum vlgariter ſubſtituti. Nec ob.
16 l. cum ita. §. fideicommiſſo.† Quia Rap. ubi ſup. dicit, quod iſte
tex. loq̃tur, quando teſtator dixiſſet, volo, quod hæreditas perue-
niat ad fratrem & eius filios. q. d. quod ille tex. loquitur, quando te
ſtator vocaſſet fratrem, & eius deſcendẽtes per verbum mere
obliquum. nõ autem per uerbum commune, ſubſtituo, ut in ca-
Rapha. uel uerbum, inſtituo, merè directum, ut in caſu nr̃o. Et
quamuis Raph. dicat quod procedat, quando teſtãtor dixit, uolo qd̃
perueniat, quod uerbum, perueniat, eſt commune, ut no. Bar. &
17 alij in d. l. cẽturio. circa fi. tamẽ† unum alium adiũgit, ſ. uerbũ,
uolo, quod eſt merè obliquũ. l. verbum, volo. C. communia de
leg. & ſic rõne huius adiũcti patet, quod Raph. capit verbum, perue
niat, in ſenſu obliquo. & ita profecto loq̃tur. d. §. in fideicõmiſ
ſo. q. vtitur verbo, relinquo, quod eſt merè obliquum, alio hæ-
rede inſtituto, vt no. in l. his uerbis. in princ. de hæredib. inſ. Et
ita impoſſibile eſt illo caſu, quod teſtator dicatur vulgariter ſubſti
tuiſſe, quia verba non conueniunt. Secus uero ubi uerba ſunt ap
18 ta, vt in caſu Raph. & noſtro,† quia in dubio iudicandum eſt, qd̃
ſubſtõ ſit potius directa quam obliqua. l. fin. C. de hæred. inſ. &
no. in l. verbis ciuilibus. de uulg. & pupill. ſubſ. Præterea eſto,
quod hoc ultimo caſu res eſſet dubia, tamen interpretationem
caperet iſta ultima ſubſtitutio à præcedenti parte teſtamenti,
quæ eſt clara, & in qua in caſu habente eandem rationem filios
Iacobi ſubſtituit uulgariter tantum Iacobo. Igitur re dubia cẽ
ſendum eſt, quod idem voluerit hoc ultimo caſu ſimili. Non au
tem debemus dicere, quòd iſta pars ſubſtitution. dubia ueniat
ad interpretationem primæ ſubſtitutionis claræ, dicta l. ſi ſe-
ruus plurium. §. fina. de lega. 1. Non obſtantibus etiam dum
dicebatur, quod uerbum, inſtituo, in perſona Iacobi hoc ulti-
19 mo caſu fideicommiſſum tantum continetur. † ergo idem di-
cendum eſt in perſona filiorum eius, vt æqualis ſit determina-
tio, per dictam. l. iam hoc iure, quia prædicta regula, de qua
ibi, locum non habet, ubi in pluribus determinabilibus non
eſt ratio æqualiter determinandi ſecundum Imo. in l. Caius. ff.
ſo. ma. & per Ang. in §. hinc nobis. in auth. de hær. & Fal. ſed in
perſona Iacobi eſt fideicommiſſaria, quia uocatus erat poſt aditã

hæreditatem, & sic non potuit esse directa, sed in persona descendentium eius bene potuit esse directa, ex quo simpliciter uocati sunt post Iacobum. Vel secundo, & melius, contrarium procedit, ubi plures uno & eodem tpe uocantur, quia æqualiter debet intelligi fuisse uocatus. Secus uero ubi uocantur ordine successiuo, ut patet ex not. in §. quidam recte. siue substitutio sit necessaria, ut ibi in specie no. Ale. sine etiam ordine successiuo plures uocātur uoluntarie, ut patet in casu Raph. ubi vult, & supra retuli, ꝙ verbum, substituo, relatū ad fratrem, & eius descendentes, in persona fratris contineat compendiosā, & sic etiam fideicommissariam, sed in persona descendentium eius uulgarem tantū, & tanto magis, quia in casu nostro ex p̄cedentib. constat, ꝙ ista fuit intētio testatoris, quia, ut etiam dictum est, ex quo in priori parte testamenti filiis testatoris non natis Iacobo substituit vulgariter tantum filios eiusdem Iacobi, uerisimile est, ꝙ idem uoluerit in alio casu simili, in quo est eadem, immo minor rō. Bene facit, quod no. Bar. in d.l. centurio. in illa q. de compendiosa facta à pagano per uerba cōmunia, vbi dicit, quod testator in præcedentib. verbum commune accepit pro directo, ita ēt capiendum est sequentibus, vbi de illo esset facta mentio, per d.l. si seruū plurium. §. si. Non ob. ēt, quod voluit Pe. de Anc. in d. consi. 73. limitādo gl. in d.l. Lucius. Quia illa sua limitatio non est vera, & loquitur sine lege. Præterea loquitur in descendētibus, arg. l. cū acutissimi. C. de fideicō. Casus nr̄ est in transuersalibus. Et ita in proposito respōdet ad dictum Ale. in consi. 245. vol. Non ob. et dū dicebatur, ꝙ gl. in

20 d.l. Lucius. non procedebat, vbi filij† in condōne positi sūt grauati, quia respondetur dupliciter, & primo, qđ iō testōr grauauit filios Iacobi, quia illos uocauerat dispositiue per substōnē vulgarem, quo casu non loquitur Bar. sed ex quo non euenit casus, in quo succedere valeant, qui uocati erant, grauamen illis iniunctum expirat, loquitur ergo Bar. casu, quo onus, iniūctū aliter ualere non potuisset, nisi fuissent tacite vocati, prout est quando in cōdōne tantum fuerūt positi. Sed in casu nr̄o, grauamen eis iniūctum potuit ualere absq; eo, quod dicantur tacite inuitari, ut dictum est, iō necessarium non est dicere, quod uerba cōdōnalia disponant. Præterea respōdetur, qđ opinio Bar. quæ hēt, ꝙ in conditione positi dicantur uocati, ex hoc, ꝙ fuerunt grauati, communiter rephendit, & contra eam tenet Bal. in l. ab eo. C. de fideic. & in d.l. sed si sic. §. j. & Im. in d.l. centurio. in pen. char. & in c. Raynutius. in materia compendiosæ. & Pet. de Anch. in d. consi. 136. & Pa. de Ca. in consi. inci. Dubiū facit, &c. & Ale. in d. consi. 25. ubi etiam respōdet ad no. p Bar. d.l. centurio. eo modo, quo supra dictum est in prima responsione. Non ob. similiter dum dicebatur, ꝙ saltem uidetur facta substō Iacobo tantum sub duplici condōne, per no. per eūdem Bar. in d.l. centurio, cuius opinio in hoc communiter tenetur. Quia similiter respōdeo, ꝙ illa opinio posset procedere, vbi de filijs Iaco. fecisset mentionem testōr dūtaxat cōditionaliter, quia ut actus potius ualeat quam pereat, facienda est talis interpretatio. Sed ex quo grauamen valere potuit, intelligendo quod filij Iaco. fuerint grauati in casu, quo euenisset casus, in quo erant dispositiue uocati, dicendum est, quod in dubio uideatur iniunctum filijs Iaco. prædicto casu adueniente, non autem Iacobo sub duplici conditione. Et ita clare, & aperte firmat Bald. in l. codicillos. in prin. de usufru. leg. ubi per illum tex. dicit, quod in terminis quæstionis formatæ per eundem in d. leg. centurio. & in d. leg. sed si onus, in dubio uidetur filijs iniunctum, ubi fideicommissum a filijs relinqui potuit, sicut in casu nostro, ex quo certo casu uocati erant dispositiue ab† hæredibus uero institutis dicit ipse uideretur in dubio relictum, ubi filiis relinqui non potuisset, & hoc ut actus magis ualeat quam pereat. Et ita etiam est de mente Bar. in dicta. leg. centurio. & in d.l. sed si sic. dum assignat dictam rationem decidendi, ne scilicet actus pereat. Sed in casu nostro legatum iniunctum filijs Iacob. a principio potuit ualere, quia nedum conditionaliter, sed dispositiue erant uocati, ergo ab illis in dubio dicitur iniunctum, quod ideo tunc non debetur, quia ex post facto defecit, deficiente spe ueniendi ex substitutione uulgari, per quam erant uocati, ut dictum est. Præterea nullo pacto in casu nostro uerba adaptari possunt, ut dicatur facta substitutio Iacobo sub duplici conditione, scilicet si ipse aut eius filij sine filiis decesserint. Nam in testamento dicitur, & si contingeret, nec ipsum, nec ipsius filios superuiuere. Et iste est primus casus, in quo And. substitutus est uocatus, qui non conuenit decisioni Bar. Deinde subiūgitur, aut superuiuere, & hæreditatem non adire. Et similiter iste secūdus casus nihil habet commune cum dicta Doctrina. Postea etiam subiicitur, uel adire & decedere sine filiis masculis ltimis, & naturalibus. Sensus autem istius ultimi casus est, quod si contingat Iac. institutum superuiuere & adire, atq; sine filijs masculis decedere, ꝙ admittatur Andræas, uel si contingat ipsos filios Iac. superuiuentes adire, & sine filiis decedere, ꝙ similiter substitutus uocetur. Non autem intelligi pōt, quod si Iacobus adeat, & sine filiis, uel filii eius sine filiis, decesserint, ꝙ habeat locum substō, quod ostenditur euidenter. Nam dum dr̄ in testamento, uel adire, intelligi dēt per ipsum, uel per ipsos, & sic alternatiue, non autem copulatiue, quia ex quo uocati sunt filii Andreæ per substōnem uulgarem, ita demum possunt adire, si ille non adeat. l. quādiu. de acqui. hæred. non autem ubi ille adeat. d.l. post aditam. Illa ergo uerba, quæ copulatiue postea subiiciūtur, & decedere sine filiis masculis, referri dēnt ad illum, qui adiuit. s. Iacobum tātum, ubi ipse adiuit uel ad filios tantum, ubi ipsi adiuissent nō autem ad eos, in casu quo non adiuissent, sed solus Iacobus, quia uerba testamenti requirunt duo copulatiue in p̄sona eiusdem. s. ꝙ adeat sine filiis decedat, & sic in persona unius non faciunt duplicem condōnem, sed unam in personam cuiuslibet. s. Iacobi, uel filiorū eius casu tm̄ quo ille adeat, uel illi adeant. Et aliter intelligi non pōt. Non obstat, dū dicebatur, & s̄m prędicta sequebatur absurdum, ꝙ fœminæ magis dilectæ erunt deterioris condōnis, quam fœminę dilectæ minus. Quia respondetur, ꝙ ita demum menti testōris deseruiendum est, quæ colligitur ex prædicta coniectura, ubi uerba conueniunt menti, saltem s̄m signationem impropriam. Sed† ubi uerba nullo mō. i. 22

neque proprie, neque improprie possunt mēti conuenire, tūc non attēdimus mentem, cui nullo mō uerba deseruiunt. Ita nota. dicit Bar. per illum tex. in l. in ambiguo. Respondeo ad l. non aliter. de lega. 3. & in casu, in quo resultabat allegata coniectura. ita respondet Pa. de Ca. in consi. 351. inc. Præsens dubium. & Alexan. de Imol. in quodam consi. incipien. Circa primum dubium, &c. quod consilium credo, ꝙ non sit impressum. Et ad allegata in contrarium r̄ndet ibidem, ꝙ procedūt, ubi uerba saltem largo modo poterant adaptari menti, prout in casu Bar. in d. §. ēt si parente. quia uerbum, hæres, q̄nq; capitur pro hærede ēt extraneo & propriè, q̄nq; pro hærede sanguinis tm̄. i. filio iuxta no. in l. ex facto. §. si. ad Tre. Et isto casu loquitur ēt Raph. in d.l. j. C. de cond. inser. & in d.l. cum acutissimi. quem ēt refert Ale. in d. §. etiam si parente. in ul. col. vbi vult, ꝙ† verbum 23

hæres, prolatum a testatore, intelligatur de filijs, ad euitandum absurdum, de quo supra, sed in casu nostro verba, nullo modo, etiam improprie loquendo adaptari possunt vt substitutus uocatus videatur in casu, de quo quæritur, ut supra latius est ostēsum, ergo à verbis non est recedendum. Et pro Doctrina Bar. in d.l. ambiguo. videtur gl. in l. cum uirum. in uerbo, voluntas. & ibi Sal. clarè. C. de fideic. & per Ale. in l. 3. C. de lib. præt. Et ita ut ex præmissis colligitur, concludo. Laus Deo.

In hac eadem causa consuluit Soc. consi. 64. vol. 4. & Corn. consi. 186. uol. 3. & ipsemet Rui. supra consi. 157. vol. 2. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *In testamentis filiorum appellatione an ueniāt nepotes, et quando. nu. 8.*

2 *Inter pariter coniunctos non est uerisimile, testatorem inæqualitatem seruare uoluisse.*

3 *Qui magis dilecti sunt, censentur prius positi esse in dispositione. nu. 5. & 11.*

4 *Fideicommissum conditionale quando transmittatur. nu. 13.*

6 *Testator in dubio uidetur se uelle conformare cum dispositione iuris communis.*

7 *Positi in conditione an censeantur uocati.*

9 *Transmissio quando locum habeat.*

10 *Vbi quis excluditur ab aliqua re contemplatione alterius, illi non applicatur propter hoc, cuius contemplatione facta est exclusio.*

Voluntas

12 *Voluntas testatoris, cui verba neque propriè, neque impropriè conueniunt, attendenda non est.*

CONSILIVM CXXIX.

ISO ac perlecto testamento Esau de Tronis, & puncto trāsmisso, videtur fortassis prima cōside rōne dicendū, ꝙ mortuis oīb. filijs dicti testōris sine filijs, ꝙ filij Malatestæ de Ariostis admitti de beant iure fideicommissi ad bona immobilia dicti testatoris. Qui eo casu, quo omnes sui filij instituti decesserint sine filiis legitimis, & naturalibus, reliqt filijs Principalis eius testatoris fratris uterini, s. Malatestæ, Sigismundo, & alijs cuilibet filio lḡimo & naturali ipsius Principalis post testamentum nato æqualiter & æquis portionibus omnia & singula bona ipsius testatoris immobilia, quæ ipse habebat & tenebat sup Pollicino Pigaroli districtus Ferrariæ, & eius territorio, cuiuscūque condōnis sint, & quantitatis, &c. Quia igitur testator dicto casu adueniente reliquit filijs Principalis de Ariostis bona
1 prędicta, videntur vocati etiam nepotes illius, † quia in testamentis appellatione filiorum nepotes veniūt, secūdū Barto. ī l. liberorum. de ver. sig. & Ang. in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. & An. de Bu. in c. in qbusdā. de pœ. & Car. in c. 2. de ver. sig. & Pe. de Anc. in c. 1. de baptis. per l. Lucius. de hæred. inst. Et hęc op. pręcipue videtur vera, quādo dispō nō est de psenti, sed collata in quendam futurum euentum, in quem verisimiliter est dubium, an tūc extent filij primi gradus, vel nepotes, aut vlteriores, vt in casu nr̄o, secūdum Imo. & Mod. in d. §. instituēs. per dictam l. Lucius. quæ isto casu loquitur. Et idem tenet Ale. in consi. 91. vol. & consi. 26. 3. vol. Nec prædictis videtur obstare, ꝙ isto casu sit facta mentio de filijs dicti Principalis nominatim, quo casu non venit nepos appellatione filii, vt not. in l. si quis ita. in princ. de tes. tute. & Bar. in l. liberorum. & in d. §. instituens. quo casu etiam, secūdum eum, loquitur tota illa lex Gallus. Quia nō solùm testator reliquit filiis Principalis, s. Malatestæ & Sigismūdo, sed etiam alij cuilibet filio lḡimo & naturali ipsius Principalis nato post testamētum. Et sic cum etiam vocauerit alios filios nascituros, & post testamētum & mortē suam, quos testator nunquam nouit, apparet quod nō restrinxit se ad nominatos, & ꝙ nomen proprium non expressit gratia taxationis, & vt excluderet nepotes ex eis, quia qua ratione voluit, quod filij nasciturí admittantur, eadem rōne voluisse videtur, ꝙ nepotes ex illis nominatis præmortuis ante diem fideicommissi cedentem admittantur. Et eo magis, quia si alius filius Principalis post testamētum natus fuisset, nepos ex illo admitti potuisset, patre eius sublato de medio, quia non fuit nominatim vocatus, sed simpliciter tanquam filius, etiam secūdū opinionem Imolæ & aliorum, ergo dēnt etiam admitti nepotes ex filijs nominatis, vt æqualis inter omnes sit determinatio.
2 l. iam hoc iure. de vulg. & pup. subs. † Et quia cum nepotes ex oībus sint pariter coniuncti testatori, non est verisimile, quod inter illos voluerit inæqualitatem seruare. l. fin. C. commu. vtriusq. iud. l. illud. C. de colla. & facit. l. cum pater. §. euictis. de leg. 2. & declarat etiam notanter Bre. in consi. 1. versus finem. Et confirmatur. Nam testator in istis bonis immobilibus magis dilexit filios Principalis & filios filiorum, quam proprias filias, & descendentes ex eis. Quod patet ex eo, quia prædictos omnes prætulit dictis filiabus, quas substituit, casu quo oēs filii dicti Principalis sine filiis decederent, iuxta notata in l. Lucius. ff. de hær. ins. sed nedum filias, sed etiam descendentes earum dispositiue in stirpem vocauit dicto casu adueniente. Ergo credēdum
3 est multo magis† quod in dispositione posuerit nepotes eiusdem Principalis, quos magis dilexit, argumen. l. Publius. §. fina. de condit. & demonst. & l. si viua matre. C. de bono. matrim. & notatur per Barto. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posthu. Sed etiam dato quod nepotes prædicti sint tantum in condōne positi, adhuc tamen videtur, quod venire possint iure trāsmissionis ad portionem patris, & ad aliam iure accrescendi.
4 † Et quamuis fideicommissum condōnale regulariter non trāsmittatur, si pendente condōne fideicommissarius moriatur. l. vnica, §. pro secundo. C. de cad. tol. l. si in personam. & ibi notatur. C. de fideicomm. & no. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian. nihilo minus ex tacita & coniecturata mente defuncti habet, vel habere potest dicto casu locum transmissio secundum Bald. in l. 1. C. de his qui ante apert. tabu. & in l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hæredes. & Soc. in d. §. cum ita. vbi hoc declaratur per plura exempla. De mente autem in casu nostro satis apparere videtur, quia, vt est dictum, omnibus filijs Principalis decedentib. sine filijs substituit testator filias suas, & eorum descendentes in stirpem. Si ergo nepotes ex filio dicti Principalis admitti non possent tanquam non uocati, sed solum in conditione positi, sequeretur, ꝙ etiam filiæ, & descēdentes ex eis excluderentur per superexistentiam dictorum nepotum, quamuis illi non possint admitti secundum not. per Bart. & omnes in l. filiusfamiliàs. §. cum quis. ff. de leg. 1. Et sic hoc casu fundaretur intentio testatoris, qui voluit prouidere, & nullo modo hunc casum omittere. Ideo dicendum est, vel quòd habeat locum transmissio vel quòd saltem veniat nepos appellatione filij. Et idem etiam ex alio declaratur, & præsumitur, quoniam si non extarent filij, nec descēdētes ex dicto Principale, absque dubio admitterentur filiæ testatoris, & illis non extantibus, descendentes ex eis, quia onus fideicommissi iniunctum dicto casu filijs Principalis, illis morientibus pendente conditione remansit penes hæredes institutos. Ideo illis postea morientibus absque filijs admitti debet sequēs fideicommissarius. dicto §. pro secundo. & not. Bar. & Doct. in l. quamdiu. la vlti-
5 ma, de acquir. hæred. Si ergo in hunc casum, quo filij hæredes instituti decedunt, sine filijs, potuissent admitti nepotes ex filiabus minus dilectis in dictis bonis, multo magis debent nepotes Principalis, si extant, uocari: quia sunt magis dilecti. dicta l. Publius. §. fina. cum alijs concordan. & per consequens ex tacita mente debet habere locum transmissio. Vel saltem dicendum est, quòd comprehendantur sub dispositione loquēte de filijs. Quod ex alio quoque confirmatur. Nam vbi cum dictis nepotibus ex Malatesta præmortuo concurreret Sigismundus alius filius Principalis, ipse solus Sigismundus diceretur vocatus exclusis nepotibus ex alio filio, si illi non possent venire, uel iure transmissionis, vel ex capite, quod esset contra intentionem
6 testatoris, † qui in dubio videtur voluisse concordare cum dispositione iuris communis, secundum Barto. in l. vt iurisiuran. §. si liberi, de ope. liber. & in d. §. cum ita. cum concor. de quib. ibi per Alex. secundum quem nepos ex filio Principalis admitti debet cum patruo, nedum quādo agitur de successione aui, sed etiam patrui. authen. cessante. & ibi notatur. C. de legit. hæred. prout dicitur agi in casu nostro, quia per fideicommissum succeditur testatori. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vulg. & pupil. substit. qui erat patruus dictorum nepotum. Vt ergo voluntas testatoris, qui præsumitur in dubio prædictos inuitasse ex testamento, prout erant successuri ab intestato, dicendum est, quòd nepotes prædicti admittantur ex uno capite, vel altero, & non tantum ab bona posita in Policino Rodigij, sed etiam in toto territorio Ferrariensi, vt colligitur ex illis uerbis, in, & super Policino Rodigij districtus Ferrariæ, & eius territorio, &c. non enim dici potest, quòd illud verbum, & eius territorio, ponatur demonstratiuè respectu ipsius Policini, & sic restrictiue, sicut ponitur verbum, districtus: quia hoc stare non potest salua ratione recti sermonis, cum sit casus datiui, & districtus genitiui, sed determinat verbum, bona immobilia, & sic stat argumentatiue. l. ea tamen adiectio, de legatis tertio, & est sensus, quòd nedum relinquit bona immobilia posita in, & super Policino Rodigij districtus Ferrariæ, sed etiam omnia alia quæ sunt posita in territorio Ferrarie, quamuis non sint in Policino Rodigij, sed extra illud. Nec etiam de hoc relicto, quod est particulare, poterit Falcidia detrahi, cum per hęredes inuentarium non fuerit confectum. §. si vero non fecerint. in authentica, de hæred. & Falcid. & in authen. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. Sed præmissis non obst. contrarium est verius de iure.
7 Certum est enim † ꝙ nepotes dicti Principalis non sunt uocati ex hoc solo, quòd sint positi in conditione, secundum glo. communiter approbatam, in dicta l. Lucius. ff. de hęred. instituendis.
8 † Nec etiam ex eo quod veniant appellatione filiorum, ex quo de filijs, ex quibus isti nepotes extant, est facta mentio nominatim, d. lege si quis ita. in principio de testamen. tute. & per Bar. & alios, in d. §. instituens. & in d. l. liberorum. Et præsertim cum testator reliquerit filijs Principalis, s. Malatestæ, & Sigismundo, &c. Nam illud verbum, s. est appositum gratia taxationis, seu limitationis, s̄m Bar. in l. quæsitum. §. si quis fundum. de fundo

fundo instr. vltra medium. uers. quand. q; dubitatur, vtrum fuerit errans, &c. Et sic per illud apparet, quod noluit testator de filijs simpl'r loqui, sed habendo respectum ad certas personas quas nominauit. Nec ob. quod etiam subiŭgat, se relinquere etiam alijs filijs nascituris post testamētum, & per consequens quod se non restrinxerit, quia est verum, quod nō dr facta restrictio quo ad personas eiusdem primi gradus, in quo sunt filij nominati, quoniam noluit testator per hoc alios dicti gradus excludere. Se bñ stāt taxatiue & limitatiuè quo ad personas sequētis gradus, quia per talem nominationē voluit testator tātum includere filios principalis primi gradus, & nepotes & omnes alios positos in diuerso gradu excludere. Et similiter nō ob. dum dicebatur, quod nepotes ex alijs filijs nō nominatis potuissēt admitti. Ergo vt seruetur æqualitas inter omnes, admitti etiā dēnt nepotes ex illis, qui sunt nominati. Quia assumptū nō cōceditur, immo negatur, quod nepotes ex filijs nō nominatis potuerint admitti, quia verba testatoris dubia quo ad alios nascituros declarātur ex alijs, ex quibus filij nati vocantur, non quidem simpliciter, sed nominatim, & taxatiuè. l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui filiab. in prin. de le. 1. Præterea alij filij Principalis habentur pro nominatis nomine proprio, ex quo adhuc non erant nati, quia non potest imputari testatori, si eos non nominauit. Et ideo verisimile est, quod illos vocasset nomine proprio, si id facere potuisset. l. quidā relegatus. §. fi. cum seq. & ibi no. Dy. & Bar. de reb. dub. & Pau. de Ca. cōsi. 110. inc. Super primo quæsito, &c. in 3. dub. Et hoc magis in casu nostro, in quo iam natos nominatim vocauit, iō nō ueniunt nepotes ex illis, ac si fuissent nominati, quia quoad hunc effectum dēnt dici nominati, sicut quo ad alium, de quo in dictis locis. Et istud etiam cōfirmatur, quia vbi voluit etiam nepotibus prouidere, id expressit testator, vt patet in duobus legatis factis filiabus & descendētibus ex illis in stirpem. Sicut ergo illo casu nepotibus ex filiabus prouidit expressè, eodē mō prouidisset & prouidere sciuisset nepotibus Principalis dispositiuè, si voluisset. d. l. vnica. §. sin autem ad deficiētis. C. de ca. toll. Similiter etiam dici non dēt, quod prædicti nepotes Principalis venire possint iure transmissionis,
9 † quia filiis eius fideicommissarii mortui sunt pendente condōne, ideo nō habet locum transmissio. l. unica. §. pro secundo. cum concordantibus superius allegatis. Nec ob. quod ex tacita mente posit dicto casu trāsmissio locum habere, per notata per Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tab. Quia falsum est, quod sufficienter appareat de mente. Quamuis. n. nepos Principalis non admittatur, quod per eius superexistentiam filiæ testatoris, & eius descendentes excludantur, istud non inconueuit, nec inconueniant reputatur: quoniā hoc contingit, quia sola superexistentia facit condōnem deficere, in qua solum consideramus factum, & nō effectum, vt no. per Bar. & alios in d. l. filiusfamiliàs. §. cum quis. de leg. 1. & per Bar in l. 1. §. filium. aliàs, quod habebat de bo. post. contratab. per hoc enim quod dicti nepotes in condōne positi excludant filias, non dēnt ipsi admitti, quamuis sint exclusę eorum cōtemplatione, vt no. in
10 d. l. Lucius. † quia vbi quis excluditur ab aliqua re per testatorē contemplatione alterius, illa non applicatur propter hoc illi, cuius cōtemplatione facta est exclusio, sit non aliter vocatus. l. vxorem. §. hæres. de leg. 3. & ibi notatur per Bar. qui dicit aliud esse, quando excluditur, vel priuatur quis a lege. Et cū quo trāsit Imo. in l. paterfamiliàs testamento, ff. de hær. inst. & propterea prima cōiectura in contrarium allegata per hoc tollitur, & remouetur. Non ob. dum secundo consideratur, quod nepotes ex filiabus minus dilecti in istis bonis sunt positi in dispositione, & quòd admitti potuerunt eo casu, quo filii Principalis prius decessissent sine filiis, per dictum. §. pro secundo, & per notata per Bar. in d. l. quandiu. de acqu. hæred. Ergo multo magis idem est dicendum de nepotibus Principalis magis dilectis. Quia vbi extāt nepotes prædicti, impossibile est, quod filiæ vel eius descendentes admittantur, quia condō, sub qua uocantur, per hoc deficit, vt habetur in dicto §. cum quis. Et sic nō est dare casum, quod persona minus dilecta præferatur magis dilecto superextanti, & si secus esset, tunc istud absurdum dici posset, ut in iuribus in contrarium allegatis. Sed quod dictis nepotibus non extantibus admittatur, vel admitti posit filiam,
11 uel descendens ex ea minus dilectus † hoc non reputatur inconueniens, nec absurdum. Istud clare probatur ex notatis per Baldum, & clarius per Angel. & in lege illam. C. de collat. cum quo transit Alex. ibi. & Pau. de Cast. in l. si defunctus. C. de suis & legi. ubi quærit, quid si mater excluditur per statutū extantibus agnatis masculis, & contingat extare cognatos proximiores quam sint agnati, an dicti cognati intelligantur per sta tutum exclusi. Et concludunt prædicti, quod aut mater est in medio, & tunc dicti cognati sunt etiam exclusi, quia esset inconueniens, quod mater proximior excluderetur per dictos agnatos, & quod alij cognati remotiores dicta matre admitterētur d. l. si viua matre. C. de bon. mat. Et isto casu procedit & locum habet opinio Bar. in l. 2. §. uidendum. ad Tert. aut mater est sublata de medio, & tunc dicti cognati succedunt, & non excluduntur, quia cessat dictū absurdum, & procedit isto casu dicti cognati admittantur, & tamen mater non admitteretur, si superextaret. Ita ergo & in casu nostro non inconuenit, quod non extantibus nepotib. Principalis admittantur filiæ, & descendentes ex eis, quia conditio, sub qua vocantur, est purificata, & dictorum nepotū non interest, ex quo non extant, nec sunt in rerū natura, per notata, per Doct. in d. l. illam. ubi hoc dicitur in terminis, & quod istud sit verum euidentissimè demonstratur. Nam si alius penitus extraneus fuisset substitutus, casu quo omnes filij Principalis decessissent sine filijs illis non extantibus extraneus ille substitutus admitti debuisset post mortem filiorum testatoris decedentium sine filijs. dicto §. pro secundo. & per Barto. in d. l. quandiu. & tamen absurdum esset, & erroneum dicere, quòd isto casu habuisset locum transmissio fideicommissi ad nepotes Principalis, prout habere potuisset, si in casu nostro transmissio locum haberet, quia coniectura, quæ allegatur in proposito, cadit etiam in casu prædicto. Nec etiam debet attendi, quòd descendentes ex filiabus ponantur in dispositione, quia ex hoc arguitur potius, quod si testator voluisset, idem disposuisset circa nepotes Principalis. d. §. sin autem ad deficientis. Et quamuis sint tantum positi in conditione, per hoc non dicuntur minus, immo magis dilecti, ex quo omnino sunt pręferendi filiabus, & descendētib. suis, ut no. in d. l. Lucius. Non ob. postremo dum dr, quod ubi dicti nepotes iure transmissionis, uel alio iure admitti non possent, quod Sigismūdus alius filius Malatestæ solus successisset contra tacitam mētem testōris. qui in dubio uidetur se voluisse cōcordare cum dispōne iuris, & sic prædictos admitti uoluisse, prout ab intestato erant successuri. Quia negatur, quod testator habuerit respectum ad dictum ordine in casu nostro, immo illum peruertit præferendo filios fratris Malatestæ patri eorum, qui erat proximior in gradu, ac etiam pferendo prædictos filiabus propriis & earum descendentibus, quæ omni iure præferuntur ab intestato. Sicut ergo in casibus istis apparet, testatorem recessisse ab ordine, secundum quem ab intestato succeditur, eodem mō ab illo recessit, quando nepos concurrit cum patruo, quia solus patruus, & non nepos, in uenitur uocatus. Præterea cum filios Malatestæ nominatim uocauerit, ne potes ex illis non possunt intelligi uocati, neque secūdum pro-
12 priam, neque secūdum largam signationem uerborum. † Ideo uoluntas testatoris, cui uerba proprie non conueniūt, nec impropriè, non dēt attendi secundum Bar. in l. in ambiguo. de re. dub. dum respondet ad l. non aliter. de lega. 3. & ibi clarius per Pa. de Ca. & Ale. in l. 3. C. de lib. præt. Et hoc etiam uoluit gl. in l. Labeo. de suppell. leg. & in l. cum uirum. C. de fideicō. Et quia hæc cōiectura nō prouenit ex testamento, nec ex ordinatione testamenti, sed sumitur ab extra, non est in consideratione, nec
13 † potest operari transmissionem fideicommissi condōnalis, secundū Bal. in d. l. 1. C. de his qui ante aper. tabu. & Soc. in d. §. cū ita. facit. l. quidam. cum filium. de hæred. inst. & per hæc ad omnia, quæ allegantur in contrarium, remanet responsum. Concluditur ergo, quod nepotes dicti Principalis non sunt uocati, & quod iure etiam transmissionis non possunt admitti, & quod filiæ testatoris & descendentes earum sunt exclusi per superexistentiam filiorum Malatestæ, per nota. per Barto. & Docto. in dicta l. filiusfamiliàs. §. cum quis. de lega. 1. Et quæ etiam uenire non possunt ad portionem Sigismundi, qui dicitur sine filiis decessisse, iuxta plene nota, in dicto §. cum ita. & in l. final. §. filium. de legatis 2. & l. Lucius §. Caio. ad Trebellian. quia ex quo filii Principalis sunt adinuicem substituti, requiritur, quod in persona utriusque sit purificata conditio. l. quamuis. C. de impub. & alienatio. substitut. & declar at Baldus in l. 1. C. de conditio. insert. in illo articulo, an & quando plura-

litas

litas resoluatur in singularitates. Nec isto casu locum habent iura prædicta, secundùm eum. Laus Deo.

SUMMARIUM.

1 *Dictio, alius, ex sui natura est relatiua & repræsentatiua eiusdẽ qualitatis, cuius erat ille, de quo est facta mentio.*
2 *Spes fideicommissi an possit transmitti pendente conditione, & quando. nu. 6.*
3 *Filij filiorum in stirpem uocantur in hæreditate patrui.*
4 *Vna pars testamenti alteram declarat.*
5 *Luxuria non debet habere plusquam castitas.*
7 *Verbum, do, importat dominij translationem. nu. 9.*
8 *Bona inter liberos in uita diuisa, an censeantur donata, an potius in peculium assignata.*
10 *Species generi derogat.*
11 *Quando facta sunt plura legata, & deinde adijcitur in omnibus autem alijs suis bonis instituit Titium, sub tali institutione continentur etiam res legatæ.*
12 *Prohibita alienatione, porhibetur hæredis institutio.*
13 *Authoritas & licentia arbitrorum ex compromisso pendet.*
14 *Clausulæ appositæ in compromisso tendentes ad renunciandum, vel derogandum alicui partium, habent in se tacitam conditionem si fuerit sententiatum uel laudatum.*
15 *Per simplicem diuisionem fideicommisso non intelligitur renunciatum.*
16 *Duæ quartæ quando possint detrahi ex fideicommisso.*
17 *Prohibita alienatione, censentur prohibita Trebellianica.*
18 *Trebellianica sicut Falcidia prohiberi potest.*
19 *Ab hæredibus filij relinqui potest, & in dubio censetur relictũ.*

CONSILIVM CXXX.



RIMO per ordinem videdũ est, vtrum filij Thomasini per fideicommissum sint vocati ad portionem Io. Fran. decedentis sine filijs stante testamẽto do. Georgij Pedochæ, in quo instituit d. Thomasinũ, Ioannẽ Franciscum & d. Ludouicũ eius filios, & eos inuicem substituit, ita vt si quis eorum aut ex eis descendentes in infinitum decederent sine filijs masculis, pars sic decedentium ad alios masculos superstites & superstites deueniat & deuenire dẽat in stirpem tamẽ, & non in capita, hac etiã lege & condõne, ꝙ dicti filij, & eorum, & cuiuslibet eorum descendentes in infinitum non possint quouis mõ alienare, aut vẽdere bona, aut de bonis suę hrẽditatis. Quoniã ea bona semper & perpetuo in eius hæreditate restare & permanere voluit, & ad eius descendentes in infinitum deuenire, &c. Et prima facie dicendum videtur, ꝙ prædicti filij Thomasini non sint ad portionem d. Io. Francisci vocati. Quoniam, vt ex verbis dicti testamenti proxime relatis apparet, vno ex filijs institutis decedente sine filijs masculis, voluit, ꝙ portio sic decedentis perueniat ad alios masculos superstites & superuiuentes. Et sic videtur, ꝙ alij filij testatoris superstites tantum sint vocati, & non nepotes ex filio præmortuo, tempore, quo dies fideicommissi cessit,
1 † quia illa dictio, alios, ex sui propria natura est relatiua & repsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta est mẽtio. c. fi. cum ibi notatis ꝑ Arch. de pac. in 6. & no. gl. & Doct. in l. nõ solũ. §. q̃rit. in verbo, cæteros, de ꝑcuratorib. & gl. & Doc. in c. sedes. de resc. & gl. in l. q̃dam relegatus. de reb. dub. & facit, ꝙ no. gl. in l. si fugitiui. C. de seruis fug. Cum ergo in eadẽ orõne non sit facta mẽtio, nisi de filijs testatoris, dici nõ põt, ꝙ dictio, alios, referatur, nisi ad illos q̃ sunt eiusdẽ qualitatis, cuius est decedẽs. Et ita etiam in terminis cõcludit Alex. in cõsi. 204. incip. Consideratis verbis, &c. 2. vol. vbi determinat, quod si emphyteusis sit concessa ꝓ se & vice ac nomine Andrææ, & Bartholomæi filijs lĩmis & naturalibus, ita ꝙ vno ipsorũ fratrum decedente sine liberis, pars decedentis ad alium vel alios superuiuentem, vel superuiuentes dẽat peruenire, &c. ꝙ filij fratris ꝑmortui nõ dicanť vocati ad portionẽ alterius filij decedẽtis sine filijs ex natura dicti verbi, alium, vel alios, relatiui, ꝑ pallegata, cum cõc. de quib. ibi ꝑ eum.
2 † Nec ẽt Thomasinus ꝑmortuus spem fideicommissi transmittere potuit ad filios suos pendente condõne. l. si in ꝑsonam. C. de fideic. l. vnica. §. ꝑ secundo. C. de cadu. toll. & ibi per Bal. & no. ꝑ gl. & Doct. communiter in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Tre. & probatur in l. cum ex filio. in prin. de vulg. & pup. & ibi notant mod. quicquid dicat gl. in l. si is qui. de act. & ob. quæ cõmuniter reprobatur. Sed his non ob. contrarium omnino, iudicio meo, est dicẽdum. Nam, ut est dictum, uno ex filijs decedẽte sine filijs masculis testator substituit alios masculos superstites & superuiuẽtes in stirpem, & nõ in capita. Quòd ergo in tali sermone indefinito uocati sint non solum filij nominatim instituti, sed etiã nepotes ex filio ꝑmortuo tempore existẽtis condõnis, probatur clarè ex illo uerbo, in stirpem & non in capita, quod conuenire nõ potest filijs testatoris primi gradus, qui uocantur in capita,
3 † sed solum filijs filiorum, qui uocantur in stirpem, ut in auth. de hæred. ab inte. §. reliquum. & in auth. in succ. C. de suis & legi. Et ex alio quoque constat, ꝙ ita senserit testator. Nam idem testator Francisco alteri filio, qui non fuit uniuersaliter institutus, decedenti quandocũque sine filijs substituit alios suos filios & hæredes & eorum descẽdentes masculos. Qua ergo rõne ex hac substõne uocantur etiam descẽdẽtes filiorum & hæredum, eadem rõne in substõne eis & cuiulibet eorum facta de alijs masculis superextantib. & superuiuentibus, præsumendum est, quod sen-
4 serit testator de descendẽtibus ex filijs præmortuis: † quia una pars testamenti alteram declarat. l. qui filiabus. in princ. & l. si seruus pluriũ. §. fi. de le. 1. Tertio idem etiam declaratur ex prohibitione alienationis facta dictis filijs ac eorum & cuiuslibet eorum filijs & descendentibus. Quoniam ea bona semper & ꝑpetuo in eius hæreditate restare & permanere uoluit, & ad eius descẽdẽtes in infinitum deuenire. Quia ergo prohibitionem fecit dictis descẽdẽtibus, præsumẽdum est, quod illos uocauerit per uerba, de quib. supra quia aliàs ꝓhibitio eis facta non posset ualere, sicut alio modo grauari non potuissent. l. ab eo. C. de fideicom. Ac etiam quod talis fuerit intẽtio testatoris, probatur ex causa ipsius prohibitionis, per quam declarauit uelle, quod bona peruenirent ad descẽdẽtes in infinitum. Nam quamuis soleat esse dubium, utrum ex tali prohibitione, & ex dicta prohibitionis causa inducatur simplex fideicommissum, uel in casu alienationis tantum, de quo perscribentes in l. qui Romæ. §. cohæredes. de uerbor. oblig. nihilo minus ex ea declarantur uerba prædicta substõnis ambigua, & quod intentio testõris fuit sub eis comprehẽdere nepotes masculos ex filijs præmortuis, per iura prælleg. Confirmantur etiam prædicta efficaciter. Nam testator inferius ꝓhibuit lĩmari descẽdentes filiorum illegitimos in preiudicium legitimorum & vbi non extarent lĩmi, uoluit hæreditatem suam peruenire ad filios, & descẽdẽtes naturales. Si ergo descendentes naturales tantum substituit, multo magis substituisse intelligitur legitimos & naturales magis dilecto, ex quo uerba non repugnant. l. Publius. §. fina. de condic.
5 & demonst. † Et quia plus non debet habere castitate luxuria, in authent. de restitutio. & ea quæ pa. §. finali, & prout declarat Imolam & Alexand. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellianicũ. Et vbi etiam pertinaciter diceretur, dictos nepotes non uocari ex verbis dictæ substitutionis, saltem dicendum esset, ꝙ Thomasinus, qui decessit ante diem fideicommissi cedẽ-
6 tem, illud fideicõmissũ ad filios suos transmisisset, † quia licet regulariter nõ transmittatur, vt in iurib. in contrariũ allegatis, tñ transmittitur ex coniectura ta volũtate testõris, ẽm Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. & in l. 1. C. vt actio. ab hæred. & contra hær. & in l. si pater. C. de inst. & subst. in 4. q. & per Soc. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. vbi ponit aliquas coniecturas, ex quibus potest apparere de tacita voluntate testatoris, & de qua euidentius ẽt cõstat in casu nostro, ex quo prohibuit alienationẽ, q̃a vult, ꝙ bona sua deueniant ad suos descendentes in infinitum. Per hoc. n. constat manifeste, ꝙ vult bona ad descendẽtes ꝑuenire, & ẽt ex substõne facta Francisco alteri filio suo, & ꝓpea dẽt hr̃e locũ fideicõmisi transmissio. Et per prædicta colligitur responsio ad allegata in cõtrariũ. Quia q̃d primo loco allegatur, i casu nr̃o stare nõ põt, ꝑ ꝓ verbũ illud, in stirpẽ, & nõ in capita, q̃d nõ cõuenit descẽdẽtib. primi gradus, sed tñ vlteriorib. Et quia etiam ex aliis apparet, ꝙ intentio testatoris fuit etiam vlteriores substituere, quæ dẽt preualere, ex quo verba non repugnant. l. non aliter. de leg. 3. l. in conditionibus. in prin. de condi. & demon. & l. 3. C. de liber. præter. & quia etiam ex tacita mente, de qua constat in casu nostro, põt habere locũ

fideicommissi condõnalis transmissio, per superius dicta. Secundò videndum est, quæ bona veniant in restõne fideicõmissi. Et videtur, ꝙ bona particularia assignata in vita dictis filijs & inter eos diuisa per patrem, nõ veniant in dicta restõne, tanquam fuerint eis donata. Quod ꝓbatur ex verbis instrumenti,
7 in quo dr̃, ꝙ pater dedit & assignauit filijs, &c. quod † verbum, do, importat translationem dñij. §. sic itaque. inst. de act. Et idẽ facit verbum, assigno, ſm Bar. in l. si constante. in princ. sol. ma. in 2. q. quartæ q. prin. cũ ꝯcor. de quib. ibi per Ale. Et istud etiã vult Sal. & Pa. de Ca. in l. si filiæ. C. fam. ercis. & Sal. in l. si donatione. C. de coll. dicens, ꝙ si pater aliquam rem dẽt filio, & non dicat, trado, sed dotalem rem, ꝙ in dubio nõ videtur assignasse in peculio, sed donasse, per d. §. sic itaque. Et idem prius voluit Pe. in l. si fundum certo. de ver. ob. Et licet talis donatio inter patrem & filium non valeat, sed morte confirmetur. l. antepe. C. de don. inter vir. & vx. & l. 2. C. de inoffic. don. tamen non venit in restõne fideicommissi, secũdum Bar. in l. Marcellus. §. quidã liberis. ad Treb. per l. sequens quæstio. de leg. 2. Et idem volunt Doct. in l. cum virum. C. de fideicom. Secundo non veniunt in dicta restõne dicta bona, etiã si non essent donata, sed prælegata, ex quo sunt prohibita alienari, per tex. in l. Lucius. §. si pluribus. ad Tre. & ibi no. Bar. & Ale. in d. §. quidam libe. in princip.
8 Quibus non ob. cõtrarium est verius. Nam quamuis† dicta bona inter viuos fuerint inter filios diuisa, & eis data & assignata nihilominus in dubio non intelliguntur donata, sed potius in peculium assignata, secundum Bart. in d. l. si donatione. cũ quo alij transeunt. Vbi vult, ꝙ quando pater emit rem nomine filij, sed illam, quæ erat apud eum simpliciter filio in potestate tradit, videtur in dubio in peculium dictam rẽ & illius administrationem & gubernationem concessisse. Et idem probatur in l.
9 cum pater. §. pater plurib. cum gl. & ibi per Bar. de leg. 2. † Qđ procedit, etiam si dictum fuit do, & non trado. secundum Imo. in d. l. si fundum trad. & Ale. qui etiam reprehendit Sal. in l. a Titio. eod. ti. & in d. l. si donatione. Et ideo cum filij non habuerint dicta bona ex donatione, dicuntur prælegata in testamento. & veniunt in restõne fideicommissi, ex quo præcessit onus, & dictum est simpliciter, ꝙ pars decedentis perueniat ad superuiuentes, & non est facta mẽtio de parte hæreditatis in hac substõne. d. §. quidam liberis. & ibi per omnes, & per Doct. in d. l. cum virum. Et vbi etiam dicerentur donata, adhuc esset idem, quia donatio, quę valuit ab initio, non venit in restõne, quãdo fuit morte confirmata. & prout morte confirmatur quãdo in testamento de bonis donatis nulla fit mentio, & tunc procedit quod no. Bar. & alij in d. §. quidam liberis. Sed quando illud, ꝙ maritus, vel pater donauit, postmodũ legat in testamento, tunc non dẽtur iure donationis, sed iure legati, quia intelligitur a donatione recessum. l. si quando. in princ. & ibi per Bart. qui hoc dicit expresse, de leg. 1. Et propterea quia dicta bona licet donata filijs in ptãte fuerunt iure instõnis relicta in testamento, non capiunt ex titulo donationis, sed legati vel fideicommissi. l. quoties. C. de hæred. instit. & in l. ex facto. la grande. ff. eod. ti. & per consequens dicta bona veniunt in fideicommissi restõne. d. §. quidam liberis. Nec ob. quod dictum sit, in omnibus autem alijs bonis, &c. quasi ꝙ per huiusmodi verba dicantur ab instõne exclusa prælegata, & etiam a substõne, quæ sequitur immediate, quo casu non venirent in restõne, secundum Bart. in d. §. quidam liberis. in fi. Quia ad istud duobus modis respondet Ale. in consi. 25. in fi. 1. vol. Et primo, quod talis expressio nihil operatur, quia etiam si dictum non fuisset, in alijs autem bonis
10 &c. hoc subintelligebatur, ex quo dicta bona spãliter erãt relicta, quia spẽs† derogat gñi. l. vxorem. §. Felicissimo. de leg. 3. & l. alimenta. §. Basilicæ. de ali. & cib. leg. Vel secundò, dicit ipse, illa fuerunt solum apposita in instõne, & substõ fuit facta simpliciter, & ideo non solum refertur ad instõnem, sed etiam ad prælegata præcedentia. l. talis scriptura. in fi. de leg. 1. & l. 1. C. de libe. præter. Vel tertio, & forte melius, potest responderi, quod etiam institutione continentur prælegata, & hoc est clarum respectu portionis, quam quilibet iure hæreditario habet in prælegatis adita per eos hæreditate. l. qui filiabus. §. fina. cum l. seq. de leg. 1. nam & illa portio prælegati venit in restitutione fideicommissi, etiam si grauatus sit restituere partem hæreditatis. l. in fideicommissaria. §. fin. secundum intellectum Bart. & Ang. ad Trebell. quia iure hæreditario capitur. Quo vero ad illã partem, quam quilibet capit à suo cohærede, dr̃ illa pars contineri
11 in instõne grauati, quia † facta sunt plura legata, & deinde dr̃, in omnib. autẽ alijs bonis institu: t Titium, sub tali instõne continẽtur etiam res legatę, secundum Bart. in l. certarum. in prin. de tes. mil. & probatur in l. si quis ita hæres instituatur excepto fundo. de hæred. ins. & ibi no. Bal. & Imo. & in terminis nostris ita etiam concludit Pau. de Ca. & Ale. in l. nam quod. §. fin. cum seq. ad Treb. vbi dicunt, quod dicto casu institutus est hæres ẽt in bonis legatis, non tamen cum effectu retẽtionis, quia solum bona non legata remanent apud eum. Nec ob. quòd inferius sit facta mentio de hæreditate, vel de bonis hæreditatis, hoc est inquantum prohibet testator alienari bona hæreditatis, & inquantum uult, quod filijs legitimis non extantibus, hæreditatem suam deuenire ad descendentes filiorum naturales, quia ad alium effectum, & in alia substõne facta de personis diuersis hoc est, de descendentibus naturalibus, est facta mentio hæreditatis, de qua non agitur. Preterea etiam in dictis locis idem etiam disponitur quo ad Franciscum, & eius descendentes, & tamen quo ad eum mentio hęreditatis uerificatur de necessitate in prælegatis ei relictis iure instõnis, quia hæres uniuersalis non fuit institutus, ergo etiam idem quo ad prælegata alijs facta, ut æqualis sit determinato eiusdem uerbi. l. iam hoc iure. de uulg. & pup. Nec ob. quod prælegata prohibita alienari non ueniant in restõne. d. l. Lucius. §. si pluribus. ad Treb. quia illud habet locum, quando prohibitio est fauore alterius substituti in eis, & non fideicommissarij, ut ibi per Bar. & alios. Ideo ex quo Ioannes Franciscus est mortuus sine filijs, illud quo ad eũ peruenit ex instõne uniuersali & particulari, uenit in restõne fideicomissi, cuius dies cessit, non solum quia mortuus sit sine filiis sed etiam, quia instituendo extraneum hæredem fecit contra
12 prohibitionem alienationis, † sub qua continetur etiam dicta hæredis institutio. l. pèto. §. fratre. & ibi per Bar. de leg. 2. & per Barto. & alios, in l. si ita quis. §. ea lege. de uerb. ob. & per Doct. in l. ea lege. C. de cond. ob cau. & dicta bona ex fideicommisso pertinent tantum ad do. Ascanium & fratres, & non ad Franciscum, qui non est substitutus. Nec a tali fideicommisso excluduntur dicti fratres ex compromisso facto inter filios testatoris, nec ex laudo inter eos lato, etiã si sint hęredes patris. Quia licet irritauerint, annullauerint, & cassauerint oĩa testamenta & codicillos ordinata per d. dom. Georgium patrem eorum super prędictis partibus nominatis concernentibus ad fauorem, & utilitatem dictarum partium compromittentium, quantum sit pro utilitate spectante, & mentionem faciente ad utilitatem ipsarum partium, &c. nihilominus dicta conuentio est personalis, & restricta ad personas ipsorum compromittentium & non nocet filijs eorum, qui ueniunt & uenire possunt ex propria persona; ut clarè colligitur ex illis uerbis sequentibus uidelicet, sed alijs legatis, & personis nominatis in dictis testamentis & codicillis uoluerunt stare in suis robore & ualiditate, &c. Quia ergo descendentes ex filiis præmortuis uocati sunt ex substõne facta filiis testatoris, ut probatum est superius, ius eorum expresse fuit reseruatum per dictos compromittentes, quia & isti continentur sub illa gñalitate uerborum proxime relatorum. Præterea aduertendũ est, ꝙ compromissum fuit restrictum ad fructus perceptos in uita patris, & ad partem sibi reseruatam, a qua Franciscus fuit exclusus. Et prædicti fratres irritarũt, & annullarunt testamenta, & codicillos patris expressa causa, vt. s. melius, validus, & efficacius ad corroborationem licentiæ & authoritatis ipsis datæ ipsis dominis ar
13 bitris sup prædictis partib. tãtũ & dũtaxat, &c. Annullatio† igitur, quæ facta est, ut licẽtia & authoritas data arbitris sit efficacior, restringitur ex cã prædicta. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & sic ad ea tm̃, super quib. factũ est cõpromissum, quia super illis tantũ versatur authoritas & licentia arbitrorũ. Ex quo sequitur, ꝙ aliæ quatuor partes ꝑlegatæ, & in cõpromisso nõ inclusæ remanent sub fideicõmisso, & a quo etiam recessum nõ intelligitur quoad dictã quintã partẽ, qa cũ a testõ ꝓ cõpromissum recedatur occasione licẽtiæ & authoritatis cõcessæ arbitris, & ut plenũ sortiatur effectũ, eatenus intelligitur testõ re
14 nunciatũ, quatenus reperiť laudatũ, q: † clausulæ appositæ in cõpromisso tẽdentes ad renunciãdũ, uel derogandũ alicui iuri partium, habent in se tacitam conditionẽ, si fuerit sententiatũ, & laudatum, secundum Bald. & Fulgo. in l. diuersa. C. de transactionibus.

factionib. & Bal. in l. si super possessione eo. ti. & in l. tale pactū §. qui prouocauit. de pac. & Ale. consi. 22. in prin. 1. vol. Quamuis igitur dicta quinta pars omnib. sit æqualiter per laudum adiudicata, per hoc tm̄ intelligit recessum ab instōne, per quam Franciscus dicta quinta parte fuit exclusus, sed a substōne facta de illa nō intelligitur eē recessum, quia verba sniæ & laudi hoc non important de necessitate, & satis est, ꝙ operentur quo ad instōné. Cum. n. sit stricti iuris, nō extēditur vltra quam verbis eius de necessitate inferatur. l. 1. C. si plu. vna senté. & l. Pa.
15 de re iud. † Et sicut etiam ꝑ diuisionem simplicem fideicommissum nō intelligitur eē remissum, vt plene traditur in l. q. Romæ. §. duo fratres. in 2. q. de ver. ob. & in l. tres fratres. de pact. Et tanto magis hoc est verum, si extra tempus cōpromissi laudum fuit latum, quia fuisset nullum. l. idemq;. §. fi. & l. Labeo. & l. non distinguemus. §. de officio. de arbi. & sic perinde est, ac si non fuisset latum. l. non putauit. §. non quamuis. de bo. pos. cō trata. & l. 4. §. condemnatum. de re iud. & cōsequēter renūciatio nō hēt effectū ſm Ale. qui isto casu loquit in d. consi. Et vbi laudum sit ualidum, tamen super fideicōmisso cōdōnali nō fuit factum compromissum, quia de illo adhuc non erat aliqua lis vel eē spabatur inter fratres, sed cōpromissū repitur super fructib. perceptis ꝑ do. Georgium ex bonis filijs assignatis, & sup q̄nta parte ꝑ eū retēta, & ista tm̄ cōpromittentes sunt ꝓsequuti, & non fideicommissum. ergo de illo non intelligit cōpromissum, sed prosequutus tm̄, ēt si compromissum nō esset speciale sed gn̄ale, ſm Bar. in l. cum Aquiliana. de transa. & in l. tres fratres. de pact. ꝑ l. si cū dies. §. plenum. de arb. Et quia prosequutio dictæ quintæ partis non fuit facta ex cā fideicommissi, sed ex alia, s. instōnis, a qua Franciscus fuerat exclusus, iō de fideicommisso etiam respectu illius partis non intelligitur factum compromissum, nec super eo laudatum. Et facit qđ no. Bar. in d. §. duo fratres. in 4. q. vbi vult, ꝙ ad hoc vt renunciatio facta etiam in spē de fideicommisso valeat, necesse est, ꝙ expsa de futuro & debendo fideicommisso fiat mentio, & aliās, secundum eum, renūciatio non traheretur ad fideicommissum condōnale. Et istud non hēt dubium, iudicio meo, &c. Restat
16 nunc videre de alio, † uidelicet, vtrū de tali fideicommisso possit detrahi ltīma & Trebellianica. Et vr̄ ꝙ sic, quia cum sit condōnale, duæ quartę detrahi pn̄t, ſm Doctores communiter in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa. & in l. quamquam C. ad leg. Falc. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. de uul. & pu. & in l. in rōnc. §. qđ vulgo. ad leg. Falc. cum concor. de quibus per Alex. in dictis locis. & quia fideicommissum relictum a filio primigradus, in ea nō imputantur fructus. l. iubemus. C. ad Tre. nec ſm Bal. & Sal. ibi posset ꝑ partem filio Trebellianica ꝓhiberi, inducendo illum tex. vt ibi per eos. Sed contrarium est verius,
17 † qm̄ ex quo prohibita est alienatio in testamento, ꝑ hoc intelligitur Trebellianicę detractio, secūdum Bal. & Sal. in auth.
18 sed in ea. C. ad leg. Falc. † quæ prohiberi pōt sicut Falcidia, ſm Bar. & Do. in d. l. Marcellus. in prin. & est cōis opi. vt ibi ꝑ Mo. & ꝓut ēt attestatur Ale. in consi. statim allegādo. Et quamuis Bal. & Sal. in d. l. iubemus limitent dictam communem opinionem in filiis primi gradus, tamen etiam in eis contrarium uoluit ibi Cy. in 1. opposi. per auth. sed cum testator. C. ad leg. Fal. cum quo transit ēt Cuma. in d. §. cum filiæ. & in l. in fideicommissaria. in prin. ad Tre. Et hāc opi. sequitur etiam Ale. per plura, & Soc. in d. l. Marcellus. in prin. ad Tre. ubi prædicti reprehēdūt Bal. & responsiones aliter non refero. quia uideri possunt de facili. Et dato etiam ꝙ opi. Baldi, & sequacium eēt uera, tūc demum potest procedere & locū habere, quando onus fideicōmissi personaliter & expresse est iniunctum filio. Quod nō est in casu nostro, in quo testōr, si aliquis ex filiis institutis decederet sine filiis masculis, uoluit. ꝙ pars decedentis ad alios masculos superstites deueniat, &c. & sic onus fuit iniunctū impersonaliter, quo casu secundum Alex. no. in consi. 67. 1. vol. non loquitur Bal. in d. l. iubemus, neque locum hēt opinio eius, q̄a secundum eum, tunc fideicommissum non intelligitur iniunctum filio, sed hæredibus filii, ergo sumus extra casum. d. l. iubemus. per quam mouetur Bal. quæ solum loquitur, quando liberi primi gradus sunt instituti & grauati, & non q̄n ab alio relictum est fideicommissum, ut probatur ibi in prin. iuncto fi. il
19 lud āt est certum, † ꝙ ab hæredibus filii pōt relinqui. l. si fuerit. §. 1. cū l. seq. de le. 3. & ꝙ ab illo videatur relictum in dubio, probat Ale. ex no. per Bar. in l. si duos. de vul. & pu. per illum text. cum gl. cum quo alii transeunt, & Im. & alii Mod. in l. cohrdi. §. cum filiæ. eo. ti. & Raph. & mod. in l. 1. §. fi. eod. ti. cum concor. de quib. plenius in dictis locis. Et ista interpretatio sumenda est præcipue secundum Ale. ut uoluntas testatoris seruetur qui detractionem Trebellianicæ prohibuit, & sic ad effectum, ut dicta prohibitio ualeat, & quod detractio locum non hēat vt uoluit testator. Et loquitur etiam Ale. quando filius institutus non erat pupillus, ꝙ pater, quia vult, ꝙ hęres suus possit legitimam retinere, quam retinere non posset, si institutus fuisset pupillus, quia in ea eius hęres grauari potuisset, & grauatus præsumeretur. l. si fundum ꝑ fideicommissum. §. fi. de le. 1. & ꝑ Doc. in locis p̄alle. Nec ob. ꝙ in casu nostro prohibitio alienōnis, ex qua cātur prohibitio Trebellianicæ. d. auth. sed in ea. sit facta filijs institutis nominatim, & sic, ꝙ illi sint prohibiti detrahere Trebellianicam, quia etiam eorum descendentes sunt prohibiti, & sic prohibitio est realis, & tanto magis propter illam causam prohibitionis expressam. videlicet quoniam ea bona semper & perpetuo in eius hæreditate restare & permanere voluit, & ad eius descēdentes in infinitum deuenire, &c. quæ rō generalis cōprehēdit oē tps, & oēs personas, ſm Bar. no. in l. pr̄. §. fundū. de leg. 3. dr̄. n. ibi in tex. ꝙ pater vetuit filio alienare fundū in vita, & sic ad tps, vnde post tps intelligitur esse permissa. Sed fallit ſm Bar. si testator dixisset, ideo sic feci, quia volo, ꝙ fundus ille nunquā exeat de nomine vestro: nam tunc, ſm eum, prohibitio alienationis duraret post vitā, & sic post tēpus expressum, ꝑ rationem prohibitionis, quæ omne tempus respicit, per l. cū pater. §. dulcissimis. de leg. 2. Et ideo sicut prohibitio porrigitur post mortem, ita etiam detractio Trebellianicæ nō pōt ab hærede, qui præsumitur grauatus, & ēē prohibitus, sed ab eo legitima tm̄ Io. Francisci poterit retineri, ſm Alex. in dicto consilio. Et ita concludo. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Aemilia. consi. 39. uide Merzar. fol. 22. quæstio. 3. Hier. Zanch.

¶ Fideicommissum deficit & conditio, quando substitutio fuit facta, si decesserit sine liberis susceptis filijs, licet filij postea sine liberis moriantur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, quæ commodum non affert, non valet.*
1 *Filij appellatione etiam posthumi continentur, & quando.*
3 *Prouisio testatoris expressa facit cessare tacitam.*
4 *In substitutione fideicommissaria facta nepoti instituto subintelligitur conditio illa, si decesserit sine filijs.*
5 *Intellectus. leg. generaliter. §. eum autem. C. de institu. & subsi. & 6.*
7 *Ius accrescendi immediate prouenit ex dispositione legis, & ex interpretata uoluntate testatoris, & est tacita substitutio.*
8 *Ius accrescendi in ultimis uoluntatibus locum habet.*
9 *Quando pater grauat filium restituere hæreditatem post mortē simpliciter, intelligitur grauatus, siue decesserit cum filijs, siue sine filijs.*
10 *Donatio per superuenientiam liberorum quomodo reuocetur.*
11 *Declaratio. l. cum acutissimi. C. de fideic.*
12 *Intellectus. l. tale pactum. §. fi. de pactis.*
13 *Positi in conditione quando dicantur uocati.*
14 *Ad effectum ut liberi ex filio grauato non excludantur a substituto, uerba improprientur in fauorem liberorum & ad exclusionem substituti.*

CONSILIVM CXXXI.

IN themate proponitur, ꝙ Petrus de Senis in suo testamento instituit hęredes Vgolinum & Nicolaum suos nepotes, & in ptāte sua existentes, legitimos & naturales ex D. Minoccio filio prædefūcto ipsius testōris, & patre dictorū Vgolini & Nicolai, & eosdē Vgolinum, & Nicolaum hæredes institutos sibi inuicem substituit uulgariter, & pupillariter, & per fideicōmissum. Et casu quo decederent in pupillari ętate vel postea quan-

quandocunq; sine filijs legitimis & naturalib. eisdem substituit D. Brigidam sororem carnalem dicti testoris. Quia ergo Vgolinus decessit superstitib. duob. filijs masculis, & Nicolao fratre suo, & deinde mortui sunt ambo filij d. Vgolini absque filijs superstite eorum matre & hærede instituta ab ultimo eorum decedente, ac ēt superstite adhuc d. Nicolao eorum patruo. Quæritur, vtrum d. Nicolaus ex dicto testō Petri aui sui intelligatur vocatus ad portionem Vgolini fratris cohæredis sui, &c. Et prima facie vr̄ dicendum ꝙ sic. Nam, vt ex p̄missis colligitur, Vgolinus & Nicolaus fuerunt ab auo p̄mo instituti, & adinuicem substituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & q̄uis fideicommissaria substō inter illos fcā pura videatur ſm̄ tenorem verborum, & concepta sine verbis importantib. tractū temporis, nihilo minus ſm̄ iuris interpretationem intelligitur alter alteri post mortem substitutus, quia si pura remaneret dicta substō, vt verba sonant, nō valeret, quia cū fuerint æqualiter
1 instituti, tantum vnus acciperet, quantum daret, & iō † q̄a cōmodū nō afferret, nō valeret. l. ab omnib. §. si Titio. de leg. 1. & ibi no. Bar. ī fi. & p Bar. clarius in l. si q̄s seruū. de cond. & demon. & Bar. in l. j. in princ. C. de pac. vn̄ vt valeat, videtur fideicommissum post mortem dilatum, sicut & alias post mortem grauati intelligitur, quando aliter valere non posset, licet quod ad verba videatur purum. l. epistolam. §. fi. & l. vbi pure. in prin. ad Tre. & non per gl. cum qua communiter transeunt Doct. in l. cum filio. de le. 1. Licet ergo quando nepoti vel filio substituitur post mortem, subintelligatur cōdō, si decesserit sine filijs. l. cum auus. ff. de cond. & dem. & l. cum acutissimi. C. de fide c. in casu tn̄ isto videtur, ꝙ talis cōdō, q̄ non fuit expressa, non subaudiatur. Quia, ut ex serie testamenti apparet, testōr post dictā substōnem reciprocam factam inter nepotes institutos, subiūxit, in casu quo decederent in pupillari ætate, vel postea quandocūque sine filijs legitimis & naturalib. eisdē substituit do. Brigidam, &c. Cum ergo in hac posteriori substōne filios ex dictis nepotib. institutis posuerit in condōne eorum fauore, vt no. in l. Lucius. de hær. inst. ex hoc intelligitur & percipit, quod de dictis filiis nepotum cogitauit. l. qui filiab. in prin. de leg. 1. Ex eo ergo, ꝙ de illis testōr mentionem fecit, ac etiam quia de illis cogitauit, dicendum uidetur, ꝙ in substōne præcedenti facta inter nepotes, & in qua de filijs eorum non est facta mētio, subaudiri non debeat illa cōdō, si decesserit sine filijs, vt probatur vr̄ in l. gn̄aliter. §. cum autem. C. de insti. & subst. cōd. fact. Et primo dum textus dicit, ꝙ si filijs sit facta substō nulla liberorum ex his procreandorum adiectione addita, ꝙ subintelligitur dicta cōdō. Et sic præsupponit tex. ꝙ talis subauditio demum habeat locum si de liberis procreandis non sit facta mentio. Sed in casu nostro de illis mentionem fecit testator, vt dixi. Ergo cōdō p̄dicta nō dēt subintelligi. Deinde assignat ēt textus rōnem, quare dicto casu p̄dicta cōdō dicatur inesse, videlicet quia nō est verisimile, ꝙ talem substōnē fecisset, si de liberis cogitasset. Quæ quidā rō cessat ēt in casu isto, qm̄ de dictis liberis cogitauit, cū illos expsse posuerit in cōdōne ī substōne immediate sequenti. ergo cessare dēt legis dispositio. l. adigere. §. quāuis. de iure pat. & c. cum cessante. de appe. & probatur ex no. per Bar. in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. & per Doct. in c. fi. de dona. vbi vult, ꝙ l. si vnquam. C. de reuo. don. in qua dr̄, ꝙ in donatione facta inter viuos subintelligitur illa cōdō, si Donatus decesserit sine filijs, non hēat locū, si ille de filijs cogitauit. idem ergo & isto casu, quia rō dictæ legis est eadem cum rōne allegata p̄xime, & d. qui in d. §. cū autem. vt est a pte de mente gl. in d. l. si unquam. dum allegat. l. cum acutissimi. Et magis probatur ex no. p Soc. consi. 46. in vlt. dubio. vbi vult, ꝙ si mulier donauit filijs patris natis & nascituris, ac filijs nascituris ex dictis filijs, ꝙ talis donō non reuocetur p superuenientiam liberorum, q̄a ex quo cogitauit de filijs nascituris ex patre & ex fratrib. eadē
2 rōne cogitasse vr̄ de nascituris ex se. Et sicut appellatione† filiorum veniunt posthumi, qn̄ in alia parte de posthumis est facta mentio tanquam ex hoc videatur de illis cogitatum. l. qui filiabus. in prin. de leg. 1. Multo ergo magis in casu nostro vr̄ in primis substōne de filijs nepotū cogitasse, cum in proxima sequenti illos expresse posuerit in condōne, & sic de eisdem fecerit mētionem, & non de alienis, vt in casu Soc. Et hinc est etiam, quod pactum de lucranda dote soluto matrimonio morte vxoris, nō reuocatur liberis extantibus tempore soluti matrimonii. leg. 1. C. si dos constan. mat. & in §. dotes. in authētica. de nup. quòd alia rōne esse non vr̄, nisi quia tale pactum sub commemoratione matrimonii, quod ordinatur ad sobolem procreandā, & sic quia vr̄ de liberis cogitasse. & iō fuit alias cōsultum p D. Ioannem de Copulis & alios Doctores Perus. vt ēt referunt quidam Moderni Perus. in l. 2. in prin. so. ma. ꝙ donatio facta in cōtractu matrimonii non reuocatur p superuenientiam liberorum, q̄a cū matrimonia cōtrahantur, ut dixi, ad sobolē p̄creandam. l. 1. sol. ma. apparet, mulierem ac ēt maritum de liberis cogitasse, quo casu locum non hēt d. l. si vnquam. ſm̄ Bar. in d. §. Imperator ex quib. apparet, ꝙ sufficit sola cogitatio de liberis, ēt in gn̄e, & facit l. qui iure militari. ff. de testa. mil. & qđ notat Ang. & Mod. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. Et istud confirmatur ex his, quæ uoluit Soc. in d. l. cū auus. ff. de cō di. & dem. in 41. col. vbi dicit consuluisse, ꝙ in substōne facta post mortem filii non subintelligitur dicta cōdō, si decesserit sine filiis, qn̄ tempore testamenti extabāt filii ex eo, quia ex quo testōr sciuit illos extare, dicitur de illis cogitasse. Vnde quia cessat rō, in qua illa lex fundatur, ac etiam d. l. cum acutissimi, vt probatur in d. §. cū aūt. dicto casu locum non hēt dispositio dictarum legum. Et ibi late conatur ostendere, ꝙ sola rō, quia de liberis non cogitauit, a Papiniano fuit considerata, & ꝙ de alia non sentit, p tex. in d. §. cum autem. qui in principio venit ad interpretationem & declarōnem rōnis ipsius Papiniani, & ad d. l. cum acutissimi. q̄ in rōne ibi reddita videbatur in contrariū facere. Et subdit, ꝙ Imperator in d. §. cū aūt. interpretat̄ Papinianum de nascituris & p̄creandis loqui, & non de natis, quia de istis quos habere sciuit, cogitauit, iō si de illis mentionem non fecit, eis puidere noluit, arg. l. sicut certi. & l. si cum vel ī vtero. C. de insti. mil. sed de nascituris, quia non extabāt, præsumitur, ꝙ nō cogitauerit. Quæ p̄sumptio ēt quo ad illos cessat, vbi apparet & constat, ꝙ de illis cogitauerit. vt ēt probatur ex not. p Bar. in l. filio præterito. de iniusto, rup. & irr. test. & in auth. ex cā. C. de libe. præt. dum vult, ꝙ legata nō cōseruantur p illā authenticam, vel per clausulam codicillarem qn̄ testm̄ rumpitur p̄teritione posthumi ignoranter præteriti, per d. l. cum auus. & d. l. cum acutissimi. Secus autem si testator sciuisset uxorem p̄gnantem, & sic vult, ꝙ ratio, de qua in d. l. cum acutissimi. militet, quando testator ignorauit, & non quando sciuit. Et pōt esse rō, ſm̄ Soci. quia lex in hoc supplet voluntatem defuncti in eo, quod verisimiliter fecisset, si de liberis cogitasset. Quādo ergo cogitauit & sciuit, quia testator fuit negligens, si liberis non prouidit, ideo tunc lex uoluntatem eius non supplet, argu. l. tractabatur. ff. de test. mil. & l. 3. C. de test. mil. Et pro hoc inducit etiam textum in leg. tale pactum §. fin. de pact. inquantum ponderat tex. ꝙ pater tempore stipulationis filios nō habebat, & p p hoc iudicium in fratrem collatum non habet effectum, & dicit, ꝙ etiam ita alias fuit consultum per do. Io. Petrucium, & do. Benedic. Cap. ut ibi latius per eum. Accedit etiam ad confirmationem prædictorum, quia si testator hēat duos filios, & vni substituat, si decesserit sine filijs, & alteri simpliciter substituat post mortē, in hac vltima substitutione non subauditur illa cōditio, si sine liberis decesserit, prout cōsuluit Raph. Cum. ſm̄ ꝙ refert And. Sic. in d. l. cum acutissimi. in pen. col. & Soc. in consi. 2. inserto inter consilia Curtij. & hoc rōne præmissa, s. quia testator cogitauit de filijs filiorū, ex quo alteri filio substituit expresse ponendo filios illius in conditione. Et ex alio etiam prædicta confirmantur, quoniam si uoluisset testator substitutum primo loco excludi per superexistentiā præmortui, illos in conditione posuisset, sicut fecit in sequenti substitutione. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. Exprimendo ergo conditionem prædictam in ultima substitutione includendo illo casu liberos in conditione pōsitos, & sic illis tacitē prouidendo, videtur alio casu illos voluisse excludere, arg. l. cum prætor. in prin. de iudi. & pro hoc facit, quod vult Bar. in d. l. cum auus, dum dicit, ꝙ si facta sit substitutio filio, si decesserit sine filijs masculis, non subauditur per illam legem, & fœminis, quia ponendo in conditione solum masculos, fœ-
3 minas exclusisse videtur, dicta l. cum prætor. Nam & † prouisio testatoris expressa facit silere tacitam. l. cum ex filio. §. 1. de vulg. & pup. & quamlibet aliam prouisionem legis extraordinariam. l. fi. C. de pac. conuen. not. in l. 2. C. de iure emphy. & per Bar. & Doct. in l. si cū dotē. in prin. sol. mat. Vltimo facit, nam te-

testator adinuicē substituit nepotes vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, sed in vulgari non subintelligitur illa con dō, si decesserit sine filijs, vt sentit gl communiter approbata in d.c.cū autem.in uerbo, substituit.ergo nec in fideicommissaria dēt subaudiri, ut æqualis sit determinatio.l.iā hoc iure.de vulg. & pu. Sed p̄missis non ob.contrarium puto verius & æquus. Nā
4 clarum est de iure loquendo simpliciter, ꝙ in † substōne fideicommissaria facta nepoti instituto, subintelligitur condō illa si decesserit sine filijs, etiam si sit substitucus alius testatoris filius, & eadem ratione si sit substitutus alius nepos, ut est casus in d.l.cum auus.& uult Bald. in d.l.cum acutissimi. Quia ergo Vgolinus cum filijs decessit, excludi debet Nicolaus substitutus, licet etiam filij do. Vgolini postea decesserint sine fil. js.l.ex facto.§.pe.ad Tre.& per Old.consi.21.& 161.& Io. An.in ad di.Spec.in tit.de test.§.in primis.ad fi.& nedum expressa cōdō, si decesserit sine filijs, dicto casu deficit, ut prædicti loquūtur, sed etiam tacita & subintellecta, s̄m Ang.in d.§.cum autem. in lec. Perusina, & nouissimi ibi. Sola igitur difficultas in casu nostro versatur in respondendo ad contraria, ex quorum solutione apparebit & probabitur, ꝙ etiam isto casu subaudiri dēt cōditio prædicta. Non obstat igitur primo tex.in l. generaliter.§. cum autem.C. de insti.& subst.per quem dicitur, ꝙ cessat sub-
5 auditio † conditionis, quia in alia sequenti substōne de liberis nepotum est facta mentio, qa dum ibi dicitur, Papinianum in huiusmodi casu, quo pater filio suo substituit, nulla ex his pro creādorū liberorum adiectione addita, se restringit ad casum, id est ad substitutionem, quo, hoc est, per quam, vel mediante qua pater filio suo substituit, ut.s. tunc si nulla facta sit mentio de filiis in illo, videlicet casu quo pater filio suo substituit, hēat locum, quod sequitur in textu, ut aperte sonant illa verba, in hmōi casu, quo pater, &c. qa dictio illa huiusmodi, est demonstratiua ad oculum.l.huiusmodi.in prin.de leg. 1.& l.huiusmodi. de ver.ob.cum simil. Et sic est sensus, ꝙ eo casu, quo de liberis non est facta mentio in substitutione, de qua agitur, ꝙ tūc cōditio illa, si decesserit sine liberis, subauditur, & iste est casus noster, quia in substitutione, reciproca facta inter nepotes, eorum filij non sunt in conditione positi, nec aliter nominati, ideo dicta conditio habetur pro expressa. Nō vult ergo ille tex. a contrario sensu, ꝙ quando etiam extra casum substitutionis, de qua agitur, & sic quando in quacunque alia parte testamenti esset facta de liberis mentio, ꝙ in substitutione diuersa non subaudiatur conditio, sed solum vult, ꝙ subaudiri non debeat, quando de liberis eorum esset facta mentio in huiusmodi casu.i.substitutione, quo, hoc est, per quam pater filio suo, &c. vt quia sint expresse positi in conditione. Et hoc quia expressio talis cessare facit interpretationem legis & tacitam conditionem d.l. cum ex filio § j.de uul.& pu. Et propter expressam conditionem tunc deficit fideicommissum liberis extantibus, non autem, propter tacitam, & sic illa uerba.s.ex his liberorū procreādorum adiectione habita ponuntur in textu ad declarandum, ꝙ vbi de liberis est facta mentio, ꝙ substitutus magis excludatur, nō autem quod admittatur magis, prout hoc importarēt, si alium sensum, qui in contrarium allegatur, haberent. & ista est vera intelligentia & intentio literæ. Non obstat dum secundo dicitur, ꝙ hoc casu de liberis pater cogitauit, ꝙ constare dicitur ex eo, ꝙ illos posuit in cōditione sequētis substitutionis. l.q filiab.in prin. de leg.1. & per consequens ꝙ cessat ratio, ppquam in casu.l.cum auus subauditur conditio, de qua ibi, videlicet, quia præsumitur, ꝙ testator de liberis non cogitauerit, & ꝙ si de illis cogitasset, talem substitutionem non fecisset, ut dicere videtur textus in d.l.generaliter.§.cum autem.ibi, intelligētem.s. Papinianum, non esse uerisimile partem, si de nepotibus cogitauerit, talem fecisse substitutionem. Quia ex hoc, ꝙ de liberis sit facta mentio in sequenti substitutione, negatur, ꝙ de illis cogitauit in præcedenti, in qua non fuerunt nominati, nec istud dicit tex.in d.§.cum autem. sed solum videtur probare a contrario sensu, ꝙ si de liberis testator cogitasset, ꝙ locum nō haberet interpretatio Papiniani, de qua in d.l.cum auus. quomodo autem & qualiter constet, uel probetur, testatorem de liberis cogitasse, non declaratur ibi. Et ideo ex hoc, quod in sequenti, aut in alia substitutione sit facta mentio de liberis, non probatur, nec constare dicitur, quod in prima substitutione facta simpliciter post mortem, dicatur de liberis nepotum cogitasse, de quib.non est mentio habita, immo in hoc primo actu substituendi præsumendum est ꝙ de dictis liberis, quos tunc non nominauit, non cogitauerit quia stant simul, quod in alia parte testamenti, & ad alium effectum de illis cogitare potuerit, & tamen ꝙ in primo actu substituendi de illis non cogitauerit. Et ita præsumendum est quantum ad hunc effectum, ut liberi non excludātur a portione p̄rna, & ne eis alius, ad quem non pertinet, de iure præferatur in illa, siue sit extraneus.d.l.cū acutissimi. siue etiam sit de descendentibus testatoris, qui quo ad hoc pro extraneo reputatur.d.l.cum auus. quia quo ad hanc portionem sunt remotiores, & minus dilecti in hac portione, quam filij ipsius grauati, per rationem quam assignat glo.in d. l.cum acutissimi. nec de tali effectu loquitur tex. in l.qui filiab. in prin. sed de alio, per quem non agitur de exclusione liberorum a successione ascendentis. Potest autem dici de liberis cogitatum, quando in ipsomet actu, de quo agitur, liberi grauati fuissent nominatim, vel aliter constare posset, quod tunc testa-
6 tor de illis cogitasset, & hoc casu † intelligi debet tex. in d.§.cū autem. sed per hoc, quod in alia parte testamenti de liberis sit facta mentio, non probatur quo ad effectum, de quo agitur, quòd etiam in alio actu substituendi separato, quamuis proximo, & in illo instanti de liberis fuerit cogitatum, immo, ut dixi potius præsumitur contrarium, & quod testator mortis cogitatione turbatus de illis tunc non cogitauerit, iuxta l.hac consultissima.§.at cum humana.C.qui test.fac.poss. Et hoc in terminis etiam decidi videtur ex no.per Gul.de Cum.in l.precib. C.de impub.& al.subst. ubi quærit, quid si testator vni impuberi filio substituit uulgariter, & alteri pupillariter, an in uulgari insit pupillaris. Et uidebatur quod non, quia constat ex pupillari, quam fecit uni ex filiis, quòd de ea cogitauit. ergo non dicitur inesse in uulgari facta alteri, quia cessat, ratio propter q̄ solet inesse.s.quia præsumitur, quod si de pupillari testator cogitasset, ꝙ illam fecisset. Contrarium tamen determinat per tex.in d.l.iam hoc iure. Et ad rationem contrariam respondet, quòd potuit omittere dictam substitutionem in persona alterius, mortis cogitatione turbatus, d.§.at cum humana. Et hoc dictum approbat & commendat Alexan.in d. l. iam hoc iure. in ulti.colum. Et quamuis do. Bulgarinus de Senis in dispu.in cip.Sempronius, & in sexto dubio, in penult.& ult. col. disputatiue conetur hoc dictum impugnare, improbando communes intellectus ad d.leg.iam hoc iure, tamen quia suus intellectus ad illam legem non tenetur, sed intellectus Barto. secundum quem procedit inductio Guli.ideo de sua contradictione in consulendo & iudicando parum est curandum, quia a Cumani opinione non est discedendum, ut habetur in locis uulgatis. Et sic ex dictis Gul. & Alexand. probatur euidenter, ꝙ per hoc, ꝙ in una substitutione fecerit mentionem de pupillari, per hoc non sequitur, quod de ea cogitauerit in alia substitutione facta eodem contextu. Et istud egregie probatur in dicta l.iam hoc iure.circa medium.dum ibi dicitur, quod si filio puberi substituit pater filium impuberem, si hæres non erit, & filium puberem substituit impuberi, si ille hæres erit, & in pupillari ętate decesserit, quod in persona puberis erit tantum vna substitutio, & in persona impuberis duplex, idest pupillaris expressa, & vulgaris tacita, & sic in pupillari inest tacita vulgaris, licet de vulgari mentionem fecerit, & consequenter de illa cogitauerit in alia substitutione facta eodem tēpore filio puberi. Nec istud corrigitur in fine illius legis, sed consilium ponitur, & datur secundum Bar. & communem intellectum, quicquid dicat dominus Bulgar.in loco præallegato. Et hoc qa potuerit mortis cogitatione turbatus in uno actu substituendi de illa cogitare, & in alio non, vt dicunt prædicti. Si ergo tunc præsumptio, de qua in d.l. iam hoc iure. fundata etiam in dicta ratione, videlicet, quia si testator de casu substitutionis non expresso cogitasset, illum expressisset, non tollitur dicto casu, multo minus debet tolli in casu nostro præsumptio, de qua in d.l. cum auus. introducta pietatis & humanitatis intuitu, vt ibi, & in d.§. cum autem. Secundo idem comprobatur efficacissimè
7 iudicio meo. Nam ius accrescendi immediate † prouenit ex dispositione legis, & ex interpretata uoluntate testatoris. l. si testamento. & ibi notant Doct. de vulg. & pupil.substit.& est tacita substitutio.l.si Titio & Mæuio hæredibus institutis. §. Iulianus quidem.de leg.2. & ea ratione introducitur a lege, quia præsu-

præsumitur ꝙ testator eam fecisset, si de ea cogitasset, vt dicetur statim Si ergo duob. cõiũctis, puta hæredib. vel legatariis substituat testator vni tm̃ vulgariter, & substõ vulgaris deficiat, portio coniuncti accrescit alteri. l. 2. §. si duo. de bo. pos. ₰m tab. & l. quidam testamento. de vul. & pu. quæ leges loquuntur de hæredibus, & l. vnica. §. pro secundo. C. de cad. toll. vbi in legatariis, idem dicitur, ꝙ tamen attenta rõne contraria esset contrarium dicendum quia cũ substituerit alteri vulgariter & expresse, per hoc probari videtur, ꝙ de vulgari cogitauit, & casu quo ille excluderetur a portione sua hæreditaria vel legati, ergo ius accrescendi, qđ dicitur esse vulgaris tacita immediate per legẽ introducta ex interpretata mente defuncti. d. l. si testamento. lo cum non deberet habere eo casu, quo expressa uulgaris nõ po test habere effectum, cum etiam prohiberi & cessare posset, ma xime inter legatarios. l. dominus, §. 1. & ibi no. de vsufr. Et tamẽ contrarium est uerum, ut habetur in dictis iuribus. Nec obstat ratio contraria, quia potuit eo casu, quo vulgaris expressa non habuit effectum non prouidere mortis cogitatione turba
8 tus, propter quam † rõnem in ultimis voluntatibus habet locum ius accrescendi, ₰m glo. in d. l. 1. C. de pecu. eius, qui liber. meru. & Iac. But. in l. 1. de vsufr. accres. & Bal. in c. 1. §. decedenti. in ti. qui feu. da. pos. & Sal. in l. 1. C. quando non pet. par. & in 10. q. & Ale. in l. si mihi & Titio. in 1. nota. de verb. ob. Et quia hæc rõ cessat in contractibus, ideo in eis non habet locum ius accrescrendi, vt ibi in tex. unde ius accrescendi propter prædictam rationem in ultimis voluntatib. locum habet. ex hoc declaratur, ꝙ lex illud introduxit, quia præsumit, ꝙ testõr expresse prouidisset, si de casu contingenti cogitasset. Patet ergo, ꝙ durat eadem præsumptio, quamuis uno casu in eadem persona prouiderit de expresso substituto uulgari, quia si ille non po test admitti, non cessat in persona tacita substõ. i. ius accrescendi, ut in prædictis iuribus. Idem ergo dicendum est in casu nostro. Tertio prædicta confirmantur. Si enim vbi in alia parte testamenti facta est mentio de liberis filiorum in substõne facta filio post mortem, in eodem testamento non subintelligitur cõdõ, si decesserit sine filijs, tanquam de illis testator cogitauerit per rõnem in contrarium allegatam, sequeretur, ꝙ si testamentum esset factum ₰m consilium Galli, vel legis Velleiæ, quib. casibus de liberis ex filio, vel alio descendente instituto fit mẽtio, quia substituuntur uulgariter. l. Gallus. & per totum. & maxime in §. instituens. & in §. nunc de lege. de lib. & posth. & sic est cogitatum de liberis filij vel nepotis instituti & filio decedenti post aditam hæreditatem, & sic postquam vulgaris expirauit, substitueretur per fideicommissum, ꝙ in hac vltima substõne fideicommissaria non subaudiretur cõdõ illa, si decesserit sine filijs, & sic d. l. cum auus. & l. cum acutissimi. locum non haberet condito testamentum ₰m consilium Galli vel legis Velleiæ ꝙ dicere esset ridiculosum. Et propterea, vt dictum est ex eo, ꝙ de liberis filii fecerit mentionem testõr ad alium effectum, & in ea substõne, nõ sequitur, ꝙ illa, quæ simpliciter est facta post mortem filij, & sic in hoc actu substituendi separato cogitauerit de liberis eius, immo est potius præsumendum, ꝙ illos non posuerit tunc in conditione, & quod in eadem cogitatione nõ durauerit mortis cogitatione turbatus, ut ex præmissis clare ꝓbatur. Qđ etiam confirmatur per tex. in l. cum proponebatur de leg. 2. secundum intellectum Pau. de Cast. ubi probatur, secundum eum, ꝙ si inter duos substitutos pupillares sit facta reciproca substõ super hæreditate pupilli, intelligitur etiam facta super legato eis facto, & ꝙ fuerit per errorem omissa. Est ergo necesse ad effectum, de quo quæritur, ꝙ in ipso actu substituendi, & in ipsa substitutione filio facta, cogitatum sit de liberis illius: & ꝙ hoc constet, & non est satis apparere, ꝙ de illis in actu separato quantumcunque proximo mentionem fecerit. Sed plus est etiam dicendum, quod licet constaret, ꝙ fuerit de liberis cogitatum in eo instanti, quo filio substituit testator simpliciter post mortem, ꝙ adhuc intelligeretur condõ, si decesserit sine filiis, prout etiam voluerunt alii, de quib. infra, non tñ
9 hac rõne. Et præmitto, ꝙ † quãdo pater grauat filium restituere hæreditatem post mortem simpliciter, ꝙ ex gñalitate uerborum & ex signatione illorum intelligitur grauatus, siue decesserit cum filijs, siue decesserit sine filiis, & sic ꝙ in omnem euẽtũ intelligitur substitutus post mortem filii, ut etiam probatur ex no. per Bar. in l. centurio. de vulg. & pup. subst. vers. quæro vtrũ substõ cõpendiosa facta per verbum commune, &c. dũ dicit, ꝙ illa verba, si decesserint sine filijs, intelliguntur in vita testõris & post mortem ante testamentum, & post. Sic ergo & illud verbum in casu nostro intelligitur simpliciter, & sic sine liberis, & cũ liberis. Sed quia ꝑ Papinianũ in tali substõne facta filio subauditur cõdõ, si decesserit sine filiis. d. l. cum auus, per hoc verba restringuntur ad unum casum, quæ ex sui natura ẽt cõprehẽdebant alium, vt est dictum. Textus ergo in d. §. cum autem. nõ intellexit, nec sensit, quod si testator cogitauerit de liberis filii in ipso actu, per quẽ illi substituit. quod dicta cõdõ nõ dẽat sub intelligi, ut multi credũt, sed potius contrariũ dicit, ꝙ dũ in textu dicitur, intelligentem. s. Papinianum, nõ eẽ verisimile partẽ, si de nepotib. cogitauerit, talẽ fecisse substõnem &c. dicere voluit, & dixit, ꝙ si pater de nepotib. cogitauerit, uerisimile non est, talem substõnem fecisse, hoc est, quod talem facere uoluerit, prout verba sonant, quæ. s. comprehendãt omnes dictos casus, & iõ restringitur signatio verborum per subauditionẽ dictæ conditionis ad unum casum ex mente testõris, nõ tm̃ si de liberis nõ cogitauit, sed etiam si de illis cogitasset, & sic tex. noluit dicere, ꝙ testõr verisimiliter nõ fecisset talẽ substõnẽ, si de liberis cogitasset, & ꝙ illos in cõdõne tunc uerisimiliter posuisset, ut prædicti intelligunt, & ex qua intelligentia inferunt, ꝙ si de liberis cogitauit, ꝙ tacite non intelliguntur in cõdõne positi, & sic ꝙ substitutus admittitur ẽt liberis extantib. tãquã subaudiat cõdõ, quia nõ sit de liberis cogitatũ, & sic iste intellectus præsupponit, ꝙ si de liberis fuisset cogitatum, ꝙ pater aliter & alio mõ substõnẽ cõcepisset, ponẽdo. s. liberos expresse in cõdõne. Qđ illa littera non patitur in uerbo, non fecisse. i. ꝙ nõ fecerit, & in verbo, si cogitauerit. & sic tex. non interpretaẽ, quid fuisset facturus testõr, si de liberis cogitauerit, ut sonat ꝑdictus intellectus, sed quid tũc fecerit, ut probaẽ in verbo, fecisse. & sic dedit patrem verisimile non eẽ fecisse. i. ꝙ fecerit talem substõnẽ, si de liberis cogitauerit, hoc est, cogitauerit de casu superstentium liberorum, verisimile non est, talẽ substõnẽ fecisse, sub qua. s. talis casus includaẽ. Et sic est sensus, ꝙ ẽt si testõr cogitauit de nepotibus, ꝙ in substõne prædicta nõ includitur casus, in quo filius decedat cum liberis, sed verba tunc restringuntur ad casum, in quo sine filiis decedat, perinde ac si ille solus fuisset expressus. Ex quo sequitur totum oppositum. s. ꝙ ẽt si in ipso actu substituendi pater de liberis filii cogitauerit, ꝙ illis extantib. substitutus excluditur, tanquam etiam isto casu nõ intelligatur in hũc casum vocatus. Et istud uidetur clare ꝓbari in l. ex facto. in prin. de uul. & pup. subs. ubi habetur, ꝙ substõ exemplaria reuocatur per superueniẽtiam liberorum, quia dicit tex. uerisimile non est, patrem aut principem de hoc casu cogitasse, ut cum, qui postea nasceretur, exhæredaret. quæ uerba signãt ꝙ etiam si pr̃ de filiis nascituris cogitauerit, non tamẽ sit verisimile, quod in casu supueniẽtium liberorum voluerit substõnem locum habere, tanquam de hoc casu cogitatum nõ fuerit, quoniam stant simul, ꝙ de liberis cogitauerit pater, & tamen non cogitauerit substituere & prouidere eo casu, quo extent liberi. Et sic aliud est cogitare de liberis simpliciter, & aliud est cogitare de dispositione in casu, quo extẽt liberi. Vnde, & in casu d. §. cum autem. non cogitauit pater substitere in casu existentium liberorũ, quãuis de liberis cogitauerit. Et istud est fauorabilius & æquius, & magis ꝑ testatoris uotum & intẽtionem. Et per hoc cessant multæ difficultates, quæ oriũtur inter mod. in d. l. cum auus. de quib. infra. Non ob. insuper, dum
10 dr̃, ꝙ licet donatio per superuenientiam liberorum reuocetur d. l. si unquam. C. de reuoc. do. cessat talis reuocatio, si cogitauit donãs de liberis, secũdum Bar. in l. Titia. §. Imperator. de le. 2. quia in actu contrahendi facilius præsumitur de liberis cogitatum, quam in actu testandi & substituendi, quia hoc ultimo, casu potuit esse facile obliuiosus testatoris mortis cogitatione turbatus, d. l. hac consultissima. §. at cum humana quæ ratio cessat alio casu. & hac ratione ius accrescendi locum habet in ultimis uoluntatibus, & non contractibus, ut dixi. Concedendo ergo, quod ubi de liberis est cogitatum, ꝙ substõ illis extantib. habeat locum, sicut donatio. negat tamen, ꝙ in mõ probandi, ꝙ de liberis fuerit cogitatum, substõ æquiparetur donationi. Et iõ licet per ea q̃ dicta sunt extra actum donandi probari posset, ꝙ in ipsa donatione de liberis cogitauerit donans, secus tamen est in substõne, quia per ea, quæ extra actũ substituendi

dicta

dicta sunt,nõ ꝓbat̃, ꝙ in ipsa substõne pr̃ de liberis cogitauerit,sed contrariũ ꝓsumitur,vt ex ꝓcedentibus probatur. Et diuersitatis rõ supra ꝓxime assignatur. Præterea quamuis dicta donatio non reuocetur,si de liberis fuisse cogitatum probetur, aliud tñ est in substõne,quæ restringitur ad casum nõ existẽtiũ liberorũ, & quæ expirat ꝑ superuenietiã eorum, quãuis de eis ẽt in actu substituendi sit cogitatũ,ut probatur in d.§. cũ autẽ. inducẽdo ut supra,& ut ẽt ꝓbatur ex his,q̃ dicent̃ infra, q̃a plenior fit interpretatio contra substitutũ in fauorẽ liberorũ filij grauati,quã contra donatariũ.ꝙ patet, q̃a substitutus ꝑ superuenientiã liberorũ excluditur in totũ,siue sit extraneus,siue sit testatoris filius,d.l.cum auus. & d.l.cum acutissimi. & tamen donatio ꝑ superuenientiã liberorum in totum reuocatur solũ, quando donatarius est extraneus,d.l.si unquã.Si uero sit donãtis filius,reuocatur tamẽ quoad legitimã debitã filio nato post donõnẽ.l.si totas C.de inoffi.dona.Et per Bar.in d.§. Imperator.Itẽ dona.facta ecclesiæ non reuocatur in totũ,sed solũ quo ad legitimationem per superuenientiam liberorũ,ut no. 17.q.4.c.placuit.& no.gl.& do.in c. fi.de dona.& Bar. in d.§.Imperator.& tamen si ecclesia sit substituta,ꝑ superuenietiam liberorum excluditur in totũ,scd̃m Bal.Pau.de Ca.& Mod. communiter,in d.l.cum acutissimi.quos ẽt refert, & sequitur Soc.d.l.cum auus.in 21.col.cum seq. Et sic de donatione ad substitutionem non potest sumi argumẽtum. Et rõ diuersitatis colligitur ẽt ex notatis per Soci.in d.l.cum auus. in 22.col. quia facilius tollitur ius quærendum ex ultima uoluntate, quam ius quæsitum ex contractu.l.si sponsus.§.si maritus.de dona.inter uir. & uxo.& no.Bal.in l.si pupillorum.C.de repu.hær. quia debilius est ius ultimę uoluntatis quam contractus, qui nititur ex consensu duorum.l.1.de pac.& sine quo regulariter non dissoluit. l.ab emptione.de pac.Secus in testamento.l.si quis in prin. de leg.3.Vel tertio dici potest ultra Soci.ꝙ donatarius sibi quæsiuit proprio facto,ideo ius suum est potentius,quam ius substituti, cui acquiritur ex sola uoluntate defuncti,ut no.glo. in l.si uxorem.C.de condi.insert.& in §.ex conditionali.insti.de ver.obl.Per hæc ẽt datur responsio ad id,quod uoluit Soci.in cons. 147. quia loquitur in donatione, nec credo etiam eius dictum esse uerum,scilicet ꝙ ex hoc ꝙ donans filiis donatarii etiam donauerit,& sic quia de illis cogitauit, uideatur per hoc de proprijs etiam cogitasse,quia potuit sperare,ꝙ unus esset filios habiturus, & non alius. Et ex his quoque etiam respondetur ad ea,quæ habentur in l.j.si dos constan.matrim.& ad §.dotes,in authen.de nup. Præterea per superuenientiam liberorũ non reuocatur pactum de lucranda dote, ex eo quod de liberis præsumatur cogitatum, quia etiam si constaret de illis cogitatum fuisse,non reuocaretur,& hoc, quia lucrum dotis est apud maritũ ex causa onerosa,idest,propter onera matrimonij,& non ex causa lucratiua,secũdum glossam communiter approbatã, in l.si donaturus.§.fi.de condi.ob causam.Et ita etiam cõsuluit Alex.vt refert Soci. in d.l.2.in prin.sol.mat. Non ob. quoque dum dicitur,ꝙ substitutus admittitur extantibus,& liberis natis tempore testamenti,& non alia ratione,nisi quia de illis cogitauit pater,quia nati erant,per notata in dicta l.qui filiabus. in prin.secundum Rom.in consi.168.inci. In proposita consultatione.& Soc.in dicta l.cum auus.col.41.quia istud negatur,& non est verum, & contrarium tenuit Cuma. in d.l.cum auus. & pro ista parte consuluit etiam d.Maria.Soci.do.Thomas de Senis, & do.Ioan.Bapt.de Sancto Seuerino per plura, vt ipse refert,& tenet in dicto §.cum autem. & quorum rationes refert etiam Soc.in.late in dicta l.cum auus.in 38.col. cum seq.quas aliter non transcribo. Et ipsemet in eadem lege. colum.21.in fi.dicit,quod communis opinio Modernorum est, d.l.cum auus. locum habere, etiã si de liberis fuerit cogitatũ, remittendo se ad dicenda inferius in hac quæstione,de qua intellexit. Et licet idem Soci.aliter dicat, maxime per dictum.§. cum autem.tamen ille tex.probat oppositum, inquantum, ut supra dixi,tex.vult,ꝙ etiã si de liberis sit cogitatũ, substitutus excludatur, cuius ille præsupponit, & in hoc non bene iudicio meo. Non obstat l. sicut certi.& l. si cum uel in utero. C. de testam.mili. quia illis casibus filius scienter præteritus fuit exclusus,& hoc erat certum ex eo,quia alter erat uniuersaliter institutus,per cuius institutionẽ,& inclusionẽ necessario sequtur priuatio, & exclusio ꝓteriti.d.l.cũ prætor.Sed in casu nr̃o quamuis liberi iam nati non sunt in condõne positi, & s̃m generalitatem verborum sint exclusi,quia tamen verba ex verisimili mente defuncti possunt restringi ad casum non existẽtiũ liberorum,ut supius dixi, & iõ ad casum quo mediante liberi non remaneant exclusi, fit restrictio, quæ restrictio, & quælibet alia interpretatio quo ad hunc effectũ non põt habere locũ in dictis legib.Atq; ẽt non obstat,qđ no.Bar.in d.aut.ex cã.C. de lib.ꝑ.qui allegando.l.cum acutissimi.velle videtur,ꝙ locum

11 hẽat,qñ de liberis non cogitauit pater, quia concedit, ꝙ † hoc casu dicta lex intelligi possit,sed non negat Bart. quin ẽt procedat,quando pater de liberis cogitauit.sed solum dicit,ꝙ hoc casu legata conseruantur,a quib.filius scienter præteritus certitudinaliter fuit exclusus,quia alius fuit vocatus. Sed in casu nostro potest hr̃e locũ restrictio, de qua suprà secũdum quam cessat liberorum exclusio,& quæ restrictio,& omnis alia inter

12 pretatio cessat ad hũc effectũ in casu Bar.Item non † ob.l.tale pactum, §.fi.de pac.quæ ẽt hẽt, quamuis filii tempore pacti essent nati,ut colligitur ex no.per Bald. in d.l.cum acutissimi.in fi.ubi pro filijs iam natis in quæstione,de qua ibi per eum,allegat illum tex.& probatur,quia in textu dr̃, ꝙ sic factum est vt hæredibus consulatur,& propterea non refert,vtrum filij sint tunc uel postea nati,dũmõ sint hæredes,& in fine ponderatur, ꝙ filii non sint nati,non quidem ad effectum, de quo agit̃, sed ad hunc finem,ut iudicium collatum in fratrem, quia fuit hæres nominatus,possit habere effectum. quia aliàs rumperetur testamentum natiuitate posthumi præteriti. l. uxoris abortu. C.de posth.hære.insti.Non obstat ẽt dũ dr̃,ꝙ si pater uni substituit,si decesserit sine filijs,& alteri simpliciter post mortem, ꝙ non subintelligitur in hac substõne vltima cõdõ illa, si decesserit sine filijs,quia ex prima constat,quod de filijs filiorum cogitaueret.Et allegatur Raph.Cum.in consi.Quia in primis.do. And.Sicu.in d.l.cum acutissimi.in vlt.char.tenet contrarium. & ultra eum contrarium tenet ipsemet Raph.in d.l.cum auus. dum vult,& supra retuli,quod l.cum auus. locum hẽat fauorẽ filiorum superuiuentium tempore testĩ,& sic etiam quãdo de liberis fuit cogitatum,& prout multi alij tenuerunt superius relati,& est communis opinio,vt dicit Soc.in eadem lege.col.21. in fi. & contra hoc est decisio Gul.de Cuma.in d.l.precibus.& Ale.in d.l.iam hoc iure.quasi in terminis dum volunt, prout etiam in præcedentibus dixi, ꝙ licet uni sit facta substõ pupillaris, propter hoc tamen non erit,ꝙ in vulgari facta alteri filio insit pupillaris tacita.& Et ad rõnem contrariam respondent per d.§.at cum humana.& in terminis contrarium etiam ꝓsupponit Are.in consi.156. Diligenter visis,&c. Nam in casu suo testõr Francisco filio instituto quandocũq; decedẽti sine filijs substituit uulgariter,pupillariter & per fideicommissum Agnetem filiam suam,& post mortẽ Agnetis substituit ei dicto modo.Nicolaum, ut ex verbis testamenti constat per eum relatis circa prin.vers.circa primum,&c. Deinde inferius in 6.col. in uersi.ex his infertur,&c.concludit,ꝙ Agneti intelligitur facta substõ sub eadem condõne,si decesserit sine filijs, propter illa verba.s.dicto modo,& subdit in vers.seq.ꝙ etiam si dictæ Agneti facta fuisset substõ simpliciter post mortem quod dicta condõ subintelligeretur,per d.l.cum auus.& tamen in substõne facta alteri filio fuerit expressa dicta condõ. Nõ obstat ẽt aliud s.ꝙ si testõr uoluisset,cõdõnem expressisset in prima, sicut in sequenti,& quod expressio in una est expressio quo ad aliam, quia in prima substõne non præsumitur de liberis cogitasse, turbatus mortis cogitatione, licet in alia uideatur de eis cogitasse,ut dictum est sæpe.Et propterea non videtur illos, de quibus non cogitauit pater primo,excludere uoluisse.d.l.sicut certi.& l.si cum vel in vtero.C. de testa. & in prima conditionem non expressisset,non quia non noluerit, sed quia de illa nõ cogitauit.& quamuis de ea cogitasset, adhuc tamen contrarium non obstaret,quia præsumitur,qđ de liberis nõ cogitauerit ꝓuidere in hunc casum,quamuis de liberis cogitatum fuerit, & ꝙ si de hoc casu cogitasset,ꝙ prouidisset.d.§.cum autem.& d. l.ex facto.in prin. de uul.& pup. Vnde per subauditionem condõnis restringitur substitutio ad casum non existentiũ liberorum ex uerisimili mente testatoris,ut declaratum fuit in præcedentibus.Nec ob. ꝙ prouisio testatoris faciat cessare prouisionem tacitam uel extraordinariam,quia hoc potest esse uerum quando concurrunt circa idem.Sed in casu nostro sunt diuersa.

sa. Non obstat, quod notat Bar. in d. l. cum auus. quia loquitur, quando masculi expresse sunt in conditione positi, tunc in eadem substitutione non intelliguntur positæ fœminæ, sed exclusæ p inclusionem masculorum. Sed hic agitur de condõne subaudienda in alia. & non in eadem substõne. Vltimo nõ obstat ꝙ sicut in uulgari non potest subaudiri dicta condõ, ꝙ eodem modo non est subaudienda in fideicommissaria, vt æqualis sit determinatio. d. l. iam hoc iure. quia immo hac ratione dicendũ est, ꝓ sicut subauditur in fideicommissaria, sic etiam dēt subintelligi in uulgari, prout notabiter determinat Soc. per d. l. iam hoc iure. in d. l. cum auus. in 8. col. ver. limita tamen. Quamuis ergo, ẽm eum in uulgari simplici & separata a fideicommissaria non subintelligatur, per nõ. in d. §. cum autem. secus tamen est, quando vnitur cum fideicommissaria. Mouetur rõne optima, quia si illa condõ, si decesserit sine filijs, fuisset expressa in compendiosa, referretur tam ad vulgarem quam ad fideicommissariam, ut est de mente Bar. in l. centurio. versi. quæro, vtrũ substõ facta per uerbum commune, & prout expressius voluit Ioã. And. in addi. Spe. in ti. de test. l. 1. in fi. in ult. addi. & Old. in consi. 131. Thema tale est, &c. Ideo est idem dicendum de condõne subintellecta, vt æqualis sit determinatio. Præterea, ꝙ condõ subintelligitur in fideicommissaria, inductum est pietatis & humanitatis gratia. d. l. cum auus. & d. §. cum autem. Quia ergo in hoc fauorabilior est fideicommissaria, & in hoc est priuilegiata spãliter condõ in ea dēt subintelligi, quamuis hoc in vulgari non possit fieri, quia ubi alterum ex plurib. determinabilibus spãli iure continet, in maiorem fauorem in æqualis fit determinatio l. si ita scriptum. de manumis. test. & ibi nõ. Bened. de Plumb. & Ale. in d. l. iam hoc iure. & in l. in testamento. C. de mil. test. Sed dato etiam, quod per expressionem illius condõnis, decesserint sine filiis, tacita condõ nõ subintelligeretur in prima substõne reciproca inter nepotes, tamen hoc non cederet ad commodum Nicolai substituti, sed adhuc ex alio capite remaneret exclusus per superexistentiam filiorum d. Vgolini, qui isto casu intelligerentur patri eorum per fideicommissum substituti, ex eo ꝙ in ultima substõne facta patri eorum,

13 fuerunt positi in condõne. Et quamuis † regulariter in condõne positi non dicantur ex testamento uocati, ẽm gl. cõiter approbatam in l. Lucius. de hær. insti. tñ fallit, quando ex cõiecturis põt apparere, ꝓ testõr uoluit eos ex testõ vocare, prout declarat & vult Soc. in d. l. cum auus. in finalibus uerbis. Nec mirum quia & aliàs uerba cõdõnalia disponunt. l. deniq;. §. interdum. de pec. leg. & l. si ita stipulatio. de ope. lib. Præsupponendum est ergo, ꝙ testõr liberos in condõne positos ex testamento admitti uoluerit, qñ aliàs ipsi ab intestõ excluderentur a portione paterna, & alius ex substitutione admitteretur. Et ita ẽt notanter uult Soc. in d. l. cum auus. in pe. col. & ad hoc allegat Pet. de Anch. in consi. 73. quod incipi. Contra Philippum, &c. qui isto casu loquitur. Et quamuis in casu posset eẽ dubium, utrum substitutus excludere posset filios in conditione positos, per ea quæ hñr in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. tamen ꝓsupposito ꝙ posset predicta conclusio procedere, & in casu nostro locum habere dēt, quia vbi non essent in prima substõne tacite positi in conditionem expressam in secunda, certum esset, quod Nicolaus tanquam substitutus eos exclusisset. & iõ dicta cõdõ disponit, ne hoc, quod absurdum esset, sequi possit.

14 Et ista opinio confirmatur, nam ad effectum † ut liberi ex filio grauato non excludantur a substituto, verba impropriantur in fauorem liberorum substituti, ut est tex. ẽm communem intellectum. in l. si is qui ducenta. §. item si pater. de reb. dub. vbi disiuncta accipitur pro coniuncta. Sicut ergo ad hunc finem impropriantur verba, sic etiam dicendum est, ꝙ disponant verba conditionalia, quæ, ut dixi, possunt ẽt disponere. Et si dicat, ꝙ per hoc Nicolaus non excluditur, sed simul cum dictis filijs poterit concurrere, quia omnes inueniuntur uocati eodem tẽpore. s. post mortem Vgolini, ut communiter concluditur in l. Gallus. §. 1. de lib. & posth. contra Bar. & probatur in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de test. nihilo minus isto casu dicendum est, ꝙ filii Vgolini dicantur uocati, si extabunt. & in defectum eorum Nicolaus, quia sicuti subauditur conditio in fauorem, & ut ab intestato præferantur substituto. d. l. cũ auus. sic etiam, vt ex testamẽto præferantur substituto ex uerisimili mẽte testatoris, præsumendum est, ꝙ descendentes Vgolini & Nicolaum prædictum admitti uoluerit ẽm ordinem prædictum. Nec isto casu loquuntur allegata superius, ac etiam loquuntur de plurib. coniunctis & uocatis per copulam, cuius natura est simul uocare. l. duobus. de leg. 1. cum uul. Postremo ẽt dici potest, ꝙ fideicommissum reciprocum factum inter nepotes institutos non ualeat, quia fuerunt instituti & pure grauati adinuicem restituere. vnde nullum ex eo aliquis eorum potest capere commodum, quia quantum unum capit, tantumdem statim restituit, & econtra. d. l. ab omnib. §. si Titio. de leg. 1. & ibi per Bar. & per eum in l. si quis seruum. de cond. & dem. & in l. 1. in prin. C. de pac. Nec ob. l. epistolam. §. fi. ad Tre. & l. cũ filio. iuncta gl. de leg. 1. quia, ut ibi Bar. declarat, ista iura loquuntur, qñ ille, qui habuit aliquid ab hærede grauatur idem dare, vel restituere hæredi. Nam tunc intelligitur grauatus post mortem. & idem probatur in l. filios. cum gl. de usuf. leg. Sed ubi qs est grauatus dare alteri, & non hæredi, tunc non uidetur collatum relictum post mortem grauati, etiam si aliàs ualere non possit, sed cẽsetur purum, etiam si per hoc remaneat nullum. §. an seruo. insti. de leg. & l. a filio. & l. quæsitum. in prin. de leg. 2. nisi expressa sint aliqua verba, quæ sapiant dilationem. l. fideicommissa. §. si filio. de le. 3. & l. ubi pure. in prin. ad Tre. & prout etiam declarat Bar. in d. l. cum filio. cum quo transeunt communiter Doct. Et iõ cum in casu nostro dicti nepotes adinuicem pure sint grauati restituere id, quod unus non habuit ab altero, sed a testore mediante instõne, non dicitur fideicommissũ post mortem collatum, sed est purum & nullum. Et ubi etiam extra istum casum dici posset ualidum tanquam post mortem collatum, nihilo minus secus est dicendum isto casu, si uerum eẽt, ꝙ Nicolaus dicatur uocatus ad portionem Vgolini, etiam exantib. filiis eius, & sic ꝙ non subintelligatur conditio, si decesserit sine filiis, quia ad hoc ut filii d. Vgolini non remaneant exclusi, in dubio facienda est interpretatio, ꝙ fideicommissũ reciprocum inter nepotes institutos sit purum, & non collatũ post mortem, quamuis ex hoc remaneat nullum, quia fauorabilior est interpretatio, mediante qua filij d. Vgolini non excludantur, quam illa, quæ fit pro ualiditate actus, & de qua in l. quoties. de reb. dub. Nam si regulariter in fideicommisso relicto a filio post mortem fauore filiorum suorũ subaudit condítio, si decesserit sine filijs, d. l. cũ auus, contra sonum verborum & contra iuris dispositionẽ. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. in fi. de uer. ob. licet ẽt mediate tali subauditione peat & deficiat fideicommissũ, multo magis fauore descendẽtiũ conditio non dẽt subintelligi, vel aliud, qđ sapiat dilationẽ in ipsum certum vel incertũ, quãuis ex hoc fideicommissũ remaneat nullũ & inualidũ, quia facilius pro liberis capi dẽt interpretatio, per quam a uerbis nõ recedat, & quæ uerbis cõuenit, ut in hoc vltimo casu, ꝙ ubi a verbis & a dispõne legis recedit, vt in casu ꝓcedẽti, & d. l. cũ auus. & l. cũ acutissimi. Et ꝓpterea videmus ẽt, ꝙ vbi agit de exclusione filiorũ sufficit nõ æquipollet vl', licet ex hoc se quatur annullatio actus. l. 2. de lib. & posth. & ibi ẽt ꝓbat. ꝙ talis interptatio dr benigna, ꝓ quã excludit odiũ ẽt cũ annullatione actus, & idcirco in casu nro est recedẽdũ a verbis, q̃ signant fideicõmissũ eẽ purũ, quis ex hoc sequatur eius annullatio, qa interptatio talis ẽ in pietate & in humanitate fundata, & per cõsequẽs excluditur odium, cum per illam filij Vgolini non remaneat exclusi, d. l. cum auus. & d. §. cum autem. Ex quib. arbitror, ꝙ Nicolaus nullo mõ dicatur uocatus, pro quo prius requisitus consulere recusaui, quia hanc partem semper existimaui in veritate & in æquitate fundari. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Soci. iun. consi. 128. uol. 1. & Deci. consi. 267. ubi uide quod annot. & idem Ruin. consi. 139. uol. 2. quod hoc consi. præcedere deberet. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Filij appellatione etiam nepotes continentur. & nu. 6.*
2 *Mens testatoris prædominatur in fideicommissis.*
3 *Absurdum est: ut filiæ propriæ sint deterioris conditionis, quam neptes.*
4 *Filiabus magis est debita successio patris quam fratris.*

5 *Qua-*

5 *Qualitas adiecta uerbo determinatur secundum tempus uerbi. & 6.*
8 *Quem non honoro, grauare non possum.*
9 *Mens testatoris debet attendi, quando uerba possunt intentioni deseruire, saltem largo modo.*

CONSILIVM CXXXII.

PROPONITVR in themate, ꝙ Petrus instituit suos hæredes Thomasiũ, Theseũ, & Francis cũ filios suos, & aliquis corũ qñcunque decederet sine filiis, instituit, & substituit unum alteri, & filios masculos in loco prædefuncti in stirpes, & non in capita, & ꝙ idẽ testõr declarauit deinde, ꝙ intellexit de filijs filiorum masculis, & uoluit, ꝙ filiæ filiorum dotarent tantummõ, & ꝙ residuum suæ hæreditatis perueniret ad alios hæredes uniuersaliter institutos superuenientes, uel ad filios eorũ masculos in stirpes, & non in capita. Quia ergo Theseus alter ex dictis filiis institutis decessit superstite Antonio eius filio, & pluribus filiab. ac post modum decessit d. Anton. absq. filiis, superstitib. patruis, quæritur, utrũ ad portionẽ dic. Thesei admitti possint fratres sui ex fideicommisso reciproco inter illos facto per patrẽ in testõ suo, & de quo sup. Et prima facie ui
1 detur dđm ꝙ sic, quia† appellatione filiorum Thesei positorũ in illa cõditione, si aliquis filiorum decesserit, qñcunq; sine filiis, s. masculis, continentur ẽt nepotes. l. filij. & l. iusta. de uer. sig. & q. Bar. l. liberorũ. & per Bar. & Doc. cõmuniter, in l. Gallus. §. instituens. de lib. & posth. Et sic pinde est, ac si explicite dictum fuisset, si decesserit sine filiis, & nepotibus. Et ideo cum filius Thesei decesserit sine filiis, & per cõsequens non extant filij nec nepotes Thesei ex dicto Antonio eius filio, purificata uidetur illa condõ, si Theseus decesserit sine filiis. Et ita etiam uidetur decidi ex not. per Sal. in auth. sed & si quis. C. de sec. nupt. ubi quærit post Cy. quid si rex concessit castrum militi pro se & suis hæredib. de suo corpore descendentib. hoc addito, qđ si decedat sine huiusmodi hæredib. ad regẽ reuertatur, & cõtingat, ꝙ miles decedat supstitib. hrdib. de suo corpore, & illi decedãt postea sine hrdib. descẽdẽtib. ex suo corpore, an castrũ reuertatur ad regẽ. Et cõcludit Sal. in d. casu ꝙ castrũ reuerti debeat ad regem, etiam sit cõcessio non sit facta in feudũ, & intelligatur de hæredib. infinitum, quia ad hoc ut illi possint admitti, duo debent concurrere, uidelicet ꝙ sint hæredes. & ideo in casu prædicto hæredes extranei nõ sunt uocati, quia in illis uerba concessionis repugnãt, q. a in illis pdicta duo nõ cõcurrũt. Sicut ergo dicto casu, quo facta est concessio militi de castro cum hoc, quod si decesserit sine hæredib. de suo corpore natis, reuertatur castrum ad regem, ad illum reuertitur, licet ipse decedat relicto filio hærede, si postmodum filius decedat sine hærede nato de suo corpore, ita etiam in casu nostro, in quo testator grauauit Theseum filiuum suum, si decesserit sine filijs masculis, debet habere locum fideicõmissum, quãuis Theseus ipse decesserit superstite Antonio filio suo, ex quo postea ille decessit sine filiis. Istud etiã confirmatur ex mente testatoris, q̃
2 † prædominatur in fideicommissis. l. 3. C. de li. præte. & l. cum uirũ. C. de fideic. nam testõr fauore masculorum institutorum & substitutorum proprias filias exclusit, & ẽt nepotes ex filio præmortuo sine filiis masculis, ergo mortuo dicto Anto. nepote testatoris sine filiis non debent succedere filiæ prædicti Thesei, & sorores dicti Antonij in parte, quæ peruenit ad illum ex hæreditate testatoris, sed alii filij testatoris superstites debẽt ex
3 substitutione præferri. aliàs sequeretur† ꝙ dictæ neptes ex filio Theseo essent melioris conditionis quam sint filiæ testõris magis dilectæ, ꝙ est absurdum. l. Publius. §. fi. de condit. & dem. & l. si uiua matre. C. de bo. mat. Et hoc etiam probatur ex no. per Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. & p Pau. de Ca. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit. & per Raph. & Pau. de Ca. in l. 1. C. de condi. inser. ubi uolunt, ꝙ pro dicto absurdo euitando uerba improprientur in fauorem substituti. & etiam alia ratione dictæ filiæ Thesei non uidentur posse admitti, quia si ipse Theseus sine filiis masculis decessisset, filias eius exclusissent alii filii testatoris substituti a portione prædicta, ut ex ipso testamento manifeste colligitur, ergo eadem ratione ab eadem portione debẽt ẽt excludi fauore masculorum post mortem Antonii, qui decessit sine filiis. & multo magis quia si testator uoluit eas succedere patri cum effectu retẽtionis in dicta portione, multo minus uerisimiliter uoluit, ꝙ in eadem
4 portione succederent fratri cũ filiabus† sit magis debita successio patris quam fratris. l. cum ratio. de bo. dam. l. scripto. unde lib. Et ꝙ ex coniecturata mente substitutus tali casu debeat admitti, uoluit etiam Soc. in conf. 250. In causa Bononiensi, &c. Sed præmissis non obstantib. cõtrariũ oĩno est cõcludẽdũ. Nã testõr institutis hæredib. æqualiter trib. filiis subiunxit, E se per caso alcuni de li sopradetti mei figliuoli & heredi, cioe Thomaso, Theseo, & Francesco moristeno senza figlioli legitimi & naturali, & coniugali quandocunque, lasso & instituisso l'uno a l'altro, & l'altro a l'uno, & li figlioli maschi & descendenti maschi legitimi e naturali in loco del morto o delli morti. Et sic substitutio facta inter ipsos filios, & hæredes fuit concepta, si aliquis eorum quandocunque decesserit sine filiis masculis, ut declaratur inferius in eodem testamento, quamuis Theseus decessit cum uno tantum filio masculo, expirauit tamen substõ facta d. Theseo. l. 1. C. de cond. inser. & l. non est sine liberis. de uerb. sig. Et substituti perpetuo remãserunt exclusi, licet filius Thesei postea sit mortuus sine filiis, quia uerum est dicere, qđ non decessit Theseus sine filiis, & hoc sufficit ad hoc ut illa cõditio, si decesserit sine filiis masculis dicatur defecta, qui defectus conditionis etiam durat, quamuis filius Thesei postea decesserit sine filiis, quia adhuc uerum est, quod ipse Theseus decessit cum filio, & nõ sine filiis, cum tempus, quo ipse decessit,
5 debeat solũ attẽdi, quia qualitas† adiecta uerbo determinatur ſm tempus uerbi, ut est expressũ in spẽ in l. ex facto. §. pen. ad Tre. Et hoc uult etiam ibi clare Imo. & Pau. de Cas. & ita in spẽ concludit Old. in consi. 21. Thema tale est, testõr. & in cõs. 131. Thema tale est, G. canonicus. & Io. An. in Spec. de test. §. in primis. ad fi. ubi dicunt, ꝙ si filius institutus sit grauatus sub conditione illa, si decesserit sine filiis, & decedat cum filio, substitutus perpetuo remanet exclusus, quamuis filius filii grauati decedat deinde sine filiis. Et idem tenet Pau. de Cast. in consi. 172. Ne impropriis utat uocabulis, &c. in 2. colum. & Alex. in consi. 30. 3. uol. qui de prædictis nõ faciũt mẽtionẽ. Et idẽ uoluit Cy. in d. auth. sed & si quis. C. de secun. nupt. vbi in qõne illa de castro concesso militi per regem, & de qua supra est facta mentio dicit considerãda esse verba cõcessionis, quia si dicat, si decesserit miles, sine filijs ex suo corpore natis, castrum reuertatur ad regem, satis est, ꝙ decesserit cum hærede, qui esset de corpore suo tempore mortis suæ, per l. pater. §. quindecim. de leg. 3. Et cum Cy. isto casu, qui est ẽt casus noster, trãsit Bal. in l. fi. in 25. q. C. de hær. inst. quia semel est extincta cõditio reuersionis, per d. §. quindecim. & per d. l. ex facto. §. si quis aũt. & l. si quis hæredẽ. C. de insti. & subst. & sic ſm Bal. sufficit in negatiua propositione excludenda primus, & vnicus hæres illius qualitatis, ꝙ dicit esse notandũ. Sed si verba concedentis nõ referrẽtur ad tempus mortis ipsius recipientis, tunc uult Cyn. ꝙ deficientib. hæredib. de corpore recipientis, reseruatur ad cõcedentem, dato ꝙ recipiẽtis habuerit hæredẽ de suo corpore, puta si dicatur, concedo tibi castrũ, & volo, ꝙ nõ deferatur hæredi nisi nato de corpore tuo. allegat. l. peto. §. fratre. de leg. 2. Et istã distinctionẽ approbat ẽt Ale. in consi. 44. Consideratis his quæ in themate. 3. uol. & Soc. in l. solemus. de cond. & dem. de pdictis nõ faciẽs mentionẽ, & dicẽs, ꝙ qñ defectus liberorum requiritur certo tpe, tunc si illo tpe liberi supersunt, licet postea deficerent, dicitur esse defecta conditio. Allegat. l. Lucius. de her. insti. & d. l. ex facto. §. pe. cũ ibi plenè no. Et est rõ ſm p-
6 dictos, quia qualitas † adiecta verba determinatur ſm tps uerbi. l. in delictis. §. si extraneus. de noxal. Si uero ad purificandam conditionẽ requiritur defectus liberorũ, nõ certo & determinato tpe, sed indefinito tpe, & indeterminato, tunc, ſm eũ, sufficit qñcunq; liberos deficere, per l. in substitutione. cũ ibi no. per Bar. de vul. & pup. & no. per Iac. de Are. & Imo. in d. l. ex facto. §. pe. qui dicunt, ꝙ in casu d. §. pe. uerba fuerunt collata in tempus mortis, ideo si filij extant tpe mortis, perpetuo dicitur defecta cõditio, aliàs secus. Allegat ẽt l. cũ uxori. C. de condi. in ser. & dicit aliàs consuluisse pluries, ꝙ aliud est, qñ quis substituit alicui, si decesserit sine liberis, quia existentib. tpe mortis substitutus perpetuo remanet exclusus. d. §. penul. & aliud est quando quis substituitur deficiẽtib. liberis, seu qñ ex instituto

nullus

nullus ex liberis superesset, non referendo se ad tempus mortis, nec ad aliud tempus, quia tunc qñcũq; liberis deficientibus etiam post mortẽ instituti, substitutus admittitur. dicens ẽt, ꝙ ita consuluit do. Alex. Et cũ decisione Oldr. & aliorum in his terminis, de quib. nunc agitur, transit etiam Soc. in consi. 250. In causa Bononiensi, &c. circa fi. 3. col. & nouissimi, in d. l. si q̃s hæredem. C. de insti. & subst. Et confirmatur dicta opin. ex no. per Bal. in c. 1. §. cum autem. in ti. episco. uel abb. ubi uult per illum tex. ꝙ si testator substituit filio, si decesserit sine filijs, & ille decedat cũ filio, qui non superuixit nisi mométo, ꝙ substitutus excluditur perpetuò, & illud momentum sufficit, secundum eum. Et notat etiam Bal. ex eodem textu, ꝙ fœmina, quæ semel fuit exclusa per superuenientiam masculi ex forma statuti, perpetuo remanet exclusa, ẽt si masculos moriatur, q̃a mors masculi ei nõ patrocinatur, ꝙ dicit esse notatione dignum. Et istud etiam vult Bar. in l. fi. in prin. ad Tert. Nec ob. allegata in contrarium. & primo, ꝙ Theseus intelligitur grauatus non solum si decesserit sine filiis primi gradus, sed etiam si decesserit sine nepotibus. d. l. Lucius. de hær. inst. quia licet hoc sit verum, tamen intelligitur grauatus, si decesserit sine filiis, & nepotib. copulatiuè. Quia ergo defecit prima conditio cum decesserit cum filio, euanuit substitutio, ẽt si alia fuisset impleta, ut quia tp̃e mortis Thesei eius nepos adhuc non fuisset natus, nec conceptus. l. si hæredi plures. de cond. inst. & prout etiã est de mente prædictorum. Et istud ẽt probatur ex no. per Bart. in l. liberorum. ver. fi. de ver. sig. vbi vult, ꝙ † eo casu quo appellatione
7 filiorum venit nepos, ꝙ illud est verũ, qñ dispositio in persona filii non est sortita effectum. Sed ubi in persona filii habuit semel effectum, tunc nepos non continetur filij appellatione, ꝑ l. Gallus. §. idem credendum. de libe. & posth. Idem ergo dicendum, qñ conditio fuit semel defecta per superexistentiam filii positi in conditione, ut. s. non contineatur tunc nepos sub illa. Sed quando in persona filii defici non potuisset, sicut qñ uiuo adhuc testõre filius fuisset mortuus relicto nepote ex eo, nam tunc per superexistentiam nepotis tp̃e mortis testatoris non minus deficeret conditio. d. l. Lucius. Non ob. ẽt dum secundo dicitur, ꝙ ex mente testatoris dẽt substitutus admitti, quamuis Theseus decesserit cũ filio, qui postea decessit sine filiis, ꝑ no. per Soc. in d. consi. 250. quia in casu suo filii in conditione positi fuerant ẽt vocati & grauati, ut ibi probat late, ꝙ in casu no
8 stro nullo modo contingit, & in quo ẽt filii † Thesei non potuerũt grauari, quia nõ fuerũt honorati. l. ab eo. C. de fideicõ. non. n. testator filios filiorũ premortuorum substituit propriis parentibus, sed patruo præmortuo sine filiis unà cum aliis patruis superstib. in stirpes, & non in capita. vnde substitutio dicitur facta solũ Theseo, & ille solus fuit grauatus, si decesserit sine filiis & nepotibus. & in dubio etiam debet intelligi facta soli Theseo sub dictis conditionibus, præsertim cum filii eius nõ sint expresse grauati, secundum Bar. & Doct. communiter in l. centurio. de uulg. & pup. ver. quæro vlterius, quid si testõr, &c. & in l. sed si sic, de leg. 3. & in casu Soc. ex multis aliis coniecturis apparebat de mẽte testatoris, & ibi latè prosequitur, & quæ cessant in casu nostro. Nec obstat, quòd testator excluserit proprias filias fauore masculorum, & etiam neptes ex filiis, quia prædictæ fœminæ fuerunt exclusæ, quando grauatus decessisset sine filiis masculis, & sic eo casu, quo substitutio facta de aliis filiis testatoris purificata fuisset, sed quando conditio substitutionis defecit, sicut quando grauatus decessit cum filio, ut in casu nostro, tunc dictæ fœminæ non sunt exclusæ, nec prohibentur succedere ab intestato, uel ex testamento in portione subiecta restitutioni fideicommissi cõditionalis, quia etiam si non succederẽt omnino masculi semel exclusi ex defectu cõditionis, nõ possent ex substõne admitti, & sic ex testõ uenire non possent ad dictam portionẽ, nec ab intestato, quia nõ sunt proximiores defuncto, sed procedunt a filiabus dicti Thesei. l. si quis posthumos. §. si filium. de lib. & posthu. Quia ergo ex verbis propriè uel impropriè non possunt masculi ex substitutione admitti, immo uerba omnino repugnant, nihil operatur isto casu dicta coniecturata mens testatoris, per no. per Bart. in l. in ambiguo. in reb. dub. ubi ex rñsione data ad l. nõ aliter. de leg. 3 colligitur, ꝙ mẽs testõris dẽt attendi, qñ uerba p̃nt intẽtioni deseruire, saltem largo modo vel impropriè. Sed qñ illi non deseruiunt propriè uel impropriè, tunc standum est uerbis spreta mente. Et hoc etiam clarius vult ibi Pa. de Ca. & probatur in l. quidam cum filiũ, de hære. inst. ex qua notat ibi Bal. & Imo. ꝙ mens testatoris non attenditur, quando non trãsiuit in dispositionẽ. Et idẽ tenet Ale. in l. 3. C. de libe. præt. & consi. 55. Ponderatis his, &c. circa fi. 3. uol. Et de hoc est ẽt gl. in d. l. cum uirum, quam ad hoc ibi ponderat Sal. Non obstat ẽt, qd̃ uoluit idẽ Sal. in d. auth. sed & si quis. C. de sec. nupt. quia quo ad terminos nostros, s. qñ fuit dictũ, ꝙ similes decesserit sine filiis, castrum reuertatur ad regem, Sal. male loquitur, &, ut dixi contrarium ibi uult Cy. quãuis opinio Cy. non probaretur in d. l. pater §. quindecim. vt dicit Sal. probatur tamen ꝑ d. l. ex facto. §. pe. ad Treb. & per alia, de quib. supra. Cum Cy. ẽt transit Bal. ut dixi, in d. l. fi. in 15. q. C. de hær. inst. & Ale. & alij in locis superius allegatis, ita ꝙ ista est cõis opin. a qua in consulendo & iudicando non est recedendũ, ut traditur in locis uulgarib. Et iõ concludendũ puto & sine dubio, ꝙ alij filii testatoris ex substitutione isto casu non possunt admitti. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vt substitutio facta, si decesserit sine filijs, deficiat, sufficit ut tẽpore mortis fuerint filij.*
2 *Filij appellatione quando ueniant filiæ.*
3 *Minus dilectus non debet esse melioris conditionis quam magis dilectus. nu. 4.*
5 *Filij qui ponuntur in conditione, censentur tacite uocati ad successionem ab intestato.*
6 *Testator præsumitur uelle se conformare cum dispositione iuris communis.*
7 *Per relationem dicitur facta repetitio omnium qualitatum.*
8 *Quando aliqui uocantur de familia, intelliguntur uocati ordine successiuo, & prout quisque proximior est.*
9 *Relatio quando debet fieri ad omnia præcedentia.*
10 *Relatio potius est facienda ad proxima quam ad remota.*

CONSILIVM CXXXIII.


PROPONITVR in themate, ꝙ testõr instituit hæredes vniuersales Marcũ Antoniũ, & Ioãnem Paulum filios suos, & illis substituit sub hac forma, videlicet. E morẽdo senza figlioli rimãga di l'vno in l'altro, & morendo ogni uno senza figlioli, il resto di tutto q̃llo si trouerà, lasso a Bartholomio, & suoi figlioli rata che io ho nel podere, & ad Honofrio la casa nostra. Quia ergo primo decessit Ioannes Paulus superstitibus pluribus filiis masculis & fœminis, qui omnes decesserunt superstite adhuc Marco Antonio patruo, & qui postea decessit superstitæ Cara eius filia, quæritur, vtrum euenerit casus prædictæ substõnis tã in persona Io. Pauli, quam Marci Antonij. & absq. multiloquio credo, ꝙ in persona Ioan. Pauli expirauerit omnis substitutio facta illi, si decesserit sine filiis, ex quo, ut p̃supponitur, cum filiis tã masculis quã fœminis decessit, quamuis postmodum omnes eius filii decesserint sine filiis, quoniã uerum est, ꝙ dictus Ioã. Paulus non decessit sine filiis, & suffi-
1 cit, ꝙ tempore mortis† extiterint filii, ad hoc ut dicatur cõdõ defecta, ut est expresũ in l. ex facto. §. pen. ad Treb. & ea rõne, quia qualitas adiecta uerbo, dẽt determinari s̃m tẽpus uerbi. l. in delictis. §. extrane. de noxa. & l. Titius. de testa. mili. & ꝑ Bar. plene in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. & ita ẽt in his terminis decidit Old. in cõs. 21. Thema tale est, testator, &c. & in alio consi. 141. Thema tale est, G. canonicus. & Io. And. in Spec. in tit. de testa. §. in primis. ad fi. ubi dicunt, ꝙ si filius institutus sit grauatus sub illa conditione, si decesserit sine filiis, & decedat cum filio, ꝙ substitutus remanet exclusus perpetuo, quamuis ẽt filius grauati decedat postmodum sine filiis, per d. §. pen. & ibi ẽt tenet Imo. & Pa. de Ca. in consi. 270. Ne impropriis utar uocabulis. in 2. col. & Ale. in cõsi. 30. 3. uol. & idem uoluit Cy. in auth. sed & si quis. C. de sec. nup. in simili quæstione, qui dicit, ꝙ uerba sunt ponderanda, quia si dicatur, si decesserit sine filiis, & tunc ad hoc ut uocatus in hunc casum sit perpetuo exclusus, sufficit ꝙ tempore mortis grauati habuerit filios, per l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & iste est casus noster, & cum Cyno transit Bald. in l. fina. in 25. quæstio. C. de hæredi. instituen.

quia

quia ſemel eſt extincta condō reuerſionis in caſu illo, per d. §.
quindecim. & per d.l.ex facto.§.ſi quis autem. & l.ſi quis hære
dem.C.de inſt. & ſubſ.Et ſic,ſecūdum Bald.ſufficit in negatiua
præpoſitione excludenda primus & vnicus hæres illius quali-
tatis,& dicit hoc eſſe notandum . Sed ſi verba cōcedentis non
referentur ad tempus mortis ipſius recipientis,tūc vult Cy.ꝙ
deficientib.deſcendentib.& hæredib.recipientis reuertatur res
ad concedentem,dato ꝙ recipiens habuerit hæredē de ſuo cor
pore,puta ſi dicatur,cōcedo tibi caſtrum, & volo ꝙ nō defera
ratur hæredi nato de corpore tuo,allegat.l.peto.§.fratre.de le.
2.Et iſtam diſtinctionem approbat etiam Ale.in cōſ.84. Cōſi-
deratis his quæ in themate.3.vol.& Soc.in l.ſolemus.de cond.
& dem.qui de prædictis non facit mentionem.dicens etiam,ꝙ
quando defectus liberorum reqritur certo tempore,tūc ſi illo
tempore liberi ſuperſunt,dr̄ defecta condō , licet liberi poſtea
deficerent.Allegat.l.Lucius.de hæ.inſ.& d.l.ex facto.§.pe.cum
ibi plene no.Et eſt ratio,qa qualitas adiecta verbo,&c. Si vero
ad purificādam condōnem requiritur defectus liberorum nō
certo nec determinato tempore: tūc,ſm eum,ſufficit quando
cūq; liberos defidere,per.l.in ſubſtōne.de vulg.& pup.cum ibi
no.per Bar.& Iac.de Are.& Im.in d.§.pen. qui dnt,ꝙ in caſu ,
de quo in illo tex.verba fuerunt collata in tempus mortis.ideo
ſi filij extant tempore, perpetuo dr̄ defecta condō,aliàs ſecus.
Allegat etiam.l.cum vxori.C.de cōd.inſer.Et dicit,ꝙ conſuluit
pluries,ꝙ aliud eſt,quando qs ſubſtituit alicui, ſi deceſſerit ſi-
ne liberis,quia tunc exiſtentib.tempore mortis ſubſtitutus per
petuo remanet excluſus d.§.pe.& aliud eſt, quando quis ſubſti
tuitur deficientib.liberis,ſeu quādo ex inſtituto nullus ex libe
ris ſupereſſet,non referendo ſe ad tempus mortis,nec ad aliud
tempus, quia tūc quandocunq; liberis deficientib.etiam poſt
mortem inſtituti,ſubſtitutus admittitur. Et refert,ꝙ ita etiam
conſuluit Ale.& cum deciſione Old.in d.cond.& in his termi-
nis,de quib.nūc agitur,trāſit etiam Soc.in conſi.250.In cā Bo-
nonienſi,&c.circa fi.3.col.& mod.in d.l.ſi quis hæredem,ff.de
inſ.& ſubſ.Et confirmatur dicta opinio ex no.per Bal.in c.1.§.
cum autem.in ti.epiſ.vel abb.vbi vult per illum textum,ꝙ ſi te
ſtator ſubſtituat filio,ſi deceſſerit ſine filijs,& ille decedat cum
filio,qui non ſuperuixit niſi momento, quod ſubſtitutus exclu
ditur perpetuò,& illud momentum ſufficit,ſm eum.& no.etiā
Bald. ex eo textu,ꝙ fœmina, quæ ſemel fuit excluſa ex forma
ſtatuti per ſuperexiſtentiam maſculi,perpetuo remanet exclu-
ſa,etiam ſi maſculus moriatur,quia mors maſculi ei non patro
cinatur,ꝙ dicit eſſe notatu dignum.Et iſtud etiam vult Bar.in
fi.in prin.ad Ter.Sequitur ergo extra præmiſſis, quod tam pri
ma ſubſtō facta inter filios,ſi alter deceſſerit ſine filiis,& alia fa
cta,ſi omnes deceſſerint ſine filijs,expirauit in perſona Io.Pau
li,q deceſſit cum filijs maſculis & fœminis. Quantum vero ad
portionem Marci Antonij,qui deceſſit cum filia fœmina, vide
2 tur eē magis qō dubia,quia licet filiorum† appellatione veniāt
etiam filię l.ſi ita ſit ſcriptum.in prin.de leg 2.& l.ſi ita quis.de
teſt.tutel.ꝙ procedit, etiam ſi filij ſint poſiti in condōne , quæ
dēt impleri proprie,& in forma ſpecifica,ſm Io.And.& An.de
Bu.in c.Raynaldus.de teſt.& Ale.in conſi.55.3.vol. In caſu ta-
men nr̄o uidetur ꝙ ex tacita mente teſtatoris intelligatur de fi
lijs maſculis tantum , quoniam teſtator filias proprias excluſit
proximiores & magis dilectas fauore maſculorum.Ergo uide-
tur multo magis uoluiſſe excludere neptes fœminas remotio-
3 res minus dilectas,aliàs ſequeretur† ꝙ minus dilectus eſſet me
lioris cōdōnis quam magis dilectus,ꝙ eſt abſurdum.l.Publius
§.fi.de cond.& dem.& l.ſi uiua matre.C.de bo.mater. Et pro-
batur ex no.per Bar.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.de li. & poſt
hu & in l. quidam relegatus.in fi.de reb.dub.ubi vult,ꝙ prodi
cto abſurdo euitando recedi poſſit & debeat a proprietate ver
borum.Et idem dicit Ale.in l.ſed ſi hac.§.liberos.de in ius uoc.
& probatur ex no.per gl.in l.ſi mater.§.1.de uulg.& pup. quæ
ſecūdum ꝙ illam ſubtiliter ſaluat Bar.uult,ꝙ licet ſubſtō uulga
ris concepta uno caſu extendi ſoleat ad alium caſum.l.Gallus.
§.& quid ſi tantum.de lib.& poſt.& ibi plene per Bar.ceſſat ta
men extēſio,quando ea mediāte ſequi poſſet abſurdum, ꝙ ma
gis dilectus eſſet deterioris condōnis,quam minus dilectus.Et
ita per iſtam rōnem Ful.& Pa.de Ca.in l.1. C.de cōd.inſer. te-
nēt,ꝙ iſto caſu filij maſculi tm̄ itelligant̄ in cōdōne poſiti. Et
idē uult Fulg.conſi.16.& 28.Et iſta opinio ꝑſertim ur̄ uera,qñ
ſubſtitutus eſt de agnatis maſculis teſtōris, ut i caſu noſtro ſm
Pau.de Caſ. in conſi.76.Caſus iſte frequenter contingit , quia
ſm eum,tunc uidetur teſtator uoluiſſe bona ſua in agnatione
proprie conſeruare, ideo fœminæ non cenſentur in conditio-
ne poſitæ ad excluſionem dictorum agnatorum, licet ſecus di
ci poſſet,ſi ſubſtitutus fuiſſet alius extraneus,in quo ceſſaret di
cta ratio.Et pro iſta diſtinctione Pa.de Ca. multi cōſuluerūt,
vt refert,& ēt late approbat Soc.in l.cū auus,de cōd.& de. col.
44.ver.tertio q̄ritur,&c. cū plurib.ſequentib.Si ergo ſuperexi
ſtentia filiæ d.Marci Antonii nō fecit in perſona ſua, nec quo
ad portionē ſuā,deficere cōdōnē,ſub qua ille fuit grauatus, ſe-
quit̄,ꝙ ad partē ſuā dēnt admitti ſubſtituti,quāuis ſint vocati,
ſi oēs filii deceſſerīt ſine filiis,ex quo Io. Paulus, & oēs ſui filii
prædeceſſerant,& ſic nō extabat perſona,quæ ex ueriſimili mē
te defuncti excluderet ſubſtitutū.l.fi.§.filium.de leg.2.& l.Lu-
cius.§. Caio.ad Tre.& plene no.Doc.communiter , in l. hr̄des
mei.§.cum ita.eo.ti.& in l.pe.C.de inſti.& ſubſti. Sed his non
obſtan.contrarium puto uerius.Nam,vt dictum eſt,facta fuit
4 ſubſtō filiis,omnes ſi decederent ſine filijs, † quæ cōdō defecit
quoad omnes,quia Io.Paulus deceſſit cū filiis maſculis,& fœ-
minis,& Marcus Antonius cum filia fœmina, q̄ ēt continetur
appellatione filiorum poſitorum in cōdōne, ſm Ioan.And.&
Ant.de Butr.in d.c. Raynaldus. & Alex.in d.conſi.& Fulg.in d.
l.1.C.de cond.inſer.Sola uis ergo reſtat in reſpondendo ad al-
legata in contrarium.Et præſuppono,ꝙ licet filiæ & neptes te-
ſtatoris eſſent excluſæ ab inteſtato ex forma ſtatuti a ſucceſſio
ne teſtatoris ſuperexiſtentiam filiorum & ſuorum deſcenden-
tium maſculorum,neptis tamen ex Marco filio ſuo non eſt ex
cluſa a ſucceſſione inteſtati ſui patris per agnatos ſubſtitutos .
Quia ergo per prædictos ſubſtitutos non excluditur dicta ne-
ptis a ſucceſſione ſui patris grauati per ſtatutum , illa cenſetur
in condōne poſita,quamuis filiæ teſtatoris fuerint excluſę,ſm
Ale.in terminis in conſi.38.Perſpectis his,quæ in themate nar
rantur.6.uol. Nam & in caſu ſuo,quia teſtator proprias filias
excluſerat,oriebatur dubium, utrum fœminæ ulteriores intel
ligerentur poſitæ in cōdōne illa,ſi deceſſerit grauatus ſine filijs
per ea quæ uoluit Raph.in d.l.1.C.de cōd.inſer.Et poſtquam
Ale.retulit diſtinctionem Pa.de Ca.in dicto conſi.79. tandem
concludit,quod aut ſubſtitutus non eſt dd agnatis maſculis te
ſtatoris , & fœminæ ulteriores cenſentur in condōne poſitæ ,
quamuis filiæ ſint excluſę,ut etiam dixit Pau.de Ca. aut erat de
agnatis,& tunc ſi ex forma ſtatuti filia grauati erat per dictos
agnatos excluſa ab inteſtato præſupponit Ale.quod dicta filia
non cenſeatur in condōne poſita.Sicut etiam uult Pau. de Ca.
qui ponderat , quod in loco fœminæ excludebantur de iure
municipali uel conſuetudinario. Sed ſi filia grauati a ſucceſſio
ne per ſubſtitutos agnatos non excludebatur, tunc uult Alex.
quod dicta filia dicatur in conditione poſita ad excluſionem di
cti agnati ſubſtituti , per no.per Barto.in l. ut iuriſiurandi. §.
ſi liberi,de ope.lib.& iſte eſt caſus noſter . Et idem ēt iſto caſu
vult Soc.in conſi.51.4.vol.col.pe.ver.8.probatur expreſſe,&c.
Nec refert, ꝙ iſta neptis excluſa fuiſſet ab hæreditate teſtato-
ris per filios & deſcendentes ſuos maſculos, quia hoc quātum
ad effectum,de quo agitur,non dēt attendi, ſed an excludatur
ꝑ ſubſtitutum ſucceſſione ſui patris grauati , & prout etiam
in ſpecie dicit Soc.in conſi.55.Viſis conſilijs, &c. 3.volu.nam
& in caſu ſuo filio præcedenti ſine filijs ſubſtituit alios filios .
Vnde per alios conſulentes dubitabatur , utrum filiæ grauati
vel filij maſculi tantum eſſent in conditione poſitæ,vel poſiti,
ſtante ſtatuto, ꝙ extantib.maſculis fœminæ non ſuccedāt , ꝑ
no.per Bar.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Tre.Sed ſm Soc.ſu-
per hoc nulla cadebat dubitatio,quia de hoc ſolum potuiſſet
dubitari ; quando filia grauati fuiſſet ab inteſtato excluſa per
ſtatutum a ſucceſſione ſui patris grauati per patruos ſubſtitu
tos.Sed quia in caſu ſuo pariter & noſtro non reperitur, ꝙ fi-
lia grauati ſit excluſa a ſtatnto per ſubſtitutos,immo ab inteſta
to patri ſucceſſiſſet,excluſis ſubſtitutis,ideo filia grauati cenſe
tur etiam poſita in cōdōne ad excluſionem ſubſtituti.Quod e-
5 tiam rōne cōfirmatur.Nā filij,q† ponuntur in condōne,cēſen
tur tacite vocati ad ſucceſſionem ab inteſtato ſui patris graua-
ti,per no.in l.Lucius.de hæred.inſtitu. Cum ergo teſtator ha-
buerit reſpectum ad ſucceſſionem ab inteſtato ipſius grauati
quantum ad filios poſitos in conditione,& non ad ſuam pro-

priam successionẽ, debet ẽt considerari, an filia excludatur per statutum a successione sui patris grauati & nõ ipsius testõris. Nec ob. conectura, quæ allegatur in cõtrarium, videlicet ꝗ ex quo testõr filias proprias excluserit, videatur multo magis voluisse excludere neptes & alias fœminas remotiores minus di-
6 lectas, quia † hoc procederet, quando neptis a successione intestati patris grauati ex forma statuti excluderetur per substitutos, sicut excluditur filia ꝓ masculos filios institutos utroq; casu, quia præsumeretur testõr voluisse se conformare cum dispositione statuti, iuxta no. per Bar. in l. hęredes mei. §. cũ ita, ad Treb. & in l. vt iusiurandi. §. si liberi. de ope. lib. Et idem esset in terminis iuris cõis, s. quando filia non excluderetur ab intesta to per filios masculos, nec etiã neptis per substitutos. Nã vtroque casu si filia fuisset exclusa ab institutione, neptis nõ intelligeretur posita in conditione, ratione dicti absurdi euitãdi, & ꝗ vtroque casu posset sequi. Et istis casib. procedit opin. Pau. de Cast. & aliorum, qui allegantur in contrarium. Sed qñ filia per masculos excluditur ab intestato a successiõe paterna, & neptis nõ excluditur a successiõe sui patris grauati per substitutos, vt in casu nño, tũc dictũ absurdũ nõ hẽt locũ, ꝓ ꝓ diuersitatẽ rõnis, qm̃ testator ab institutiõe exclusit filiã ꝓꝓ filios masculos, quia omnino ẽt per illos exclusa fuisset ab intestato ꝓ statutũ, cũ quo testõr cẽsetur se voluisse cõformare, ꝓ no. ꝓ Bar. ĩ locis ꝓalleg. Quæ rõ cessat in nepote, si illa ab intestato nõ excludit a successione sui patris grauati per agnatos substitutos. Nõ est ergo dicto casu absurdũ, ꝗ neptis dicatur posita in condõne & tacitè vocata ad successionẽ ab intestato sui patris grauati, q̃uis filia sit exclusa a successione testatoris propter diuersitatem rationis, ſm Alex. & Soc. in dictis consilijs. Nam sicut non est inconueniens ꝗ filia excludatur ab intestato a successione paterna per filios masculos, & ꝗ neptis ex filio nõ excludatur a statuto ab hæreditate sui patris per alios agnatos, ita etiam nõ inconuenit, ꝗ stante dicto statuto excludatur ex testamento per illos, a quibus excludi potuisset ab intestato, & ꝗ neptis nõ excludatur ex testamẽto per substitutos, & a quib. excludi nõ potuisset, nullo condito testõ. Procedit ergo, vt dixi, & locum hẽt distinctio Pau. de Cast. in d consi. 79. & sequacium, qñ neptis per statutum excluditur a successione patris grauati per agnatos substitutos, sicut excluditur filia per filios institutos, uel qñ filia non excluditur per statutũ a filiis masculis, nec ẽt neptis ab agnatis substitutis, quia utroque casu si filia fuisset exclusa, neptis nõ intelligeretur posita in illa conditione, si grauatus decesserit sine filiis, rõne prædicti absurdi euitandi. ꝗ utroq; casu locum haberet, si aliter diceretur. Et qđ absurdum cessat, ut dixi, qñ filia ꝓ filios institutos ab intestõ fuisset exclusa, & neptis excludi non potuisset a substitutis, quia rõ, per quã testõr exclusit filiam, cessat in nepte. Propterea intelligitur tunc posita in conditione. Et ita etiam pluries consului. Sed aliud insurgit dubium, qm̃ testator cuilibet filio suo prælegauit quandam uineam cum prohibitione tali, videlicet. Liqual uoglio che mai la possano ne vendere, nè impignare per veruno quesito colore senza estrema necessità, & in questo non la possa hauere se non di casa nostro. Cum igitur prohibeat testator dicta bona exire de domo sua, id est, de familia, illi de familia videntur uocati. l. peto. §. fratre. de leg. 2. & per Barto. & Docto. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verb. oblig. Ne hic cadit illa dubitatio, utrum illi de domo dicantur solum vocati quando factum esset contra prohibitionem. de qua per Moder. in d. §. co hæredes, quia in hunc casum testator vocauit alios, id est fratres S. Florentij. Cum ergo dicta Cara filia Marci Antonii sit nupta in aliena familia, non dicitur amplius de domo testatoris, sed translata in alienam familiam. l. cum quædam puella. de iurisdi. omnium iud. prout etiam dicit Bald. in leg. maximum vitium. C. de liber. præter. & per consequens non potest ad dicta bona admitti, sed ad alios de domo debent pertinere. & idem est etiam dicendum de aliis bonis similiter prohibitis alienari, per illa uerba. Ne lo possano per ueruno modo ne quesito colore vendere, anzi semper habbia a rimanere di uno in l'altro, come di sopra. Nec uidetur dici posse, quòd illa uerba referantur solum ad filios. Et quòd solum inter illos dicatur factum fideicommissum, quia immo illa uerba. Di vno in l'altro, debent referri etiam ad alios de domo, propter verba sequentia, videlicet, Come è ditto di sopra. quasi, quòd dicatur facta relatio ad primam prohibitionem
7 † per quam relationem dicatur facta repetitio omnium qualitatum primæ prohibitionis, iuxta no. per Bar. in l. si quis seruũ §. fi. de le. 2. & in l. sanctio legum. de pœnis, & per consequens, ꝗ dicatur facta repetitio illorum verborum positorũ in præcedenti prohibitione, s. & con questo non li possa hauere se nõ di casa nostra, & c. & perinde ac si expſse dictũ fuisset, anzi sempre habbia a remanere di vno in altro, & con questo non possa hauere se non di casa nostra. Quib. non obst. puto, ꝗ omnino dicta domina Cara succedat etiam in dictis bonis, quamuis illi de domo & de familia dicerentur vocati, quia intelligeren-
8 tur vocati ordine successiuo, & † prout quisque esset proximior. l. cum ita. §. in fideicommisso. de le. 2. & l. fi. C. de verb. sig. & per consequens d. do. Cara tanquam proximior dẽt præferri: quia dr̃ esse de familia & de domo testatoris, quamuis sit nupta extra familiam; adeo ꝗ si sit res prohibita alienari extra familiam, non dr̃ fieri contra prohibitionem, si alienetur ꝓ prohibitum in sororem nuptam in aliena familia, quia per hoc & quantum ad hũc effectum dr̃ adhuc esse de familia & de domo testatoris, vt est casus in l. volũtas. C. de fideicommissis. vbi dr̃, ꝗ prohibitus alienare extra familiã, potest donare sorori suæ. & Bal. & alij intelligunt tex. quando soror erat nupta extra familiam, quia aliàs casus ille non haberet dubium. Et solum dr̃ extra familiam patris quo ad obsequia præstanda viro. & non quo ad alia. ſm Bar. in l. fi. §. idem rescripserũt. ad municipa. Secundo etiam dici potest, ꝗ in secunda prohibitione solum vocantur filij testatoris, per illa verba, anzi sempre habbia a remanere di vno in l'altro, & c. quia ex quo dicta clausula non est ꝓ se principaliter posita, sed ad qualificandum vltimũ capitulum
9 in quo de filijs fit mentio, & quib. fit prohibitio, ad † illud capitulum tantum, & ad personas in illo comprehensas solum dẽt referri, & non ad omnia præcedẽtia, ſm Bar. no. in l. fi. de reb. dub. Nec obstant illa verba sequentia, come è ditto di sopra. quia non fit relatio ad præcedentem & ad primam prohibitionem, sed ad aliam substõnem proximiorem, dum testator post quam instituit filios, subiunxit, e morendo senza figlioli rimanga di uno in l'altro, & c. Ad istam igitur partem in qua filij adinuicem substituti inferius habetur relatio, ubi etiam filij vocãtur sub eisdem verbis, scilicet, anzi sempre habbia a remanere di uno in l'altro. Et illa relatio, & come di sopra determinat dictam substitutionem. & sic non ampliat ultimam factam in bonis alienari prohibitis, sed potius illam restringit ad personas filiorum, inter quos solum præcessit per eadem uerba, aliam,
10 substitutio. Nam † relatio potius fieri debet ad proxima, quam ad magis remota, per nota. in l. si idem cum eodem. §. finali, de iurisdictione omnium iudicum. & per Baldum in lege 1. in fin. C. de legitim. hæred. Et ita circa præmissa concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio fideicommissaria quibus uerbis inducatur.*
2 *Filij appellatione quando contineantur nepotes.*
3 *Verba enunciatiua quando inducant fideicommissum.*
4 *Verbis semper standum est, quando nec ex impropria, & larga uerborum significatione mens colligi potest.*
5 *Solum positi in conditione non dicuntur uocati ex testamento. nu. 7. 14. & 18.*
6 *Testator uidetur se uelle conformare cum dispositione legis municipalis.*
8 *Ad hoc ut per substitutionem factam post mortem plurium, illi dicantur adinuicem per fideicommissum substituti, quę debeãt concurrere.*
9 *Declaratio l. codicillis. in prin. de vsuf. leg. nu. 11.*
10 *An sit differentia, utrum substitutio sit facta ab ultimo, uel simpliciter post mortem.*
12 *Appellatione rei, in dubio ex proprietate sermonis intelligitur de tota.*
13 *Appellatione hæreditatis non uenit fideicommissum.*
15 *Substitutio facta alicui simpliciter, intelligitur facta in eum casum, qui fieri potuit.*
16 *Prohibitio facta substituto, intelligitur facta, si eueniat casus substitutio.*

Relatio

17 *Relatio inducit repetitionem præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.*

CONSILIVM CXXXIIII.

IRCA casum, de quo quæritur, reperio hincinde allegatum egregie, & vario modo consultū. Et tandem diligenter, & accurate ponderatis, & cōsideratis oībus, quæ proponuntur tam ī facto ꝙ in iure, arbitror, ꝙ in casu isto non sit locus fideicommisso. Qđ facile poterit intelligi ponderādo & declarādo quālibet partem testamēti, hoc est, institutionis, substōnis, & prohibitionis factæ in testō do. Antonij Fulgosij, & in qualibet parte remouendo ꝙ in cōtrarium pōderātur, & allegant, & absq. eo, ꝙ prius pro parte cōtraria arguatur, vt verbositas, quantum possibile erit, & prout fieri poterit, commode euitetur, & resecetur. Dicitur ergo, ꝙ d do. Antonius instituit suos filios masculos, scilicet Ioannem, Raphaelem, Eustachiū, & Albertum suos hæredes uniuersales, & Catharinam filiam & nepotes tam masculos quam fœminas ex Francisca altera filia p̄mortua in certa quantitate, prohibens tam filiam quā nepotes prædictos plus petere aliqua rōne uel causa. Et hoc maxime, quia uoluit & mandauit ꝙ bona sua stent & perseuerent & cōtinuentur in dictos filios suos masculos, vt supra, & prout infra, singula singulis congrue referendo. Si qua igitur substitutio ex uerbis proximis oritur, & prout oriri vr̄, fideicommissa
VISO themate ac dubiis, & omnibus diligenter cõsideratis, non sequendo ordinem quæsitorum, in primis est discutiendum, vtrum moriente domino Opizone absque descendentibus masculus bona patris, a quo fuit hæres institutus, subiaceãt restitutioni fideicommissariæ. Et prima uidetur consideratione dicẽdum q[uod] sic, quoniam dom. Iacobus testator pater suus, instituto prædicto do. Opizone filio disposuit, q[uod] si casus cõtingeret, q[uod] dictus Opizo quandocunque decederet sine filiis legitimis & naturalibus masculis, superuiuente do. Thadæa matre dicti testatoris, q[uod] in omnib. suis bonis & hæreditate succedat dicta eius mater in uita sua tantum, post mortem vero dictæ eius matris eius bona & hæreditas conseruetur integra & diuidatur sine aliqua diminutione inter suas filias & descendentes ex eis & successiue inter filias filiorum, referendo singula singulis usq; in infinitum, masculis legitimis non extantib. &c. Si igitur cõtingat d. Do. Opizonem decedere sine filiis masculis, poterit dici euenisse casum fideicommissi, ut clare ex uerbis proxime relatis satis constat & apparet. Nec refragari v[idetu]r, q[uod] dicta D. Thadæa primo loco uocata præmortua sit pendente cond[iti]õne fideicommissi, quia quamuis hæreditas remaneat apud d. Do. Opizonem hæredem grauatum, remanet tamen cũ suo onere. l. unica. §. sin autẽ sub conditione. C. de ca. tol. Et cõsequenter h[æ]r[e]ditas uenit adueniente dicto casu restituenda filiab. testõris & filiabus filiorum uocatis post mortem dictæ D. Thadeæ. Et in terminis videtur Bar. hoc velle, cum quo omnes transeunt, in l. quamdiu. la ultima. in fi. de acq. hær. dum concludit, quod si hæres sit post mortem grauatus restituere hæreditatem per fideicommissum uni, & fideicõmissarius alteri, & contingat primum fideicommissarium decedere testatore adhuc viuente, quod hæres post mortem suam tenebitur secundo fideicommissario hæreditatem restituere. sicut erat restituturus primo: quia illo præmortuo uiuo testatore, cõmodum apud hæredẽ remansit cum onere iniuncto prædicto fideicommissario. al legat. d. l. unicam. §. pro secundo. C. de cadu. tol. Idem ergo si primus fideicommissarius mortuo iam testatore præmoriatur, pendente conditione fideicommissi. d. §. sin autem aliquid sub conditione, ubi proprie est casus noster, in quo si deicommissum relictum filiabus post mortẽ matris in dubio intelligitur relictum a matre, potius quam ab hærede, ut est casus, & ibi Bar. in l. codicillis. in prin. de usufr. leg. Sed præmissis non obstan. contrariam sententiam arbitror ueriorem. Nam clarum est, q[uod] pendente conditione mater testatoris præmortua remã mansit exclusa. d. §. sin autem. Idem ẽt dico de dictis filiabus, quibus ipsa intelligebatur grauata restituere post mortẽ suã. d. l. codicillis. quia casus, in quo prędictæ reperiuntur vocatæ, & conditio, sub qua inuitantur, defecit, nec amplius euenire uel impleri potest. Nam illis relinquebatur post mortem dict. Thadææ, masculis legitimis non extantibus, uti patet ex verbis ipsius testamenti supra relatis. Ex quibus apparet, quod nõ tantum uocatæ sunt sub illa conditione si superuixerint matri ipsius testatoris, importata per illa uerba post mortem uero eius matris, &c. l. 1. §. 1. & l. hęres meus. in prin. de condi. & demon. sed etiam sub alia, uidelicet, masculis legitimis non extantibus post mortem dictæ suæ matris, cum in fi. dicti versic. post uero mortem eius matris, &c. in quo disponit testator, q[uo]d post mortem matris hæreditas integra conseruetur filiabus, & inter eas sine aliqua diminutione diuidatur, subiiciãtur hęc, verba, s. legitimis masculis non extantibus, quæ similiter conditionem faciunt. l. a testatore. de condi. dem. quæ vltima condõ defecit, quia mortua, dicta matre do. Opizo. adhuc superuiuebat, & non superuiuit, & ideo deficit dispositio & substitutio facta de dictis filiabus. l. si hæredi plures, de condi. & dem. Nec dicatur, quod præmortua d. D. Thadęa sit adimpleta illa prima conditio, si superuixerint, & moriente demum d. D. Opizone sine filiis masculis impleatur altera, quia uerũ sit hoc casu eueniente, q[uo]d legitimi masculi non extant, quoniam fuit necesse, q[uod] non extarent tempore mortis d. D. Thadęæ, ad hoc ut posset illa conditio dici impleta. Nec sufficit, quod postea desierit extare, quia illa uerba, legitimis non extantibus, respiciunt, & determinant uerbum, post mortẽ eius matris, positum in prin. dicti uersi. ideo oportet, quod tunc non extent, ut est casus in
1 l. ex facto. §. si quis autem, ad Treb. vbi verba illa, si[cu]t decesserit sine liberis, dẽnt intelligi sine liberis superuiuentib. tempore, quo decedit, quia determinant uerbum illud, decesserit. Et propterea non sufficit, dicit tex. q[uod] post mortem extare desierint, Et ita illum tex. ad hoc allegat Bar. in l. ex facto, in prin. col. 2. de vul. & pup. & ad idem adducit. l. 2. de auro & ar. leg. l. in de dictis. §. si extraneus. de noxa. & l. Titius, de tes. mili. Quinimmo etiam si dicta condõ importata p[er] illa uerba l[egi]timis masculis nõ extantibus, fuisset in fine dicti versi. exp[re]ssa, adhuc idem esset. Nam testõr prius ordinauerat, q[uod] moriẽte Opizone filio instituto sine filiis masculis, eius m[ate]r, si supuiueret, i[n] hæreditate suc cederet in uita sua tantum. Et subiecit, post mortẽ vero eius matris, &c. Est ergo p[er]inde ac si dixisset, post mortẽ eius matris. Et casu quo adhuc ea sup[er]uiuente d. Opizo præmortuus sit sine
2 filijs, voluit q[uod] hæreditas ad dictas filias p[er]ueniat, quia de[e]t natura illius aduersatiuæ, vero, est q[uod] qualitates casus præcedentis intelligantur repetitæ in casu sequenti, licet aduersetur tam in iure q[uam] in facto, vt no. voluit Bal. in l. omnes populi, de iust. & iu. circa 8. col. dum dicit, q[uod] statutum volens, q[uod] extantib. masculis fœminæ ab intestato nõ succedãt, cõdito uero testamẽto filiæ sint contentæ quocũq; relicto sibi facto a patre. Nam dicit hãc vltimam particulam p[er] p[ro]pter illam aduersatiuam, uero, dẽre intelligi cũ repetitione præcedentis qualitatis, s. extantibus masculis alleg. gl. in §. item lapilli. iusti. de rerum diui. quem etiam sequitur Ale. in l. filius a patre, in 5. col. de lib. & posth. Et hoc soleo allegare gl. q[uæ] clarius hoc dicit, in l. cum aũt. in gl. fi. de le. 2. q[uæ] aperte uult, q[uod] dictio, aũt, aduersatiua, inducat repetionẽ p[re]cedẽtiũ. Cũ ergo supra p[ro]xime dixisset testõr, q[uod] si casu accideret, q[uod] filius institutus decederet sine filijs masculis sup[er]stite matre, q[uod] m[ate]r succederet in uita sua t[antu]m, vt statim subiecit, post mortẽ vero eius matris, &c. ex natura illius aduersatiuæ intelligit[ur] repetita præcedens cõdõ. s. si D. Opizo sup[er]stite matre decesserit sine filiis,

filijs. Et ideo cum tempore mortis matris inuentus sit superui uere, defecta est altera ex duab. condõnib. sub quib. filiæ vocã tur, & perinde dẽnt excludi ac si explicite dictum fuisset, post mortem matris, & si ea adhuc superstite d. Opizo sine filijs ma sculis decesserit, bona mea distribuantur sine diminutione inter filias. d. l. si hęredi plures. de cond. inst. Nec ob. allegata in contrarium, videlicet, quod onus iniũctum matri post mortẽ dẽat præstari per do. Opizonem hæredem institutum, penes quem commodum remansit matre testatoris præmortua, per d. l. vnicam. §. pro secũdo. & d. §. sin autem aliquid sub condõne & per no. per Bar. in l. quamdiu. in fi. quia perdicta procedunt, quando non defecit condõ vltimi fideicommissi, puta si filiæ fuissent simpliciter vocatæ post mortem dictæ matris. Nã hoc casu illa præmoriente non euitaret hæres institutus onus iniũ ctum dictæ matri post mortem. Sed quando sub alia condõne vltimum fideicommissum est relictum, & primo fideicommis sario pręmortuo deficit dicta alia condõ, tunc hæres, apud quẽ commodum remansit, non tenetur præstare onus iniũctum illi primo fideicommissario, sicut in casu nostro, in quo filiæ fuerũt vocatæ post mortem matris, si tempore mortis illius non extarent ltimi masculi. Nam quia tũc casus vltimi fideicommissi non euenit, merito non habet effectum. l. commodissime, de lib. & posth. cum vulgarib. Et ita etiam in terminis vult gl. fin. in l. qui habebat. de vulg. & pu. quæ propriẽ† dicit, ꝙ d. §. sin au
3 tem aliquid sub cõdõne. non habet locum dicto casu. Et idem latius prosequitur Alex. in cons. 1. in j. vol. ubi in terminis decidit casum nostrum, & maxime in tertio fundõ secũdæ partis, ubi concludit, ꝙ si primus fideicommissarius sit grauatus alteri restituere sub condõne, si succederet hæredi, & sic casu quo ipse fuerit admissus, & contingat primum fideicommissarium decedere viuo adhuc testatore, ꝙ vltimus non admittitur, q̃a condõ, sub qua fuit vocatus, defecit. allegat no. per glo. in d. l. qui habebat. & Old. in consi. 177. inci. Testator in vltimo suo testamento, &c. & multa alia, de quib. ibi per eum, quem aliter non refero. Et hæc quo ad primum & principale dubium sufficiant. Sed dato ꝙ etiam bona & hæreditas d. Iacobi mortuo d. Opizone filio suo sine descendentibus masculis subiacerent fideicommisso, quęritur tũc, vtrum testator potuerit filio suo ꝓhibere detractionem Trebellianica. Et uidetur ꝙ sic, † q̃a testa
4 tor potest hodie Treb. prohibere sicut Falcidiam, ẜm glo. in §. sicut Falcidiam, secũdum gloss. in §. si uero expressim, in auth. de hær. & falc. & §. sed quia stipulationes. ins. de fideicom. hæ. & idem tenẽt Odoff. Iacob. de Arc. & Cyn. Pe. & alij communiter, in l. Marcellus. in prin. ad Trebel. & est communis op. secũdum Mod. ibi allegantes concordantes. Nec obstare uidetur. l. iubemus. C. ad Trebel. dum ibi dr̃, quod fructus non cõputantur filijs primi gradus in Tre. etiam si testator aliter uellet, quia secũdum Cy. ibi in prima oppositione, illud hodie non procedit, quia si in totum potest dictam quartam prohibere, multo magis potest illam minuere, & sic facere, quod fructus computentur in ea. Præterea dato etiam quod illa lex quo ad impugnationem fructuum remaneret incorrecta, tamen adhuc possẽt testator illo casũ in totum Trebell. prohibere, quia quantum ad dictam prohibitionem nihil illa lex inducit de nouo in filiis primi gradus, nec in priuilegium eorum, quia illo iure nullo casu poterat testator illam prohibere. l. quod de bonis. §. fina. ad leg. Falcid. & sic quo ad hoc non differebant alij hæredes grauati a dictis liberis. Post quam ergo concessum est testatori quartam prædictam posse prohibere, sua hac lege noua permittente includuntur prædicti liberi, sicut includebãtur in aliis sub lege antiqua uetante dictam prohibitione. Et ita uult Rapha. Cuma. in l. cohęredi. §. cum filiæ. de uulg. & pupill. Alexand. & Modern. Senenses in dicta l. Marcellus. in princip. qui reprehendunt Baldum contrarium dicentem in dicta l. iubemus. per illum text. qui notab. probat, ut dixi. Quæ opinio confirmatur ex nota. per Dyn. Ray. & Imol. in l. Lucius. §. maritus. ad Trebellianũ, ubi dicunt per illum text. & l. si debitor. in princ. ad leg. Falc. quod in casib. in quibus filius detrahit duas quartas, sicut quando grauatur restituere hæreditatem, si decesserit sine filiis, cap. Rayn. de testam. & per Bart. in l. quamquam. C. ad le. Falc. & plene per moder. in l. in ratione, §. quod uulgo. ff. ad leg. Falcid. poterit tunc testator prouidere, ꝙ una sola quarta deducatur, ordinando quod filius Trebel. sibi imputet in legitimam. Et idem tenet Bal. in l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. & Nic. de Neap. & Alex. in d. l. si debitor. in prin. Et sic patet, ꝙ dicto modo filio ꝓhibetur. Treb. detractio. ergo eodem modo debet posse directo prohiberi. Et ita per hoc in casu nostro concludit Ale. in cons. 29. circa prin. 5. uol. & ibi aliter etiam respondet ad d. l. iubemus. uidelicet, ꝙ loquitur, quando una tantum quarta venit detrahenda, ut probatur ibi in uerbo, dodrans restituatur, quę sola non põt prohiberi. Sed in casu nostro agitur de duplici detractione quartæ. Et quamuis non dicat, illum tex. etiam sic declarat & intelligit Pau. de Cast. in l qđ de bonis. §. fructus. ad leg. Falc. in l. mulier. §. cum proponeretur. ad Treb. in lect. Bono. & in cons. 92. inci. Quia dubia formata. Et dato ꝙ Treb. prohiberi non posset, in ea tamen imputari deberent fructus interim percepti per hæredem, iuxta ea quæ habentur in leg. in fideicommissaria. in prin. ad Treb. Nec obs. d. l. iubemus. quia, ut dixi, loquit̃, quãdo vna sola quarta detrahitur. Sed ubi duæ detrahuntur, tunc etiã filiis fructus in quartam imputantur, secundum Pau. de Cas. in dictis locis, quod dictum commendat & sequitur Alex. in d. §. cum proponeretur. quinimmo videtur, quod dicti fructus interim percepti computentur etiam in legitimam, quam testator prohibuit. & quamuis prohiberi non possit, tamen quãdo testator filium grauat etiam in legitima post mortem, fructus ꝑcepti interim in legitimam imputantur, secundum Raph. no. in d. l. in fideic. in prin. & in l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pup. per no. per gl. ibi, in verbo, tenebuntur. in fi. & per l. cum pater. §. Titio. de leg. 2. Præmissis tamen non obs. contrarium uerius
5 arbitror. Et † ꝙ etiam hodie non possit filio Treb. prohibere testator, tenet Bal. Sali. & Moder. Perusini in d. l. iubemus. per illum tex. optime probantem. & Ro. in d. l. Marcellus. in prin. & in consi. 206. inci. Licet de communi conclusione. Nam pater non potest facere, ꝙ liberis primi gradus fructus imputentur in quartam, d. l. iubemus. quæ in hoc non est correcta, ut præsupponũt Bar. Bal. & Ang. in l. Papinia. §. vnde si quis. ff. de inoff. test. & est satis de mente glo. & aliorum, in l. in fideicõ. in princ. ad Treb. & ibi clare per Alex. in prin. 5. col. & per eum in l. quod de bonis. §. qđ auus. ad leg. Fal. in 1. colu. Et hoc etiam concedunt moderni Senenses in d. l. Marcellus. in princi. quod non erat de iure Digestorum, quia fructus percepti iudicio testatoris imputabantur dictis in Trebel. d. §. vnde si quis. & ibi Barto. & per Pau. de Cast. & alios, in d. l. iubemus. & sic per d. l. iubemus. fauore liberorum reperitur aucta dicta quarta, cum detrahatur ipsa substantia testatoris, & in ea fructus percepti non computentur, etiam testatore uolente. Si ergo etiam hodie hoc non potest, sequitur, quod illam minuere non potest, quia vbi in illa fructus imputarentur, tanto minus de corporibus hæreditariis detraheretur, & pro rata fructuum quarta minuitur, ut est casus in l. mulier. §. si hæres, secundo respon. ad Treb. & quarta ratione hac via non potest diminui, eadem ratione nec alia. Et sic nõ posset testator prouidere, quod Treb. detrahatur cum diminutione certæ partis, & sic ꝙ nõ retineat integre, ar. l. cum quid vna via, de reg. iur. Cum igitur hanc quartam etiam hodie non possit testator minuere, multo minus poterit eam in totum tollere, uel prohibere. l. quod de bonis. §. fi. ad leg. Falci. & quia cui non licet qđ est minus, nec quod est maius. c. cum illorum. de senten. exc. c. cum in cunctis. & ibi no. de elect. & no. in c. cui licet, de reg. iur. Ista opinio confirmatur optima ratione. Nam Trebel. filiis primi gradus debita est magis priuilegiata, quam debita aliis, quia in ea fructus non imputantur. d. leg. iubemus. Quamuis ergo lex permittat simpliciter prohibitionem Treb. talis dispositio legis non intelligitur de Treb. liberorum primi gradus priuilegiata in specie. Sicut vi-
6 demus, † quod nulla dispositio, quantumcunque generalis, derogat priuilegio speciali iure concesso. l. decurionibus. C. de silen. lib. 12. & ibi per Barto. & per Bal. in l. non plures. C. de sacr. san. eccl. in l. 1. in prin. de consti. prin. in c. 1. de rescript. cum concord. de quibus. ibi per moder. Fortius uoluit Raph. & Ro, in l. hac consultissima. per gl. ibi. C. qui test. fac. pos. quod si lex prouidet uno casu speciali, requirendo in eo solẽnitatem, quæ tamen generaliter requiritur in aliis, & posita lex noua generaliter tollat illam solennitatem, non censetur illam tollere in casu illo speciali. Et idem etiam tenet dom. Ioan. Baptista de S. Seuerino in repe. l. omnes populi. de iust. & iure, fol. 31. ver. x. quęritur.

ritur. referens ſic fuiſſe iudicatum Florentiæ. Et tanto magis hoc procedit,ſi in caſu illo ſpeciali requiritur alia maior ſolennitas,ſm Mod.Peruſi.in l.in teſtamentis.C.de teſt. Cum ergo dicta quarta filijs debita ſit magis priuilegiata, & magis ſit interdicta patri prohibitio illius.d.l.iubemus.l.noua generaliter permittens prohibitionem non intelligitur de illa, per prædicta.Et ex hoc patet non obſtare dum dicebatur,quod circa prohibitionem.d.l.iubemus.nihil inducit. cum prius non poſſet prohiberi Treb.generaliter, quia per d. l. iubemus,magis fuit ablata facultas prohibendi, & propterea noua diſpoſitio, per quam prohibitio conceditur,non comprehendit Treb.filiorũ, in qua teſtatori magis & efficacius erat denegata facultas prohibendi illam in priuilegium ipſorum.Non ob. inſuper,quod poſſit teſtator facere,quod Trebel. computetur in legitimam, quando duæ quartæ veniunt detrahendæ,ſecundum Dy.Rayner.& Imo.in l.Lucius.§. maritus. ad Treb. quia dictum eorũ poteſt verificari in liberis, qui non ſint primi gradus, quibus prohiberi poteſt Tre.d.l.iubemus. Vel ſecundo eſt dicendum, quod licet dicto modo poſſit etiam liberis primi gradus Treb. prohiberi,tamen alijs modis ſecus & hoc quia lex prohibitionem per imputationem in legitimam,uel in aliud debitum permiſit,et de iure antiquo,& eo tempore quo Falcidia vel Treb. non poterat prohiberi.d.l.ſi debitor.in prin.& d.§.maritus, & ibi expreſſe declarat Imo.Et ideo quamuis etiam hodie liberis primi gradus non poſſit Trebel.prohiberi.d.l.iubemus.tamen modus ille prohibendi a lege permiſſus durat,& non eſt ſublatus per l.iubemus.quia,vt ibi dicitur in fin.illa lex non extendi
7 tur ad alias perſonas,nec ad alios caſus.& † quia recipit deter
minationem a lege antiqua.l.nã & poſteriores. de legib.auth. offeratur.C.de litis conteſta.iuncta.l.ſciendum,in prin.cum ibi no.qui ſatiſda.cog.& ita etiam concedit Alexan.in dicta leg. Marcellus.dum.dicit,ꝙ Tre.non poſſit opinio Bal.in d.l.iubemus.ſit uera.ſ.quod Trebel.non poſſit prohiberi, adhuc tamẽ procedit opi.Dy.Ray.& Imol.in d.§.ſi maritus.Et idem etiam præſupponit in d.l.ſi debitor.& in d l.ſi debitor.& in d.l.quod de bonis.§.cum fideicomm.ad leg. Falcid. Minus etiam obſt.alia reſponſio ad l.iubemus.videlicet,quod loquatur ſolum vbi conceditur detractio unius quartæ,quia contrarium præſupponit clare Bar.in d.l.quod de bonis.§.quod auus. quẽ ad hoc ibi ponderat etiam Alexand.contra Pau.de Caſt.in locis alleg. in contrarium.& contra eundem allegat etiam Ang. in conſi. 124.incip.Solu.domini Daminiani de Tuberto, &c. Nec obſtat,ſecundum eum ille text.in ver.dodrans reſtituatur, quia intelligitur deducta prius legitima,ſecundum Bald. in l.filium quem habentem.verſi.extra oppo.dicit hic,&c.C. famil. erciſ. ſubdens,quod in practica durum eſſet obtinere contrarium, propter authoritatem Barto.& Ange.Et per hoc etiam patet, quod fructus non debent filiis imputari in Treb. quamuis duplex quarta deducati,ſecundum Bar.Ang.& Ale.per d.l. iubemus.quæ etiam hoc caſu loquitur.Nec etiam uerum eſt.quod dicti fructus veniant imputandi in legitimam prohibitam a teſtatore, quia ſi non imputantur in Trebel. etiam teſtatore aliter uolente.d.l.iubemus.multo minus in legitima debent imputari,de qua etiam omne grauamen deducitur.leg.quoniam in prioribus.C.de inoffic.teſtam. & quæ prohiberi non poteſt. §.cæterum.in auth. ut cum de appell.cog.Et contra Raph.per prædicta tenet Alexand.in d.l.in fideicommiſſaria. ubi allegat in contrarium.§. prohibemus.in auth.de trien.& ſemiſ. inducendo ut ibi per eum, qui etiam ad allegata in oppoſitum reſpondet,quem aliter non refero.Contra Raph.tenet etiam Alexand.in dicta leg.quod de bonis.§.quod auus. ad leg. Falcid. ubi plene probat hoc,& in d.leg.cohæredi.§.cum filiæ. Ex quibus recte concluditur, quòd teſtator non potuit prohibere dominum Opizonem filium ſuum Trebel. detrahere de fideicommiſſo ei iniuncto. Et per hæc patet reſponſio ad aliud dubium, in quo quæritur,an dom. Richard.potuerit d.do.Opizoni filio ſuo inſtituto & grauato reſtituere,ſi deceſſerit ſine filijs, ꝓhibere detractionem Trebellianicam & legitimæ,quia dicendum eſt quod non, & quòd fructus non computantur in ea,ſicut in patre concluſum eſt, per eandem. leg. iubemus. quæ in matre etiam loquitur. Sed circa hoc oritur aliud dubium,utrum ex teſtamento dom.Richa.prohibeatur detractio Trebellian. ex eo, quia ultimo loco moniales ſunt ſubſtitutæ.

8 Et uidetur,ꝙ detrahi non poſſit, quia † ſm magis cõem opin.
de fideicommiſſo relicto ad pias cauſas non poteſt Treb.detrahi,ut per Bar.& do.in d.l,Marcellus.in prin.ad Treb. & in auth.ſed cum teſtator.C.ad l.Fal.& in l.ſi quis ad declinãdam.C. de epiſc.& cle.cum concord. de quibus in dictis locis. Et hoc non tantum locum habet, quando hęres immediate grauatur reſtituere pio loco, ſed etiam ſi ab eo non relinquatur ad pias cauſas, & demum fideicommiſſarius ſit grauatus reſtituere eccleſiæ, quia tunc etiam aduerſus primum fideicommiſſarium non poteſt dicta quarta detrahi.l.cum dotem.& ibi hoc uoluit Pau.de Caſt.ad leg.Fal. Idem etiam tenet Rom. in auth. ſimiliter.C.eo.ti.& in d.l.Marcellus.§.qđ autem.& refert.Bal. idem velle in auia.§.Titio.de cond. & demõ. Sed contrarium eſt verius,quia prædicta procedunt,quando certum eſt omnino fideicommiſſum eſſe peruenturum in piam cauſam. Secus ſi ſit incertũ,quia ſicut in caſu noſtro, in quo diſpoſuit teſtatrix,ꝙ deficientibus hæredibus ſuis tam inſtitutis quam ſubſtitutis ſine filiis, ꝙ hæreditas perueniat ad moniales. Extantibus ergo filiis dictorum hæredum excluduntur & non vocantur prædictæ moniales,& propterea incertum eſt,utrum ad eas fideicõmiſſum ſit peruenturum. ideo hæres aduerſus primum fideicommiſſarius poteſt Treb.detrahere,ſecundum Rom.proprie in terminis iſtis in d.conſi.206.in fi quem ſequitur Alex.in d. l.Marcellus,& d.l.cum dotem.dummodo,ſecundum eum, hæres caueat, quod eueniente caſu fideicommiſſi relicti ad pias cauſas reſtituet,qđ detraxit nomine quartæ,per l.in lege Falc. nõ habetur.ad le.Fal.& in l.1.in prin.vt leg.num.cauea.& ita tenendum eſt.Et hic cadit ultima quæſtio propoſita, an ſcilicet,
9 per non† confectionem inuentarij perdatur legitima,& Treb.
Et quantum ad legitimam dicendum eſt, quod illa non amittatur,ſecundum gl.in auth.hoc amplius.C.de fideicom.in §.ſi uero non fecerint.in auth.de hæredi.& Falc.& in l.fi.§.pen. de iure deliber.quam Doct.communiter ibi ſequuntur, & in d.aut. ſed cum teſtator.& Ang.in l.1.§.hæc ſtipulatio. ſi cui plus quã per legem Falc.& Pau.de Caſt.conſi.90. Quo vero ad Trebel. verſatur maior dubitatio,tamen adhuc ſecundum magis communem opi.eſt idem dicendum, ſcilicet ut non perdatur, quã ſequitur Bar.in d.l.Marcellus.§.quod autem.& in d. auth. ſed cum teſtator & Io.And.in addi. Spec. in tit. de inſtru.edi.§. dicto.ſuper verſi.non dicemus.& alij quam plurimi idem tenẽt, quos plene refert, & ſequitur Alex.in d.l.Marcellus.& Imo.in d.l.1.§.hæc ſtipulatio.dicit hanc opin. eſſe communem. Idem etiam dicit Alex.in conſi.67.4.vol. & in conſi. 29.5.vol.vbi ẽt dictam opi.tenet & ſequitur,& Pau.de Caſt.qui etiam dicit eſſe communem in conſi.266. incip. Quoniam uiſa facti narratione tanquam communi non eſt recedendum & in conſulen
10 do, & iudicando, vt habetur in locis vulgatis. † Quo ad aliud
dubium,in quo quæritur,an ſi hæres de fructibus perceptis iudicio teſtatoris ſatisfecit creditorib.hæreditariis ac legatariis, poſſit aduerſus fideicommiſſarium deducere, quod prædictis ſoluit.Et eſt abſque multiloquio dicendum quod poſſit. Et de primo,ſcilicet quando creditoribus ſatisfecit,probatur in l. de ducta.§.qui poſt.ad Treb.& ibi no.Imo.Pa.de Caſt.& Alexan. quod eſt verum,ſecundum prædictos,ſi ſoluit pro ſorte.Secus ſi pro uſuris,vt ibi hoc ſentit gl.fi.ſecundum Ale.dum allegat. l.1.C.ad Tre.Idem quoque eſt ſatis de mente glo.cum qua alii tranſeunt in l.1.§. pen.ff.ad Treb.dum dicit,ꝙ ante reſtitutam hæreditatem ſolus hæres tenetur creditoribus & tanto minus reſtituit,allegat.l.ita tamen.§.qui ex Treb.eod.tit. & idem alio caſu,quando ſatisfecit legatariis,ſecundum gl.in d.§.pen. allegat.l.qui quadringenta.in prin.eo.ti.vbi hoc optime probatur, dum dicit tex.ꝙ intelligitur hæres rogatus reſtituere fideicommiſſario id,quod ſupereſt,oneribus deductis.Et ibi etiam probatur ꝙ poteſt retinere id, qđ creditoribus ſoluit, quem text.
11 ad hoc allegat Ale.in d.§.qui poſt.Vlterius quæritur, † utrum
pendente conditione fideicõmiſſi potuerit d. Opizo de bonis ſubiectis reſtitutioni irreuocabiliter in emphyteuſim, uel ad liuellum concedere.Et abſque verboſitate dicendum eſt, quod conceſſio valuit irreuocabiliter vſque ad legitimam & Trebellianicam,quia prius alienata in eam imputantur.Et ideo ſi prędicta bona ſic conceſſa dictas quartas non excedunt, reſcindi in aliquem euentum non poterit.l.Marcellus.§.res quæ.& ibi plene no.ad Treb. vbi vero excederent,in exceſſu adueniente

caſu

casu fideicommissi alienatio resolueretur.l. fi.§. sin autem. C. comm.de leg. Et ita etiam circa prædicta concludit Alex.cons. 178.5.vol. Et per hæc responsum satis remanet ad aliud, videlicet vtrum.d.do. Opizo in vita sua possit detrahere legitimam, & Treb. quia illam dicitur satis detraxisse mediante dicta alienatione, & in reb.alienatis legitimam, & Treb.elegisse, quod facere potuit, vt habetur in locis præallegat. Capio nunc aliud
12 dubium, & quæro† an do.Opizo possit expensas melioramentorum deducere. Et videtur primo congressu ꝙ non, quia vbi etiam deduci possent, cum illis tamen fructus interim percepti debent compensari.l.sumptus. & l.emptor. in princ. de rei vend. Præterea expensa facta in disbuscando alia ratione non videtur deduci posse, quia pertinebat ad culturam fundi quæ cultura consistit in arando & serendo.de aqua plu.arcen.l.pe. de vi & vi ar.l.vim facit. Disbuscatio autem est præparatoriũ, & præambulum ad prædicta, cum fieri non possint sine ea, idõ idem iuris esse debet de ipsa, quod est de expensa facta in arando & serendo.l.ad rem.& l.ad legatum. de procu. Sed tales expensæ non repetuntur, nec restituuntur, quia factæ sunt causa fructuum quærendorum, sed veniunt cum fructibus compensandæ.l.diuortio.§.impendia.sol.mat. ergo idem est dicendum de expensa disbuscationis, quæ est præambulum ad culturam. Et ista per istam rationem in terminis tenet not.Pau. de Cast. in consi.326.inci. Viso puncto suprascripto, & quia terra disbuscata si aretur, & seminetur, reddit in duplo vel triplo plus quam alia solita seminari. Compenset ergo, dicit ipse, dictam impensam factam in disbuscando cum pinguedine terræ, & duplicatione, uel triplicatione redituum.ff.de aqua plu.ar.l. 1.§. fi.ver.sicut autem omnis pinguedo.& quod no.in l.si merces. §.vis maior.per gl.ff.loca. Item expensa ædificiorum non videtur deducibilis, quia ædificium cedit solo, cum sciret.d. Opizo hæc bona fideicommisso subiacere. Sicut contingit, quãdo qs scienter ædificat in solo alieno.l.2.C. de rei ven.§. ex diuerso. instit.de rer.diui.l.qui domum, ad leg.Aqui.l. fi. de superfi. & l.obligationum fere.§.pla cet.de actio.& oblig.& no.in leg. in fundo.de rei vend.dum glo. loquitur de malæ fidei possessore, cui æquiparatur hæres, qui scit per fideicommissum esse grauatum, secundum Bar.in l.Imperator.§.fi. de leg.1. vbi dicit in locum habere omnia, quæ dicuntur de malæ fidei possessore. Et idem eadem ratione est dicendum de expensa facta in plantandis uineis & arboribus, quia & hæres solo similiter cedunt. §.ex diuerso.el 2.institu.de rer.diuisio. Quinimmo vbi talis impensa in plantando esset facta a bonæ fidei possessore, simpliciter deduci non posset, sed demum si dominus esset rem distracturus, vel petitor esset diues, secundum Bart.in d.l.in fundo. sicut distinguitur in seruo, quem quis docuit.l. sin autem.§. si puerum.eo.tit. Sed prędictis non obstat contrarium est dicendum. Et quod sumptus vtiliter factos in rebus hæreditariis re-
13 petat hęres grauatus post mortem † restituere, probatur, & ibi de hoc est casus in l.domos.de lega.1.in l.mulier. §. sed si cũ distrahere.ad Treb.& in l.vbi purc.§.fi.eo.tit. Et hoc si talis impen.in re.dot.fac. Dicitur autem expensa vtilis, quæ facta est in reducendo nemus ad culturam.l.vtiles, iuncta gl.in ver. nouale.de peti.hæred.l.silua.§.noualis. secundum vnam expositionem, de verb.sig.l.veluti.iuncto.§.fi.l. præced. & ibi no.de impen.in re. do. fac. Et similiter illa, quę facta reperitur in noua plantatione vitium, & arborum siue olivecti.l.vir in fundo. de fund.dot.& no.in d.l.veluti. Item & illa, quæ fit extruendo nouam villam siue domum.l.impensæ.de ver.sig.l.diuortio.§.impendia.ver.plane.sol.mat.iuncta gl.in ver.necessario immo secundum Bar.& Doc.ibi potest ẽt dici quandoque necessaria, puta, si fundus aliter coli non posset, uel sine ea notabile detrimentum pateretur, & isto casu ille tex.in ver.necessario, stabit ꝓprie.& satis ꝓbat in d.l.1.§ fi.& ibi ẽt gl.in ver. factũ.de im pen.& clarius hoc ibi Dy.& Ang.in §.1.eiusdem legis. Hanc tñ impensam non repetit hæres ſm valorem tpis facti ædificii ab ipso initio, quia tunc erat sua, & interim ea vsus est secundum valorem ædificij tempore, quo debet restitui.d.l.domos. de lega. 1.& ibi no.Iac.de Are.Bar.Bal.Ang.& omnes mod. Nec cũ tali expensa facta ex causis præmissis computat hæres fructus, quos interim percepit pendente cõdõne, ſm glo. sing. in l.emptor.in prin.de rei uen.in ver.superfluum.in fi. quam ẽt ad hoc allegat Bal. Ang.& Alec.in l.in insulam.§.1.solu.matr.& in d.l. domos.de leg.1.prædicta etiam euidẽtius apparebunt ex respõsionib.dandis ad contraria. Non obst.igitur dum primo dice-
14 batur, † fructus esse compensandos cum dictis expensis, per l. sumptus.& l.emptor. de rei ven. quia dictæ leges loquuntur, quando res, in qua impensum est, erat simpliciter aliena, secus si erat illius, qui fructus percipiebat, licet esset grauatus eam restituere sub conditione, ſm gl.in d.l.emptor.& Docto.in locis præalleg. Non ob.ꝙ expensa in disbuscando sit facta gratia q̃rendorum fructuum, & ꝙ debeat cum fructib.compensari ẽt ab illo, qui dñs erat.d.l.diuortio.§.impendia.solu.mat.ſm Pau. Cast.in d.consi.326. Quia, cum supportatione, istud est falsum & ꝯ tex. in d.l.veluti.cũ ibi no.ubi ꝓbaẽ, ꝙ maritus talẽ ĩpẽsã deducit.& probatur in d.l.utiles.cũ glo.in uer.nouale.quæ appellat talem expensam utilem, ergo per maritum imputari potest.d.§.impendia.& d.l.1.de impen.&c.quam utique non deduceret, si gratia quærendorum fructuum facta esset.d.§. impendia.& l.3.§. 1.de impen.in reb.&c. Et istud ẽt rõne confirmaẽ, qa talis expensa est ad perpetuam rei utilitatem, & est duratura postquam cesserit & venerit dies fideicommissi, ergo non potest dici facta gratia fructuum.d.l.3.§.fi.& per Bar. in l.impensæ.eo.ti.ubi quærit, an conductor teneatur facere, uel purgare fossata suis expensis in fundo conducto. Et concludit, ꝙ aut debent purgari ad perpetuam rei utilitatem, uel longioris tpis quam sit tempus conductionis, & suis expensis non dẽt facere colonus, per illam.l.quæ talem expensam dicit necessariã quam uir repetit, & non compensatur cum fructib.d.l.3. fi. Si vero sunt fossata, q̃ fieri debent annuatim, & ad colonum hoc spectat, ut ibi, & in l.1.§.de eo.de aqua plu. arcen. & sic decidit Bar.explicite, ꝙ expensa duratura vltra tps, quo ꝑmansura est apud illum, qui expendit, deduci dẽt tanquam facta ad perpetuam utilitatem rei, sicut est huiusmodi expensa facta in disbuscando.& idem tenet in l.prædia.§.pe.de fun.inst.& in l.ædiles de uia public.declarando uerba eius, ut per Ale.in d.§.impendia.qui idem tenet, & dicit, quod sic intelligi debet, quod uo-
15 luit Bal.in l.1.in 1.col.C. de iure emhy. dum dicit † ꝙ impensa parua spectat ad emphyteutam; sed magna ad dominum, qa intelligo de magna, dicit ipse, scilicet quæ concernit perpetuam vtilitatem rei, licet in effectu sit modica. & similiter illa dicitur esse modica, quæ concernit perceptionem fructuum tantum pro tempore conductionis, licet sit magna in effectu. Et ita firmat ibi glos. secundum eum in versiculo tutelam dum allegat uersic.plane.& melius probatur in leg.penul.de impen & in l. hactenus in prin.de usufr.& per Spe.in tit.de loc.§.post quam.uer.sed quæritur utrum.& ibi per Io.And. Ex quib. plus quam manifeste constat, ꝙ Pau.de Cast.minus recte loquitur, contra iura & rationes prædictas.& de eo in hoc sum satis miratus. Nec ob.ratio sua, dum dicit, ꝙ disbuscatio est præparatorium ad expensam, quæ fit in arando, &c. & sic ꝙ de ea iudicari debet prout de illa, quę fit in arando & quæ fieri dicitur gratia fructuum quærendorum, quia hoc non est verũ, cũm expẽsa disbuscationis sit alterius & maioris qualitatis, quæ respicit perpetuam utilitatem rei, & est perpetuo permansura sed illa, quæ fit in arando, est temporalis & annalis, ut probatur ex no. per Bar.in l.2.de iurisd.om.iu.vbi concludit, ꝙ mandata iurisdictione nõ uenit modica coertio, quæ est præparatorium exercitii iurisdictionis, quia sine ea non potest iurisdictio exerceri, vt ibi in tex.non tamẽ ueniunt ea, quæ sunt maioris iurisdictionis, quam quæ demandantur principaliter, secundum eum. cũ quo alii transeunt. Non ob.insuper, quod ædificium cedat solo quia hoc est verum, quando non potest. capi alia coniectura quam donationis, Secus si alia coniectura capi possit, sicut
16 † quando maritus ædificat in solo dotali, quia præsumi potest, quod hoc fecerit ratione dominii tunc existentis apud eũ, quãuis res subiacere posset restitutioni.l.senatus.§. Marcellus.& ibi hoc no.per Bal.& alios, de lega. 1. Ex quo inferunt, quod si emphyteuta ædificat in solo conducto, quod ædificium non cedit solo, sed ad emphyteutam uel hęredem eius spectat finita emphyteusi sine sui culpa l.2.C.de iure emph. Idem clare probatur in marito in d.l.diuortio.§.impedia, dum loquitur de marito, qui nouam uillam necessario vel utiliter construxit, & tamen tex.non uult quod ædificium solo dotali cedat. sed quod expensa deducatur. Idem est ergo dicendum in hærede, qui pẽdente conditione fideicommissi ædificauit, uel plantauit, quia cum

cum potuerit separare, quod cōdō fideicommissi deficeret, cessat præsumptio donationis. Non ob. postremo, quod no. Bar. in d. l. in fundo. de rei ven. dum vult, quod expensæ factæ in plantando non deducantur indistincte, quia Pau. de Cas. in d. consi. oppositum tenet. Præterea, quicquid sit in bonæ fidei possessore, qui non est dominus, aliud tamen est in hærede, qui dominus erat tempore factarum expensarum in plantando. Nam ille eas deducit tanquam utiles & respicientes perpetuam utilitatem fundi, sicut & maritus d. l. uir in fundo. de iure dot. & d. l. veluti de impen. &c. & per no. per gl. in d. l. emptor. in prin. dū vult, quod in eis non computentur fructus. & tamen imputantur bonæ fidei possessori, ut ibi in tex. & in d. l. sumptus. Nec est etiam uerum, quod hæres habeatur pro malæ fidei possessore, secundum Bar. in l. Imperator. §. fi. de leg. 2. quia ipse loquitur, quando alienauit res subiectas restitutiōi, quæ tacite sunt prohibitæ alienari l. 1. §. sin autem sub conditione. C. comm. de leg. sed aliud est quo ad expensas vtiles & necessarias, quas fecit in reb. hæreditarijs. d. l. domos. de leg. 1. cum concord. præalle. Et probatur ex not. per gl. in d. l. emptor. & per hæc ad omnia contraria remanet
17 responsum. Quo ad ultimum, s. † an possit nepos ex filio grauatus per fideicommissum per auiam paternam detrahere legitimam de eius bonis, facilis est respōsio, quoniam certum est, quod ei legitima debetur. l. 1. & l. non est enim. ff. de inoffi. test. dum loquitur de liberis, quorum appellatione ueniunt nepotes. l. liberorum. de uer. sig. ad idem est etiam casus in l. nepotem. C. eod. ti. & in auth. de trien. & semis. §. 1. in fin. & ibi glo. in ver. hoc seruando. Et propterea dicta legitima non uenit in restōne fideicommissi, ut est casus in l. cohære. §. cum filiæ. de vul. & pup. Et per hæc ad omnia, quę proponuntur dubia, congrue arbitror fuisse responsum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Positi in conditione an dicantur uocati, & quid iuris, quādo sūt grauati, ubi multa nu. 6. & 16.*
2 *Substitutio quando dicatur facta ordine successiuo.*
3 *Posita ad augendum non debent operari diminutionem.*
4 *Verbum, ita quod, uim taxationis habet.*
5 *Verba posita ad unum effectum non debent operari contrarium.*
7 *Filia uenit appellatione filiorū sub conditione positorum, et quando.*
8 *Quando est facta mentio filiorum habendo respectum ad certas personas tantum, filiorum appellatione non ueniunt nepotes.*
9 *Relatio debet fieri ad personas principaliter in oratione positas & dispositiue, & non ad expressas conditionaliter & enunciatiue.*
10 *Verbum, in infinitum, quomodo intelligatur.*
11 *Superfluum non dicitur, quando replicatur illud explicite, quod implicite dictum erat.*
12 *Ex præcedentibus & sequ. ea declarantur, quæ sunt in medio.*
13 *Vna pars alternatiuæ clara, declarat aliam partem dubiam.*
14 *Semper capienda est interpretatio, quod magis dilectus non sit deterioris conditionis quam minus dilectus.*
15 *Fideicommissum conditionale, quando ad filios transmittatur.*

CONSILIVM CXXXVI.

PERSPECTIS diligenter verbis testamēti quondam Damiani, & mature consideratis considerandis, videtur prima facie dicendum, quod Io. nepos testatoris ex Thomasio eius filio sit per fideicommissum uocatus mortuo Antonio sine filiis masculis nepote ex Gregorio alio filio eiusdem. Et primo, quia testator institutis tribus filiis iam natis & aliis nascituris, illos substituit adinuicem sub hac forma, & si dicti filii nati, vel nascituri, vel aliquis ipsorum morerentur ante ætatem quadraginta annorum sine filiis legitimis, & naturalibus tunc & eo casu pars, siue portio talis, uel talium sic decedentium deueniat & deuenire debeat ad alium uel vel alios remanentes pro æquali parte, ita quod unus alteri succedat usque in infinitum. Et sic unum alteri substituit hæredem vulgariter, pupillariter & per fideicommissum, &c. Cum igitur testator dicat, quod portio decedentis perueniat ad aliū vsque in infinitum ex hoc declarat per illud verbum, in infinitum, quod non tantum voluit testōr substōnem facere inter filios institutos, & nominatos dispositiue, sed etiam inter alios omnes positos in cōdōne, in qua filii filiorum, & etiam nepotes eorum intelliguntur nominati, ut notant Doc. in l. Gall. §. instituēs. de lib. & posth. & Bar. in l. liberorum. de uer. sig. aliàs uerbum illud, in infinitū incongrue esset & inepte appositum, ac esset etiam superfluū, contra l. si quando. in prin. de leg. 1. & c. si Papa. de priuileg. lib. 6. Et per hoc uidetur probari, quod quilibet ex dictis descendentibus positis in conditione sit etiam per dictam sequentem clausulam in dispositione positus, & a testatore uocatus, & per cōsequens, quod potuerit quilibet grauari. Nam† licet ex hoc, quod filii filiorum sint in conditione positi, non dicantur uocati, ut no. in l. Lucius. de hære. insti. quia tamen testator processit ulterius, & subiunxit, ita tamen, quod unus alteri succedat vsque in
2 infinitum. & per hoc apparet † quod inter dictos descendentes est facta substō ordine successiuo, iuxta l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. & in l. fi. de uerbo. sign. & notant Doct. in l. Gallus. §. 1. de lib. & posthu. & sic quod quilibet est uocatus. & ppea Antonius ex dicta substitutione consequutus est portionem, in qua eius pater fuerat institutus, ideo grauari in ea potuit a testatore per fideicommissum, in quo etiam uenit, quod consequutus est ex portione patrui defuncti mediante substitutione compendiosa, secundum Bar. & Doct. in l. Marcellus. §. quidam libe. ad Trebel. Nec obstare uidetur, quod illa verba, scilicet ita quod, &c. sint restrictiua, & sic quod videatur testator se voluisse restringere ad filios īstitutos & nominatos, quia illa clausula; ita quod vnus alteri succedat usque in infinitum, &c. fuit
3 apposita ad augendum substitutionem præcedentem, iō† non debet operari diminutionem. l. legata inutiliter. de le. 1. & prout no. determinat Ang. post Guliel. in l. nulla. ff. de legibus ubi quærunt, quid si testator legat uxori domum, quæ si ualet minus ducentis libris, hæres suus teneatur illi supplere, ita quod habeat valorem ducentarum librarum, & reperitur quod domus valet ultra, an debeat vxor habere illud plus. Et secundum eos,
4 videtur dicendum quod non, quia† illa verba, ita quod, videbātur obtinere uim taxationis, arg. l. Lucius. §. quæ habebat. in fi. ad Treb. & arg. l. qui aliena. §. libertus. de neg. gest. contrarium
5 tamen deciditur, quia† illa verba fuerunt adiecta ad ampliandū in fauorem uxoris. Vnde non debent operari contrarium effectum. d. l. legata inutiliter. de lega. 1. & ibi etiam Alex. tenet cum prædictis. Et ubi etiam descendentes testatoris essent solum positi in conditione, & non in dispositione, adhuc tamen isto casu intelligerentur uocati, quia etiam fuerūt grauati. Quamuis
6 enim† filii simpliciter positi in conditione non dicantur inuitati, ut no. gl. cōiter approbata in d. l. Lucius. de hær. insti. Si tamen sint etiam grauati, his duobus concurrentib. uocati intelliguntur, & consequenter onus illis iniunctum valet, secundū Bar. in l. centurio. de uulg. & pup. uersi. ulterius quæro, quid si testator dicat, &c. Quia, secundum eum, eo ipso quod testōr dictos filios in conditione positos grauat, uidetur eos vocare, per. l. denique. §. interdum. de pecu. lega. & l. si ita stipulatus. in prin. de oper. lib. & per no. in l. alio. in fine primæ gl. de alimen. & cib. leg. & cum eo transit etiam ibi Aret. Nam ex eo quod filij sūt positi in conditione, appareat, quod testator uoluerit ad eos hæreditatem peruenire. d. l. Lucius. Si ergo etiam grauantur ex hac noua voluntate iuncta cum prima inducitur fideicommissum. Vnde primum tantum non sufficeret, secundum gl. in d. l. Lucius. Nec solum hoc ultimum. l. ab eo. C. de fideicom. quæ hoc casu loquitur, sed utrumque simul hoc operatur. Et ita sentit Dyn. in l. Titia Seio. §. Seia libertis. de leg. 2. & Pau. de Cas. in d. l. ab eo. in quibusdam lect. & ibi idem tenet etiam do. Io. Pet. & Moder. Perusini, & Imo. & Cuma. in l. filiusfam. §. cū quis. de leg. 1. & Cuma. in l. hæreditas ad Statium. & in d. l. Lucius. de hære. instit. Et idem tenet Pet. de Anch. in repe. c. si pater. de testam. & Alex. in consi. 64. 5. uolu. in 22. no. & in consi. 63. inci. Contra Philippum, &c. & Soc. in l. cum filio. de lega. 1. in 2. columm. cum seq. Et ista opinio, secundum eos, a multo tempore citra cōsulēdo fuit canonizata per Doc. Perusinos. & dicit ita aliàs uidisse consultum per infinitos Doct. Italiæ. Et hæc opinio tanto

tanto magis in casu nostro videtur vera, quia ultra prædicta aliud etiam concurrit, quoniã voluit testator, quod si dicti omnes sui filij decederent sine filijs legitimis, & naturalibus ante dictam ætatem, quod hæreditas perueniret ad filias suas. Nam vbi solum facit substitutionem pater inter filios, si alter sine filijs decesserit, licet possit habere locum gl. in d.l. Lucius. si tamen facit aliam substitutionem casu, quo omnes filij decesserint sine filiis, ut in casu nostro, tunc dicti filij positi in conditione dicuntur vocati per fideicommissum, secundum Petr. de Anch. in d. consi. 73. inci. Contra Philippum. ubi hoc modo tẽperat & limitat gl. in d.l. Lucius. Nec præmissis obstare videtur quod d. Anto. decesserit cum filia, quæ† uenit appellatione filiorum positorum in conditione. l. si quis ita. in princ. de test. tut. & l. si ita sit scriptum. in prin. de leg. 2. Quia istud intelligitur tantum de masculis, & ea ratione, quia testator proprias filias exclusit propter masculos, ergo multo magis intelligitur exclusisse proneptem minus dilectam, arg. l. Publius. §. fi. de cõdi. & demon. & quia ad illam nondum conceptam non habuit affectionem, sicut habuit ad filias iam natas, ut no. in l. qui filiabus in prin. de le. 1. Et hoc præcipue verum est, quando agnati masculi sunt substituti, sicut in casu nostro, quia hoc factum uidetur gratia agnationis conseruandæ. Et propterea qua ratione filiæ propriæ testatoris fuerunt exclusæ, eadem ratione dicendum est, quod ulteriores fœminas voluerit excludere. Et ita his concurrentibus in terminis firmat Pau. de Cast. in consil. 72. incip. Casus iste frequenter contingit, &c. Et idem alias consuleruut Doct. Papienses, & d. Fran. Aret. & And. Sicul. & Raph. Ful. & Pau. de Cas. in consi. decisiuo in ciuitate Camerini, quos omnes plenissime refert Socin. in repe. l. cum auus. de cond. & dem. col. 44. uer. 2. quæro de quæstione ualde solenni, &c. ubi etiam idem tenet in terminis quæstionis nostræ. & idẽ etiam dicit ex mente aliorum, quando illa conditio, si decesserit sine filiis, subintellecta lege, masculi tantum includuntur, ut ibi per eum latius. Præterea ista neptis ex forma statuti excluditur per masculos, ideo uidetur testator se uoluisse conformare cum dispositione statuti, & sic de masculis filiis tantum sensisse, per notata per Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pac. vbi argumento notatorum per Bal. ibi dicit consuluisse, quod si pater instituat filios, quod sub tali institutione comprehenduntur solum masculi, & non fœminæ illis extantibus quando ex forma statuti per masculos fœminæ excluduntur. Et faciunt no. per Bar. & Docto. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & ibi etiam Alex. transit cum Pe. de Anch. in loco allegato, & in l. Gall. §. quidam recte. de lib. & posthu. & ibi bene probatur, secundum unam lecturam, & per notata per Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. libe. cum concord. de quibus in dictis locis. Et idem etiam tenet Alex. in consi. 126. incip. Viso testamento. 1. uol. Et quamuis Ioannes non exclusisset hanc proneptem ab intestato ab hæreditate Antonii patris sui ex forma statuti, satis tamen est, quod illam exclusisset ab hæreditate Damiani testatoris, quia agitur de fideicommissaria substitutione, per quam succeditur testatori, & non grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. de uulg. & pup. subst. & per Bart. in d.l. Marcellus. §. quidam liberis. & in d. §. cum ita. ad finem. Sed tamen præmissis & omnibus alijs non obst. contrarium de iure puto uerius. Nam testator instituit Thomasium, Gregorium, & Franciscũ filios suos æqualiter, & similiter omnes alios filios masculos nascituros ex dicto testatore, & ex d. Vrsina eius uxore. Et si dicti filij nati uel nasciturі, uel aliquis ipsorum moreretur ante ætatem quadraginta annorum sine filiis legitimis, & naturalibus tunc & eo casu, quo portio talis, uel talium decedentium deueniat ad alium, uel alios remanentes pro æquali parte, &c. Hucusq; autem testator solum filios primi gradus nõiatim institutos grauat & substituit. Cum enim dicat, & si dicti filij nasciturі, &c. habet relationem ad filios nominatim prius institutos, vnde perinde est, ac si illos etiam hoc loco nominasset expresse & specialiter ac pro nominatis tali modo habentur, & reputantur quoad omnem iuris effectum secundum Bar. in consi. 7. incip. And. Martini, &c. cum quo transit Imo. & Ro. in l. si quis filium. §. 1. de acq. hær. & Ale. in l. fi. C. de hære. inst. in 2. col.

8 Et† propterea quia testator loquitur de filiis habendo respectum ad certas personas, non uenit nepos appellatione filiorum, ut probatur per totam. d.l. Gallus. & declarat Bar. in §. instituens. ea. l. & in l. liberorum. de uerb. sig. & consequenter in hoc loco filii primi gradus tantum, & non ulteriores sunt grauati, seu illis solũ est facta substitutio, & alii filii primi gradus sunt substituti. Mortuo igitur Gregorio etiam intra dictã ætatem annorũ quadraginta relicto filio masculo, s. Antonio statim expirauit substõ ei facta, nec potest locum habere, etiã si postmodum Antonius decessit sine filiis masculis, ẜm Old. in consi. 21. incip. Thema tale est testator, &c. & in consi. 141. incip. Thema tale est, dominus G. &c. & Ioan. And. in additio. Spe. in tit. de test. §. in primis. ad fi. & Pau. de Ca. in consi. 170. aliàs. 172. incip. Ne impropriis utar vocabulis, &c. & in d. cõs. 79. & probatur ex notatis per Bal. in c. 1. §. cum essent. in ti. episco. vel abb. de quo per Mod. in l. si quis hęredem. C. de instit. & substõ. & per Soc. solemus. de conditio. & dem. Et sic cõstat, quod ex dicta parte testamenti superius relata non potest Ioãnes venire ad partem, in qua fuit institutus Gregorius, & quæ peruenit ad Antonium eius filium. Nec etiam admitti põt ex illa sequenti parte, videlicet, ita ꝙ unus alteri succedat usq; ad infinitum, & sic vnum alteri substituit hæredem vulgariter & pupillariter, & per fideicommissum, &c. Quia dum dicit testator, ꝙ vnus alteri succedat loquitur de filijs institutis & substitutis, de quib. proxime dixerat. Non autem de filijs & nepotib. eorundem filiorum positis in conditione,

9 † quia in dubio fieri dẽt relatio ad personas positas in oratione principaliter & dispositiue, & non ad personas expressas enunciatiue conditionaliter l. fi. §. Titia. de libe. leg. vbi vr̃ casus de hoc. Nam testõr vetuit rõnem tutelæ, quam egit Publius Mæuius cum Lucio Titio reposci. quæritur, an contutor, s. Lucius Titius dicatur liberatus. Et dicitur quòd non, & sic liberatio refertur ad personam Publij Mæuij positi in dispositione, & non ad alium, de quo est facta mentio enunciatiue & demonstratiue, & ibi etiã no. Bar. & magis ad propositum illum tex. alleg. Ale. in l. si cui. la 2. §. si a filio. in fi. de leg. 1. per quem dicit, quod liberatio non trahitur ad personam extrinsecam, de qua non est facta mentio in dispõne. Et ad hoc etiam allegat tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de uer. ob. Sic igitur & in casu nostro dicendum est, ꝙ loquitur testõr de illis personis tantum de quib. ꝓxime erat facta mentio dispositiue, & non condõnaliter, quia hoc esset trahere dispositionem ad personas extrinsecas, ẜm Ale. in loco præallegato contra dictum §. Chrysogonus. iũcta. d.l. fi. Titia. Dum ergo dicitur, ita quod vnus &c. debet subaudiri, s. filius, alteri, s. filio succedat. Et sic inducitur tantum repetitio qualitatis adiectæ circa personas positas in præcedenti dispõne ad certificandum personam, & ad declarationem personæ positæ in sequenti parte. Et hoc facere licet, ut probatur in d. §. Chrysogonus. iuncta gl. & ibi etiam notat Bart. præcipue in uer. item facit, incipit, ꝓcurator agere, &c. Nec ob. illud uerbum, vsque in infinitum, &c.

10 † q̃a eius significatio & effectus huius uerbi restringuntur ad personas, ad quas refertur, non autem operatur, ut dispositio includat personam extrinsecam, ut probatur egregie in l. qui habebat. de leg. 3. cum ibi no. per Bar. Dr̃ enim ibi in tex. quod reliquit testator prædia omnia, quæcunque in Syria habeo. quæritur, an prędia, quæ pignori habuit testator, veniant in legato. Et dicitur ꝙ non, excepto uno casu, de quo in tex. Contra quam determinationem Bar. opponit. de l. Iulianus. in prin. de leg. 3. Et respondet, ꝙ dictio uniuersalis, omnia comprehendit ea, quæ ex natura sermonis comprehendi possunt. Sed prædia obligata non possunt sub dicto legato comprehendi ex natura sermonis l. seruos, eo. ti. iõ in illo non ueniunt. Sicut ergo dictio prædicta uniuersalis respectu rerum, ad quas refertur, non includit res, quæ non possunt comprehendi ex natura sermonis, & sic ista dictio, in infinitum, quæ est vniuersalis respectu temporis & personarum, verificatur solum in illis ꝑsonis, quæ sui natura sub dicto verbo possunt includi. Et per consequens sigñat infinitatem, quæ potest habere locum quantum ad personas, de quibus in dispositione, & non quantum ad personas extrinsecas, ad quas dispositio ex sui natura non refertur, d. §. Chrysogonus, & sic est sensus, ꝙ vnus filius succedat alteri vsque in infinitum, id est donec vnus extabit, ita ꝙ solus vltimus superstes admittatur ex dicta substitutione. Aliàs si propter illam dictionem, in infinitum, comprehenderentur personæ extrinsecæ, non tantum descendentes testatoris in substitutione continerentur, sed omnes

nes alij penitus extranei, vel saltem omnes alij agnati, quia illud verbum, ita ꝙ vnus succedat alteri, &c. non minus adaptatur ad dictos extraneos, siue ad agnatos, quam ad ipsos descendentes, de quibus in dispositione nulla est habita mentio, sicut nec de alijs. Nec obstat, dum dicitur, quod illud verbum, vsque in infinitum, ſm hanc interpretationem remanet superfluum.
11 Quia qñ † illud, ꝙ erat prius dictũ implicite, replicat explicite tūc superfluitas toleratur, ut probatur ex notatis ꝑ gl. in c. 1. de summa trini. in 6. in verbo, & filio. Et illam etiam notat ibi Dominic. ad hoc in pen. col. & idem dicit. 4. distin. erit autem lex. Quia igitur testator prius dixerat, & si dicti filij nati, vel nascituri, vel aliquis ipsorum, &c. Et erat certum, ꝙ indefinita, & ꝙ distributiuum, aliquis, non poterat in omnibus uerificari, quia tunc filiæ testoris sunt substitutæ, dubitari poterat, utrū distributiuum, aliquis, verificaretur in vno tantum isto casu, iuxta no. per Bar. in l. hoc articulo. de hære. institu. & an indefinita illa prolata in plurali, uerificaretur solum in duob. l. ubi numerus. de testib. & in c. pluralis loquutio. de reg. iur. in 6. Et licet dicatur portio deueniat ad alium, vel alios remanentes, & sic etiam ad unum, quando solus superesset, hoc contingere poterit, si alium filium non suscepisset testator post testamentum, sed decessisset relictis solum trib. filius iam natis & institutis, quia duob. præmorientibus intra dictam ætatem sine filiis masculis, alius admitti debuisset, & sic isto casu in duobus decedentibus uerificari poterat dictus sermo pluralis, & in uno substituto numerus singularis, scilicet alium. Sed vbi plures alij filij post testamentum nati fuissent, non erat explicite declaratum vtrum tribus decedentibus intra dictum tempus sine filiis, ꝙ in portione vltimi decedētis haberet locum substitõ. Ideo istud explicite fuit expressum per illa verba, ita quod vnus alteri succedat usque in infinitum, &c. Et subijcitur, & sic vnum alteri substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Et ita hoc loco exprimitur specialiter & explicite omnis substitutio, quæ implicite & generaliter comprehenditur sub præcedenti substitutione compendiosa restricta ad dictum tempus, iuxta notata per Bar. & omnes, in l. centurio. de vulgari & pup. & in l. precibus. C. eo. ti. Vnde licet talis expressio non esset necessaria, non tamen improbatur tanquam superflua, sed conceditur, ut probatur per prædicta. Et hunc sensum arbitror esse uerissimum. Et adhuc confirmatur ex sequentibus, videlicet ibi, & casu quo omnes dicti sui filij legitimi & naturales, &c. & sic tam in prima substitutione quam in hac ultima loquitur testator
12 de filijs tantum primi gradus institutis. Ergo † tam ex præcedentibus quam ex sequentibus declaratur id, quod ponitur in medio, vt scilicet intelligatur de eisdem filiis. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & l. utrum. de petitione hæreditatis. & ibi no. Bal. & Ang. Et probatur etiam ex na-
13 tura copulæ positæ in prin. dicti ver. † quia sicut vna pars alternatiuæ declarat aliam partem alternatiuæ dubiam. l. 1. ff. de rebus dub. sic & illud, quod adijcitur per copulam, declarat alteram partem ambiguam, cui adiungitur, secundum Rom. in cõ si. 231. inci. Præmissorum Doctorum, &c. & Mod. in d. l. 1. in princip. & quia si in præcedentibus omnes descendentes adinuicem substituisset, uerisimile est, quod sicut testator substituit filias eo casu, quo omnes filij decederent sine filijs, quod etiam illas substituisset, etiam si cum filijs & descendentibus decessissent, & illi postmodum descendentes omnes defecissēt & extare desijssent, quia filios magis dilectos dicto casu grauauit, multo magis grauasset alios inferiores minus dilectos. l. Publius. §. fin. de cond. & demonst. Quia ergo hoc non fecit testator, dicendum est in dubio, quod in præcedentibus solum filij sunt vocati, & non alij eorum descendentes, quia secundum hanc interpretationem cessat illud inconueniēs & absurdum, quod filij magis dilecti sint grauati per fideicommissum restituere filiabus & alij descendentes minus dilecti non, quia si nõ sunt vocati, non potuerunt, nec debuerunt grauari. Semper. n.
14 † capienda est interpretatio, quod magis dilectus non sit deterioris conditionis, quam minus dilectus. d. §. fina. Et probatur ex notatis per Bartol. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. & in l. si mater. de uulg. & pup. substit. saluando glos. ibi subtiliter. & in l. vtrum. §. fina. de rebus dub. & per Alexand. in leg. sed si hac. §. patronum. de in ius vocand. Et per prędicta patet, quod ad partem Frācisci filij testatoris, qui decessit sine filijs, solus ser Thomasius eius frater iure fideicommissi de iure debebat admitti, & non dictus Antonius filius Gregorij præmortui, quia, ut dictum est, non inuenitur uocatus seu substitutus, & qui etiam iure transmissionis venire non potuit,
15 quia † pater eius substitutus pendente conditione decessit, ideo transmittere fideicommissum ad filium non potuit. l. unica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. & l. si in personā. C. de fideicomm. & notatur in l. 2. C. de his qui ante aper. tab. & in leg. hæredes mei. §. cum ita. ad senatusconſ. Trebel. licet gloss. in filio aliter uoluerit in leg. is qui. de actionibus & obligationibus, quæ communiter damnatur in dictis locis, & per Bald. & Imol. in l. cum ex filio. in princip. per illum tex. de uul. & pup. Et ex hoc sequitur, quod quamuis filia Antonij teneretur dicto Ioanni ad restitutionem iure fideicommissi, quod peruenit ad Antonium de parte Francisci uirtute arbitramenti, non ueniret in restitutione fideicommissi, quia illud non habuit iudicio testatoris, scilicet Damiani, sed ex dicto arbitramento, quod est quædam transactio, ut dicitur per Barto. & alios, in leg. si societatem. §. arbitrorum, pro socio, & per Doctores in capitulo. Quintauallis. de iureiurand. Solum enim quod grauatus capit ultra partem suam iudicio testatoris, puta ex prælegato, vt habetur in d. l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Trebell. & non illud, quod a cohęrede consequitur alio iure, puta mediante successione ab intestato, & sic ex dispositione legis. l. 3. §. de illo. ff. pro soc. Et ita vult & declarat Imo. in dict. l. hæredes mei. §. cum ita. & cum eo transit etiam in hoc Alexan. ibi in vltima charta, per ea quæ habentur in l. eum qui nouissimos. eod. titu. Minus ergo debet uenire, quod habuit Anton. ex arbitramento & transactione. Et similiter per prædicta respondetur ad aliud, dum dicebatur, quod filij positi in
16 conditione † & grauati intelliguntur honorati, per notata per Barto. in dicta l. centurio. quia negatur, quod dicti filij positi in conditione sint grauati, sed solum filii testatoris instituti. Præterea falsum est, quod positi in conditione dicantur honorati, si sint grauati, & contrarium voluit ipsemet Barto. in consilio incip. Andr. condidit testamentum, &c. Et pro hac parte consuluit Rich. Malumb. & Rayn. quos refert Barto. in dicta l. centurio. & Alber. de Rosa. in repet. rubri. de vulg. & pupill. in materia compendiosæ. Et cum eis transit etiam Baldus in l. ab eo. C. de fideicommi. & in l. sed si sic. de lega. 3. & Petr. de Ancha. in consilio 136. incip. Principaliter ponderandum est. ad finem dicens, quod propter nouum dictum Barto. in dicta l. centurio. non est recedendum a communi opinione, ex quo idem Barto. se non firmat in dicta l. sed si sic. & eandem opinionem tenet etiam Imo. & Alexan. in dicta l. centurio, quam dicunt esse communem, & respondent etiam ad omnia allegata in contrarium. Idem etiam tenet Imo. in ca. Raynu. de testa. in materia compendiosæ. & in c. cum tibi. eod. tit. Et pro ista opinione Alexan. sæpissime consuluit, quæ consilia allegantur per mod. Papienses ad plenum in d. l. Centurio. qui eandem opin. sequuntur tanquam communem. & etiam plura alia consilia Alex. pro eadem parte allegat d. Franc. Cur. in consi. 63. in 7. col. vbi etiam attestatur hanc opin. esse communem. & quod pro ea consuluit collegium Papiense in causa Bononiensi, & quod ita fuit iudicatum Romæ. Et quia per omnes prædictos plenissime, & sufficienter respondetur iuribus & rationibus allegatis in contrarium, ideo in hoc ulterius me non extendo, sed ad dicta per eos me remitto, & præsertim quia ad præsens dicta disputatio non est necessaria, quia, ut sepe dictum est, in casu nostro filii filiorum positi in conditione nõ reperiuntur grauati. Non obstat postremo, quod dicti filii filiorum dicantur honorati isto casu, ex quo post mortem omnium filiorum decedentium sine filiis substituit filias proprias testator, secun cundum Pet. de Anch. in d. consi. 73. quia Pet. de Anch. non bene probat opinionem suam, ut dicit Alex. in d. consi. 64. 5. uol. in quadam addit. & contra eum consuluit etiam Soc. ut ipse refert in rep. l. cum auus. in fi. de cond. & demonstrat. & ibi allegat multos tenentes, ꝙ etiam quando testator fecit digressum ad plures gradus substitutionum, quod adhuc in cōditione positi non dicantur uocati, uidelicet Alex. consilio 185. 2. uol. & in consi. 22. 3. vol. & in consi. 19. in 5. uol. & Oldr. in cōs. 141. & Ang. in consi. 56. incip. Domina Andręa, &c. & Io. de Ana. consi. 68. & do. Bened. Cap. in consi. 2. in responsione ad secundum

dum quæsitum. & Raph. Cum. in fortioribus terminis in cõs. 121. Et quod opinio Pet. de Anch. non sit uera, iudicio meo, ꝓbatur concludenti ratione. Nam secundum eum, quando testator fecit secundam substitutionem, si omnes filii decessierint sine filiis, si illi non dicerentur substituti, sequi posset, quod altero filio mortuo sine filiis admitterentur substitutus extraneus exclusis filii alterius filii testatoris prædefuncti, secundum ea quæ habentur in d. §. cum ita. & in l. pen. C. de impuber. et aliis substitutioni. Ne ergo hoc sequi posiit contra uoluntatem testatoris, dicẽdum est secundum eum, ꝙ filii in conditione positi dicantur substituti, quia tunc dictum inconueniens cessabit. Quæ ratio nullo modo uidetur obstare, qm̃ aut filij cuiuslibet instituti sunt positi in cõditione solum respectu portionis proprij parentis. & non respectu portionis patrui, de qua agitur isto casu, & quantum ad portionem patrui non possunt dici vocati, quia quo ad illam non dicuntur in conditione positi. Aut dicuntur etiam in conditione positi quoad portionem patrui, & tunc aut ei succedere possunt, & excludunt substitutũ ex verisimili mente defuncti. d. l. pen. & ibi per Doct. C. de impube. & aliis substitutio. & in d. §. cum ita. Aut non possunt illi succedere, ut quia alium instituit, & adhuc excluditur isto casu substitutus, quamuis etiam non dicantur per fideicommissum uocati, quia ex quo ad hanc partem sunt in conditione, earum sola superexistentia, etiam si non succedant, facit deficere conditionem, sub qua substitutus est uocatus. l. filiusfa. §. cum quis. & ibi plene notatur, de leg. 1. & notatur in l. ex facto. §. si. ff. ad Trebe. Nec obstat, quod uult Nico. de Matta. Bal. & alij communiter, in d. l. pe. dum dicunt, quod ubi persona, quæ ex verisimili mente defuncti excludit substitutum, non succedit, quod tunc non excluditur substitutus, quia loquuntur eo casu, quo talis persona non est posita in conditione quo ad portionem grauati, sed vbi quoad illam est in conditione expressa, sufficit sola superexistentia illius, quamuis non succedat. Et consequenter aliquo casu sequi non potest absurdum & incõueniens, quod consideratur per Pet. de Anch. Et propterea eius dictum non probatur iure, & est sine ratione. Vnde etiam hoc casu non est discedendum a communi opinione. Et ex p̃missis etiam colligitur, quod non est necesse ulterius insistere, an filii Antonij sit posita in conditione, uel masculi tantũ, quia etiam dato quod masculi solum sint in conditione positi, adhuc tamen Ioannes non censetur per fideicommissum uocatus. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Positus in conditione an dicatur uocatus.*
2 *Absurdum est, ut plus capiat substitutus substituti, quam ipse primus substitutus.*
3 *In fideicommissis & legatis an caput uoluntatis trahatur ad casum impotentiæ.*
4 *Qui honoratus non est onerari non debet.*
5 *An quando plura ponuntur in eadem oratione, qualitas uni adiecta referatur ad omnia, & in alijs censeatur repetita, & quando.*
6 *Sub substitutione compendiosa continetur fideicommissaria.*
7 *Prohibita bonorum alienatione, Trebellianica detrahi non potest.*
7 *Trebellianica potest prohiberi.*
9 *Redimere aliquem è uinculis pium est.*
10 *Causa respiciens pietatem præsumitur finalis.*
11 *Falsa causa quando annullet legatum & contractum.*
12 *Error facit abesse consensum, et iuramentum super eo nihil operatur.*
13 *Renunciatio ob causam, causa non sequuta non valet.*
14 *Vulgaris substitutio in fideicommissis fieri potest.*

CONSILIVM CXXXVII.

VERBIS utriusque testi diligenter inspectis, & põderatis, uidetur prima facie dicendum, quod ex aliquo non uenit casus substitutionis factæ de filijs do. Baptistæ seu de descendentibus ex eis. Nam dominus Stephanus de Marganis uniuersalẽ suũ hr̃dem instituit Paulum eius filium, & casu quo d. Paulus Petrus eius filios & alij filij legitimi & naturales & descendentes masculi nascituri ipsius Pauli sine filijs legitimis & naturalibus masculis ab intestato decederent, tunc & eo casu voluit & mandauit dictus testator, quòd vnus alteri moriatur, & eos adinuicem substituit, & voluit, quòd ultimo morienti sine filijs legitimis & naturalibus masculi succedant naturales tantum, seu bastardi masculi ex do. Paulo, seu ex dictis descendentibus, si extarent, aliàs voluit, ꝙ legitimi filij & naturales masculi quondam uiri nobilis Baptistæ de Marganis, seu descendentes ex eis masculi legitimi & naturales succedant in dictis bonis, &c. Quia ergo Petrus nepos testatoris ex Paulo filio instituto est solum in con-
1 ditione positus, non dicitur † esse ex testamento uocatus, secundum glo. communiter approbatam in l. Lucius. de hæred. insti. ideo grauari non potuit. l. ab eo. C. de fideicom. Et quòd substitutio expresse sit facta ultimo morienti, & sic Petrus, qui ultimo decessit, sit expresse grauatus, per hoc tamen non dicitur uocatus, secundum Docto. communiter, in l. centurio. de vulga. & pup. contra Bar. ibi in uer. quæro ulterius, quid si testator dixerit, si filius meus decesserit sine filijs, &c. per d. l. ab eo. & alii idem tenent in aliis locis, de quibus ibi per Ale. & dicit pluries consuluisse contra Bar. & plura eius consilia ibi allegantur per nouissimos, quæ aliter non refero. Nec etiam dici potest, ꝙ positi in conditione dicantur uocati, ex eo ꝙ testõr digressus sit ad plures gradus substitutionem, quamuis Pet. de Anch. in consi. 73. inci. Contra Philippum, &c. hoc casu uideatur velle contrarium, quia eius dictum est fundatum potius in authoritate, quam in rõne. & illud iure non probatur, secundũ Ale. in consi. 64. 5. volu. Nec etiam Pet. de Anch. loquitur in casu nostro, sed in alio habente diuersam rationem, ut etiam dicit & declarat Soc. in l. cum auus, de cond. & dem. in ult. col. vbi refert contrarium consuluisse, etiam quantum ad casum nostrum, & allegat plura consilia diuersorum in hoc casu tenentium contrarium, vt ibi latius per eum. Secundo non potest habere locum substitutio, de qua agitur, quia est de descendentibus testatoris facta casu, quo Paulus & Petrus eius filius & alii descendentes masculi decederent ab intestato sine filiis masculis. Et sic pro implemento condõnis necesse est, quòd quilibet, cui facta fuit substitutio, decedat sine filijs ab intestato. Quamuis ergo Petrus in condõne positus esset vocatus, quia tamen fuit uocatus sub illa condõne, si Paulus decederet ab intestato, remansit exclusus ex defectu dictæ conditionis & ꝑ cõsequens expirauit grauamen ei iniunctum d. l. ab eo. & qui in hunc euentum, tantum, s. casu quo ex substitutione de eo facta posset admitti, in dubio diceretur grauati, secundum Are. in consi. 156. & prout ante eum etiam uoluit Petrus de Anch. in consi. 136. inci. Principaliter est ponderandum, &c. Ex testamento etiam Pauli uidetur, ꝙ prædicti non debeant admitti, qui instituit Petrum filium suum hæredem, & ei substituit omnes eius filios masculos, quos inuicem substituit casu quo aliquis eorum sine filijs masculis moreretur, & ubi d. Petr. & dicti eius filii masculi morerentur sine filijs, tunc & eo casu ultimo sic decedenti substituit Ioan. de Marganis, do. Andræam & Iac. germanos fratres filios quondam nobilis Bapt. de Marganis, & quemcunque eorum, qui tunc superuixerit, & in defectum eorundem, eorum & cuiusque ipsorum filios masculos, quos similiter inuicem substituit, casu, quo aliquis eorum sine filiis masculis decederet, &c. Quamuis ergo Petrus institutus sine filiis masculis, decesserit, hoc tamen non sufficit, ut substõ facta de d. Io. & fratribus locum habere possit, quia d. Ioannes & fratres non sunt Petro substituti, sed ultimo decedenti ex filiis eorum, ideo mortuo d. Petro admitti non possunt, quia p̃dicti filii intelliguntur solum uulgariter substituti Petro, secundum consilium Galli. d. l. Gallus. §. 1. & ibi no. quæ expirauit, quia Petrus fuit hæres. l. post aditam. C. de impub. & aliis substi. Fideicommissum ergo relictum ab ultimo moriente ex dictis filiis non potest locum habere, ex quo ex dicta substitutione directa non fuit per dictos filios hæreditas adita, ut vr̃ Bar. præsupponere in l. quamdiu, la ultima. de acq. hær. Item & ex alio non põt habere locum substõ facta vltimo morienti ex filiis Petri q̃a s. ex eo aliqui nõ sunt nati; vt voluit in effectu Ol. in cõsi. 177. inci. Testõr in vltimo suo testamẽto, &c. nã in casu suo testator filium ex ventre uxoris nasciturum instituit hæ-

redem

redem,& si dictus filius decederet quandoque in pupillari ætate,vel aliàs quandocunque sine prole legitima, substituit eidem filium sibi secundo nasciturum,& si dictus secundus filius moreretur in pupillari ætate,vel aliàs quandocunque sine prole legitima,substituit fratrem suum,&c. Et accidit,ꝙ natus est vnus tantum posthumus, qui decessit in pupillari ætate. Dubium ergo erat,vtrum frater testatoris ex substitutione posset venire.Et concludit,ꝙ non.quia non nato secundo posthumo primo loco substituto fuit inutilis prima substitutio.l.si duob.§.fi.de leg.1.& l.1.§.si quis proximior.unde cognat.Ergo aliam utilem facere non potest,arg.l.nullus.C.de decur.lib.x.& argumento notatorum in l.petens.C.de pactis.& qa absonum vi-
2 detur † ꝙ substitutus substituti plus capere posit, quam potuerit unquam is,cui fuit substitutus.l.Publius.§.fi.de cond.& dem.Et quia dictus frater testõris fuit substitutus secundo nasciturο sub conditione,si secundus nasciturus decederet in pupillari ætate,uel postea quandocunque sine prole, quę conditio non extitit,quia non decedit, qui nunquam nascitur.l. qui duos de manumis.test.ergo substitutus omnino excluditur. l. qui habebat,de vulg. & pupil. Et idem per easdem rões uult Io.And.in addi.Spe.in tit.de test.§.in primis in additio. incip. Occurrit etiam casus nouissimus.&c.& cum prædictis transit Ale.in consi.1.in 1. vol. & ideo cum vltimo decedenti ex filijs Petri nascituris,si omnes decederent sine filiis masculis,substitutus sit Ioan.& fratres,& ex do.Petro non sint nati aliqui filii non potest eo mortuo Ioan.& alii ex dicta substõne venire quamuis dicti filii Petri ex testamento uocati, per prædictas rationes Old. quæ punctualiter militant in casu nostro. Et ẽt alia ratione,quia cum Io.fuerit vocatus tũc & eo casu,&c. per hæc verba testator dicitur se restrinxisse ad casum, ita ꝙ ad alium casum intelligitur extensio prohibita, secundum Pet.de Anch.in consi.336.incip.Principaliter ponderandum,&c.per l.4.§.fi.de cond.& dem.& Are.in l.si quis ante.in fin. 4. col.de acq.poss.licet de dicto consi. mentionem non faciat. Et ideo dicta substõ facta filio Petri vltimo decedenti,si decesserint omnes sine filiis,non debet ad casum,quo Petrus decedat sine filij masculis,extendi.Et vni etiam d.Ioan.& fratres ex dictis testamentis,aut ex aliquo eorum possent dici uocati, nihilo minus per renunciationem fuerunt exclusi,& ex ea potuerunt excludi,ex quo ipsi asseruerunt scientiam habuisse fideicommissi relicti in dictis testamentis,quamuis non sit dictum inspectis & cognitis uerbis testamenti,iuxta l.de his.de transac.secundum Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.oblig.in 4.q.cũ quo alii transeunt.Nec videtur,quòd ex fideicommisso venire possint filii Ioannis & aliorum, parentibus eorum adhuc viuentibus,quia ex testamento do.Stephani vocantur filij Baptistæ, seu descendentes masculi ex eis, &c. Dicti ergo descendentes, quia sunt uocati per nomen collectiuum, & mediante illa dictione,seu, alternatiua,videntur uocati ordine successiuo, & post ad filios Baptistæ,per ea quæ traduntur in l.Gallus.§.quidam recte.de lib.& posthu. Ideo post mortem eorum tantum possunt admitti.l.cum ita.§. in fideicommisso.de leg.2.in ver. post omnes extinctos. Et similiter Paulus in suo testamento substituit Ioannem & fratres,& quemcunque eorum,qui tũc superuixerit,& in defectum eorundem substituit eorum & cuiusque eorum filios,&c Nam illud uerbum, in defectum, idẽ importat, ac si dictum fuisset, & illis non superuiuentibus ut patet ex illo uerbo præcedenti,superuixerit,in cuius defectum ponitur illud uerbum, in defectum, a quo recipit declarationem, per not.in l.si is,qui ducenta.§.cum ita.& §.utrum.de rebus dubijs, & ideo cum nepotes Baptistæ ex filijs sint uocati post mortem parentum, etiam ex testamento Pauli, non possunt admitti illis viuentibus & nolentibus ex fideicommisso venire, quia in fideicommissis, & legatis caput impotentiæ
3 non trahitur ad caput noluntatis, sicut econuerso caput noluntatis non trahitur ad caput impotentiæ, vt videtur esse casus in leg. pater Seuerinam. in principio de conditione & demonstratione quem ad hoc allegat.Raynut.in tractatu substitut. in materia vulgaris. ubi habetur, quod legatum factũ Elio Philippo sub conditione,si filia testatoris ei nubere voluerit, non deberetur, si illa nubere non posit, prout vtique deberetur, si illud caput uoluntatis expressum traheretur ad caput impotentiæ,sicut ad illud trahitur, quando substitutio

esset facta in hæreditate. l. cum proponas. C.de hære. insti. & plene traditur in d.l.Gallus.§.& quid si tãtum,& in l.1. de vul. & pup.in prin.Et ex alio etiam filii Ioan. & aliorum non possunt admitti patri uiuentibus & exclusis renunciatione,quia si admitterentur dicti filii,usufructus quęreretur prædictis eorum patribus.Ideo ne hoc sequatur, factum parentum donec illi uiuunt,eis nocet.l.quæritur.de bon.lib.& notatur in l. diui fratres.de iure patro.Sed præmissis non obs.contrarium puto verius.Et circa testamenti d.Stephani est aduertendum, quod substitutio prima fuit de descendentibus masculis,& inter descendentes Pauli instituti, casu quo Pau.& Pet. eius filius, & alij filii, & descendentes Pauli nasciturí sine filiis masculis ab intestato decederent,& sub qua substitutiõe reciproca.d.Pau. institutus non potest dici uocatus, quia cum eius descendentes non sint uocati nisi post mortem eius ex substitutione,ille non reperitur extare tempore quo debet habere locum substitutio eis facta,& sic quoad eum esset pro non scripta & inualida.l.vnica.§.in primo.C.de cad.tol.Sed est bene dicendum, quod Pe.filius Pauli,& eius filii, & descendentes sint. d. Paulo honorato, & instituto substituti, quia dictum fuit, si Pau. & Petr.& alii filii & descendẽtes masculi d. Pauli sine filiis masculis ab intestato decederent,tunc & eo casu uoluit testator, qđ vnus alteri moriatur,& sic dicitur voluisse, quod Paulo mortuo,qui potuit grauari,quia fuit institutus Pe.eius filius, ueniat per illa verba,vnus alteri moriatur,quæ verba in vno tm̃, & sic in solo Pau.verificantur,per no.in l.si ex toto.§.pe. de le. 1.per gl.in verbo,ab alteratro, & similiter in quolibet alio descendente solo,qui decessisset cum filiis,est idem, quia per uerba prædicta,scilicet vnus alteri moriatur,intelligitur solum qlibet descendens Pauli substitutus suo patri admisso ex substitutione,& inter plures descendentes eiusdem gradus dicitur facta substitutio reciproca per illa verba, quæ sequuntur immediate,scilicet & eos inuicem substituit.Et secundum hoc aliqđ uerbum non remanet superfluum,sed operatur, ut debet.l. si qñ.ĩ prin.de leg.1.Vnde ex præmissis patet, ꝙ descẽdẽtes Pauli non solum sunt in conditione positi,sed ẽt in dispõne,per illa verba,vnus alteri moriatur,& eos inuicem substituit. Et sic Paulo instituto dicitur substitutus Petrus,& Pet.eius filii,& sic successiue.Et quando reperirentur plures eiusdem gradus,qui per mortem patris admissi fuissent ex fideicommisso, inter illos ẽt dicitur facta reciproca substõ,quę valuit, qa oẽs pdicti ẽm prædictum ordinem reperiuntur honorati.Sed qa Paulus iustitutus decessit cũ testõ,dubiũ oritur, vtrũ expirauerit substitutio facta ei de Petro eius filio. Et videtur ꝙ sic, qa voluit testõr,ꝙ vnus alteri moriatur,& sic Pau. Pet.& Petrus aliis, & sic successiue,si Paulus & Pe.& alii filii, & descendentes Pauli sine filiis ab intestato decederent.Quia ergo Pau.decessit testatus,& cum filio masculo dicitur defecta conditio,sub qua fuit grauatus,& per consequens cum Pe.ex testamento propter defectum conditionis sit exclusus,substitutio facta de Io. & fratribus d.Pet.tanquam vltimo morienti, non potest habere lo-
4 cum,quia cum non sit honoratus,† non potuit grauari.d.l.ab eo.C.de fideicom.Sed contrarium,iudicio meo,est omnino dicendum,quia Pau.institutus nõ intelligitur grauatus,nec grauari potuit sub illa cõdõne,si sine filiis decederet ab intestato, sub qua solũ descendentes ex eo sunt vocati.Quoniam, vt dictum est,voluit testõr per illa verba,vnus alteri moriať, descẽdentes Pauli ordine successiuo admitti.Si ergo Paulus institutus diceretur grauatus, si sine filiis ab intestato decederet, ex substitutione sibi facta, & conditione substitutionis impleta nulla,descendens ex eo substitutus admitti posset,quia implementũ cõdõnis,qđ in carentia descentium consistit,& per qđ substitus solet admitti,pareret exclusionem substituti, quia descendens substitutus eo casu, quo Paulus sine filiis decederet, & in quo dicitur adimpleta conditio,non extaret, & sic operaretur implementũ cõdõnis cõtrariũ effectũ, cõtra.l.legata inutiliter.de le.1.Dicendũ est ergo, ꝙ dicta cõdõ non referatur ad Paulum institutũ,sed ꝙ dicatur simpliciter grauatus post mortẽ,& ad filios Pauli & aliorum descendentium suorum, qui potuerunt esse plures,refertur in potẽtia condõ prædicta,& poterit ad actum deduci, si plures reperiantur extare in eodẽ gradu,quia cuilibet põt cõuenire illa condõ, si decesserint ab intestato sine filiis, cum sint prædicti adinuicem substituti. Sed si

unus

vnus tantum descendens extare reperiretur, sicut tenuit quo ad Petrum, qui solum remansit, tunc ad illum etiam dicta cōditio referri non potuit, quia si adimpleretur, & sic si sine filijs decederet, ipse non posset alteri descendenti mori, cum aliquis non extaret, sicut dictum est de Pau. Vnde necesse est dicere, ꝙ dicta cōditio solum refertur ad casum, in quo substitutio reciproca facta inter descendentes Pauli potuit locum habere, ꝙ est, quando plures eiusdem gradus reperiuntur extare, non autem potest referri ad casum, & dici eo casu apposita quo agitur de substitutione descendentis facta ascendenti, quia ex implemento conditionis, quod sequitur ex carentia filiorum grauati, nō inueniretur, sed deficeret persona substituti, vt in præcedentib.
5 dixi. Nec ob. præmissis, ꝙ † vbicunque plura ponuntur in eadē orōne, qualitas uni adiecta refertur ad oīa, & censetur in alijs repetita. l. doli. §. 1. de seruo corrup. & ibi per Bart. & per eum in l. Seiæ. §. Caio. de fund. instru. & in l. mulieri, & Titio. de cōd. & dem. & per consequens ꝙ conditio illa, sine liberis ab intestato dicit adiecta cuilibet grauato, & sic Paulo & Petro, siue agatur de substitutione personæ unius gradus ad alterum, siue de substitutione reciproca inter plures personas eiusdem gradus. Quia illud limitatur, nisi mens verificetur in quolibet distributiuo sine repetitione qualitatis, quia tunc ne veniamus contra mentem disponentis in quolibet non intelligitur facta repetitio qualitatis, ut probatur in c. cum singula, iuncta gloss. de con ces. præb. in 6. prout declarat Ant. de But. in cle. fin. de supplen. negli. præla. & Soc. plenè, in l. fi. in fi. de reb. dub. & ante eū Ale. in consi. 48. incip. Super æstimatione, de qua quæritur, &c. in 1. vol. Sed mēs testatoris, qñ agitur de substitutione inferioris gradus ad primum, non posset verificari, si illa conditio referretur ad eam, quia (vt dixi) non inueniretur persona substituti adimpleta conditione, cum ex implemento conditionis, quod consistit in carentia & defectu filiorum grauati, deficiat persona substituti. Ideo ad substitutionem talem non potest, nec debet conditio referri, quia illi non potest adaptari, sed solum facieda est relatio ad substitutionem reciprocam, & eo casu quo inter plures descendentes Pauli potuisset habere locum, cui pōt condō prædicta cōuenire. Cum ergo Petrus ex testamento. d. Pauli reperiatur per fideicommissum uocatus, ut per prædicta declaratur, sequitur, ꝙ eo sine filijs masculis mortuo, habet locum substitutio facta ultimo morienti sub illa conditione, si decesserit sine filijs masculis de Ioanne & eius fratribus, quia cum d. Petrus fuerit honoratus, potuit grauari. Et per hoc cessant omnia, quæ circa hoc in contrarium sunt allegata. Et ad quædam alia, quæ fortassis adduci possent in oppositum, ex his, quæ statim dicentur super testō Pauli, patebit responsum. Scđo principaliter dicitur, ꝙ Ioannes, & fratres sunt per fideicommissum uocati ex testamento Pauli, qui primo instituit Petrum eius filiū & ei substituit omnes eius filios masculos nascituros. quos etiam inuicem substituit, & casu quo d. Petrus, & oēs eius filij morerentur sine filiis masculis, & tunc, & eo casu ultimo sic morienti substituit Ioan. &c. Quamuis igitur prima substitutio facta Petro de filiis suis fuerit uulgaris tantum, & facta intelligatur in casu prouiso per Gallum, & per legem Velleiam, ut
6 no. in d. l. Gallus. §. quidam recte. alia tñ sequens facta† ultimo morienti fuit compendiosa, sub qua continetur fideicommissaria, ut traditur plene in d. l. centurio. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substitu. & in c. Ray. de test. quæ cum non sit restricta ad ultimum morientē ex filijs Petri, sed indetermiate sit facta vltimo morienti, si Petrus, & omnes filij morerentur sine filiis, dicitur facta Petro, qa & ipse continetur, & contineri potest sub uerbis prædictis, sicut quilibet filius eius quod patet quia si habuisset filios masculos, & illi uiuēte adhuc Petro mortui essent sine filijs, & deinde Petrus, uerum esset quod d. Petrus fuisset ultimo mortuus sine filiis, quia ex quo non fuit solus, in illo proprie tunc potuit uerificari illud uerbum, ultimo morienti. Et eodem modo ī illo uerificatur illud uerbum, quāuis fuerit solus, & nemo illum præcesserit moriendo, ut est tex. in terminis cum glo. in l. in vulgari. de uerb. signifi. ubi dicitur, quod substitutio facta ei, qui supremus moreretur habere potest locum, etiam si unicus sit hæres, puta, dicit glo. si habens unicum filium substituat ei filio, qui supremus moreretur. Et secundum hunc intellectum iste tex. facit, & melius secundum alium quem ponit glo. in fin. ubi exemplicat tex. quando testator habebat unum filium, & illum ac alios nasciturros, & supremo morienti substituit. nam aliis non natis substō facta dicto mō habebit locum in persona filij iam nati, q̃ fuit solus, & est mortuus solus. Et iste est proprie casus noster, quia testōr, si Petrus institutus & omnes eius filij morerētur sine filijs, tūc & eo casu vltimo morienti substituit Ioannem, &c. Non natis igitur aliquib. filijs Petri, intelligitur Petro tāquam vltimo morienti facta substō, & quo ad eū illud verbum, decederēt, plurālis numeri resoluitur in singularitates l. demonstratio falsa. §. fi. de cond. & demō. & trahitur in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell. & in l. pen. C. de impuber. & alijs subst. præsertim cum de illo sit facta specialis mentio, & nō includatur cum alijs sub illo verbo generali, omnes, sed illud referatur tantum ad filios eius. Et ad omnia allegata in contrarium, quo ad hoc testamētū, ex his apparet respōsum, cum substō facta de Ioanne & fratrib. dicatur etiam facta Petro decedenti sine filijs, & non solū vltimo morienti ex filijs Petri, vt præsuppōnūt, quæ allegātur in oppositū, & propterea non est opus insistere, vtrum consilium Old. de quo obijcitur, sit verū vel non, contra quem etiā tenet Aret. in l. quādiu. Pultima. de acq. hæred. & de quo dubitat Ale. in l. 1. in prin. de vulg. & pup. Et similiter non ob. dum ponderatur illa dictio, tūc & eo casu, quæ videtur prohibere extēsionem, quia non dr̄, ꝙ Petro dicatur dicto casu facta substō extensiue, sed comprehensiue, & est vtilius Ioan. & fratrib. seu filijs eorū venire ex hoc testamento, qa cum sit Petro bonorū immobiliū prohibita alienatio, de illis nō potest Trebellianica detrahi, qa†
7 intelligitur prohibita ex tali prohibitione alienationis. auth. sed in ea. C. ad leg. Falc. & licet ille tex. loquatur in Falc. tamen habet etiam locum in Treb. ẜm Bal. ibi, & sequūtur mod. & idem tenet Are. in consi. 37. in vlt. col. quæ ꝓhibitio nō potest dici nulla, tāquam facta sine cā, ex quo si contrafiat, alius est vocatus, vt ꝓbatur in l. filiusfamilias. §. diu. de leg. 1. cum gl. in verbo, respectu. & l. quoties. C. de fideicō. & Ang. consi. 158. Testator in omnib. circa fi. & Ale. in consi. 56. 2. vo.
8 Et† Trebellianica etiam potest prohiberi, ẜm Are. in d. consi. pno. per Bar. & Doc. in l. Marcellus. §. 1. ad Tre. & est communis opi. vt dicit Im. & Ale. ibi, & Are. in d. cons. quod aliter nō prosequor, quia esset lōgū nimium. Et nedum prædicta opi. habet locum in hærede extraneo, sed etiam in filio primi gradus, ẜm Cy. in l. iubemus. C. ad Treb. & Cum. ī l. cohæredi. §. cum filiæ, de vulg. & pup. & in l. in fideicommissaria. in prin. ad Tre. Ale. & Soc. in l. Marcellus, in princ. eo. ti. & Ale. in consi. 29. 5. vol. & in consi. 67. 1. vol. per rationes allegatas in dictis locis, in q̃bus etiam respondetur ad d. l. iubemus, per quam Bal. & Sal. ibi tenēt aliter. Et prædicta opinio videtur magis communis, quæ est tenenda in consulendo & iudicādo, vt habeatur in locis vulgaribus. Et per hæc etiam datur responsio ad aliud, de quo quęritur. Nō ob. etiam dum dr̄, quod Ioan. & alij sunt exclusi renūciatione, quia talis renunciatio non valuit, si est verum, vt proponitur, ꝙ facta fuerit ob falsam causam, s. quia erat necesse (vt falsò asserebatur) ꝙ Petrus redimeretur a captiuitate & a carcerib. quæ necessitas vere non imminebat, quamuis esset ca-
9 ptus. Quia † ergo hoc factum est vt Petrus posset a vinculis redimi, ista causa respicit pietatem, ẜm Bald. in l. quamuis. & seq.
10 sol. ma. per illum tex. ideo † talis cā respiciens pietatem præsūtur finalis, ẜm Bar. in l. 2. §. fi. de don. qui pro hoc ad propositum nostrum allegat, l. si quis pro redemptione, C. de dona. Si ergo dicta cā fuit falsa vt quia poterat Petrus sine pecunia redimi, & hoc ignorabant renūciantes, renunciatio fuit nulla, quia
11 † falsa cā, si est finalis, emissa per errorem, nēdum annullat legatum. l. 1. cum ibi no. C. de falsa cau. adiect. leg. sed etiam contractum. l. si diuortio. cum glo. pen. de uerb. obl. & ibi per Alexan. post Raph. & Pau. de Castr. & Alexan. in consilio 89. 2. volu. & de errore dicitur etiam constare, si sit probatum, quod renunciantibus ita fuit suggestum, & persuasum per vxorem do. Petri, cui debuit verisimiliter credi. per nota. per gloss. in l. Titio fundus. de conditio. & demonstra. & præsertim, quia istud, quod asseruit, erat satis uerisimile, & in facto etiam alieno præsumitur ignorantia in dubio si probetur rem aliter se habere, secundum Alexan. in dicta l. si diuortio. per no. per
12 Barto. in l. non fatetur. in princ. de confesis. & quia† error facit abesse consensum. l. si per errorem, de iurisd. omn. iud. nihil operatur iuramentum, secundum Bal. in l. fi. qui satisda. cogan.

allegat etiam no.in l. 2.C.de rescin.vend. & in c.cũ causam.de empt.& vend.& ibi etiã causa fuisset tũc vera,vt quia nõ subesset spes,ꝙ Petrus redimi posset sine pecunia,vel non cõstaret, ꝙ fuerit falsa,si tamẽ facta fuit renuciatio ob hanc causam , vt Petrus redimeretur,& postea ex gratia & gratis fuit relaxatus,
13 renũciatio† ob dictam causam nõ sequutam nõ habet effectũ sed venit rescindẽda.l. 1.C.de don.quæ sub mõ,prout vult , & declarat Bar.in l.fi.ff.de cond.ob ca.Nec ẽt ob.iuramentũ, ꝗa in se continet eandẽ tacitam conditionem,s.si cã fuerit sequuta,quam cõtinet renũciatio simplex l.fi.C.de non nu.pec.& d. l.fi.qui sat.cogn.Et dato ꝙ dicta renũciatio haberet effectum quo ad Io.& fratres, nihil tamen obesse põt filijs eorũ , ꝗ veniũt ex propria ꝑsona & ex proprio iure, sicut etiam illis non nocet exclusio patris,quæ caus.ẽ ex alio facto.d.l.ꝗritur.de bo. lib.& no.in l.diui fratres.de iu.pa.& probatur.ex no.per Bar. in l.2.C.de lib.præt.& in l.1.§.si filias.de coniũ.cum eman. lib. & in l.qui superstitis.de acq.hæ.& in l.liberorũ.de verbo.sign. versi.ꝗro pone,ꝙ aliquis decessit,dũ loqtur de nepote ex filio succedẽte ex propria persona.Et quod filij ꝓdictorum ex testamẽto sint vocati patrib.etiam eorũ viuentib.& exclusis,primo probatur ex testamẽto domini Stephani,qui vltimo morienti substituit filios Baptistæ seu eius descendentes masculos, &c. Vnde quia inter filios , & dictos descendẽtes dẽt seruari ordo successiuus maximẽ uirtute alternatiuę.l.cum pater.§.pe.de le. 2.& l.hæredes mei.§.pen.ad Treb.& per Doct.in d.l.Gallus. §.1. & intelligũtur alij descendẽtes uulgariter tantum substituti Ioanni & fratrib.secũdum Raph.Cum.& Soc.in d.§.j. uersi. quintus & ultimus casus.& præsertim quia sũt uocati per uerbum substituo,nec inter eos est appositum aliquod uerbum significans tractum temporis,ut ibi etiam declarat Are.& idem
14 etiam uult Ale.in cons.22.Visis & perlectis.3.vol.Quia† ergo dicti descẽdẽtes ueniũt ex vulgari,quę etiam in fideicommissis põt fieri.l.ut hęredibus de leg.2.& l.vnica.§.sin autem sub condõne.C.de cad.toll.dicũtur uocati siue eorũ parentes non possunt,siue nolint admitti.l.3.C.de hæred.inst.& per omnes in l.1.in princ.de uulga.& pup.Nec isto casu loquitur tex.in l. cum ita.§.in fideicommisso.de leg.2.sed in substitutione fideicommissaria,ut declarat Soc.in d.§.1.uer.quartus casus,&c.Et eodem modo ex testamento Pauli dicũtur filij Ioannis,& aliorum in hũc casum uocati, qui ultimo morienti substituit Ioannem & fratres,& quemcunq. eorum, qui tũc superuixerit , & in defectum eorũdem substituit eorum , & cuiusque ipsorum filios masculos,&c. Licet igitur dicantur filij Ioannis & aliorũ post mortem eorum uocati,& sic in caput impotentiæ sũt in fideicommisso uulgariter substituti,extenditur tamen dicta substõ ad caput uolũtatis,sicut habet locũ dicta extensio,quando facta est in hæreditate substõ. d.l.Gallus.§.& quid si tm̃. & ibi plene per do.& in d.l.j.in prin.de uulg.& pup.& quod in hoc non differat substõ uulgaris facta in legatis ab illa,quę fit in hæreditate,sentit etiam Bar.in d.l.pater Seuerinã.in princ.de conditio.& demonstra.qui respondet ad illum tex. qui uidetur facere in contrarium,ꝙ ibi non fuit substõ, sed in pœnam trãslatio.& ubi non est delictum,ibi nõ cadit pœna,l.aliud est fraus. de uerb.sign.Et hoc etiam clarius uult ibi Imo. & Pa.de Ca.& Imo.in l.ex facto.la j.de hær.inst. Nec ob.dũ dr̃, quod filii Ioãnis & aliorum non possunt uenire uiuis parentib.ex quo illis quærendus uenit usufructus.d.l.quęritur.de bonis lib.& ꝑ no.in l.diui fratres.de iure patr. quia illa iura loquũtur de iure ſſorũ,ſm quæ omnia pleno iure quærebanẽ patri.l.placet. de acq.hær.Sed hodie cum proprietas ꝗratur filio , non habet locum ila dispõ,ſm Ale. qui ad dicta iura respondet hoc mõ, in d.l.Gallus.§.ꝙ si is.ĩ prin.col.pe.immo ex no.per Bar. ibi in fi. & in l.j.de auth.tuto.dici potest , ꝙ isto casu non solum proprietas quæratur filio,sed etiam usufructus, si non potest quæri patri.Et ad iura contraria est responsum proxime,prout etiã dixit Ale.in eo.§.qui in hoc transit cum Bar. una cum alijs cõmuniter.Et ubi filii Io.& aliorum essent emancipati, hoc esset dicendum multo magis,ſm Bar. & omnes,in d.§. ꝙ si is.sed tamen hoc nõ est necessarium,quia pręditta in filijs etiam in potestate habent locum,& est demum cõcludendum, ꝙ ad filios aut nepotes Baptistæ de Marganis debet hæreditas, de qua agitur,peruenire. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Nepos venit appellatione liberorum.*
2 *Positi in conditione & grauati an censeantur vocati. nu.3.*
4 *Quem non honoro,non onero.*
5 *Verba indefinita æquipollent vniuersali.*
6 *Conditio apposita post appositionem plurium nominatorum in eadem oratione refertur ad omnes nominatos.*
7 *Relatio ad præcedentia inducit repetitionem omnium præcedentium.*
8 *Minus dilecti præsumuntur exclusi, si magis dilecti excluduntur,& quomodo.*
9 *Filia venit appellatione filiorum in conditione positorum.*
10 *Testator uidetur se uelle conformare cum dispositione iuris municipalis.*
11 *Per substitutionem fideicommissariam testatori succeditur, & non grauato.*

CONSILIVM CXXXVIII.

QVAERITVR primò, vtrũ moriẽte Nicolao sine filijs, ille dicatur ꝑ fideicõmissum grauatus ex testõ aui paterni,qui instituit quatuor eius filios, & si cõtingeret aliquẽ seu aliquos ex dictis suis filijs , seu dictorum eius filiorũ liberos ꝗncunq; decedere absq; filijs legitimis & naturalibus,tũc & eo casu superuiuẽtes eiusdem testatoris filios & dictorũ eiusdẽ testõris filiorũ,tunc superuiuentiũ liberos in stirpes,& nõ in capita,eisdem (sicut prædicetur) morientibus substituit vulgariter,pupillariter,& per fideicõmissum,& omni alio meliori modo,&c. Et vr̃ prima facie dicendum, ꝙ si dictus Nicolaus nepos testõris moriatur sine filiis,ꝙ sit per fideicõmissum grauatus, quia nedũ si filij instituti decesserint sine filiis, sed ẽt si cõtingeret liberos dictorum filiorum decedere sine filijs,substituit eisdem morien-
1 tibus,& sic † substitutio reperitur etiam facta liberis filiorũ decedentib.sine filijs , de quib.liberis est dictus nepos.l.liberorũ.
2 de ver.sig.Et quamuis sint in cõditione positi , quia tñ† sunt ẽt grauati,vt dixi,intelligũtur ex testõ vocati, & per ꝯñs potuerũt ẽt grauari,ſm Bar.in l.centurio.de vulg.& pup. ver. quæro vlterius,quid si testõr dixit, si filius meus decesserit sine filijs, &c. per plura iura , quæ ibi allegat. Et idem tenet Pau.de Cast. in l. ab eo. C.de fideic. in quibusdam lectu.& d.Io.Peru.ibi,Imo.& Cuma.in l.filiusfamilias.§.cum quis.de leg. 1.& Cuma.in l.hæreditas ad Statium.de hæredib.instit.& Pet.de Anch.in repet.c. si pater.de test.in 6.in 12.no.& Soc.in l.cum filio.de leg.1.in fi. j.col.cum sequẽ. dicens ꝙ consulendo dicta opinio fuit per do. Perusinos a multo tempore citra canonizata , & ubi etiam filij filiorum non dicerentur vocati, & sic non potuissent grauari. d.l.ab eo.nihilo minus adhuc fideicommissum moriente dicto Nicolao sine filijs haberet locum,quia in dubio non intelligerẽt relictũ a filio instituto sub duplici cõdõne, videlicet, si ipse decederet sine filijs,aut liberi eius sine filijs, ſm Bar.in loco ꝑalle.cũ quo alii trãseũt.& idẽ tenet Bar. in l.sed si sic.de le.3. & hoc,vt actus valeat potius ꝗ pereat.l.quoties.de reb.dub.& de ver.obl.l.quoties.Sed ꝓmissis nõ ob.cõtrariũ arbitror verius.
3 Est.n.in primis considerandũ,ꝙ liberi † filiorũ sũt in cõdõne positi,& ꝙ ex hoc dicũtur vocati,ſm gl.cõiter approbatam in l.Lucius.de hære.insti.& hoc est etiam verũ,quamuis sint grauati,ſm Imo.Alex.& nouissimos,in d.l. Centurio. per plura, quæ aliter non refero.& idem tenet Alber.de Rosa.in rub.eod. ti.in repe.qui refert,quod pro ista parte consuluit etiam Rich. Malumb.& Rayn.de Forl.& idem tenet Bal. in d.l. ab eo.& in d.l.sed si sic.& Pet.de Anch. in consi.136. Principaliter ponderandum est,&c.& Imo.in cap.Raynutius. in materia compendiosæ.& Alex.consi.105. 1.uol. & alijs pluribus consiliis allegatis per nouissimos,in d. l. Centurio. in quibus autem dicit, quod damnata est opinio Bar.d.l.Centurio.in scholis, & palatijs.Et ad rationes, & iura Bart. respondetur plene per præditos.Et ex† hoc sequitur,quod dicti liberi filiorum non potue-
4 runt grauari,quia quem non honoro,grauare non possum. d. l.ab eo.& l.1.§.sciendum. de lega.3.& quod non solum filij instituti,sed etiam liberi dictorum filiorum fuerint grauati,cõstat clare ex uerbis dicti testamenti,in quo testator si filii ẽt seu dictorum filiorum liberi quandocunq; decederent sine filijs,eisdem

dem sic,vt prædicitur, morientibus substituit, &c. Quia ergo
casu quo filij,aut liberi filiorum decesserint sine filiis eisdem sic
morientibus,vt prædicitur,substituit,&c. verbum illud,eis mo-
rientibus refertur non solum ad filios, sed etiam ad liberos fi-
liorum, de quorum etiã morte sine filiis superius dicitur, quia
5 tale, † verbum est indefinitum,& æquipollet uniuersali.l.si plu
ribus,in prin.de lega.2.& no.in c.circa.de elect.in 6. Et quia in
eadem oratione de morte filiorum, aut liberorum sine filiis est
facta mentio,illud verbum,quod sequitur,s.eisdem morientib.
6 refertur ad omnes prædictos, sicut † conditio apposita post no
minationem plurium positorum in eadem oratione, refertur
ad omnes nominatos.l.mulieri.& Titio.& ibi per Bar.in princ.
post Dy.de cond.& demõ.Et probatur ex no.per Bar.in l.doli.
7 in prin.de seruo corrup.& confirmatur,quia per † illud uerbũ,
eisdem,fit relatio ad præcedentia,ideo oĩum præcedentium in-
ducitur repetitio,ſm Bar.in l.si quis seruum.§.fi.de leg.1.& est
perinde ac si dictum fuisset,eisdem.s. filijs,& eorum liberis sub
stituit,&c.Quia ergo a liberis filiorum fideicommissum est re-
lictum,non potest esse validum,quia illi,qui nõ fuerunt hono-
rati,non potuerunt grauari.d.l.ab eo. Et per hæc tollũtur,quæ
in contrarium allegantur,quia primo falsum est,q liberi dican
tur uocati ex hoc,quia sint in conditione positi, & q sint gra-
uati,ſm Doct.cõmuniter, quos supra retuli. Nec est etiam ve-
rum, q isto casu intelligatur fideicommissum relictum a filio
sub duplici conditione,s. si ille decesserit sine filijs, aut filij eius
sine filiis,ut dicit Bar.in d.l.Centurio. qui loquitur in casu du-
bio,prout qñ dicitur,si filius decesserit sine filiis, aut filij eius si
ne filiis,substituo,&c.tunc enim verbum illud,substituo,potest
salua ratione recti sermonis referri ad vnum tantum,id est ad fi-
lium honoratum,immo illi tantum conuenit, & non filiis,qui-
bus substitui non potuit.Sed isto casu verba illa.s.eisdem, ut p-
mittitur, moriẽtib.sui natura determinant omnes nominatos,
per ea quæ dicta sunt.Et sic sumus in casu,in quo constat etiam
liberos fuisse grauatos. Et alia ratione fideicommissum etiã in
dubio isto casu intelligitur iniunctum liberis filiorum, & non
habet locum,quod dicit Bar.in loco præallegato,quia liberi fi-
liorum certo casu sunt ex testamento uocati dispositiue,& sub
stituti non quidẽ propriis parentib.quia quo ad illos sunt posi
ti solum in conditione, per ea quæ dicta sunt in præcedentib.
sed patruis decedentib.sine filiis,quando adueniente dicto casu
parentes dictorum liberorum non essent superstites. In hunc
igitur euẽtum & casum,in quo uocãtur dispositiue, intelligitur
in dubio fideicommissum ab eis relictũ, hoc est, ut substitutio
dicatur dictis liberis facta,& ualeat postquã successerunt, & ad
missi fuerunt,dicto casu superueniente,s. quando nõ præcedũ
tur a patre,quia sit præmortuus, & eorum patruus moritur si-
ne filiis. Et quia in dictum casum potuit ab eis relinqui fideicõ-
missum,in dubio ab illis dicto casu intelligitur relictum & non
a filio in alium casum sub duplici conditione prædicta, sed sub
una duntaxat,uidelicet si ipse decesserit sine filiis masculis.Nec
tunc procedit, quod Bart. dixit in d.l.centurio.Et ita in termi-
nis no.determinat Are.no.in consi.156.Diligenter visis,&c.in
4.col.ver.nec ob.si substitutio,&c. iunctis his quæ dixit in præ-
ceden.col.ver.& pro declaratione,&c.ubi uoluit, q in dubio fi
deicommissum non intelligatur relictum a primo, sed ab ulti-
mo,quando ulterius est uocatus in aliquem casum & euentum
incertum,per l.codicillis.in prin.cum ibi no.per Bar.de usufru.
leg.quia satis est,q illo casu adueniente ualere posset relictũ fa
ctum ab ultimo, sed quando ab ultimo aliquo casu ualere non
posset,tunc,ut actus ualeat, a primo potius relictum intelligi-
tur,& isto casu Bar.loquitur in d.l.centurio.& habet locum sua
ratio,quæ cessat in casu præcedenti,prout ẽt plenius hoc pbat
Are.in prædicto consi.Et istud etiam satis clare vult Pet.de An
char.in consi.136.Principaliter ponderandum.dicens,q in du
bio substitutio intelligitur facta ultimo eo casu, quo reperitur
grauatus,per rõnes,de quib.per eũ.Nicolaus ergo portionẽ pa
tris sui restituere nõ tenetur ex persona sua, quia patri nõ fuit
substitutus,quia quo ad eum fuit solum in conditione positus,
& sic grauari non potuit in ea parte,quia in illa non fuit hono-
ratus. Nec etiam tenetur ex persona patris, quia ab eius patre
hoc casu non intelligitur relictum fideicommissum sub dupli-
ci conditione, ex quo Nicolaus certo casu, id est, in portione
patrui, potest intelligi grauatus adueniente casu, quo fuit in
ea vocatus,vt dixi. Est ergo videndũ,vtrũ teneatur restituere
portionem patrui, cui Nicolaus fuit substitutus, si decederet
sine filijs,etsi eius pater tũc superstes non esset.Et dubium fa-
cit,quia non præcedebatur Nicolaus à patre iam præmortuo,
& illa cõdõ,si decesserit sine filijs,videtur etiam impleta, qua-
si q intelligatur de masculis.q probat, quia testator proprias
filias exclusit,quas in certa tm̃ quantitate instituit. Ergo mul-
8 to magis† videt voluisse excludere neptes ex filijs minus dile-
ctas.l.Publius.§.fi.de cond.& dem.& l.si viua matre.C.de bo.
ma.& pbatur ex no.per Bar.in l.Gallus.§.etiam si parente.de
lib.& posth.& præsertim dicta rõ procedit & habet locũ,quan
do filio decedenti sine filijs substituit testator agnatos mascu
los,quasi q ex hoc appareat,q voluerit bona in agnatione cõ
seruare,& per ꝯñs neptes excludere, sicut etiam exclusit pro-
prias filias fauore filiorũ masculorũ,quos instituit. Et ita etiã
cõcludit Pa.de Ca.in cons.79.Casus iste frequẽter contingit,
&c.Et idẽ Fulg.in consi.17.Solomutia,&c.& in consil.38.In
pposita quæstione,&c.Et pro hac parte fuit etiam aliàs cõsul-
tũ per do.Papiẽses,& do.Fran.Are.& And.Sic.quos refert So-
cin.in repet.l.cum auus.de cõdi.& dem. vbi hanc quæstionem
format in 44 col.ver.tertio q̃ro de q̃stione valde solenni, &c.
vbi latissimè eam psequit̃ per plures columnas, & tandem ẽt
in casu præmisso,& cõcurrentib.prædictis concludit pro sub-
stituto,præsertim per rationem prædictam, quem aliter non
refero,quia omnia referre lõgũ esset & superfluũ. Quib. tamẽ
nõ obstan.cõtrariũ isto casu videtur verius.Et est præmitten-
dum, q ex forma statuti filiæ excludũtur à successione pater-
na extantib.filijs masculis, sed per statutum dictæ filiæ nõ ex-
cludũtur per fratrẽ defuncti,neque per filiũ fratris,& sic præ-
dictis tũc filiæ præferuntur de iure communi,a quo nõ est re-
cessum,vt in auth.de hær.ab intest.in princ.Eo ergo casu, quo
neptes ex forma statuti à successione patris fuissent ab intesta
to exclusæ à successione paterna per substitutũ,sicut filiæ testa
toris excludũtur per filios eius,tũc posset pcedere opin.Pa.de
Ca.& sequacium,de quã supra, quia militat & locũ habet sua
ratio.s.q cũ excluserit filias pprias magis dilectas,multo ma-
gis neptes minus dilectas exclusisse videtur.Et quia sicut instõ
ne & substõne conformauit se cũ dispositione statuti, ita etiã
præsumitur se cũ statuto voluisse conformare.Et idem si esse-
mus in terminis iuris communis tam respectu filiarũ quam ne-
ptum,vt quia per statutũ non excluderentur,vt quia statutum
aliquod nõ extaret,instituti & substituti essent illi,qui ab inte-
stato filias vel neptes non excluderent, puta quia licet filij ma
sculi excluderent filias,quia tamen illi non extabant, testator
exclusis proprijs filiab.agnatum transuersalem instituit, & a-
lium substituit,si institutus decesserit sine filijs,qui institutus,
& substitutus ab intestato filiabus non præferebatur. Nam &
isto casu dici posset,quod testator instituendo, & substituen-
do agnatos,& excludendo filias,voluerit bona sua in agnatio-
ne conseruari.Et ideo si hac contemplatione proprias filias ex-
clusit, fortius excludere voluit neptes, quia non subest ratio,
quod neptis debeat magis substituto præferri quam filia insti-
tuto. Sed quando filiæ exclusæ fuissent per institutos ex for-
ma statuti à successione testatoris,& per statutum neptes non
fuissent exclusæ ab intestato à successione patris, sicut in ca-
su nostro, tunc ille agnatus substitutus sub illa conditione,
si institutus decesserit sine filijs, debet excludi etiam per super
9 existentiam filiæ ipsius grauati; quia continetur † appellatio-
tione filiorum positorum in conditione. le. si ita scriptum.in
princip.de lega.2.& l.1.C.de condict.inser.& no.Ioan.And.in
cap.Raynutius.de testam.Nec dicto casu militat ratio Pau. de
Castr.& aliorum,quia testator filias exclusit,quando filios in
stituit,quia cum dispositione statuti se conformase voluit,pro
10 ut in † dubio præsumitur, quod cum illo voluerit se confor-
mare,secundum Barto.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebell.
cum concordan.de quibus ibi. Et facit,quod nota. Bartol. in
l. vt iurisiurandi.§.si liberi.de oper.liber. cum concordant. de
quibus per Modern. in dicta l. Gallus.§.1. Et quia à statuto
neptis ex filio à successione patris non fuisset exclusa ab in-
testato per substitutum. ideo cessat quo ad eam dicta præ-
sumptio, quæ militat contra filiam. Et non subest eadem ra-
tio in nepte, quæ subest in filia magis, quoniam filius ma-
gis dilexit, quam filias, quia filij etiam à statuto sunt magis

dilecti, ad quod testator præsumitur habuisse respectũ, ut dixi. Sed quia substitutus ab intestato non præfertur per statutum, sed ius commune habet locũ, præsumendũ est, ꝙ testor magis dilexit neptem quam substitutũ. l. cum auus. de cõd. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideic. Et ꝙ ad ius commune respexerit, & cum illo se concordauerit, vt no. in d. l. Gallus. §. 1. & per Bar. in l. vxore. §. testamẽto. de le. 3. Et sicut videmus, ꝙ vbi plures vocant, vr̃ testor velle in dubio, ꝙ succedãt eo ordine, quo fuissent successuri ab intestato de iure communi. l. cũ ita. §. in fideicommisso. de le. 2. cũ ibi no. per gl. Et expssius hoc declarat ibi per Imo. Et pdicta comprobant optime ex no. p Pe. de Anch. in l. tres fratres. de pac. vbi dicit aliàs respondisse, ꝙ si statutum excludit filias a successione patris extantib. masculis, & ille instituat simpliciter filios suos, ꝙ intelligit de masculis, q̃a verba testatoris intelligũtur ſm mẽtem statuti. Ideo nõ veniũt fœminæ, quarũ condõ à masculis differt stante statuto. Secus, dicit ipse, si extraneus instituisset filios Petri, quia tũc veniret etiam filius filiæ. d. l. si ita scriptũ. quia in tali casu non loquit statutũ. Et cũ eo transit Ale. in d. §. cũ ita. & in d. l. Gallus. §. 1. & in consi. 127. Viso testamẽto, &c. primo vol. Sic igitur etiam in casu nostro quo ad filias testor habuit respectum ad statutũ, nõ quo ad neptes, quia illud cessat quo ad eas. Nec prædictis ob.

11 si dicat, † ꝙ isto casu agitur de substõne fideicommissaria, per quam succedit testori, & non grauato. l. cohæredi. §. cum filiæ. de vul. & pup. & ppterea cũ ex forma statuti substitutus a successione aui excludat neptem ab intestato, ꝙ illa non intelligit in condõne posita, sed masculi solũ, per superius allegata. Quia r̃ndetur, ꝙ non dẽt attẽdi successio aui, sed patris grauati, quia cũ ad illũ peruenerit portio, in qua fuit grauatus, & effecta fuerit eius patrimoniũ. l. sed si plures. §. filio. de vulg. & pup. & plenè no. in l. 1. §. veteres. de acq. poss. testor videt habuisse respectũ ad successionem filij grauati, & voluisse se conformare cũ iure disponẽte de eius successione, & non cũ statuto disponente de successione ipsius testoris, licet et p fideicommissũ succedatur ei, & non grauato. Sicut videmus, ꝙ quando plures p fideicõmissum vocantur ordine successiuo, quo casu proximior pferret. d. l. cũ ita. §. in fideicõmisso. de le. 2. attẽditur proximitas respectu grauati vltio admissi, & sic vbi pximior grauati cõcurreret cũ pximiore testoris, pferret ille, q̃ eẽt pximior grauati, illi, qui esset testori proximior, licet illi per fideicommissũ succedatur, vt p plura concludit Soc. in l. si cognatis circa fi. de reb. dub. vbi refert Pa. de Ca. ita cõsuluisse, & d. Ale. & plures alios. Et idẽ latius prosequitur, & tenet idem Soc. in cõs. 249. col. 13. ver. Circa secũdam difficultatẽ, &c. ad quẽ me refero, quia prolixe loquit. Per q̃ patet, ꝙ testor voluit fideicommissum, per quod illi succeditur, deferri eo iure & ordine, quo inter vocatos erat succedẽdũ, & nõ eo ordine, quo sibi testori debuit succedi. Sic igitur & in casu pdicto eadẽ rõne vr̃ habuisse respectũ quãtũ ad iclusionẽ uel exclusionẽ neptis ad successionẽ pr̃is illius grauati, & non successionẽ sui ipsius, & p ɔñs intelligit posita ĩ pdõne, & p illã exclusus, fuit substitutus. Et sic Nicolas portionẽ patrui nõ habuit ex fideicõmisso aui, q̃a eius condõne defecit per superexistẽtiã filiæ, sed illã tenet ex testõ patrui, & ideo non subiacet restitutioni. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio quando habeat locum.*
2 *Filij solum in conditione positi an censeantur positi in dispositione. nu. 4. 6. & 21.*
3 *Quem non honoro, non onero.*
5 *Filiorum appellatione ueniunt feminæ.*
7 *Verba conditionaliter prolata, quando inducant dispositionem.*
8 *Fideicommissum quomodo inducatur.*
9 *Intellectus. l. denique. §. interdum. de pec. le. nu. 12.*
10 *Inter dantem & recipientem differentia esse debet.*
11 *Hæreditas non potest dari tacite & per coniecturas.*
13 *Onus uni nominatim iniunctum alteri non accrescit.*
14 *Vna pars alternatiuæ restringitur contra propriam significationẽ per aliud uerbum positum in altera parte alternatiuæ.*
15 *Sequentia declarant præcedentia, & ab his recipiunt declarationem.*
16 *Absurdum est, ut minus dilectus sit melioris conditionis, quam magis dilectus. nu. 18.*
17 *Vbi sit mentio de masculis, censetur id factũ fauore agnationis.*
19 *Pluralitas an diuidatur in singularitates.*
20 *Alternatiua resoluitur in coniunctam ad effectum ut substitutus extraneus non excludat nepotem testatoris.*
22 *Vocati per nomen collectiuũ censentur uocati ordine successiue.*
23 *Vbi quis substituitur post mortem alterius, substitutus censetur compendiosè.*

CONSILIVM CXXXIX.

VISO ac perlecto testõ d. Raynaldi de Crotis de Senis, & diligenter ponderatis uerbis institutionis, & substitutionis, de quib. in illo, uidetur prima facie dicendum, quod nepos eius masculus ex Iacobo filio suo nõ sit ex dicto testamento, & præsertim in casu de quo agitur, uocatus. Nam Marcus alius testatoris filius, ut pponitur, decessit cum filio masculo, & cũ pluribus filiab. Deinde decessit dict. Iacob. relicto filio masculo, quo superuiuente præmortuus est filius dicti Marci sine filijs. Prima igitur substitutio reciproca facta inter filios institutos quandocunque decederent, sine filijs legitimis, & naturalibus expirauit, etiam si filij masculi tantum intelligerentur in conditione positi, quia vterque cum filijs masculis decessit, & ideo Iacob. fuit semel exclusus. l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. & perpetuo exclusus, & remansit, licet filius Marci decessisset eo etiam adhuc uiuente sine filijs, secũdum Old. in consi. 21. inci. Thema tale est, testator, &c. & in consi. 171. Thema tale est, d. G. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de testa. §. in primis. ad fin. & probatur ex not. per Bald. in c. 1. §. cum essent. in tit. epis. uel abb. ubi dicit, quòd si facta sit substitutio, si hæres decesserit sine filiis, & mortuus sit cum filio, ꝙ expirat substitutio, quamuis dictus filius solum uixerit per momentum. Et dicit etiam, ꝙ fœmina semel a masculo exclusa, perpetuo remanet exclusa, quamuis masculus defecerit. Nõ potuit etiam ex alio Iacob. admitti mortuo filio dicti Marci, quia tunc ille erat præmortuus, nec etiam filius iure transmissionis potest uenire, quia Iac. filio Marci non fuit sub-

1 stitutus. Et idem etiam ubi substitutus fuisset, quia cum † pendente conditione mortuus diceretur, transmissio locũ habere non posset. l. unica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tol. & no. glo. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. probatur, & ibi no. per glo. & Doct. communiter in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. quicquid dicat gl. quæ communiter damnatur in l. is cui. de act. & obl. Non est etiam isto casu uocatus filius Iacobi ex sequenti parte testamenti, in qua si omnes filij dicti testatoris decederẽt sine filijs legitimis, & naturalib. uel eorum filij masculi sine filiis legitimis & naturalib. in infinitum, testor reliquit hæredẽ uniuersalem hospitale S. Mariæ de la Scala de Senis, quod tunc substituit filiis suis, ut supra, & filiis filiorum eorum, &c. quia

2 cum † filij filiorum sint solum in conditione positi, non intelliguntur ex testamento uocati, ſm gl. communiter approbatam in l. Lucius. ff. de hær. insti. ꝙ et uerum est quamuis sint grauati, quia grauamen illis iniunctum, & substõ eis facta nõ ualuit,

3 quia † quem non honoro, grauare non possum. l. ab eo. C. de fidei. Et istud ẽt ibi voluit Bal. & licet Bar. in l. centurio, de vul. & pup. uersi. quæro vlterius, quid si testor dxit, si filius meus decesserit, &c. aliter dixerit, tñ Imo. Ale. & nouissimi tenent ibi cõtrarium, & dñt communem opinionem eẽ cõtra Bar. cõtra quem pluries consuluit Alc. vt ipse fatet, & patet in cõsiliis plurib. allegatis per nouissimos, in d. l. centurio. de quib. aliter mẽtionem facere nõ curo. & quia, ut dixi, prædicti sunt in cõdõne

4 solum positi, non põt etiam dici, ꝙ † sint adinuicem substituti pp substõnem de hospitali factam post mortem omnium, iuxta l. Titia Seio. §. Seia libertis. de le. 2. quia illud, qđ ibi hr̃, procedit, qñ plures positi sunt in dispõne, & non qñ sunt in cõdõne, ſm Imo. in d. l. centurio. & in c. Raynu. in materia compẽdiose. de test. quem ad hoc alle. & sequitur Soc. in d. l. hæredes mei. §. cum ita in 1. col. Sed istud ẽt voluit Pe. de Anch. in consi. 119. inci. Pro clariori decisione, &c. & Ale. in consi. 105. 1. vol. & in consi. 113. volu. Præterea cum testor filios institutos expresse adinuicem substituerit, ex hoc declarat, ꝙ inter alios descẽdentes aliquam substõnẽ facere noluit, q̃a vbi voluisset, hoc expssisset, sicut fecit inter filios. ar. l. vnicæ. §. sin autẽ ad deficientis, C. de

caduc.toll. Quod etiam filiæ fœminæ Marci in portione fratris sui debeant præferri filio Iacobi, satis sensisse videtur testator,
5 dum substituit ad inuicem filios † quócūq; decederent sine filiis, quorū appellatione continentur ēt filiæ.l.si quis ita.in prin. de test.tut.& l.si ita sit scriptū.in prin.de leg.2. prout voluit Host. & Ioan.An. in c.Raynaldus, de test.& probatur in l.j.C.de condi.inser. Si ergo casu, quo Marcus cum dictis filiab.tantum decessisset ab eius portione Iac.remansisset exclusus, multo magis ab eadem parte debet filius Iacobi minus dilectus excludi per superexistentiam dictarum filiarum Marci, per quas etiam hospitale potuisset excludi, cū de eo facta fuerit substitutio, si omnes filij decesserint sine filiis, & sic etiam in hac cōditione dictæ filiæ inueniantur positæ. Cum ergo dictæ fœminæ omnes prædictos expresse substitutos excludant, fortius excludere debent alios in cōditione positos, & tacite vocatos, vt no.in dicta l.Lucius. Sed præmissis non obst. rationabilius esse arbitror, quod filius Iacobi mortuo filio Marci sine filiis ad eius portionem intelligatur esse vocatus ex testamento Raynaldi aui sui. Nam li-
6 cet gl.in d.l.Lucius communiter approbata, velit, ꝙ† filij in cōditione positi non intelligantur ex testamēto vocati, nihilo minus quando de contraria mente testatoris ex aliquib. coniecturis potest apparere, tunc non procedit dictum glo. Et istud etiā fatetur Soc.in l.cum auus.de cond.& demō.in fi.verbis. Et quales debeant esse coniecturæ, s̃m eum, non pōt dari certa doctrina, sed est relinquendum circumspectioni iudicis. Nec mirum,
7 ꝙ† ex dictis coniecturis verba conditionaliter prolata inducāt dispositionem, maxime in suo antecedēti necessario.l.Proculo, de vsuf.l.pe.de colla.dot.& in l.denique. §. interdū. de pec.leg. & in l.si ita stipulatus de ope.lib.& per Bart.in l.ex hac scriptura.de don.& quæ in casu nostro adsunt satis efficaces, & ex quibus satis aperte colligitur, ꝙ intētio testatoris fuit substituere, & ex testamento vocare omnes suos descendentes masculos. Et in primis hoc colligitur ex eo, quod filios filiorum, & alios descendentes suos masculos grauauit expresse, dum hospitale S.Mariæ relinquit suum hæredem vniuersalem, ꝙ tunc etiam substituit filiis suis, vt supra, & filijs filiorum eorū, &c. Ex quibus vltimis verbis, scilicet & filijs filiorum, &c. constat, ꝙ prædictis filijs filiorum dūtaxat superius in conditione positis substituit compendiose, & sic ēt per fideicommissum, iuxta not.in l.Centurio.de vulg.& pup.in l.precib.C.eo.& per consequens ꝙ illos grauauit. Quia igitur hoc onus illis iniunctū ualere nō posset, nisi essent ex testamento vocati.d.l.ab eo. C.de fideic.& l.3.§.sciēdum, de leg.3.ideo ꝑꝑ hoc intelliguntur vocati, & ꝗa sunt in conditione positi eorū fauore. & ita voluit ēt Bar. in d. l.Centurio. Et quamuis multi, de quib.supra teneant cōtrariū, præcipue per d.l.ab eo. quę, s̃m eos, nūquam haberet locū, ꝗa semper grauatus intelligeretur honoratus, quatenus reperitur grauatus, nihilo minus hoc non obstat, quia dicta lex procedit, qn̄ quis simpliciter grauatur, quia hoc tm̄ non sufficit, sed qn̄ filij sunt in conditione positi, cogitauit & voluit testator hęreditatem ad filios peruenire.d.l.Lucius.in verbo, producens consilium testatoris, &c. nimirum sic eos etiam grauando ex hac noua voluntate iuncta prima. Et sic istis duobus cōcurrentibus,
8 & † simul iunctis, inducitur fideicommissum. Et ita sentit Dy. in d.§.Seia libertis.Imo.& Cum.in l.filiusfamiliās.§.cum quis, de leg.1.& Cum.in l.hæreditas ad Statium.de hær.inst.& in d.l. Lucius.& Pet.in repe.c.si pater.de test.in 6.in 12.no. & Io.Pet. & Mod.Perus.in d.l.ab eo.& Soc.in l.cum filio. de lega.1.in 2. col.cum seq.dicens, ꝙ ista opi.consulendo a multo tempore citra canonizata fuit per Doc. Perus.& ita aliās per infinitos Docto.Italiæ consultum vidit, pro qua etiam consuluit in cōs.240. in 4 col. ver.ex quibus conclusionibus, &c. ubi etiam dicit, ꝙ ista est communis opi.& ꝙ pro ea consueuit consulere. Et pro ista opi.consuluit ēt Ale.in consi.64.in 5. vol.per rationes Bar. & per no.per eum, in l.cum tale.§.fi.de cond.& dem.& ꝓ opi.
9 Bar.præcipue urget † text. quem allegat in prædictis locis, in l. denique.§.interdum.de pec.leg. per quem tex.eandem opin.tenet Aret.in d.l.Centurio. Nec adhuc vidi congruum respōsum ad illum tex. Nam licet Imo.& Ale.in d.l.Centurio.cum quib. in hoc videtur Soc.transire, in d.l.cū filio.dicant, ꝙ illo casu peculium intelligatur seruo relictum ꝑꝑ onus illi impositum, ꝗa quando datur libertas seruo inter filios, peculiū ēt uř illi cōcessum, & sic de facili seruum sequitur tanquam accessorium, si nō adimatur.l.1.C.de pec.eius qui lib.meru. Et quamuis secus sit, vt ibi habetur, quando datur libertas in vltima volūtate, tamen s̃m prædictos, si etiam grauetur seruus aliqd de peculio dare, peculium etiam isto casu sequtur seruum, & præsumitur illi relictum, quia (vt dixi) sequtur dationem libertatis de facili. Ista tamen responsio ex duob.non vr̄ vera. Et primo, quia ex hoc sequeretur, ꝙ quando seruus de peculio esset grauatus dare nedum hæredi, sed etiam tertio, ꝙ videretur peculium seruo relictum, & tamen Imo.in l.ex hac scriptura.& Ale.in consi. 24.ī 3.vol.dicūt, ꝙ d.§.interdum, nō habet locum, si sit seruus damnatus dare tertio, per l.3.§.fin. cum glo.in verbo.dare.de cond. ob ca. Secūdo dicta responsio non placet, quia vt dicit Aret. in d.l.centurio.alia rō assignatur in d.§.interdum, videlicet, quia seruus non posset aliās de peculio dare, nisi peculiū diceret relictum. Et quod ista sit ratio illius tex.voluit Bar.in l.ex hac scriptura.de do.quem prædicti non allegant.ver.sed contra prædicta videtur, &c. vbi dicit, quòd licet dispositio nō inducatur in eo, quod condōnaliter ꝓfertur, inducitur tamen in antecedēti vel cōsequenti, quando illudpoterat induci nuda volūtate testatoris, per d.l.Proculus.& l.denique.§.interdū. Et licet Soc.in d. l.cum filio.videatur hanc rationem ad illum tex.impugnare, ꝗ de Bar.in d.l.ex hac scriptura, mentionem non facit, nihilo minus parum vrgere videtur, quod per eum in cōtrarium allegatur. Primo.n.dicit, quod in casu d.§.interdum. non est antecedens necessarium ad validitatem oneris iniūctum seruo, quod peculium ei videatur relictum, quia cum seruus haberet, peculij administrationē, dictum onus non censet̄ sibi iniūctum, sed hæredit.l.peto.§.mater.de leg.2. Quod vltimum sane est falsū, cū per seruum illo casu dandū sit hæredi, ideo eidem hoc onus fuisse impositum non potest dici.d.§.mater.in fi. Et quia inter
10 † dantem & recipiētem differentia esse dēt.l.2. cum ibi no.per Bar.de stip.ser. Loqtur ergo d.§.mater. quando administrator alteri & non hæredi simpliciter grauatur dare per modum dispōnis, & non quando ei relinquitur sub condōne dandi, vt loquitur d.§.interdum. Secūdo in contrarium alleg.tex.in l.sed si sic. §.fi.de leg.3.vbi dr̄, quod si Stichus sit damnatus dare, si factus erit hæres hæredis ipsius testatoris, ꝙ relictum non valet, quia dictus Stichus iudicio testatoris nihil habet, & tamē hoc falsum esset, s̃m eū, si in antecedenti tacite dispositum fuisset, puta si hæres testatoris intelligeretur grauatus instituere Stichū hæredem, vt grauari potest.l.ex facto.in princ. ad Tre. Sed nec etiam istud obstat, quia, vt dicit Bart.in dicta l.ex hac scriptura oportet, quod antecedens pendeat à nupa testatoris uolūtate. Quamuis ergo possit testator hæredem grauare, ut Stichū hæredē instituat, per hoc tamen hæres sic grauatus ad hoc non cogitur, sed solū per fideicommissum restituere hæreditatem testatoris grauatus intelligitur.d.l.ex facto.& l. filiusfamiliās §.vt quis hæredem, de leg.1.& ꝙ fideicommissum non potest dici antecedens ad validitatem legati relicti a Sticho. quia per illud non succeditur hæredi, sed testatori.l.cohæred.§.cum filię.de vulg.& pupill. Et per consequens non est adimpleta illa condō, si Stichus erit hæres ipsius testatoris. Nec etiam prædictis ob.l.hæreditas ad Statium.ff.de hær.inst.quam cōtra Bar. ponderat ibi Bal.& Ang. quia ideo ex legato ab aliquo relicto
11 † non dr̄ ille hæres institutus, quia hæreditas non potest dari tacitē, & per coniecturas.l.1.ff.si tab.testam.exta.& facit l.iubemus.C.de test.& sed fideicommissum & legatum sic.l.cū proponeretur.de leg.2. Et vbi etiam dicta responsio Imol.& Alexan. in d.§.interdū. esset vera, adhuc tamen ille tex. probaret opin. Bar. Nam illo casu peculium pręsumit̄ legatum, s̃m prædictos ex eo, quia seruus fuit in peculio grauatus; & quia tanquam accessorium facile sequitur seruum, cui libertas datur.dic.l.1. Et sic istis duob.concurrentib. sic & in casu nostro, quia filij filiorum sūt grauati, & quia sūt in condōne positi ad eorum commodum.d.l.Lucius. Ex istis præsumendum est, quod in testa-
12 mento intelligantur vocati. Nec etiam alia responsio † placet ad d.§.interdum.de qua per Ale.in d.consi.ꝗ fuit prius Imo.in d.l.ex d.l.ex hac scriptura, de quo mentionē nō facit, inquantū dicūt, quod ibi seruus fuit grauatus dare hæredi centum de peculio. Vnde ex hoc constat, ꝙ testōr nō vult, ꝙ ad hæredē plus perueniat de dicto peculio, ar.l.cum prætor.in prin.de iud. Secus autem qn̄ grauatus fuisset dare extraneo, ꝑ d.l.3.§.fi.cum gl.de cond.ob cau. Nam hæc differētia est contra aliud, quod

dicit Bar.in d.l.ex hac scriptura ad intellectum.d.§.interdũ.ſm quem idem eſt,ſi extraneo ſeruus eſſet iuſſus dare. Vnde ibi bñ vř probari opi.Bar.& ad d.l.ab eo.C.de fidei. eſt reſponſum ſuperius.Et alio mõ rñdet ẽt Are.in d.l.centurio.& vbi ẽt opinio Bar.non eſſet vera, ſi tamẽ filij in cõdõne poſiti ſunt grauati reſtituere piæ cáæ,vt in caſu noſtro, dici põt,ꝙ eius fauore onus illis iniũctum valeat, & per cõſequẽs quod iſto caſu intelligantur filij ex teſtõ vocati,per ea quæ voluit Rom.in auth. ſimiliter.C.ad le.Fal.in 18.ſpãli piæ cauſæ circa vltimas voluntates.

13 Nam licet onus† vni iniunctum nominatim non accreſcat alteri.l.Celſus.§.pe.& ſi.de leg.2.& eſt magis communis opi. ut habetur,in l.quę condõ.de cõd.& dem.& in l.licet Imperator. de leg.1.hoc tamẽ fallit fauore piæ cauſæ,ſm Rom. per tex. in l.4.§.ſi.ſm intellectum Bar.& gl.de ali.& cib.lega.ubi idem dř fauore alimentorum.Et iſtud etiam ſequitur Ale.in l.ſi duob. §.1.de leg.1.& in d.l.licet Imperator.Sicut ergo dicto caſu fauore pię cauſæ,ne relictum ei factum pereat, onus tranſit ad aliũ cõtra naturam. & proprietatem verborum,ita & ĩ caſu noſtro eius fauore verba condõnalia dẽnt inducere diſpõnem ad effectum,vt conſeruetur relictum ei factum à filijs in condõne poſitis.Sed dato etiam,ꝙ opi.Bar.non eſſet indiſtinctè uera,& ꝙ nullo caſu ex hoc ſolo,ꝙ poſiti in condõne ſint grauati,dicerẽtur uocati,tamen in caſu noſtro aliud eſt dicẽdum, in quo aliæ cõcurrũt cõiecturæ. Et præmitto pro euidentia, ꝙ ſolum filij filiorum maſculi,& alij deſcẽdẽtes maſculi ſunt in cõdõne poſiti,& non fœminæ. Nam prius teſtator filios inſtituit, & eos adinuicem ſubſtituit,quandocũque decederẽt,ſiue filij ſui maſculi decederẽt ſine filijs, uel eorum filij maſculi ſine filijs maſculis in infinitum,ſubſtituit hoſpitale. Dum ergo dř & ſi omnes filij ſui maſculi decederent ſine filijs,ſimpliciter tamen intelligitur de filijs maſculis filiorũ, quod colligitur ex altera parte alternatiuæ,quæ ſubſequtur,ſi uel eorum filij maſculi. Et ſic in ea ſit mentio de filijs maſculis filiorum,ergo de illis etiam intelligitũr prima pars alternatiuæ, quia per ſequentem declaratur.l.1.de reb.du.& ibi no.omnes, immo etiam ibi probatur,

14 ſm † Soc.ꝙ unũ uerbum poſitum in una parte alternatiuæ reſtringitur cõtra propriam ſignificationem per aliud uerbum poſitum in altera alternatiuæ dicẽs,quod ibi eſt caſus de eo,ꝙ dicit Abb.in c.Quintauallis.de iurei.in 20.col.dũ uult, quod ſi ſit data ptás laudandi altè & baſsè,aut prout ſibi uidebitur, ꝙ illa uerba,altè & baſsè,reſtringũtur ad uerba ſequẽtia. Sic ergo & in caſu noſtro uerbum,ſine filijs,ſimpliciter prolatum in prima parte alternatiuæ,reſtringitor ad filios,de quib.in ſequẽti parte. Et ex hoc infero,quod etiã in prima ſubſtõne reciproca facta inter filios teſtatoris eorum filij maſculi ſolum intelligũtur in condõne poſiti, licet in ea de filijs ſimpliciter ſit facta mentio,quia cum in ſequẽtib.dicta uerba condõnalia teſtator

15 hoc mõ ſumpſerit,ut dictũ eſt.per hoc declaratur,qualiter† in præcedẽtib.intelligantur.l.utrum.de pe. hær.& facit l. qui filiabus.in princ.& l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.de leg.1.Et iſtud uoluit etiam Abb.in conſi.37.Videtur primo,&c.in ult.col.dicens,ꝙ ſi teſtator in principio uel in fine teſtamẽti fecit mẽtionem de filio maſculo,uidetur quod ſemper intellexerit de filio maſculo in alia parte teſtamẽti,in qua de filio eſt ſimpliciter facta mẽtio,quia præcedentia uerba dubia recipiunt declarationem a ſequentibus.d.§.ſi.& l.ſi.§.cui dulcia.de uino,tri.ole.leg.Et ultra eum hoc in terminis probatur ex no.per Bar.in l.ex facto. §. ſi quis rogatus.ad Trebell.in 1.col.vbi dicit,quod appellatione filij uenit naturalis,ſi de uolũtate defuncti conſtet,quod ſenſerit de tali.Et de uoluntate,ſecũdũ eum,dicitur conſtare, quando de naturalib.fecit mentionem in alia parte teſtamẽti.dicta l. qui filiabus.in princ. Ex alio etiam & ſecũdo conſtat, quod in condõne illa,quãdocũque decederẽt ſine filijs,appoſita in prima ſubſtõne fcã inter filios teſtator ſenſerit de maſculis tantũ. Nam plus dilexit filios ſuos maſculos quam hoſpitale,prout ẽt ex teſtamenti ordinatione colligitur, in quo illos prætulit, & prius uocauit. l. quoties,in princ. de uſufruct. Si ergo fauore hoſpitalis filios tantum maſculos in conditione poſuit,& non fœminas,ut ex altera parte alternatiuæ colligitur,& per quam prima pars ad maſculos reſtringitur, ut dixi ſupra,multo magis fauorem filiorum ſuorum, quos magis dilexit credendum eſt,quod in conditione poſuerit tantum maſculos, & non fœ-

16 minas, quia ſemper † fieri debent interpretatio, ne ſequatur abſurdum,ꝙ minus dilectus ſit melioris conditionis, quã magis dilectus.l.Publius.§.1. de cond.& demõ. & l.ſi viua matre. C.de bon.mat. & per not.per Doct.in locis mox allegandis.Et hoc ẽt ex alio demõſtratur, qm̃ teſtõr ꝓprias filias excluſit fauore filiorũ a ſucceſſione vniuerſali, ergo multo magis excluſiſſe videtur neptes ex filiis minus dilectas,& per cõſequens reſpectu ſubſtitutionis inter eos factæ nõ videtur illas in cõditione poſuiſſe ad excluſionẽ alicuius filij ſubſtituti,vt in iurib.præalleg.& per no.per Bar.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.de libe.& poſth.& in l.quidam relegatus.§.ſi.de reb.dub.& ꝑ not.ꝑ gl.in l.ſi mater.§.j.ſm ꝙ eam ſubtiliter ſaluat Bar.ibi,de vulg.& pup. Et iſtud ẽt per hanc rationẽ in terminis vult Raph. in l.1. C.de cond.inſer.& Pau.de Caſt.in conſi.79.inci.Caſus iſte frequenter contingit, &c. vbi concludit, ꝙ aut ſubſtitutus eſt de agnatis teſtatoris,& tũc in conditione intelliguntur ſolũ maſculi poſiti,qñ proprias filias teſtator excluſit,q̃a ſic feciſſe uidetur gratia agnationis conſeruandæ, propterea tunc fœminas remotiores præſumitur excludere voluiſſe. Secus aũt,ſm eum,quando ſubſtitutus ſub conditione,ſi grauatus deceſſerit ſine filiis,eſſet extraneus,quia tunc ceſſat ratio prædicta. Et ſm hanc diſtinctionem conſuluerunt omnes Doct.Papienſes. d.Franc.Are.& do.Andr.Barb.Et pro iſta opi.conſuluit etiam Raph. vt pleniſſime refert Soc.in l.cum auus.de cond.& demõ. in 44.col.cum plurib.ſeq. vbi de verbo ad verbum refert quoddam cõſi.Pau. de Caſt.factum in ciuitate Camerini, & ibi etiam ipſe ſequitur prædictam diſtinctionem,& ad omnia,quæ allegari pñt in contrarium,in dicto loco inuenitur reſponſio, ꝙ aliter non proſequor,quia longum eſſet,ſed ad ibi dicta me remitto. Poſtquam ergo,vt ex præmiſsis conſtat,deſcendentes maſculi ſunt in conditione poſiti,hoc factum intelligitur fauore agnationis,ſecundum Ioan.And. in addi. Spec. in rub.de teſt.ver. ſub hoc titulo

16 generali, &c. dum dicit, ꝙ vbi de maſculis † mentionem facit teſtator, quod hoc ſic dictum præſumitur gratia agnationis, & probatur ex not. per eum in addi.Spec.in rubrica de ſucceſſ. ab inteſt.& per Cyn.in l.1.C.de adulter. & Bald. in l. quod vero. de legiti. dum dicunt idem de ſtatuto excludente fœminas maſculis extantibus. Quia ergo filij filiorum ſunt grauati, & fauore agnationis ſunt etiam in conditione poſiti,præſumendum eſt,quod ex teſtamento fuerint vocati, aliàs fœminę ab inteſtato admitti poſſent, vt in caſu noſtro, & ſic bona extra familiam peruenirent contra intentionem teſtatoris. Et ſic iſto caſu ad minus opi.Bar.in d.l.Centurio. erit uera,& poterit opinio contraria locum habere,quando ceſſat ratio prædicta, ꝑut quando ſimpliciter,& ſic tam maſculi quam fœminæ in conditione poſiti ſunt grauati. Et vltra prædicta adhuc ex aliis conſtat de teſtatoris voluntate.Nam nullis extantibus maſculis hoſpitale admitti potuiſſet ad portionem Marci ex ſubſtitutione extantibus etiam eius filiabus cũ quibus nũc contenditur, q̃a, ut dixi,non ſunt poſiti in cõditione, ſub qua ſubſtituit hoſpitale. & tamen ſi Marcus ſine aliquibus filijs deceſsiſſet,hoſpitale quod vocatur, ſi omnes filii deceſſerint ſine filijs, non poſſet admitti ad partem illius, ſuperſtite filio Iacobi.l. penult.C. de impu. & al. ſubſt. & per omnes, in l.hæredes mei.§.cum ita. ad Trebellia.Si ergo filius Iacobi hoc caſu excluderet hoſpitale, ſi cum illo ſolo concurreret,quod eſt magis dilectum, quam dictæ filiæ Marci, ergo ex coniecturata mente defuncti facilius debuiſſet excludere dictas filias Marci, ſi cum illis concurriſſet. Et ſimiliter, quia dicto caſu hoſpitale pręferretur filiabus Marci aliis maſculis non extantibus ergo eodem caſu, ſcilicet quo extaret filius Iacobi, & Marcus deceſsiſſet ſine maſculis, ſed cum dictis filiabus ex veriſimili mente defuncti debuiſſet

17 illis filius Iacobi pręferri, qui eſt magis dilectus quam hoſpitale.dicta l. pen. C. de impub.& al.ſubſt.& l.ſi is qui ducenta. §.item ſi pater.iuncta gl.de rebus dub.& arg.l.cum acutiſsimi, C.de fideicom.Et hoc ne ſequatur abſurdum,vt dixi,quod minus dilectus ſit melioris conditionis quam magis dilectus.Quia ergo dicto caſu filius Iacobi non potuiſſet filiabus prædictis pręferri,niſi ex teſtamento intelligeretur vocatus, quia ab inteſtato dictæ filiæ illum excluſiſſent, ideo ſecundũ intentionem teſtõris intelligit̃ ex teſtõ vocatus, licet ſit in conditione poſitus.Et ẽt ex alio declaratur teſtõris intentio. Nam pone,quòd Marcus ſine filiis maſculis deceſsiſſet dictis filiab.ſuperextantibus & ẽt filio Iacobi ſuperſtite. Iſto.n.caſu ſi ille in conditione poſi-

positus non intelligeretur ex testamento uocatus, hospitale ad portionẽ Marci debuisset admitti. Non.n. propter superexistẽtiam dictarum filiarum Marci potuisset excludi, quia, vt sæpe dictum est, illæ non sunt in conditione positæ, sed solum filij eius masculi. Nec etiam filius Iacobi dictum hospitale potuisset excludere, tãquam persona, quæ ex verisimili mente defuncti substitutum post mortẽ plurium solet excludere. d.l.penul. & per Doct. in d.§. cum ita. Quia tũc talis persona substitutum excludit, quando ab intest. succedit. Et aliàs secus, ſm Nic. de Matt. Bal. & alios, in d.l. pe. & Do. in d.§. cum ita. vbi dicunt, ꝙ si testator post mortem duorum filiorum ex duab. vxoribus substituit alium extraneum, & fit alter mortuus superstite matre, quæ alterum filium excludit ab intest. auth. defuncto, ad Tert. ꝙ substitutus extraneus ad portionem præmortui admittetur, per d. §. cum ita. quia frater eius superstes, ex quo succedere non potest fratri ab intestato eius matre existente in medio, non dicitur de personis, quæ ex verisimili mente defuncti dicto casu excludant substitutum. Et idem dñt, qñ dicti duo fratres essent vtrinq; coniuncti, & aliter præmortuus extraneũ instituisset, & fratrem superstitem exclusisset, quia ex quo superstes præmortuo non succedit, substitutũ non excludit. Vnde & in casu prædicto filius Iacobi non potuisset hospitale excludere, si non posset ex testamento succedere, quia per filias Marci excluderetur ab intestato ab eius portione, & sic non intelligeretur filius Iacobi in cõditione positus quo ad portionem Marci, sed tantũ-
19 modo patris sui, quia † pluralitas in singularitates diuideret, vt est casus, in d.§. cum ita. Vñ isto casu non pôt hñe locũ qđ no. in l. filiusfamilias. §. cũ quis. de leg. 1. Quod aũt dicto casu hospitale deberet admitti, esset cõtra mentẽ defuncti aperte, qui, vt patet ex testamẽti ordinatione, hospitale vocauit, & admitti voluit in defectum oĩum masculorũ, & non aliter, nec alio modo. Vnde vt seruetur & adimpleatur illius intentio, rõnabilius, & æquius est dicere, ꝙ filij filiorum in conditione positi dicantur ex testamẽto vocati, quia mediante tali interꝑtatione in casu ꝑfigurato nõ potuisset dictũ absurdũ cõtra voluntatẽ testoris cõtingere, quia vbi filius Iacobi dicatur ex testõ vocatus, intelligit etiam Marco substitutus, & ẽt eius filio quolibet eorum decedente sine filiis masculis, ut dicetur inferius, & sic hospitale non potuit venire, nisi in defectum oĩum descendentium masculorum, prout voluit testator. d.§. cum ita. Et ita etiam in terminis decidit Pet. de Anch. consi. 73. incip. Contra Philippum, &c. vbi concludit, ꝙ testator filios institutos substituit ad inuicem, si alter decesserit sine filiis, & casu quo omnes sine filiis decedant, substituit piam causam, ꝙ filij filiorum in conditione positi intelliguntur ex testamẽto vocati, qñ aliàs sequi posset, ꝙ aliquo ex dictis filijs superstite pia causa venire posset ex substitutiõe, & illum excludere, quia ſm ipsum non est verisimile, ꝙ testator voluerit suæ posteritati præferre piam causam, quam minus dilexit, cum eam post mortem omnium descendentium vocauerit, ar. l. cum auus, de cond. & demon. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. Et isto casu, ſm eũ, nõ hẽt locum gl. in d.l. Lucius, sed procedere potest, quando substitutus extraneus non potest excludere aliquem ab intestato de dictis filiis in conditione positis. Et ita mentem Pet. de Anch. declarat, & etiam isto casu approbat Socin. in d.l. cum auus. circa fin. pen. col. Et istud confirmatur, iudicio meo, optime per tex. secundum intellectum glo. approbatum in l. fratris qui duecta. §. item si pater. de reb. dub. vbi
20 † alternatiua resoluitur in coniunctam, ad effectũ, vt substitutus extraneus, non excludat nepotem testatoris ex filio præmortuo a portione alterius filij postremo mortui sine filiis. Et ille tex. nedum habet locum in directa substitutione, sed etiam in fideicommissaria, vt est de mẽte gl. ibi, ſm Soc. & idem uult Bar. in d.l. cum ita. Et ita dicendum est in casu prædicto, vt s. filius Iacobi conditionaliter nominatus dicatur dicto casu uocatus, ne excludatur a portione patrui. Et eadem ratione dicendum est idem, ne excludatur a portione fratris patruelis, in qua ille successit testatori ex persona patris. Prædicta etiam confirmatur. Nam testator casu, quo oẽs filij masculi qñcũque decederẽt sine filiis, vel eorũ filij masculi sine filiis masculis in infinitum, reliquit suũ hæredẽ vniuersalẽ hospitale S. Mariæ de la Scala de Senis, quod tunc substituit filiis suis, & filiis filiorũ suorum, &c. Non tñ ergo dictũ hospitale substituit testator filiis filiorum in conditione positis, sed ẽt filiis suis institutis sub duplici cõditione, l. si dicti filij testoris decesserĩt sine filiis, aut filij filiorũ in infinitum sine filijs masculis decesserint. Quamuis ergo pcedẽs subtitõ fideicommissaria facta filijs filiorum in condõne positis nõ valeret, ꝑ ea, quæ superius dicta sũt, valuit tñ alia quæ facta dr̃ filijs institutis sub duplici cõdõne alternatiua, ſm Bar. cum quo omnes in hoc concordant in d.l. cẽturio. & in d.l. sed si sic. de leg. 3. Si ergo in casu nr̃o filius Iacobi ad portionem, de qua agitur, nõ admitteretur ex testõ, hospitale admitti dẽret ad hãc portionem, in qua fuit institutus Marcus, ex quo eius filius decessit sine filijs per d.l. hæredes mei. §. cum ita. ad Treb. & l. Lucius. §. Caio. ad Treb. & l. fi. §. filium. de lega. 2. Nec superesse diceretur persona, quæ ex verisimili mente defuncti posset dicto casu hospitale excludere, quoniã filiæ Marci, quæ supersũt, non sunt de illis, quia in condõne, sub qua vocatur hospitale, nõ sũt positę, sed masculi tantum, vt superius probaui. Nec similiter filius Iacobi, ex quo ad hanc partem ab intesta. venire nõ posset extantib. dictis fœminis sororibus defuncti, per no. per Nic. de Matt. Bald. & alios, in d.l. pen. C. de imp. & ali. subs. & per Doc. in d.§. cum ita. Et sic, vt etiam superius tactum est, non diceretur positus in condõne respectu portionis Mariæ, & sic eius superexistentia sola nõ faceret eam deficere, quia pluralitas in singularitates resolueretur. d.§. cum ita. Quod autem dicto filio Iacobi vel alio descendẽte masculo superstite admittatur hospitale etiam ad partem, nedũ est contra verba testamẽti, & propriã eorum significationem, cũ substituatur in defectum omnium masculorũ, sed etiam cõtra verisimilẽ eius intẽtionem, qui non præsumitur in hac parte hospitale, quod minus dilexit, vt ex ordinatione testamenti colligitur, præferre suæ posteritati masculinæ, cui voluit prouidere, ar. d.l. cũ acutissimi. & d.l. cum auus. Et ideo dicendum est iuxta intentionem testatoris, quod dicti descendentes masculi positi in condõne dicantur isto casu vocati, arg. dictarum legum. Et sic ex præmissis colligitur responsio ad vnum, quod allegatur in contrarium, & in quo fit præci-
21 puum fundamentum, s. ꝙ † filij filiorum in condõne positi nõ dñr ex testõ vocati, per no. in l. Lucius. de hære. inst. quia ubi ex aliq.b. cõiecturis apparet de contraria mente testatoris, nõ procedit, quod gl. voluit in d.l. Lucius. & prout etiam declarat Soc. in d.l. cum auus. de cond. & demon. in fi. quib. coniecturis manifeste in casu nostro dr̃ constare, vt ex præmissis colligitur, ꝙ eo magis procedit fauore piæ causæ, vt etiam probatur ex iã dictis. Quinimmo, vt etiam tactum est, probabiliter dici potest, ꝙ ex hoc solo, quod prædicti fuerunt grauati, dicantur honorati ſm opi. Bar. in d.l. Cẽturio. cum quo transeũt plurimi in locis superius alleg. Et vbi hoc non sufficeret, absque tamen dubio alijs præsumptionib. concurrentibus de quib. supra, tunc dicta opi. est vera. Nec secundo obstat, dum dicitur, ꝙ dicti filij filiorũ, ẽt si sint vocati, nõ sunt tñ ad inuicẽ substituti, quia si voluisset testõr eos ad inuicẽ substituere, hoc expressisset, sicut ad inuicẽ substituit expresse filios primi gradus institutos. Quia immo si sunt vocati dicti filij filiorum, intelligũtur etiam ad inuicẽ substituti, & ordine successiuo, tanquam vocati per nomen collectiuum, iuxta l. cum ita. §. in fideicõmisso. & l. peto, §. fratre de lega. 2. & declarat Bar. & Doct. in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & posth. Voluit enim testator, quod si omnes filij sui decederent quandocunque sine filijs, vel eorum filij masculi sine filijs masculis in infinitum, &c. Dum ergo dicit, vel eorum filij masculi in infinitũ, ex illo verbo, in infinitum, apparet, ꝙ testõr appellatione dictorum filiorum sensit de omnib. descendentib. & sic quod omnes descendẽtes masculi sunt in condõne positi, qui ex causis prædictis intelliguntur etiam ex testamento uo-
22 cati. Vnde ſm testatoris intẽtionem appellatione filij comprehenduntur omnes descẽdẽtes, dicũtur vocati per nomen collectiuũ, & per consequens dicũtur omnes illi ad inuicem substituti ordine successiuo. d.§. cum ita. & d.§. fratre. & per Bar. ĩ d. §. quidam recte. & perinde ac si de liberis uel descẽdentib. esset facta mentio, & quia tunc dicũtur ſm dictum ordinem ad inuicem substituti, velut sub nomine collectiuo uocati, ſm Alexã. d.§. quidã recte. per l. liberorum. de uerb. sig. Et idem tenet etiã ibi Are. & allegat Ang. in consi. 39. incip. Cum institutio, &c. & dicit etiam Soc. ibi, quod vbi appellatione filij uenit nepos vocati ſm dictũ ordinẽ, tanquã isto casu nomẽ filij sit collectiuũ. Et idem voluit in cons. 90. inc. Abunde & subtiliter. ꝙ est inser tũ inter cõsilia d. Mariani. Idem ergo multo magis in casu nr̃o

inquo testator sub nomine filiorũ, inclusit omnes descẽdẽtes. Et intelliguntur etiam per fideicommissum substituti ad inuicem, q̃a testator dixit, & si omnes filij sui masculi quandocũq. decederent sine filijs, vel filij eorum sine filijs, &c. Vnde a contrario sensu, si filij decederent cum filijs, aut filij filiorũ cũ filijs illi dicto casu sunt vocati ex mente testatoris, tantũ sint in condõne positi. Est ergo perinde ac si testator post mortem filiorũ filiorũ vocasset nepotes ex eis, & illis mortuis pnepotes. Ergo dicti nepotes & pronepotes intelligũtur vocati compendiose, & sic etiam per fideicommissum, q̃a vbi † q̃s substituitur post mortem alterius compendiose, intelligitur substitutus vt probatur ex no. per gl. quam ibi ponderat Raph. & mod. Perusi. in l. in testamento. C. de testam. mil. Et istud etiam in istis terminis uult Are. in d. §. quidam rectẽ. dicens ꝙ vbi plures uocantur sub nomine collectiuo, & per uerba significantia tractum temporis, puta post mortem talis, ut in casu nr̃o, ꝙ intelligũtur substituti etiam per fideicommissum. Et dicit ẽt ibi Soc. ꝙ q̃n testãtor substituit agnatos uel familiam, quandocũque filius decesserit sine filijs, & sic per uerba significantia tractũ temporis, ꝙ inter illos de familia dr̃ facta substõ ẽt fideicommissaria per d. §. in fideicommisso, per no. ibi per Pa. de Ca. quia mens testatoris est ut relictũ in familia conseruetur, ideo ex tacita mente põt iduci dicta substõ per no. in l. cũ proponeret. de le. 2. & sic est perinde ac si testator dixisset ꝙ in familia remaneret. Quo casu unus alteri diceret̃ per fideicommissum substitutus. d. §. fratre. q̃ omnia in casu nr̃o concurrũt, & locũ habent. Nec ob. ꝙ dicatur ĩ d. §. in fideicommisso. ꝙ intelligantur solũ vocati nati uel concepti tempore mortis testatoris uel testamenti. iũcta. l. si cognatis, de reb. dub. quia habet locum, quando sũt uocati in futurũ & incertum euentũ, sicut in casu nr̃o, in quo tempore uocant̃ post mortem filiorum, & pronepotes post mortem nepotum. Sed tũc satis est, quod reperiantur nati uel cõcepti tempore existentis condõnis, prout uoluit Lamb. de Ramp. quem refert & sequtur Ioan. And. in add. Spe. in rub. de test. uersi. item Lamb. de Ramponib. &c. & Ale. consi. 22. & 26. in ult. col. in 3. uol. & Socin. in d. l. si cognatis. circa ultimam char. uersi. 4. & ultima conclusio, &c. Et propter hoc refert se aliãs dixisse, quod ubi testator digrederetur ad tot gradus, ita quod non esset verisimile cõsiderasse conceptis tantum in uita, quod admitterentur nati, & concepti post mortem. prout in casu nostro accidit, ex quo filios filiorum & eorum filios masculos in infinitum posuit in condõne, quos, ut sæpe dictum est præsumitur ex testamento admitti uoluisse. Nec est uerum, quod in casu isto fœminæ dicãtur in condõne positæ, sed masculi tantum dicuntur in ea nominati, ut in præcedentibus plene probaui, & propterea tollitur, quod postremo in contrarium allegatur, & per consequẽs concluditur, quod filius Iacobi uocatus intelligitur ad partem, de qua agitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Si hæredi instituto facta sit substitutio eo decedente sine filijs masculis, & ipse cum ijs decedat, euanescit substitutio, quicquid postea eueniat.*

2 *Filij descendentes in conditione positi, non censentur ex testamento uocati.*

3 *Non honoratus grauatus non præsumitur.*

4 *In conditione positi in dubio granati non censentur, immo si grauati sint, grauamen non tenet.*

5 *Filiorum appellatione ueniunt omnes descendentes, quando eis de aliqua parte hæreditatis uel legato prouidetur.*

6 *In dispositione de filijs præsentibus facta ueniunt etiam filij nascituri.*

7 *In substõne hæredi facta de filijs, intelliguntur filij uocati ordine successiuo, maxime ubi sumus inter testatori coniunctos.*

8 *Vocati nomine collectiuo, inter eos cadit ordinis prælatio, successiuo ordine uocati intelliguntur.*

9 *Positi in conditione, si grauati sint fideicommisso, ad hæreditatẽ uocati esse censentur.*

10 *Si testator substitutos pupillariter reciproce substituerit, deinde eis legauerit, in legato quoque substituti esse creduntur.*

11 *Impropria, immo etiam contraria uerborum significatio sũmitur in substitutionibus, ut testatoris mens saluetur.*

12 *Verba conditionalia, si de mente testatoris appareat, disponunt.*

13 *Vbi quis alterius contemplatione excluditur, eius pars illi applicatur, cuius contemplatione excluditur.*

14 *Positus in conditione censetur vocatus, vbi ipsius fauore is excluditur, qui ipsum vel in totum vel in partem exclusisset. & vide nu. 15.*

15 *Filia exclusa per statutum extantibus masculis, si illi nolint succedere, non statim dicitur exclusa.*

16 *Statuto excludente filias fœminas, nedum neptes, & vlteriores ex eis, sed etiam neptes, & vlteriores ex masculis exclusæ intelliguntur.*

17 *An quod ex substitutione fideicommissaria capitur, veniat in restitutione fideicommissi. distingue, ut habetur in l. si Titius, & l. Marcellus, §. quidam liberis. ad Treb.*

18 *Substituti in tempore incerti euentus futuri, satis est, quòd fuerint in rerum natura tempore, quo euenit casus substitutionis.*

CONSILIVM CXL.

VISA facti narratione, & uerbis testamẽti, ac mente testantis diligenter inspectis, necnon quibusdam consilijs in fauorem Iacobi de Maynetis, cõtra dictum Iacobum, prima facie facere uidetur, quia vocari non videtur hoc casu virtute alicuius substitutionis, nec expresse, nec tacite, testator. n. tm̃ duob. casibus principaliter substituit expresse filijs suis primũ locũ tenentib. primo, videlicet, casu, quo alter eorum sine descẽdentib. masculis decederet, quo casu superuiuentem, seu superuiuẽtes, aut eorum filios substituit. Ex hac igitur substitutione admitti nõ põt, quia Iac. & Io. Antonius eius frater, ad cuius bona illo prędefuncto, sine descendẽtib. masculis contendit admitti d. Iacob. non sunt de personis nominatis in dicta substitutione, nec actiue, nec passiue. Item quia Bartholomæus pater Iacobi & Ioan. Antonij decessit cũ filijs masculis, propter ꝙ expirauit omnis substitutio ei facta, quamuis eorum filij postea sine filiis decesserint, ut in terminis concludit Ioan. An. in addi. Spe. in rub. de test. in addi. magna incip. Occurrit, &c. ver. 5. q. & c. vbi determinat, ꝙ si hæredi † instituto decedenti sine filijs masculis, uel ne-
1 potibus, uel ulterioribus masculis & masculis descendentibus sit facta substitutio, & hæres decesserit relictis filijs masculis euanescit substitutio, quicquid euenit postea de illis. alleg. l. cũ vxori. quãdo dies leg. ced. & l. si quis hæredẽ. C. de inst. & subst. & l. hæreditas. in prin. ad Treb. Et idẽ formaliter cõsuluit Old. consi. 21. in tit. de test. Ad idem optime seruit, quod consuluit Pet. de Anc. consi. 136. & quod no. Bar. in l. liberorum. pen. col. versi. quid si in aliqua dispositione. de verb. sig. Secundo principaliter fuit expresse dicta substõ facta filiis. s. casu quo decederẽt sine filijs, & descendentib. masculis, ita ꝙ oĩno deficeret linea masculina, quo casu substitutæ fuerũt filiæ fœminæ testãtoris in totũ neptib. ex dictis filijs nullis superstitib. & casu quo superessent dictæ neptes eodem casu. s. dictis filijs decedentibus sine masculis descendentib. ita quod omnino deficiat linea masculina, dictas filias in dimidia, & dictas neptes in alia dimidia filijs ipsis institutis substituit. Item casu, quo d. filij decederent nullo ex linea masculina superstite, nec aliqua testatoris filia superuiuente, dictis filijs neptes ex eis substituit in totum. Et casu quo prædicti filij sine descendentib. tam masculis quam fœminis decederent, nec essent aliqui descẽdẽtes ex aliqua spẽ tam masculina quam fœmin. tũc dictis suis filiis uxorem suam substituit testator in 3. parte hæreditatis, & in alijs duab. partibus eius sorores. Et consequenter cum Iac. & Io. Antonius nõ sint similiter de personis in hac substõne nominatis nec actiuẽ, nec passiuẽ sequitur, ꝙ etiam ex hoc capite admitti non possint, & etiam quia omnes istæ substõnes expirarunt in persona d. Bartholomæi, cũ ipse, ut dictũ ẽ, decesserit cum filijs masculis, esto ꝙ eius filij, uel alter eorum sine masculis decessisset, per no. ꝑ Io. An. & alios, ubi supra. Ex tacita quoq; substõne admitti nõ põt Iac. tanquam omnes descendentes masculi testãtoris in con-
2 dõne positi dicantur ordine successiuo uocati, quia † & glo. & alij Doc magis communiter in l. Lucius. de hær. ins. quam et iã Doc. magis communiter in plerisq; locis approbant, cõcludit, ꝙ dicti descendentes condõnaliter tantũ nominati minime cẽseantur ex testõ uocati, sed quod uoluerit testator tm̃ humani successionẽ inter illos conseruari, iuxta l. uel singulis. ff. de uul. & pup.

& pup. non uidetur et constare de tali substōne tacita, ex eo, ꝙ ultimo decedenti tantum ex masculis vel masculis, & fęminis simul sit facta substitutio in tota hæreditate, iuxta l. Titia Seio. §. Seia liberis. de leg. 2. Tum quia nulli ultimo ex descendentib. decedenti est aperte facta substitutio, tum quia in dubio non præsumitur, immo ꝙ non sit facta ultimo decedenti cōstat manifeste, quia primo filiis testatoris institutis & sine descendentibus decedentibus, substituit filias proprias testator in totum. Non est ergo ista substitutio facta ultimo decedenti, immo filiis tantum primo loco uocatis. idem est, quando prædictæ filię & neptes ex filiis fuerunt æqualiter substitutæ filiis institutis sine masculis decedentibus. Atque idem quando neptes filiis fuerunt substitutæ, illis, ut supra, decedentibus, & nullis filiab. testatoris superuiuentibus, atque idem quando uxor, & sorores prædictis filiis fuerunt substitutæ, casu quo nullus superesset, tam ex linea masculina quam fęminina, qui omnibus supradictis casibus continue facta fuit substitutio non ultimo decedenti ex prædictis descendentib. sed ipsis filiis tantum institutis. nō pōt similiter dici ex aliqua substitutione facta fæminis aliquem esse substitutum vltimo decedenti ex descendentib. simpliciter. s. tam masculis quā fęminis, quia filiab. testōris, & earum filiis casu, quo in solidum ex substitutione uocarentur, substitutæ fuerunt uxor & sorores testatoris. Et sic non ultimo decedenti. sed filiabus, & earum filiis tantum fuerunt substituti. l. fi. §. filiū de leg. 2. l. Lucius. §. Caio. ad Treb. & colligitur ex no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. circa fi. eo. ti. & clarius per Mod. in l. pater filiam. §. fi. ad leg. Fal. & in l. si pater impuberes. de uul. & pup. & per alios, in l. qui duos. & in l. uel singulis. eo. ti. Et quasi in terminis nostris per Alex. cōsi. 91. 1. uol. in 5. argu. primę partis, uncta responsione ad illud inferius eodem consi. data. idem quoque est, quando dictis filiabus, & earum filiis fuit substitutus Marcus a Rupe pro dimidia, & pro alia dimidia pauperes Christi. Necnon quando neptibus ex filiis & earum filiis casu, quo in totum ex substitutione admitterentur, substituit testator uxorem & sorores proprias casu, quo linea masculina, & fæminea omnino deficeret, quia non ultimo decedenti ex altera dictarum linearum, sed ipsius neptib. & earum filiis tantum substituit. Præterea cum prædictæ fæminæ scilicet filiæ, & neptes testatoris, ut supra substitutæ, non sint simpliciter substitutæ masculis deficientibus, & sic successiue in defectum lineæ masculinæ, sed ipsis Maynenti & Scipioni, & aliis filiis testatoris, casu, quo ipsi sine masculis descendentibus decederent, & omnino linea masculina deficeret, adeo, quod illis cum masculis decedentibus quamuis postea linea deficiat masculina, expirat substitutio de dictis fęminis facta, per no. in locis de quibus supra in prin. quod non esset casu, quo filiis non essent substitutæ, sed simpliciter essent uocatæ linea masculina deficiente, dici non potest, quod substitutio eis, vel earum filiis facta, dicatur facta ultimo decedenti ex descendentibus simpliciter scilicet tam masculis quam fęminis, quia casu quo masculi cum masculis decedant, ut dictum est expirat substitutio de fęminis facta, adeo quod linea masculina postea deficiente non admittuntur ergo substitutus post earum & suorum omnium descendentium mortem dici non potest ultimo decedenti ex descendentibus substitutus. Non præsumitur etiam casu, quo essemus in dubio, quod vltimo decedenti tantum sit facta substitutio, quia omnes descendentes filiis & neptibus ex eis, ac filiabus testatoris exceptis, positi sunt in conditione tantum, & sic non dicuntur ex testamento uocati, ut ex prædictis patet, ergo ultimus de-
3 cedens, prædictis exceptis, cum non sit honoratus, non præsumitur grauatus. l. ab eo. C. de fideicom. l. plane. la 2. §. fi. cum l. seq. de leg. 2. & probatur in l. sed si sic. §. 1. de leg. 3. præcipue cum uerba grauaminis non sint relata ad aliquem ultra prædictos, quo casu videtur expeditum, quod in dubio positi in cōditione non censentur grauati, secundum Rayn. Richar. Malumb. quos refert Bart. in leg. Centurio. uersi. quæro ulterius,
4 quid si testator dixerit, † si filius meus decesserit sine filiis, & c. de uulg. & pup. & est de mente Barto. in l. codicillis. in princip. de usufru. leg. dum vult, quod onus fideicommissi in casu quæstionis formatę in uer. præal. & in dicta l. sed si sic. non intelligatur iniunctum ultimo decedenti id est filiis filiorum in conditione positis, sed institutis tantum. Et idem uoluit in consi. in pri. Andræas condidit testamentum, & c. Bal. & Sali. expsse in l. pe. C. de impu. & al. subst. & Bal. in d. l. sed si sic. & in l. ab eo. C. de fideic. Im. in d. l. centurio. pe. col. & in c. Raynutius. in materia compendiosæ. de test. & Pet. de Anch. in consi. 136. In Christi nomine, principaliter ponderandum est, & c. & Pau. de Ca. consi. 26. inc. Dubium facit, & c. & in terminis nostris per Alex. consi. 55. & 102. 4. vol. fortius voluit Ray. ut refert Bar. vbi supra, ꝙ ēt si verba grauaminis essent relata ad descendentes tm̄ conditionaliter nominatos, ꝙ cum tales non sint uocati, grauamen non teneret. Et idem sequitur Im. ubi supra, & Bal. in d. l. ab eo. per illum tex. & in d. l. sed si sic. Cum ergo descendētib. in cōdōne positis non uideatur in dubio grauamē iniunctum, non censetur in dubio ultimo decedenti substōnē fideicommissariam esse factam, sed vocatis tātum. Dictus. n. §. Seia libertis, loquitur, quando esset facta substō plurium, qui fuissent uocati, ut dicunt omnes in locis præal. Sed dato etiā, ꝙ omnes eēnt vocati, ex quo tamen Iacob. testatoris nepos tempore testamēti vel mortis testatoris non erat natus, nec conceptus, non vr̄ ex substōne admitti posse, quia de descendentibus natis vel cōceptis altero illorum temporum uidetur intellexisse testōr. l. si cognatis. de rebus dub. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 1. 2. bene facit tex. in l. si Titius. de suis & leg. & in l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cog. Præterea dato ꝙ etiam nascituros uocasset & ordine successiuo, eos tamen vulgariter tm̄ substituisse videtur, ut concludit Raph. Cuma. & Moder. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. Sed pater Ioan. Antonii & Iacobi fuit hæres, ergo quamuis esset substitutus, expirauit substō. l. post aditam. C. de impuber. & al. subst. Sed præmissis non obstā. contrariam sententiam proculdubio puto veriorem, & testatoris intētioni magis consonam. Quamuis enim magis communiter dici soleat post gl. in d. l. Lucius. ꝙ in conditione positi non dicūtur ex testamento vocati. Quæ opinio & si in consulendo & iudicādo sit sequenda regulariter, in casibus tamen, de quib. agimus, aliter in dubio puto concludendum. Testator namq; primo filio, uel filiis sine masculis decedentib. superstitem substituit, vel superstites, seu eorum filios, secundo loco omnib. filiis sine masculis descendentibus morientibus, ita quod si omnino linea masculina deficiat, & nullis neptibus ex dictis filiis extantibus, Camillam eius filiam, & quamlibet aliam sibi nascituram dictis filiis substituit, quas etiam inuicem substituit, casu quo altera earum sine filiis decederet, & eidem Camillæ, & cuicunq; alteri filiæ ipsius Camillæ, & cuiuscunque alterius filiæ filios substituit æqualiter & æquis portionibus. Ipsis ergo filiabus ꝓprijs substituit testator earum filios, ut per proxima patet, quorum filiorum appellatione ueniunt omnes descendentes ex ipsis fi-
liabus, quia † ubi in dispositione fit mentio de filiis eis prouidendo de aliqua parte hæreditatis vel legato non solū ueniunt filii, sed etiam ulteriores. l. Lucius. la ultima. de hæred. instit. & no. Bar. in l. liberorum. 4. col. C. de uerb. sig. facit l. iusta. & l. filii. eo. ti. & tex. in l. Gallus. §. instituens, secundum intellectum, quem approbat ibi Bar. post glo. secundam, & idem tenet Pe. de Anch. in cle. j. de baptis. & Car. in c. r. de verb. sign. & Anto. de Butr. in c. quibusdam de pœn. & hoc maxime procedit, vbi dispositio est facta ab ascendente, ut consuluit Franc. Accur. quem refert & tandem sequitur Cy. in d. §. instituens, attamen etiam tanto magis procedunt prædicta, ubi non est simpliciter dispositio facta de filiis præsentibus tempore testamenti. sed erat collata in euentum futurum, in quem uer. similiter erat dubium, an tunc extarent filii uel nepotes, quia est verisimile ꝙ testator eo casu late acceperit verbum, filios. Et ita proprie procedit. d. l. Lucius, ut declarat Imo. in d. §. instituens. Et ita fuit in casu nostro, quia filiarum filios extantes tempore testamenti non tantum substituit, sed etiam manifeste ex quo filios cuiuscunque posthumæ filiæ legitimę & naturalis ipsius testatoris matri substituit, & sic nepotes nascituros ex filia posthuma ipsi filiæ posthumæ substituit, qui nullo pacto nasci potuerūt testatore uiuēte si ex posthuma erant nascituri. Quinimmo Bar. & alii in locis, de quibus supra, volunt, quod † ubi dispositio fit a testatore de filijs præsentibus ueniunt etiam ulteriores. Et ita etiam circa prædicta late concludit Ale. consi. 26. 3. vol. vbi quibusdam in contrarium facientibus respondet optime. Stante ergo hoc, ꝙ testator filiabus descendentes ex eis substituerit, vocati intelliguntur ordine successiuo non autem eodem tempore, ut est de mente Bar. in d. l. Gallus. §. quidam recte. dū re-

respondet ad d.l.peto.§.fratre.de leg.2. inquantum dicit, ꝙ in d.§.vocantur ordine successiuo,quia non fuerunt proprie nominatæ copulatiuè,sed fuit prolatum nomen familiæ.Ex cuius
7 verbis † infert ibi in terminis do.Ale.quòd si instituitur sit Titius,& post mortem eius filij,ꝙ dicti filij dicuntur ordine successiuo uocati.Allegando etiam Bar.in d.l.si cognatis.col. vlti: vbi dicit hoc esse maxime verū,qñ circa coniunctos vtitur testator nomine collectiuo,sicuti in casu nostro,& ita dicit se consu
8 luisse.Idem est ēt de mente Baldi† in l.fi.C.de ver.sig.generaliter notans ex illo textu in verbo,gradatim,ꝙ quando sub noīe collectiuo fit mentio plurium,inter quos cadit ordinis prælatio,dispositio accipit ordinem successiuum,allegando d.l. cum ita.§.in fideicommisso.Ergo idem in substitutis sub hoc nomine filios vel liberos aut descendentes, quæ sunt nomina collectiua.l.qui quartam.§.fi.& ibi Bar.de leg.1.no.idem Bar.in l.re coniuncti.de leg.3.idem tenet Raph.Imo.& Pau.de Cast.in d. §.quidam recte.& Ang. in consi.36.incip. Cum in testamento fit de his,&c.Cum ergo testator filiabus secundo vocatis earum filios eisdem substituerit,& sic illos sine copula,immo sub nomine collectiuo vocauerit,sequitur ex præmissis,quod dicū tur successiuo ordine vocati,ut ex prædictis constat.Ex quibus apparet,quod sunt dispositiue uocati.Et dato ꝙ descendentes ex dictis filiabus essent conditionaliter tantum nominati, ex quo tamen sunt expresse grauati,quoniam nedum filiabus,sed etiam earum filiis bis vxorem substituit,& similiter quādo eas reciproce substituit,nedum superstitem præmortis,sed ēt earū
9 filijs substituit,quo casu † in conditione politi dicuntur vocati,secundum Bar.in d.l.cēturio.ver.præal.cum quo plurimi videntur transire,excepto Imo.& per Bart.in d.l.sed si sic.& per Raph.in d.l.Lucius.& in l.filiusfamiliàs.§.cum quis de leg. 1. & Pet.de Anchar.in c.si pater.12.no.de test.lib.6.Nec obst.d.l. ab eo per quam tenentes contra Bar.se fundant,quia ex hoc tātum,ꝙ quis dicatur grauatus, non cēsetur vocatus, vt ibi, sed hoc etiam cōcurrente,quòd sit in conditione positus,ista duo arguunt quod dicatur inuitatus,quorum per se quodlibet nō sufficeret. Et ita,ut audio,solebat dicere solennis Doctor do. Ioan.Pet. Et secundum hanc opinionem aliàs etiam vidi consultum per clarissimos viros.verum quia in hoc aliqui tenent, oppositum,ideo in præmissis facio maiorem vim.Si igitur descendentes ex filiabus minus dilecti quam descendentes masculi ex filijs testatoris,ut ex præmissis patet,sunt successiuo ordine vocati,& matribus suis testatoris filiabus substituti, quanto magis credendum est,ꝙ testator voluerit descendentes masculos ex filijs masculis, quos utique magis dilexit, quia lineæ fœmininę eos omnes prætulit,vocare,& eos vocauerit eodem ordine.Item si hæreditatem suam voluit necessario conseruari inter lineam fœmininam, ex quo omnes de dicta linea reciproce & eo ordine, quo supra substituit,quam minus dilexit, & per quam agnatio defuncti non conseruatur, quanto magis idem uoluisse præsumendum est inter lineam masculinam magis dilectam, & per quam eius agnatio conseruatur. Si enim inter lineam masculinam uoluisset tantum conseruare legitimam successionem, utique inter illos hæreditas non duraret necessario,quia in extraneos posset inter uiuos & in vltima uoluntate irreuocabiliter alienari.Et sic euenire.quod linea fœminina esset melioris conditionis quam masculina magis dilecta,quòd esset absurdum & contra dicta leg.Publius.§.fin. & not.per gloss.secundum quòd eam subtiliter saluat Bartol.in l. si mater.§.fin.de vulg.& pupil.& not.per Bartol.in d.l.Gallus. §.etiam si parente,post Richar.Malumb.Et tanto magis, quia nedum descendentes ex filiabus sunt substituti reciproce uirtute nominis collectiui, de quo supra, sed etiam ex eo, quod ipsis filiabus & earum filijs substitutæ sunt vxor & sorores testatoris, casu quo decedant sine liberis descendentibus, ita quod omnino deficiat linea fœminina,per quæ uerba patet manifeste, quod substitutio est facta ultimo decedenti in tota hæreditate. Si enim uult personas isto casu substitutas admitti, casu quo tantum linea fœminina deficiat, ergo ultimo decedenti ex dicta linea, uocato tamen expresse, iuxta præmissa sunt substitutæ, non autem alteri decedenti, per cuius decessum linea præd.cta non deficeret, quia non esset ex tunc purificata conditio, sub qua uocatæ sunt uxor & sorores, nec etiam isto casu habet locum. dicta lex hæredes mei. §. cum ita. cum sua materia, quia ex quo vult testator eas demum admitti, linea masculina & fœminina omnino deficiente, patet, quod prohibet, quod vno ex dictis lineis decedente sine descendentibus alijs superstitibus substitutum admitti.Quamuis igitur filij filiarum essent aliter vocati quam per nomē collectiuum,ex quo tamen ultimo decedenti ex eis est facta substitutio in tota hæreditate,dicerentur substituti reciproce,per d. §.Seia libertis.Non.n.necesse est,quod dicat,quòd ultimo decedenti substituit in totum, dummodo de tota hæreditate disponat,sed dicunt Doctores fore necesse, quòd substitutio sit facta in totum,quia si ultimo decedenti esset facta simpliciter, posset intelligi facta in eius parte tantum,quæ ratio cessat,vbi de tota expresse disposuit inter substitutos testator, quamuis usus non fuerit verbo uniuersali,idem ergo multo fortius credendum est uoluisse testatorem fieri inter descendentes masculis,per præd.cta & infra dicenda.Ex præmissis ēt colligitur, ꝙ illud,quod seruat testator inter descēdētes ex filiabus, voluit etiam seruari inter descēdentes nepotum ex filiis masculis,quia nedum testator neptibus ipsis, sed etiam earum filiis per hæc uerba substituit,& dictis neptibus legitimis & naturalibus, & earum filiis legitimis & naturalibus omnibus decedentibus qñ cumque sine filijs & descendentibus & legitimis, & naturalib. ita quod omnino linea masculina deficiat, & fœminina ipsius testatoris legitima & naturalis substituit dictus testator do. Lasiam,&c.Cum ergo descendentes ex neptibus superius pluries in conditione positi dicantur grauati, expresse ex præmissis patet,quod sunt uocati,& non tantum sunt grauati,sed ultimo decedenti ex eis est facta substitutio expresse in tota hæreditate, quia si neptibus, & earum filiis linea masculina, & fœminina & omnino deficiente substituit Lasiam,ergo ultimo decedenti ex dictis filiis tantum, per cuius decessum dicta linea omnino deficiat, non autem alteri post cuius decessum adhuc supersit aliud de eadem linea,vt superius dixi,ex quibus duobus saltem, videlicet quod sint expresse grauati, & ꝙ ultimo decedenti ex eis sit facta substitutio in totum, sine dubio colligitur, quòd ꝑ dispositionem,in qua cōditionaliter tantum sunt nominati, videntur uocati,& reciproce substituti, ergo idem multo magis dd'm est de descendentibus masculis ex filiis masculis ipsius testatoris.Quinimmo nedum prædictos descendentes ex fœminis uocasse dicitur, sed etiam descendentes ex transuersalibus. Legauit enim primo sororibus, & illis deficientibus earum filios substituit in legato.Item ultimo loco filiis præmorientib. nullo superstite tam ex linea masculina quam fœminina substituit dictas sorores in dimidia,& vni sorori decedenti cum filiis & si quis filiorum decederet quandocunque sine filiis,ipsi filio morienti alios & fratres, & sorores substituit.Et sic ex quo filios suorum pluries nominatos conditionaliter substituit reciproce & per consequens quemlibet grauauit,videtur eos uocasse, maxime cum eos in legato facto sororib.earum filios substituerit, quia videt voluisse eosdē in hæreditate substituere,quāuis sint in hoc conditionaliter substituti,tum,ut dixi,quia sunt grauati, tum quia in legato sunt expresse substituti. Immo ex hoc ultimo ostendi videtur, expressam substitutionem fuisse per errorem omissam in hæreditate,arg.tex. in l.cum propone
10 retur.† secundum intellectum Pau.de Cast. de lega.2. vbi habetur, quòd si testator substitutos pupillariter substituerit reciproce. deinde eis legauerit, quod in legato creduntur etiam substituti,quamuis non sit dictum. Ergo cum sint matrib.suis testatoris sororibus in legato expresse substituti, creduntur ēt eisdem in hæreditate substituti, maxime aliis, de quibus proxime dixi concurrentibus.Si ergo sororibus earum filios substituit, eosque reciproce substituit, quanto magis est dicendum idem voluisse testatorem inter descendentes masculos ex masculis.Et ex eo etiam,quia neptes ex masculis illis deficientibus uocauit expresse,& illas etiam sic uocatas pluries inuicem substituit.Igitur longe magis uocasse uidetur nepotes,& omnes vlteriores masculos, & illos uicissim substituisse. Confirmatur prædicta conclusio.Nam testator proprias filias ac neptes ex filiis re certa tantum instituit,& eas a quibuscunque masculis excludi uoluit.Si ergo uoluit prædictas fœminas propter quoscūque masculos excludi,multo magis idem uoluit de fœminis remotioribus minus dilectis.l.si uiua matre.§.in nepotibus.C.de bon. mat. Quam etiam considerationem in simili facit Rapha.
&

& Pau.de Ca.in l.1.C.de condi. infer. Et idem Raph. in l.cum acutissimi.C.de fideic.& Pau.de Cas.consi.72.aliàs 77.inci. Casus frequenter contingit.& in consi.355.inci. Viso dicto testa. facit d.l.Publius.§.fi.cum alijs palleg. in quibus locis ne resultet absurdum,de quo supra,s. ꝙ minus dilectus sit melioris cõditionis quam magis dilectus,recedunt a proprietate verborũ, de quibus in substitutione,sequentes improprietatem.Bene fa
11 cit text.† in d.l.hæredes mei.§.cum ita.& in l. iam hoc iure. de vul.& pup.cũ simi.vbi probatur, ꝙ in substitutionibus nedum capimus significationem impropriam,sed etiam contrariam,vt saluetur mens testatoris.Si.n.vulgariter pupillo substituitur, s. si hæres non erit,succedit tamen substitutus,etiam casu,quo pupillus fit hæres ex tacita pupillari,& sic contra sonum verborũ
12 vulgaris expressæ.Non inconuenit† ergo in casu nostro , cum de mente testatoris ex pluribus appareat,quòd verba conditionalia disponant, quæ quandoque saltem ex impropria significatione sunt apta disponere.l.denique.§.interdum.de pecu.leg. l.pen.de colla.dot.l.ita stipulatus.de oper. lib.& patet ex no.ꝑ Bar.in l.2.§.videndum.ff.ad Tertu.in casu autem nostro a quibuscunque masculis non excluderentur remotiores ab intestato, nisi masculi essent vocati,nec per testatorem,nec etiam per statutum possent a quibuscunque masculis excludi , vt statim dicetur , proximiores vero sic ex prouisione testatoris , quod esset absurdum,ergo,&c.Et ita per hanc vltimam coniecturam tantum vidi aliàs consultum per famosissimos viros, quod in conditione positi dicerentur vocati,quod longe magis, & audacius dicendum est in casu nostro, tot & tantis coniecturis ẽt vrgentissimis concurrentibus. Comprobatur prædicta ex no. per Bar.in d.l.2.§.videndum.ad Tertu.& in d.l.liberorum . pe. col.de ver.signifi.& per Bal.in l.si quis filium.C.de inoffic. testa. vbi dicunt , quod stante statuto quod extantibus masculis fœminæ non succedant , quod statutum hoc dicitur masculos vocare,quamuis sint in conditione positi, eo præcipue quia fœminæ fauore masculorum excluduntur , aliàs nullus esset eo-
13 rum fauor . Et quia † vbi quis excluditur alterius contemplatione,pars eius applicatur ei,cuius contemplatione fuit exclusus.l. cum duo emancipati. §. si duo,de colla.bon. Et ibi latius per eum,& sic loquitur Bar.quando ille,qui excluditur,de iure communi concurrebat cum eo,qui erat in conditione posi-
14 tus,vel illum exclusisset in totum . Ex† cuius doctrina talis elicitur conclusio, quod positus in conditione censetur vocatus, vbi eius fauore excluditur ille, qui eum vel in totum vel in parte exclusisset. Sed in casu nostro neptis ex filio testatoris excluditur a testatore, vt patri succedere non possit in bonis aui ad eius patrem peruentis extantibus liberis masculis ex dicto filio quæ neptes in parte saltem de iure communi , & quosdam ex masculis exclusissent in totum,& hoc fauore masculorum.Ergo dicti liberi in conditione positi propter exclusionem fœminarum procedentem a testatore ad totum dicuntur per eundẽ, & eius prouisione vocati,aliàs exclusione fœminarum nullum caperent commodum,& quia illud,a quo sunt exclusæ. Quod autem neptes dicto casu dicantur exclusæ , colligitur clare ex verbis testamenti.Maynenti enim, & Scipioni & quibuscũque alijs filiis masculis sine liberis masculis decedentibus substituit testator filias pro parte, & neptes pro alia parte , & etiam casu quo filiæ testatoris non superessent, eodem casu substituit neptes in totum, & sic vocauit eas in parte, vel in totum, scilicet liberis masculis ex filiis testatoris non extantibus,ergo eas priuauit sub contraria conditione.l.legata. cum vulgari. de condi.& dem.Item neptes voluit esse eiusdem conditionis,cuius & filiæ propriæ,non autem melioris,vt patet ex ordine testamenti.Nam ijsdem casibus,quibus vocauit filias in totum vel in parte , ijsdem vocauit neptes , sed extantibus quibuscunque descendentibus masculis ex masculis proprias filias exclusit,ergo & neptes . aliàs si neptes patribus suis, aliis masculis descendentibus testatoris extantibus , essent melioris conditionis quam filiæ propriæ testatoris cõtra eius intentionem. Item filiis vniuersaliter institutis, & sine masculis descendentibus substituit filias proprias in dimidia , & in alia dimidia neptes ex filiis , & tamen debuissent neptes filiis in totum institutis cum ab eis descendant de iure communi succedere transuersalibus amittis suis , & testatoris filiabus exclusis , ut habetur in authẽ. de hæred.ab insti. in prin. Si ergo noluit neptes admitti ad totum casu quo de iure communi totum potuissent capere, & hoc fauore filiarum testatoris,multo magis voluisse vr̃, ꝙ extantibus liberis masculis neptes ab intestato excludantur fauore nepotum masculorum,quos magis dilexit . Resultat itaque ex præmissis,ꝙ cum neptes sint penitus exclusæ a testatore,liberis masculis extantibus,quę illos in parte,& quandoque in totum exclusissent ab intesta.ꝙ dicti liberi in conditione positi sunt a testatore ad totũ uocati,perinde ac si testator dixisset , filiis meis quandocunque cum descendentibus masculis decedentibus neptes ex dictis filijs non succedant,sed illis deficientibus sic,quo casu firmiter teneo, ꝙ dicti descendẽtes masculi in conditione positi dicerentur vocati , & ꝙ isto casu haberet locum doctrina Bar.in d.§.videndum.& rationes de quib.ibi per eum . Et si diceretur,excludendo neptes prædictas,non dicitur exclusisse personas, quæ excluderent descendentes masculos ex masculis ab intestato,quia dictæ neptes tam erant per masculos exclusæ ex forma statuti. Respõdetur,ꝙ testãr nõ uoluit dictas neptes a quocunque masculo excludi,cuiuscunque esset gradus,quod non disponit statutum sed masculos tantum usque ad quartũ gradum,computando gradus secundum ius canonicum , præfert fœminis.Si ergo testatoris exclusio operatur, vt distantes ultra quartum gradum dicantur uocati,multo magis debet operari,ut proximiores quoque dicantur inuitari,quamuis omnino isti neptem ab intestato fuissent exclusuri. Item quia omnes descendentes pariter & in eadem determinatione sunt conditionaliter nominati,ergo dici debent pariter vocati. d. l. iam hoc iure.de uul.& pup.cum simi.Si ergo existentes ultra quartum gradum dicuntur uocati exclusa fœmina,quæ illos exclusissent omni iure,idem dicendum est de existentibus in gradu
15 proximiori.Præterea † si existentes infra quartum gradum noluissent ab intestato succedere,ꝑ solam superexistentiam masculorum non fuisset ex forma statuti statim filia exclusa.l.2.§. sed si sint sui.ad Tert.& ibi Bar.& per Bal.in l.maximum uitiũ. C.de lib. præte.& tamen isto casu sola superexistentia masculorum excluderetur,ut concluditur communiter,in l.ex facto.§. fi.ad Tre.& in l.filiusfa.§.cum quis.de lega.1.Sed ubicũque nõ esset tacite vel expresse exclusa , persona quæ in totum vel in parte excluderet personas in conditione positas,tunc fatendũ est communi opinione,quod in conditione positi non dicuntur vocati,puta,si dictum eẽt simpliciter,si filius meus decesserit sine filiis,uel si decesserit sine filiis masculis,substituo Titiũ, quia ex eo ꝙ filij simpliciter,uel filij masculi sunt in conditione positi,non infertur exclusio fœminarum,immo vna cum masculis ab intestato de iure communi succedant,sed per solam superexistentiam masculorum excludetur substitutus . Nec isto casu loquitur Bar.in d.§.videndum.Sed casu quo ut dixi,persona exclusa esset paris vel melioris conditionis in successione, quam persona in cõditione posita, prout est neptis in casu nostro in quo nedum uidetur neptis exclusa liberis extantibus , sed etiam proneptis,& quælibet ulterior fœmina,etiam ex masculis descendens.Quia ex quo isto casu istas neptes ex filijs exclusit, multo magis uidetur exclusisse ulteriores. l. si uiua ma-
16 tre,palleg.Et quia videmus,& quando statutum † excludit filias fœminas,ꝙ dñr ẽt neptes nedum ex eis exclusæ,& ulteriores,ut colligitur ex nota.per Bar.in d.l.liberorum.sed etiam neptes & aliæ fœminæ ulteriores ex masculis, ut concludit Ale. contra Bal.l.2.C.de in ius voc.& quia appellatione neptum, q̃ sunt uocatæ,demum masculis deficientibus,ueniunt etiam ꝓneptes & ulteriores,ſm Bar.in d.l.liberorum.in pen.col.& per Doc.communiter,in d.l.Gallus.§.instituens, quicquid ibi dixerit idem Bar.Quam ultimam considerationem circa dicta per Bar.in d.§.videndum,quamuis non inueniam ab aliquo tactã eam tamen puto ueram,ex qua declarantur no.in d.l.Lucius.& no.in d.§.uidendum,quæ uidebantur contraria.Si ergo liberi masculi ex masculis in conditione positi dicuntur a testatore uocati,ut per prædicta patet manifeste,perinde est, ac si testãr dixisset,filios meos instituo,& illis quandocunque decedentibus eorum filios & descendentes masculos substituo,quo casu censerentur in infinitum & ordine successiuo uocati, per d.§. fratre.& d.§.in fideicom.cum aliis præal.Et ideo Io.Antonius nepos testatoris non potuit de bonis ad eum per mediantẽ ꝑsona patris testari in præiudicium Iacobi fratris sui,nec ab intestato eius filiæ debentur irreuocabiliter immo eius hæres tam

ab

ab inteſtato quam ex teſtamento tenetur dicta bona ꝑdicto Iacobo reſtituere. Nec dicatur ꝙ Iacob. ſit de tranſuerſalib. Ioan. Antonij fratris, quia non ſolum ſunt deſcendentes teſtatoris, ſed etiam ambo deſcendunt a Bartholomæo filio poſthumo teſtatoris. Et hoc ſufficit, ut patet aperte in dictis iurib. Fortius puto, ꝙ ſi Io. Antonius & Iacobus eſſent fratres patrueles, ꝙ prædicta procederent, quia certum eſt, quod filia Io. Antonij ab inteſtato non ſuccederet, ex quo teſtõr vetuit fœminas admitti aliquo ex linea maſculina ſuperſtite. Et ſic non põt habere locum, quod dicitur & no. in l. hæredes mei. §. cum ita, iſto caſu, ut iam dictum eſt. Et ſic quælibet fœmina ex maſculis & ex quolibet excluditur a quocunque maſculo, ſiue deſcendat ab eodem filio teſtatoris, a quo & fœmina, ſiue ab alio, & etiam ſi ultra quartum gradum. Ergo cum excludatur in caſu, in quo omni iure maſculinum excluſiſſet, ſequitur ex ultima conſideratione, de qua ſupra, quod maſculi in conditione poſiti dicũtur etiam iſto caſu uocati. Et quamuis frater patruelis ex forma ſtatuti excluderet fœminam, tamẽ ex quo ſi eſſet ultra quartum gradum, eam excluderet ex diſpoſitione teſtatoris tãtum, dicitur ſatis vocatus, ut ſuperius tactum eſt. Præterea ex quo filij ex filiabus inuicem ſunt ſubſtituti, & filij ex ſororibus, ut iã dictum eſt, multo magis idem voluiſſe cenſetur inter filios filiorum. Item ſi ſunt omnes liberi maſculi teſtatoris uocati, per nomen collectiuum, ergo omnes maſculi dicuntur reciproce ſubſtituti ex eodem filio, ſiue ex diuerſis deſcendant, ſicuti ſi ſubſtituiſſet familiam ſuam, quo caſu ſine dubio nati ex diuerſis filijs dicerentur ſubſtituti reciproce d. §. fratre, & perinde eſt etiam ac ſi lineam maſculinam in conditione poſuiſſet, prout fecit, quo caſu omnes de linea maſculina teſtatoris dicuntur uocati. Et ſic, ut dictum eſt, reſpectu partis quæ obuenit Ioan. Antonio ex perſona patris ſui, procedũt prædicta. Sed an illud quod obuenit Ioan. Antonio ex eo quod Scipio alter teſtatoris filius deceſſit ſine liberis maſculis, ueniat ſimiliter in reſtitutione fideicommiſſi facienda d. Iacobo, videtur dubium. Cuius dubij

17 † ſolutio pendere uidetur ab his, quę habentur in l. ſi Titius. de leg. 3. in l. Marcellus. §. quidam liberis. ad Treb. vbi diſtinguitur, aut fuit primo honoratus, deinde grauatus, & tunc quod ex ſubſtitutione fideicommiſſaria capitur, venit in reſtitutione fideicommiſſi, aut econuerſo, & tunc ſecus. In hoc autem uidetur eſſe dubium, quid præceſſerit, an onus, uel honor, nam teſtator filios ſuos ſubſtituit reciproce caſu, quo alter ſine filijs maſculis decederet. Iſtæ enim ut ex præmiſſis patet, ſunt duæ ſubſtitutiones, una facta inter fratres, altera, per quam deſcendentes maſculi in conditione poſiti ſunt uocati, & reciproce ſubſtituti, Si moritur ergo quis primo cum filijs, dicitur primo grauatus quam honoratus, quia tenetur filiis reſtituere, & adhuc nihil percepit, cum fuerit primus ex his, qui ſit mortuus. Si uero ſine liberis decederet, uidentur alij primo honorati, deinde grauati. Sed tamen in caſu arbitror, ꝙ in reſtitutione veniat, quod erat pœnes Io. Antonium uirtute ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, quia ſi moritur quis primo cum filiis maſculis, aliis omnibus cohæredibus ſuperuiuentibus, fruſtra tunc quæritur, an quod habuit ex dicta ſubſtitutione teneatur reſtituere, quia nihil habuit, nec ad hæredes aliquid tranſmiſit. leg. hæres meus. 2. reſponſo, de cond. & dem. Sed illud capiũt eius filij tanquam uocati, & per teſtatorem ſubſtituti. Si uero primo decedens decedat ſine filijs maſculis, ſuperſtites dicuntur utique primo honorati, deinde grauati, prout etiam contingit in caſu noſtro. Et patet, quod ordine intellectus non poteſt cõtingere, quod habeat poſt onus aliquod commodum. Immo aut primo conſequitur emolumentum, ſecundo onus, aut habet onus primo ſine onere, & re & ſpe, & ideo tractari non poteſt, an ueniat in reſtitutione, quod habuit iure fideicommiſſi, niſi quando primo ſaltem ordine intellectus habuit commodum, quo caſu venit in reſtõne, immo in dubio præſumitur, ꝙ primo videatur honoratus, deinde grauatus, ut per Bar. & alios in d. §. quidam liberis. & in l. Scæuola. eo. ti. Et tanto magis quia cum filiæ teſtatoris, & uxor ſint ſubſtitutæ ſimpliciter, vel in totum linea maſculina per mortem filiorum deficiente, ultimus decedens ex filijs teſtatoris cum primo fuerit honoratus & ad partem aliorum vocatus, tenebitur totum reſtituere. Et ſic illud, qđ iure fideicommiſſi habuit ꝑ mortẽ fratrũ ſine maſculis defunctorũ, dictis filiab. aut uxori, ergo multo magis idẽ dici dẽt in caſu noſtro in dubio, cum hi maſculi ex maſculis ſubſtituti, vt ſupra dictum eſt, ſint magis dilecti. Supereſt poſtremo allegatis in contrariũ rñdere. Et primo non ob. ꝙ non ſint ex expreſſa ſubſtitutione uocati, quia ſaltem uocantur ex tacita, quæ & ſi non cauſatur a ſubſtitutione facta ultimo decedenti, per allegata in contrariũ, cauſatur tñ ex hoc, ꝙ ſunt in cõdõne poſiti per nomẽ collectiuũ aliis concurrentib. de quibus ſupra, quo caſu non eſt neceſſaria illa diſputatio, an. ſ. facta ſit ſubſtitutio vltimo decedenti in tota hæreditate, quia illa inueſtigatio tũc eſt neceſſaria qñ plures vocati ſunt nominatim, & collectiue, quia hoc ultimo caſu vnus eſt alteri ſubſtitutus ꝡm gradus ꝓgatiuã d. §. in fideicõmiſſo. & d. §. fratre. Sufficit ergo, ꝙ ſint nominati collectiue, quamuis conditionaliter aliis multis efficaciſſimis coniecturis concurrentib. quib. ſtantib. non procedit glo. in d. l. Lucius. communiter approbata, ut eſt expreſſe de mente Bar. in d. l. Centurio. ver. pręall. dum uult ꝙ ex hoc tãtũ, ꝙ ſint grauati, coniecturetur teſtatorem illos voluiſſe vocare. Et licet aliqui diſcordent a Bar. non tamen negant, quin ſi appareret de aliqua vehementiori coniectura, quin procedat firmata concluſio, ſed negant in caſu Bar. illã cõiecturam ſufficere, ꝑ d. l. ab eo. At in caſu noſtro apparet de coniecturis neceſſario indicantibus id teſtatorem uoluiſſe. Igitur, & c. Et ita ſæpiſſime uidi cõſultum, & audiui per uiros primarios Italię, quod ſtantib. aliquibus coniecturis, quamuis noſtris leuioribus, & teſtator uoluerit diſponere, ꝙ iſto caſu no. in l. Lucius. non habeant locum, uel ſaltem ſunt uocati, ex quo excluſæ ſunt perſonæ a teſtatore fauore liberorum maſculorum in cõdõne poſitorum, quibus non excluſis in totum, uel in parte excluſiſſent perſonas in conditione poſitas, per no. per Bar. in d. §. uidendũ. Non ob. ꝙ Io. Ant. & Iac. non eſſent concepti tempore mortis teſtatoris uel teſtamenti, ꝑ l. ſi cognatis. de reb. du. quia ille tex. cum ſi. loquitur in diſpoſitione legati ſimpliciter facti cognatis quo caſu requiritur, ꝙ ſint cognati altero illorum temporum. Nos uero loquimur in ſubſtitutione collata in tempus incerti

18 euentus futuri, † quia ſatis eſt, ꝙ fuerint in rerum natura tempore, quo euenit caſus ſubſtitutionis, ut no. Ioan. And. in addi. Spe. in rub. in ver. item Lamber. & c. & idem ſequitur Alexã. de Imo. conſi. 26. ulti. col. 3. uol. & ibi reſpondet ad d. l. ſi Titius. & ad d. l. 1. §. ſi quis proximior. ꝙ loquuntur illa iura in ſucceſſione ab inteſtato, ad quam uocantur tñ, qui concepti erant tempore mortis illius, de cuius hæreditate agitur, nos uero de ſucceſſione ex teſtamento collata in euentum cuiuſdam ſubſtitutionis, quo caſu attenditur tempus cedentis ſubſtitutionis. Satis ergo fuit in caſu noſtro, ꝙ Iacobus fuerit natus uel cõceptus tempore, quo ceſſit dies fideicommiſſi. Præterea manifeſte cõſtat, ꝙ teſtõr ſenſit de naſcituris, & concipiendis poſt eius mortem, ex quo deſcendentes naſcituros ex filio poſthumo in conditione, & ſic etiam eos ſicut alios uocat, & tamen filii naſcituri ex filio poſthumo teſtatoris concipi non poterant teſtatore viuente, cum filius ipſe poſt mortem teſtatoris eſſet naſciturus aliàs nõ diceretur proprie poſthumus, ut no. in rub. C. de poſt hu. hær. inſti. & in princ. d. l. Gallus. & de iſtis fuerunt proprie Ioan. Anton. & Iacobus qui nati ſunt ex Bartholomæo filio poſthumo ipſius teſtatoris. Non obſt. ꝙ aditione hæreditatis facta per filium expirauerit ſubſtitutio facta de deſcendentibus tanquam fuerint vulgariter ſubſtituti, quia non vulgariter ſed compẽdioſe ſubſtituti fuerunt, ut patet ex dictione, quandocũque, & ex illis verbis, ſine filiis, & c. iunctis no. per Doct. in d. l. Centurio. & in l. precibus. C. de imp. & ali. ſubſtit. & in c. Raynutius. de teſta. & in c. ſi pater. eo. tit. in 6. & iſto caſu non procedunt no. in d. §. quidam recte. ut ibi etiam dicunt Doct. Præterea teſtator dixit, ꝙ uolebat prædictas omnes ſubſtitutiones ualere vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & ideo poteſt ſubſtitutus eligere, quam uult, ut per Bar. & omnes, in l. recuſare. §. ſi Titius. ad Treb. & in d. l. Centurio. Concludo igitur, quod omnia bona quõdam teſtatoris peruenta ad dictum Ioannem Ant. quomodocunque, tenentur eius hæredes reſtituere Iacobo eius fratri. Laus Deo.

A D D I T I O.

In hac eadem cauſa contra conſuluit Rimin. conſi. 521. ut no. poſt. nu. 698. & ante num. 255. & 703. Hier. Zanch.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione etiam positorum in conditione ueniunt tam feminæ quam masculi. quod fallit ut ibi.*
2 *Absurdum ne sequatur, receditur a propria uerborum significatione.*
3 *Pars una testamenti alteram declarat.*
4 *Filij simpliciter positi in conditione, ex testamento uocati non cẽsentur, secus quando filij masculi expresse uel tacite in cõditione sunt positi. & uide nu. 12. & 13.*
5 *Verba conditionalia aliquando conditionem inducunt.*
6 *Glo. in l. Lucius. de hær. inst. quando procedat.*
7 *Relictum factum alicui in defectum omnium filiorum, in dubio intelligitur relictum ab ultimo decedente.*
8 *Stante statuto, quod filijs masculis extantibus fœminæ excludantur, si testator filios instituit, filiorum appellatione ueniunt tantum masculi, nec tamen fœminæ excluduntur ab his, quibus ab intestato præferrentur, puta a patruis. & uide nu. 10.*
9 *Filij in conditione positi censentur per testatorem tacite ad successionem proprij parentis ab intestato uocati.*
11 *Filij in conditione positi non dicuntur adinuicem substituti, nec ex testamenti uocati, etiam si in conditione ponantur filij masculi.*
12 *Conditio importata per ablatiuos absolutos, differt a conditione importata per dictionem, si.*
13 *Aliud est aliquem excludere a successione, si tales extent, puta agnati, & aliud est aliquem uocare post alicuius mortem, si ex eo liberi non extabunt.*
14 *Quando ex substitutione facta post mortem plurium dicatur facta substitutio reciproca.*

CONSILIVM CXLI.

VISO testõ magistri Georgij de Rubinis, & põderatis diligẽter verbis in ea parte, qua instituit hæredes vniuersales Ioanẽ Fräciscũ, & Ludouicum eius filios & ipsos adinuicem substituit, qñcũq; decesserit alter ipsorum sine filiis, ipsis autem ambob. eius filiis decedẽtib. sine filiis legitimis & naturalib. vel ex eis descẽdẽtes similiter decederẽt sine filiis legitimis & naturalib. tũc & eo casu voluit, iussit & mãdauit, ac ex nũc ipse testõr fecit, erexit & instituit unũ altare, seu bñficiũ, cui altari & bñficio pro dote legauit idẽ testõr possessionẽ suã, & terras possessionis ipsius. Quia ergo cõtigit, ꝙ nepos testõris ex Io. Francisco filio suo decessit superstite nepte ex filio pmortuo, qritur, vtrũ alter filius masculus d. Io. Fräcisci admittat iure fideicommissi, & ex pdictis uerbis testi ad portionẽ fratris sui. & vr̃ dicẽdũ prima facie ꝙ sic. Nã pmitto, ꝙ qñ testõr exclusit pprias filias & adinuicẽ substituit filios institutos, si alter ipsorũ decesserit sine filiis, ꝙ de masculis tm̃ sensit & nõ de fœminis, qa licet
1 appellatione filiorũ † ẽt positorũ in cõdõne veniant tã fœminæ q̃ masculi, ẜm Io. An. & Doc. in c. Raynaldus. de test. & Alex. in consi. 55. in fin. in 3. vol. & Fulg. in l. 1. C. de condi. ins. arg. illius tex. & l. si ita scriptum. in prin. de le. 1. tamen istud fallit, quãdo testator proprias filias exclusit, & filios masculos tantum instituit, ut contingit in casu nostro, quia cum fauore masculorum filiorum testator in institutione filias magis dilectas excluserit, multo magis fauore prædictorum, & cuiuslibet eorum præsumendum est, quod uoluerit excludere neptes ex filio minus dilectas, ne sequatur absurdum, quod persona minus dilecta sit melioris conditionis quã alia persona magis dilecta. l. Publius. §. fi. de cõd. & dem. & l. si uiua matre. C. de bo. mat. & probatur ex no. per Bar. in l. Gallus. §. etiam si parente. de libe. & posth. & in l. quidam relegatus. §. fi. de re. dubi. in qui
2 bus locis uult, quod pro † dicto absurdo euitando recedi possit & debeat a propria uerborum significatione. Et idem uult Ale. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uocan. Et facit, quod not. gl. in l. si mater. §. 1. de uulg. & pup. quæ uult, secundum quod illam subtiliter saluat Bar. ꝙ licet substitutio uulgaris concepta uno casu extendatur ad alium casum. d. l. Gallus. §. & quid si tãtum. Cessat tamẽ extẽsio, qñ ea mediãte sequeretur absurdum, ꝙ magis dilectus esset deterioris conditionis quã minus dilectus. & per rõnẽ prædictam Rapha. in d. l. 1. C. de cond. inser. tenet, ꝙ isto casu filii masculi tantũ dicantur in condõne positi, & non fœminæ. Et idem tenet Raph. Fulg. in consi. 18. & in cõsi. 28. Et pro ista opinione consuluit etiam Pa. de Ca. in ciuitate Camerini, & cõsilium illud, quod non est impressum, de uerbum refert Soc. in l. cum auus, de cond. & dem. col. 14. cum plurib. seq. Et hoc præsertim est uerum, quando ex substitutione vocantur agnati masculi ipsius testatoris, ut in casu nostro, ẜm Pa. de Ca. in consi. 79. Casus iste frequenter contingit, &c. quia secundum eum, uidetur tunc testõr voluisse bona in agnatione conseruare, ideo fœminæ non censentur in conditione positæ ad exclusionem agnatorum. Si ergo in prima substõne reciproca facta inter filios testatoris sub illa condõne, si alter eorum decesserit sine filijs, appellatione filiorum positorũ in cõdõne continentur masculi tantum. Idem est dicendum quo ad sequentem substõnem factam de altero, si ambo prædicti filij decesserint sine filijs, vel ex eis descendentes similiter decederẽt sine filijs, ut. s. filij masculi & non fœminæ dicatur in condõne
3 positi, quia una pars † testamenti alteram declarat. l. qui filiab. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & per no. per Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. vbi vult, ꝙ si in una parte testamenti sit facta mentio de filijs naturalibus, & in alia parte fit mentio de filijs simpliciter, ꝙ intelligitur etiam de naturalibus, licet aliàs non uenirent appellatione filiorum, ubi de illis non fuisset in eodem testamento facta mentio, argumento pdictorum iurium, & sicut ex instõne declaratur substõ, quæ dicitur secunda institutio. l. 1. C. de impub. & al. subst. ita ex prima substõne dẽt alia, quæ sequitur, immediate declarari. Et de masculis etiam isto casu cẽsetur testator sensisse, ex quo ex forma statuti excluduntur filiæ, per no. per Bar. in l. heredes mei. §. cũ ita ad Tre. Et faciũt no. per Pet. de Anch. in l. tres fratres. ff. de pact. His igitur præmissis uidetur ex illis inferri, ꝙ oẽs descendentes masculi testõris in condõne positi intelligantur ẽt ex testamẽto vocati, & per fideicommissum substituti, qa licet
4 regulariter † sit verum, ꝙ filij, qui sunt positi in cõdõne nõ censeantur uocati ex testamento, ẜm gl. communiter approbatam in l. Lucius de hær. inst. illud tamen est verum, qñ de filiis simpliciter fit mẽtio, sed quando in cõdõne positi sunt filii masculi expresse vel tacite, tunc illi censentur ex testamento, & per fideicommissum uocati, ẜm Guid. Papæ. q. 284. in illa q. &c. qui dicit, dicto casu non hr̃e locum gl. in d. l. Lucius. per no. p Bar. in l. liberorum. de uer. sig. col. pe. uer. pone exemplum in themate, &c. qui uult, ꝙ si statutum excludat fœminas extantibus masculis, licet ablatiui absolute positi faciant conditionem. l. a testatore. de cond. & dem. tamen masculi intelliguntur per statutum uocati ad successionem, arg. l. fideicommissa. §. cum esset de leg. 3. habet enim statutum secundum Bar. ibi, & in l. 2. §. videndum ad Ter. duo capita, inclusiuum. s. masculorum, & exclusiuum fœminarum, & ex utroque capite inducitur dispositio. Et idem tenet Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. Nec mirum, secundum prædictum Doctorem, ꝙ dicto casu uerba
5 conditionalia inducant in dispõnem, quia & aliàs † hoc etiam contingit. l. si ita stipulatus. de ope. lib. Et istam opi. quidam ẽt consulendo approbant, & ratione confirmant, quam dicunt efficacem, nam in casu gl. in d. l. Lucius filii intelligũtur ab intestato vocati, ut gl. fatetur, & sic tam masculi quam fœminæ simul admittuntur. d. l. maximum vitium. Si ergo a statuto, uel a testatore masculi, qui ponuntur in conditione sunt tacite vocati ad exclusionem fœminarum, sequitur necessario, ꝙ masculi dicũtur vocati ex testamento, aliàs ab intestato ita admitterentur fœminæ, sicut masculi contra manifestam intẽtionem testõris.
6 Secundo etiam alia ratione † filii masculi in conditione positi isto casu dicuntur ex testamento uocati, quoniam opinio gl. in d. l. Lucius procedit & habet locum, quando testõr vnum filiũ substituit alteri, si decesserit sine filijs. Sed si puidit etiam post dictam simplicem substõnem de vlteriori substõ in casu decedentium omnium filiorum, ut factum reperitur in casu nr̃o, tunc filij positi in conditione dicuntur ex testamento vocati, ẜm Ale. in consi. 63. in fi. 5. vol. qui ad hoc allegat Pe. de Anch. in cons. 70. Contra Philippum. ita limitantem gl. in d. l. Lucius qui loquitur, quando post substõnem factam inter filios, si alter decesserit sine filiis, in casu deficientium omnium liberorũ extraneus, uel ecclesia, uel pia cã substituitur, prout isto casu altare substituitur in defectum omnium filiorum, quia tũc, ẜm eum, intelliguntur, vocati ex testamento, licet sint conditionaliter

liter nominati, ar. l. cum auus. de cond. & dem. & Pet. de Anch. ita limitando gl. & no. per Bar. in d. Lucius. & ſm eum, iſta limitatio eſt tutiſsima, & putat non poſſe dici contrarium. Tertio etiam prædicta cõprobantur, nam relictum factum dicto
7 altari † in defectum omnium deſcendentium ipſius teſtoris, in dubio intelligitur relictum ab ultimo decedente. l. ſi pater impuberes. cum gl. de vul. & pu. & l. qui duos. eo. ti. & no. p Doc. in l. pe. C. de impub. & al. ſubſt. Sed quando filij poſiti in cõdõ sunt etiam grauati, tunc intelliguntur ex teſtamento vocati, qa aliter grauamen non ualeret. l. ab eo. C. de fideic. Et iſtud etiam vult Bar. in l. centurio. de uul. & pu. qui iſto caſu limitat gl. in d. l. Lucius. Et dicit illam locum non habere. Sed præmiſsis non ob. contrarium puto omnino verius. Nam, vt etiam dictum eſt teſtator filios ſuos inſtitutos adinuicem ſubſtituit, ſi alter eorũ deceſſerit ſine filiis, ipſis autem ambobus decedentibus ſine filijs, vel eis deſcendentibus ſine filijs legauit altari, &c. Quia ergo tam in prima ſubſtitutione fideicommiſſaria quam in ſequẽti filii ſimpliciter sũt in conditione poſiti, deficit conditio per ſuperexiſtentiam filiarum, ſicut per ſuperexiſtentiam filiorum maſculorum quia in vltimis voluntatib. appellatione filiorum veniunt etiam filiæ. l. ſi ita ſcriptum. in prin. de leg. 2. & l. ſi quis ita, de teſt. tut. in prin. ꝙ, vt etiam dictum eſt. habet locum, quãuis de filiis ſit facta mẽtio conditionaliter, ſm Io. And. & Doc. in c. Raynaldus. de teſt. & alios in locis ſuperius alleg. Nec ob.
8 ꝙ † cum ex forma ſtatuti fœminæ excludantur a filijs maſculis uideatur teſtator ſenſiſſe de maſculis, per no. per Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ad Tre. quia iſtud poſſet procedere. quando neptis ex filio poſita in conditione excluderetur a ſucceſsione patris ſui grauati ab inteſtato per ſuperexiſtentiam patrui ſui ſubſtituti ſub illa conditione, ſi alter deceſſerit ſine filiis ſed vbi non excluditur dicta neptis a ſucceſsione paterna per patruũ, & prout non reperitur excluſa in caſu noſtro, tunc cenſetur eſſe in conditione poſita, etiam ſi excluderetur a ſucceſsione teſtatoris, ſecundum Soc. in iſtis terminis formaliter in conſi. 55. Viſis conſiliis. 3. volu. Nam etiam in caſu ſuo teſtator alteri filio decedenti ſine filijs ſubſtituerat alios filios ſuos. Et licet per alios conſulentes dubitetur vtrum maſculi tantum eſſent poſiti in conditione, ſtante ſtatuto, quod extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, tamen ſecundum Soc. nulla ſuper hoc facienda eſt difficultas, quoniam de hoc poſſet dubitari, ſecundum eum, quando filia grauati eẽt excluſa a ſucceſsione patris per patruos ſubſtitutos. Sed quia in caſu ſuo pariter & noſtro non reperitur, quod filiæ grauati ſint excluſæ per dictos patruos & fratres filii grauati, ſed illæ ſucceſsiſſent patri ab inteſtato excluſo patruo, ideo etiam filiæ cenſentur poſitæ in conditione ad excluſionem patrui. Et iſtud etiam confirmatur. Nã
9 filii, qui † ponuntur in conditione, cenſentur per teſtatorem tacite ad ſucceſsione proprii parentis ab inteſtato uocati ſecũdum glo. & Docto. in d. l. Lucius. Cum ergo teſtator habuerit reſpectum ad ſucceſsionem ab inteſtato ipſius grauati, ſi deceſſerit ſine filiis, & non ad propriam ipſius teſtatoris, debet eſſe in conſideratione, an per ſtatutum excludatur uel non a ſucceſſione patris grauati, non autem vtrum ſit excluſa uel non a ſucceſsione teſtatoris. Non obſtat etiam alia coniectura, quæ allegatur in contrarium, uidelicet. quod ex quo teſtator filias proprias magis dilectas excluſit a ſucceſsione ſua fauore filiorum maſculorum, multo magis uidetur excluſiſſe neptes ex filio minus dilectas. l. ſi uiua matre C. de bon. matr. l. Publius. §. fin. de
10 condi. & demon. quia ſimiliter † iſtud procedere poſſet, quando neptis ex filio poſita in conditione a ſucceſsione paterna excluderetur ab inteſtato a patruo ſubſtituto, ſicut excluditur filia per filios inſtitutos, ut in terminis decidit Alexand. in conſ. 38. Perſpectis his, quæ in themate narrantur, &c. 6. uolum. Et idem uult Soc. in conſi. 5 1. 4. vol. colum. pen. uerſi. 8. probatur expreſſe, &c. Nam & in caſu Alexand. quia teſtator proprias filias excluſerat, oriebatur dubium, utrum fœminæ remotiores intelligerentur poſitæ ſub illa conditione, ſi deceſſerit ſine filiis, per id quod uult Raph. in d. l. 1. C. de cond. inſer. & poſtquam retulit Alc. diſtinctionem Pau. de Caſt. in d. conſi. 76. Caſus iſte frequenter contingit, &c. Tãdem cõcludit, ꝙ aut ſubſtitutus non eſt de agnatis maſculis teſtõris, & tũc fœminæ ẽt cẽſentur ad eius excluſionẽ poſitæ in cõdõne, ut etiam dicit Pau. de Caſt. in d. conſi. Aut de agnatis maſculis teſtõris, & tunc aut erat talis, qui ex forma ſtatuti loci non excluderet ab inteſtato filiam patris grauati, ut in caſu noſtro contingit, & tunc idem per no. per Bar. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. de ope. lib. Aut erãt tales, qui ex forma ſtatuti excluderent filia a ſucceſsione patris grauati, & tunc Ale. præſupponit, ꝙ ſi ſubſtituti ſint in totum, ꝙ filiæ ad eius excluſionem non dicantur poſitæ in conditione. Et iſto caſu procedit etiam, qđ vult Pau. de Ca. in eo. conſi. qui etiam ponderat, ꝙ in loco fœminæ excludantur per maſculos de iure municipali vel conſuetudinario. Sed quando filia per filium inſtitutum excluditur per ſtatutum, & neptis non excluditur a ſubſtituto a ſucceſsione patris grauati, tunc ceſſat dicta coniectura, & neptis intelligitur poſita in conditione. Et ratione comprobatur, nã ex inſtitutione teſtator excluſit proprias filias fauore filiorum maſculorum, quia etiam per illos excluſę fuiſſent ab inteſtato a ſucceſsiõe teſtatoris & patris ex diſpoſitione ſtatuti, & ſic teſtator conformauit ſe cum ſtatuto. Quæ ratio ceſſat in ſubſtitutione facta de uno ex filijs, ſi alter deceſſerit ſine filiis, quãdo filia non excluditur ab inteſtato a ſucceſsione ſui patris grauati per patruum ſubſtitutum. Et propterea non eſt abſurdum, ꝙ tunc filia ſit excluſa ex inſtitutione, & neptis ex filio dicatur tacite ab inteſtato vocari ad ſucceſsionem patris ſui, & ꝙ illa præferatur ſubſtituto, cui etiam præferretur, vbi ageretur de ſucceſsione ab inteſtato ipſius grauati, quia inter filiam & neptem eſt diuerſa rõ. Nã ſicut non inconuenit, ꝙ filia excludatur per ſtatutum per deſcendentes maſculos teſtatoris a ſucceſsione patris, & tamen neptis ex filio nõ excludatur ab inteſtato a ſucceſsione patris ſui p patruos & fratres patris, qui defuncto ſunt trãſuerſales, ita ẽt nõ eſt incõueniẽs, ꝙ filia ex teſtamento excludat per illos, qui illam excluſiſſent ab inteſtato ex forma ſtatuti, & ꝙ tamen neptis non excludatur per illos agnatos, qui ab inteſtato illam excludere non potuiſſent a ſucceſsione patris grauati. Sed vbi filia excluſa ab inſtitutione non excluderetur ab inteſtato per ſtatutum, neque etiam neptis, vt in terminis iuris communis, uel ubi neptis per ſubſtitutum excludi potuiſſet ab inteſtato, ſicut excluditur filia per inſtitutum, & ſic qñ vtraque pariter eſſet excluſa, tunc appellatione filiorum poſitorum in conditione non venirent filię ratione dicti abſurdi euitandi, ꝙ aliàs poſſet dictis caſib. habere locum, & in prædictis caſib. dẽt intelligi habere locum, & loquitur Pa. de Caſ. in d. conſi. 79. qui diſtinguit inter agnatum & extraneum ſubſtitutũ eo caſu, quo teſtõr excluſit proprias filias, cum qua diſtinctione trãſit Soci. in l. cum auus, de cond. & dem. & alij, de quib. ibi per eum, col. 44. cũ ſeq. ut. ſ. dicta diſtinctio locũ hẽat, qñ filia excluſa p teſtõ rẽ non fuiſſet a maſculo p ſtatutũ excluſa, nec ẽt neptis poſita in cõdõne, vel qñ neptis excluditur ab inteſtato per ſubſtitutũ ſicut filia per inſtitutũ, quia utroq; caſu hẽt locũ rõ prædicta de abſurdo euitando. Sed qñ filia excludit ab inteſtato per inſtitutum ex forma ſtatuti, & neptis nõ excluditur per ſubſtitutũ, tũc neptis indiſtincte cẽſetur poſita in cõdõne, & ita pluries cõſului. Sed etiam poſito, ꝙ filij maſculi intelligerentur poſiti in illa conditione, ſub qua concepta fuit ſubſtõ reciproca inter filios teſtatoris, ſi alter deceſſerit ſine filijs, nihilo minus alia cõditio, uidelicet, ſi ambo deceſſerint ſine filijs, vel deſcendentes ex eis ſimiliter deceſſerint ſine filijs, ſub qua poſſeſsio fuit relicta altari, intelligitur tam de maſculis quã de fœminis, ex quo relictum fuit factum extraneo, ſm Pa. de Caſ. in d. conſi. 79. cũ quo, ut dixi, tranſeunt alij, qui vult, quando filio decedẽti ſine filiis ſubſtituitur agnatus maſculus teſtatoris, ꝙ tũc ex cõiectura mente defuncti dici põt, ꝙ maſculi ſint in conditione poſiti, ſi teſtator fauore maſculorum proprias filias excluſit, quia ſatis tunc conſtat, ꝙ teſtõr uoluit bona in agnatione conſeruare ſed ſi pia cauſa ſit ſubſtituta, ſm eum, uel quilibet alius extraneus, tunc in cõdõne intelliguntur poſitæ ẽt fœminæ, qa ceſſat rõ prædicta. Quia igitur inter primam ſubſtõnem, & ſecundam ẽ diuerſa rõ. ſ. quia primo loco ſubſtitutus eſt agnatus maſculus teſtatoris, & ſubſtitutus ſecundo loco eſt extraneus, nõ inconuenit, ꝙ conditio prima reſtringatur ad maſculos, & qđ altera fœminas etiam comprehendat. Sequitur ergo ex pmiſsis ꝙ filii poſiti in cõdõne non dicuntur uocati, ex quo de maſculis tm̃ non ſenſit teſtõr, ſed ẽt de fœminis, per not. per gl. in d. l. Lucius. & ſic iſto caſu locum habere non poteſt opin. Guidonis Papæ in loco in cõtrarium allegato. Tertio principaliter, ꝙ

11 etiam si filij† masculi expresse essent in conditione positi, quod ad huc illi non dicerentur adinuicem substituti, nec ex testo vocati, per no. per glo. in d.l. Lucius. de hær. inst. quæ vult, quod solũ ab intestato intelligantur inuitati, cum qua transeunt Doc. ibi, & in locis, de quibus. per Ale. in consi. 184. Viso tit. quæstionis, &c. 2. vol. ubi hoc prosequitur latius quã alibi, & in consi. 118. Viso præstanti consi. &c. in eod. vol. & ex rationibus, de quibus per eum in dictis consilijs, probatur, quod opinio gl. in d.l. Lucius. est vera, nedum quando de filijs simpliciter fit mẽtio cõdõnaliter, sed ẽt quando in cõdõne ponũtur filij masculi, & ẽt in casu de quo per Alex. in d. consi. 183. satis constat, quod testõr senserat de masculis. Et quamuis Guido Papæ in q. in contrarium allegata, videatur aliter dicere hoc ultimo casu, nihilo minus refert, quòd maior pars Dominorũ de parlamento fuerunt in contraria opinione, & quod fuit determinatũ contrarium. Et idem repetit in q. 600. Itẽ circa testamentum, &c. & merito, quia, vt dixi, rõnes Doctorum ẽt militant, & habent locũ, quando de filijs masculis fuit facta mentio. Nec obstant allegata per eum in cõtrarium, qui mouetur ex no. per Bar. in d.l. liberorum. de verb. sig. in pe. col. & in l. 2. §. uidendum. ad Tert. quia ad istud pluribus modis rñdet Ale. in d. consi. 174. uers. 9. non obstat, &c. Et primo, quod Bar. loquitur, quando conditio resultat ex ablatiuis absolute positis, vt quia statutum dicit, quod extantibus mascu-
12 lis fœminæ non succedant, quæ† differt ab alia conditione aliter concepta, puta per dictionem, si, per ea, quæ dixerat supra proxime respondendo ad l. fideicommissa. §. cum esset. de leg. 3. vbi dixit, quod ablatiui absoluti inducũt dispositionem, quã do verba executiua importata per ablatiuum, referuntur ad eũ qui vult agere ex illa dispositione, per d. §. cum esset. aliàs secus, secundum Bal. in rub. de insti. & substi. ad fi. Sed in casu nostro verba non diriguntur ad filios in conditione positos, sed ad illos qui grauantur sub dicta conditione. Itẽ ablatiui faciũt dispositionem, quando important executionem circa rem, in qua inducitur fideicommissum. Secus quando important quãdam denominationem personę conditionaliter prolatæ, vt in casu nostro. Allegat Alex. no. per Bar. in l. a testõre. C. de cond. & dem. Præterea secundum Ale. illa uerba, si decesserit sine filijs, substituo, &c. nihil important a contrario sensu, nisi quod liberis extantibus non substituo. Vel & quarto secundum Ale. differentia est inter casum, quando verba conditionaliter proferuntur per verba absoluta, allegat no. per Bar. in l. ex scriptura. de don. & istud melius probatur ex no. per Pau. de Ca. in l. in ratione. §. tametsi. ad leg. Falc. vbi dicit, quod licet ablatiui absoluti inducant conditionem, aliqualiter tamen accedunt ad naturam dispositionis, & plusquam dictio, si. l. demonstratio falsa. ante fi. de cond. & dem. quod est notandum. Et alio etiam modo respondet Alex. in d. cons. ad allegata per Bar. in contrarium, quod in casu Bart. non poterant intelligi verba prolata a statuto contemplatione masculorum, nisi concedatur, quod extantibus agnatis masculis, agnati succedant in casu, in quo loquitur statutum. Sed in quæstione nostra possunt intelligi verba prolata fauore filiorum positorum in cõditione, absque eo quod ipsi succedant per fideicommissum, & ex testamento, quia possunt importare & important, quod patri grauato solũ succedant ab intestato, vt dicit gl. in d.l. Lucius. Reperio etiam, quod Pa. de Ca. in consi. 237. Suprascriptus dominus consultor, &c. ad istud contrarium respondet clarius & melius, nam postquã conclusit, quod filij in conditione positi non dicuntur ex testamento vocati, per no. in d.l. Lucius. subiungit, quod nõ ob. no. per Bar. in l. 2. §. videndum. ad Tert. quia diuersus est casus. Nã
13 aliud est, aliquem† vel aliquam excludere, si tales extant, puta extantibus agnatis mater excludatur, & tunc agnati, qui ponuntur in conditione affirmatiue videntur vocati. Et sic loquitur Barto. quia frustratoria esset exclusio matris, si agnati non essent uocati, nam possent subesse cognati propinquiores quam agnati, qui uocarentur exclusa matre, & sic exclusio matris, quæ fieret propter agnatos, & eorum contemplatione prodesset aliis quam agnatis, quod esse non debet. l. actionem. C. de pact. cum ibi not. & leg. seruo legato. §. si testator. de legat. 1. & leg. fideicommissa. §. interdum. de legat. 3. Aliud est, aliquem uocare post mortem alicuius, si ex illo non extabunt liberi, & sic liberi ponuntur in conditione negatiue, quo casu liberi, si extant non censentur vocati, sed faciunt deficere vocationem alterius, tum quia liberis illis aliter prouidetur, uidelicet quia vocari possunt ab intestato ad bona, de quib. agitur, vt no. gl. in d.l. Lucius. & in causa intestati non est dare alios potiores quam sint liberi. auth. in successione. C. de leg. hær. & in corpore vnde sumitur. Tum ẽt quia qñ ponuntur negatiue, si non extiterint, tunc non extat conditio expressa a testatore vel a statuto, sed extat conditio contraria expressæ. Sed quando ponuntur affirmatiue, puta quod extantibus, agnatis mater succedat, tunc si extant, dicitur extare conditio expressa a statuto, quæ dẽt eẽ fortioris naturæ quam eius contraria nõ expressa, cum argumentum a contrario sensu non semper sit validum. l. 3. C. de cond. inser. Sed ab expressis uerbis semper est validum. l. 1. §. si is qui nauem. de exerci. & l. prospexit. qui & a quibus. Et sic ex dictis responsionibus Ale. & Pau. de Cast. ad no. per Bar. in locis contrariis manifeste constat, quod non faciunt differentiam, utrum in cõditione ponantur simpliciter filij masculi, sed aliter & alio modo diuersificant casum Bar. a casu nostro. Et de hoc non est dubitandum iudicio meo. Nec obs. alia rõ, quæ pro opinione contraria dicti Guidonis allegatur per quosdam, dum dicunt, quod quando masculi sunt in conditione positi, si non dicerentur ex testamento uocati, sed ab intestato tantummodo, sequeretũ, quod si etiam extarent filiæ, quod ab intestato simul admitterentur cum masculis contra manifestam testatoris intentionem, qui uoluit solum masculis positis in conditione fauere. Quoniam respondetur, quod illa conditio, si quis decesserit sine filiis, deficit per superexistentiam filiorum, quãuis filii, in quorum fauorẽ apposita est conditio, non sint hæredes grauati ex testamento vel ab intestato, puta quia sint exhæredati. l. filiusfamiliàs. §. cum quis, & ibi no. per gl. & Bar. de le. 1. & in l. ex facto. §. fi. ad Treb. quia in conditionibus solum attenditur factum. l. qui hæredi. in prin. & l. Mæuius. de cond. & demon. & attenditur dicto casu solum potentia succedendi simpliciter, & non actus successionis, vt tradit in dictis locis. Si ergo filius positus in conditione facit illam deficere, quando non est vel eẽ non potest in totũ, nec pro parte hæres grauati, multo magis deficere debet conditio, quando succedit ab intestato pro parte cum filiabus. Nec inconuenit, quod filiæ beneficio filij masculi hoc consequantur, q.s. ab intestato succedant simul cum illo, licet excluderentur, si masculus non superextaret, ar. l. si post mortem. §. fi. de bono. pos. contra tab. Postremo & fortius dico, quòd quamuis etiam soli filij masculi essent in conditione positi, & intelligerentur per fideicõmissum vocati, non tamen dicerentur adinuicem substituti, sed tantummodo filius cuiuslibet præmortui intelligerentur proprio eorum patri per fideicommissum substituti, & ad portionem patris eorum solũ vocati. Et istud est de mẽte omnium, si recte animaduertatũ. Et ratione probatur, nam dicti filii in conditione positi solũ sunt in conditione respectu portionis patris sui, & non quo ad partem alterius sui transuersalis, quia quo ad illum nõ possũt dici filij. Quia ergo non possunt intelligi vocati, nisi quia sunt positi in conditione, ergo solum uocantur ad partem, cui conditio illa pt aptari, & respectu illius partis, cui dicta conditio potest conuenire. l. 4. §. toties. de dam. inf. l. hos accusare. §. his omnibus. de accus. & l. ita autem. in princ. de admini. tut. Cum ergo testator instituerit Ioan. Franciscum & Ludouicum eius filios, & ipsos adinuicem substituerit, quandocunque decesserit alter ipsorum sine filiis, sequitur, quod etiam si filii Io. Francisci dicantur vocati, quod solum intelligantur substituti dicto Io. Francisco. Et in portione illius tantummodo, non autem dicuntur substituti in portione Ludouici eorum patrui, casu etiam, quo ipse decessisset sine filiis, ẽt præmortuo Io. Francisco, quoniã certum est, quod ex uerbis dispositiuis non uocantur ad dictã partem Ludouici, quia dictis uerbis non est usus, testator, nec etiam ex uerbis conditionalibus, quia per illam conditionem si alter decesserit sine filijs, filii unius non ponuntur in conditione quo ad portionem alterius, sed solum quãtum ad portionem proprii parentis. Et istud est de intentione omnium, in l. pen. C. de impub. & al. subst. & l. heredes mei. §. cum ita. ad Trebel. ubi concluditur quod si duobus extraneis institutis substituatur, si uterque decesserit sine filiis, & unus moriatur cum filijs, & alius deinde sine filiis, quod ad portionem decedentis sine filiis admittitur substitutus, quamuis supersint filij ex alio præmortuo, per l. fi. §. filiũ. de leg. 2. & l. Lucius. §. Caio. ad Treb. quod non

esset, si filii unius essent positi in conditione etiam respectu alterius. Et quamuis aliter dicant, quando substō esset facta duobus filiis testatoris si ambo decessérint fine filiis, ut.s.tunc uno mortuo sine filijs, substitutus non admittatur ad portionem illius, si extent filij ex altero, non tamen dicunt Doctores, ꝙ tunc excludatur substitutus ea ratione, quia filij unius dicantur esse in conditione respectu portionis alterius. Sed quia cū sit facta substō pluribus, si decesserint sine filiis, & supersit ꝑsona dicto casu, quæ ex verisimili mente defuncti excludat substitutum non sufficit, quod in persona unius, vel quo ad portionem unius sit adimpleta conditio, sed debet impleri etiam quo ad alium, & quantum ad portionem alterius, per d.l.pen.C.de impub.& al.subst.& sic fatentur, ꝙ etiam tunc filii cuiuslibet sunt in conditione solum quantum ad portionem proprii parentis, sed est necesse, ꝙ cōditio adimpleatur copulatiue in portione vtriusque. Quemadmodum ergo non sunt in conditione filij Io. Francisci quo ad portionem Ludouici patrui, multo minus vnus ex filijs Ioā. Francisci potest esse in conditione respectu fratris sui ex eodem patre, & sic quo ad portionem Caroli præmortui sine filiis masculis, quæ ad illum peruenit post mortem patris, quia portio sua non potest dici subiecta restitutioni fideicommissi, si ipse decesserit sine fratre, sed si decesserit sine filiis masculis. Cum ergo quantum ad onus iniunctum in dicta portione Caroli præmortui, frater illius superstes non sit in conditione, dici non potest, quod tanquam in cōditione positus sit per fideicommissum ad illam portionem vocatus, sed solum posset dubitari, utrum sit Ioan. Francisco patri suo in parte substitutus, de qua nunc non agitur. Et istud puto verissimum, & non habere dubium, & etiam esse de intentione omnium. Nec etiam dici potest, quod filii positi in conditione sint adinuicem substituti ex alio capite, videlicet, quod post mortem omnium substituatur altare, iuxta leg. Titia Seio.§.Seia libertis, de leg.2.quia ille text. loquitur, quando substitutio fit post mortem plurium positorum in dispositione, & non quando est facta post mortem plurium positorum in conditione, ut colligitur ex not.per Imo.in l.centurio.de vulg.& pup.in antepen.colum.& prout clarius declarat Soc.in d.l.hæredes mei.

14 §.cū ita.in 2.col. Præterea ad † hoc ut ex substitutione facta post mortem plurium, dicatur facta substitutio reciproca, oportet, quod sit facta in tota hæreditate. d.§.Seia libertis, & ibi not.Dyn.& Barto.de quo per Alexād.in l.pater filiam.§.fin.ad leg.Falci.& in l.si pater impuberes. de vulg.& pup. Et similiter dici non potest, qd' prædicti in conditione positi sint uocati, quia sint grauati, iuxta not.per Barto.in dicta leg. centurio. in 5.q. quia de hoc posset dubitari, quando onus expresse fuisset iniunctum filiis in conditione positis, sed vbi de hoc non constat, & quando sumus in dubio, non dicuntur grauati, & per cōsequens nec substituti, secundum Imo.& Moder.in d.l.centurio.& per Alexand.consi. 105.j.vol. & Soc. Nec obstat, quod ab ultimo intelligatur relictum in dubio, per not. in leg. qui duos. de uulgari, & pupillari, quia illud procedit in ultimo, qui est in dispositione, & non quando est in conditione, secundum prædictos. Præterea etiam quando filii in conditione reperiuntur grauati, opinio magis communis contra Barto. est, quod non dicatur vocati, ut plene declarat Imo. & Alexan. in d.l.centurio. & ita sæpissime consuluit Alex. ut etiam ad plenū referunt nouissimi, in dicta leg.centurio. Et per prædicta quasi ad omnia in contrarium allegata colligitur responsio clara. Solum restat respondere ad unum, quod uoluit Petr. de Anchar. consulendo, videlicet, quod opin. gloss. in dict. leg. Lucius. locum non habet, quando post primam substitutionem inter filios si alter decesserit sine filijs, facta fuit alia substitutio sub eadem conditione, quem refert & sequitur Alexan.in consi.64. in fi.6. uol. quia ista opinio non est uera, & contra intentionē Doctorum, ut in specie dicit & probat Soc.in d.l.cum auus.de condi.& dem.circa fi.ad quem me remitto. Præterea, ut dixi ꝓxime, etiam si dicerentur uocati, intelligendum est, quod sint substituti proprio parenti post mortem illius, nō autem, quod unus ex filiis in conditione positis sit substitutus alteri fratri suo, posito in eadem conditione, per ea quæ dicta sunt proxime. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Positus in conditione ex testamento uocatus non dicitur.*

2 *Substitutio facta alicui, si decesserit sine filijs, compendiosa esse dicitur.*

3 *Si institutio substituatur, si is decesserit sine filijs, & cum filijs decedat, substitutus excluditur, licet filij postmodum absque filijs sint mortui.*

4 *Filij in conditione positi, qui etiam fideicommisso grauati sunt, an ad hereditatem ex testamento uocati intelligantur. & uide nu.10. & 11.*

5 *Filijs institutis, si per fideicōmissum substituti sint filiorum filij, quilibet filius patri suo tantum substitutus intelligitur.*

6 *Quando ultimo institutorum decedenti in omnibus bonis seu tota hæreditate fit substitutio, omnes intelliguntur inuicem substituti.*

7 *Si descendentes seu liberi substituantur, intelliguntur successiuo ordine uocati.*

8 *Vbi ad fideicommissum pluribus relictum cōcurrit is, qui proximior est testatori, cum illo, qui proximior est grauato, præferri debet, qui proximior est testatori illi, qui proximior est grauato ultimo loco admisso.*

9 *Computatio graduum iuris ciuilis debet seruari in successione et in terris ecclesiæ, secus est, ubi de matrimonio agitur.*

11 *Verba conditionalia disponunt ex tacita mente testatoris.*

12 *Verba impropriantur, ut absurdum euitetur.*

13 *Quando testator filijs suis substituit agnatos masculos, præsumitur, quod bona in agnatione conseruari voluerit.*

14 *Filij fratrum æqualiter admittuntur cum fratribus ad successionem patrui uel ascendentis.*

15 *Per fideicommissariam substitutionem grauato non succeditur, sed testatori.*

16 *In uulgari substitutione attendi debet proximitas testatoris respectu, non autem eius, cui substitutio facta est.*

17 *Si feudum per diuisionem uni assignatum sit, in successione illi præferuntur, qui de ipsius linea sint.*

CONSILIVM CXLII.

VISO ac perlecto testō Illustris. do. Adoardi de Columna, & diligēter ponderatis institutionibus & substitutionib. de quib. in illo, vr̄ dd̄m prima facie, ꝙ Illustris. & excellentis. do. Prosper in casu, de quo agitur, non sit ex dicto testamento uocatus. Nam testōr primo instituit Iordanum, Laurentium, Odonem, Ioannem, Marcellum, & Fabricium eius filios æqualiter. Et si casu contingat ipsos filios seu aliquem ipsorum mori in pupillari ætate, aut postea qñcunq; sine filijs legitimis & naturalibus, voluit eos inuicem succedere, seu ipsorum filios, aut filiam ex ipsis in perpetuū recta linea descendentes masculos, ita tamen, ꝙ dicta substō intelligatur, & sit recta in illis personis & temporibus quibus directe substituere potest, &c. Quamuis igitur Camillus & Latinus nepotes testatoris ex Ioāne ipsius filio præmortuo decesserint sine filiis superstite d. Illustrissimo do. Prospero eorum fratre patruele, & Fabricio patruo uidetur, ꝙ prædictus do. Prosper ex hac parte testamenti non

1 debeat admitti, quia non uocatur† ex eo, ꝙ in conditione ponatur, ſm gl. communiter approbatam, in l. Lucius. de hær. insti. Et quia vbi ex hoc posset dici vocatus pri tm̄ diceretur substitutus, & non alteri descendenti testōris, ſm etiam intentionem aliorum, qui tenent contra dictam gl. & prout ad hoc solum tendunt omnes rationes eorum. Et similiter ex hoc, quòd filios institutos inuicem substituerit, seu ipsorum filios, aut filium ex ipsis in perpetuum recta linea descendentes masculos, &c. in hunc euentum non censetur d. do. Prosper substitutus, quia filii filiorum dicuntur substituti ordine successiuo ex natura alternatiuæ. l. cum pater. §. pen. de leg. 2. & l. hæredes mei. §. pe. ad Treb. & no. Bar. & alii, in l. Gallus, §. quidam recte. de lib. & post. Et inter filios primi gradus institutos & nepotes testōris ex dictis filiis intelligit̄ facta uulgaris substō tm̄, qa q̄-

2 uis† substō facta filiis institutis sit cōpēdiosa, qa fuit concepta ꝑ illa verba, si decesserint sine filiis, quæ habēt tractū temporis ut traditur plene in l. precibus, C. de impub. & ali. substi. & in l. Centurio, ff. eo. & in c. Raynutius. de test. & in cap. si pater. eod. titu. in

ti.in 6.nihilo minus, quia nepotes vocantur post filios simpliciter, & sine verbis importantibus tractum temporis cẽsentur decedenti sine filijs primo substituti alij filij primi gradus,& illis nolentibus,vel succedere non valẽtibus dicti nepotes, & sic quantum ad institutum decedentem sine filijs ex fideicommisso possunt admitti dicti nepotes mediante vulgari substitutione facta filiis primi gradus,& in quo vulgariter substitui pôt.l. vt hæredibus,de leg.2.& l.vnic.§.in primo, & §.pro secundo. C.de caduc.tollen.Et ita vult & concludit Alexan.in consi.24. incip. Attentis his quæ in themate narrantur, &c. ubi ad hoc allegat Rapha.Cuma.in d.§.quidam recte. de quo etiam ibi late per Soc.qui idem tenet,ex qua venire non possunt,quia expirauit ex aditione patris.l.post aditam. C.de impub.& etiam sequitur, ꝙ ex verbis prædictis non sunt ad inuicem dicti nepotes per fideicommissum substituti,sed ꝙ solum uocatur ad partem illius filij primi gradus,qui decessit sine filijs, quando tempore,quo purificatur conditio,alius filius, vel saltem pater eorum nolit, aut non possit admitti ad partem filij præmortui. Quia igitur do.Ioannes decessit cum filiis masculis,non potest do. Prosper uenire, licet eius pater tunc esset de medio sublatus,quia conditio,sub qua uocatur ad partem Ioannis defecit, ex quo ille decessit cum filiis masculis. Et quamuis eius filij,videlicet Camillus & Latinus, deinde decesserint sine filiis, tamẽ in hunc euentum per uerba prædicta non intelligitur dominus Prosper uocatus,secundum Oldradum in consilio 21.incipiẽ. Thema tale est,testator, &c. & in consi.141.incip. Thema tale
3 est, do.G.&c. ubi uult † quod si instituatur quis,& si decesserit sine filiis,alius substituatur, ꝙ excludatur substitutus,si decedat institutus cũ filiis, licet filij postmodum absque filiis sint mortui. Et cum eo transit Ioan.And. in addi. Spec.in tit.de test.§.in primis,ad finem,& Pau.de Cast.in consi.172. incip.Ne impropriis vtamur uocabulis,& probatur in l.ex facto.§.penul. ad senatusconsul.Trebel. Et per prædicta satis probatur,quod prædictus Illustris. do. Prosper non dicitur uocatus ex illis uerbis sequentibus eiusdem testamenti,uidelicet,& si casu contigerit, ꝙ ex dictis filiis,aut filiis filiorum,seu ex eis descendentibus in perpetuum,ut supra,non superesset proles masculina, sed fœminina tantum, tũc & eo casu uoluit Hippolytam filiam suam legitimam & naturalem cum aliis filiabus dictorum filiorum, aut quolibet ipsorum descendentium pro rata succedere dictis prænominatis filiis,filiorum filiis,seu descendentibus, uulgariter,pupillariter seu per fideicõmissũ,&c.quia,ut ex uerbis prædictis apparet,filij filiorũ nõ sunt in dispositione positi, sed ĩn in cõdõne,ideo nõ uñr uocati, ꝑ no.in d.l.Lucius. Nec ob.quod
4 † sint expresse grauati,quia q̃uis Bart.in d.l.Centurio. de uulg. & pup.substõ.uer.quo ulterius, qđ testõr dixit,&c. uideat̃ uelle, ꝙ tunc filij in cõditione positi intelligantur uocati, tñ contrarium probatur in l.ab eo.C.de fideic.& contrarium tenet Richar.Malumbr.& Rayn. vt refert etiam Bart. in d.l. Centurio. Et ipsemet Bar.in consi.incip. Andræas condidit testamentum &c.Et idem sentit in leg.codicillis.in princip.de usufru.leg. Et istam opinionem contra Bar.in loco prędicto tenet etiam Bal. in d.l.ab eo.Imo.Alexan.& Moder.in d.l. Centurio.& Imo. in dict. capit.Raynu.in tractatu compendiosæ.& Petr. de Ancha. in consi.136.incip.Ponderandum est principaliter,&c.& Alex. in consi.24.prealle.& alijs pluribus consilijs alleg. per nouissimos,in d.l.Centurio.Et dicunt post Alex. ꝙ cõmunis opinio est contra Bar.& respondent ẽt prædicti Doct.ad iura & rationes Bar.ad quos breuitatis causa me remitto.Præterea, ut etiã tactum est supra, etiam si dicto casu filij in conditione po-
5 ti essent uocati,dicerentur † solum patri suo grauato, si decesserit sine filijs,substituti, & non patruo, uel fratri consanguineo,aut patrueli, ut probatur ex not.per Barto.in l. si mihi & Titio.de uerb.oblig.& Spec.in titu. de locato. §. nunc aliqua. versicu.149.& Bald.in l.unica.§.in primo.C.de cad.tol.& in l. cum acutissimi. C. de fideicomm. Salyc. in l.2. in 24.quęst.C. de iure emphyteu.& Alexan.in consil.204.2.volum. ubi concluditur, quod si duo inuestiantur pro se & filijs suis, filij cuiuslibet intelligantur uocati ad partem patris, & non ad partem patrui. Et si dicatur,quod substitutio est facta ultimo decedenti ex masculis in tota hæreditate, ut ex uerbis proxime relatis colligitur, & clarius ex seq.ubi testator disposuit,quod eueniente casu, quo ex dictis filijs, & filiabus seu filijs ipsarum aut ex eis descendentibus in perpetuum nullus superesset masculus seu fœmina, quod hæreditas sua, & omnia sua bona
6 spectarent,& peruenirẽt ad fratrem suum,&c.quo casu† quando vltimo decedenti in omnibus bona seu in tota hæreditate fit substõ,omnes intelliguntur adinuicem substituti. l.Titia Seio. §.Seia libertis.de leg.2. Et ibi ita tenet Dyn.Bar.& Doct.communiter in l.pe.C.de impu.& alijs subst. & in l.hæredes mei.§. cum ita.ad senatuscon.Trebell.& per Alexan.in l.si pater impuberes.de vulg.& pupill.substitu.& in l.pater filium. in princip. ad leg. Falc. Ad istud respondetur, quod procedit,quod substitutio est facta post mortem plurium institutorum,vel aliter honoratum ab vltimo moriente in tota hæreditate,vel in omnibus bonis.Sed quando fit post mortem plurium positorum in condõne,sicut in casu nostro, tunc nunquam illi intelliguntur adinuicem substituti, vt declarat Imol. in dicta l. centurio. dum ponit intellectum.d.§.Seia libertis.& in dicto cap. Ray.in materia compendiosæ. Et idem etiam tenet Socin. in d.§.cum ita.in j.col.& in consil.249.Et idem etiam vult Alexan.in consilio 105.1.vol.& consi.113.vol.& Petr.de Ancha.in consilio 119.incip.Pro pleniori decisione,&c.per ea quæ habentur, & notã in d.l.Lucius. Sed vbi etiam filij filiorum,& omnes descendentes dicerentur adinuicem substituti,nihilo minus illustrisſi.
7 do.Prosper excluderetur à Fabricio patruo suo, quia † dicerẽtur vocati sub nomine descendentium collectiuo,& sic ordine successiuo, sicut quando per nomen familiæ vocantur, dictus ordo seruatur,& admittuntur,prout quisque est proximior.l. cum ita.§.in fideicommiss.& l.peto.§.fratre.de lega.2.& l.fina. C.de verbo.signifi.& no.Barto.& alij in dicto §.quidam recte & ita Arc.ibi. & Alexand. eadem ratione idem dicunt quando sub nomine liberorum honorantur. & Ang. in consilio 38.incipien.Quidam Ioannes,alias,cum institutio.Quia ergo d.Fabricius patruus grauati est in tertio gradu, & dom.Prosper illius frater patruelis est in quarto, debet patruus præferri tanquam proximior.l.Iuriscon.§.tertio gradu.& §.quarto gradu. de gradibus.Et ita etiam vult Bald.& Rapha.in dicta l.cum ita §.in fideicommiss.& Alexan.in dicto consil.24.3.vol.& in consilio 118.5.vol.Et quamuis gloss.in dicto §.in fideicommis. velle videatur, quod concurrat nepos cum patruo, per authent. cessante.C.de legitim.hæred.cum qua transit Imo.tamen Bal. ibi respondet ad illum text. Præterea gloss. debet intelligi secundum legem quam allegat, videlicet quando prædicti concurrunt ad fideicommissum relictum ab ascendente, uel a patruo sicut ab intestato illi succedit frater, & filius fratris præmortui,dicta authent.cessante.quod non est in casu nostro, in quo grauatus est frater patruelis Illustrissi. dom. Prosperi, ut dixi qui non succederet in locum sui patris defuncti, si ageretur de successione intestati dicti fratris grauati, ut in authent. de hæred.ab intesta.§.si vero neque fratres.Et ideo sicut ab intestato Fabricius eius tanquam proximior præferretur, ideo etiam debet præferri ex fideicommisso, quia testator uidetur voluisse,quod descendentes sui admittantur eo ordine, quod successuri fuissent ab intestato, secundum Imolam in dicto §. in fideicommisso. Et faciunt nota. per Barto. in dicta l. hæredes mei.§. cum ita.& in l.ut iurisiurandi.§.si liberi. de oper. liber.& quod not. in dicto §.quidam recte. Et ita modo prædicto intelligitur, & declarat in terminis nostris Alexan.in con-
8 silio 4.colum. pen. 4.uol. Et confirmatur hoc. † Nam ubi ad fideicommissum pluribus relictum per nomen collectiuum concurrit ille, qui est proximior testatori, cum illo, qui proximior est grauato,præferri debet ille,qui est proximior grauato ultimo loco admisso, quamuis quantum ad testatorem alius eum præcedat in gradu,ut per plura concludit Socin.in l.si cognatis, de rebus dub. in penult.colum. uersic.sexta, & ultima conclusio, &c. Et idem latius tenet & prosequitur in consilio 249. uersiculo circa secundam difficultatem, &c. ubi ad hoc præcipue allegat. tex. in cap. 1.de natu. success. feud. & refert, quod ita consuluit Pau. de Castr. in ciuitate Camerini, & do. Alexan. & Moder. Senenses, & Perusin. multo ergo magis in casu nostro debent præferri patruus grauati, qui nedum illi est proximior, ut dixi, sed testatori, uel saltem quod ad illius successionem, si de ea ageretur, non esset remotior domino Prospero, dicta authentica cessante. Et sicut dicatur, quod de iure canonico,secundum quod aliter gradus computantur,

tentur, patruus grauati non præcedit in gradu fratrem patruelem, sed ambo sunt in secundo gradu, ut colligitur ex not. per gl. in c. fi. de consang. & affi. & ex no. per Ioan. And. in arbore affinitatis, quod ius canonicum in hoc ēt quò ad successionem est seruandum, ſm Rom. in l. fi. C. de succes. edicto per no. in c. 2. de arb. in 6. & in c. 1. de ope. no. nun. Ad hoc etiam respōdet,
9 ꝙ † computatio graduum iuris ciuilis dēt seruari in successione etiam in terris ecclesiæ, quia quātum ad hoc ius canonicum non recedit a iure ciuili, sed solum quantum ad matrimonium & quando de matrimonio agitur, ſm Sa. Libi, qui dicit, ꝙ istud etiam inferūt rationes Bald. ibi. & cum eo transit Ale. in fin. dictæ legis. Ex præmissis igitur apparere videtur, ꝙ ex aliqua parte testamenti non possit illustriss. do. Prosper admitti, maxime extante Fabricio patruo. Sed istis non ob. arbitror, ꝙ contrariū sit verius de iure, & ꝙ etiam ad hoc extendat intentio testatoris. Et in primis videndum est, vtrum filij filiorum & alij descendentes dicti testatoris sint ex testamento per fideicommis-
10 sum vocati. Et arbitror ꝙ sic. Et moueor, quia† quamuis positi in condōne non dicantur ex testamento vocati, vt no. in d. l. Lucius. Fallit tamen quādo ex coniecturis apparere potest de contraria mente testatoris, ſm Soc. in l. cum auus, in fi. de cōd.
11 & dem. & probatur, quia† verba condōnalia disponunt ex tacita mente defuncti. l. denique. §. interdum. de pec. leg. & l. si ita stipulatio. de ope. liberto. l. pen. de colla. & l. Proculo. in princ. de vsufruc. & notat Bar. in l. ex hac scriptura. de dona. & facit. l. in cond. in prin. de cond. & demon. Quod autem intentio testatoris fuerit, descendentes masculos in infinitum admitti per fideicommissum, ex multis colligitur. Et primo, quia non tantū fuerunt in condōne positi, sed etiam qa fuerunt spāliter grauati. Ex quib. simul iunctis & concurrentibus, Bar. in d. l. centurio. voluit, ꝙ ex fideicommisso admittantur. & est de mēte Dyni in d. §. Seia libertis. Et hoc etiam vult Pa. de Cast. in dicta l. ab eo. C. de fideicom. in quibusdam lect. Et idem tenet ibi. d. Ioan. Pe. & mod. Peru. & Imo. & Cum. in l. filiusfa. §. cum quis. de le. 1. & Cuma. in l. hæreditas ad Statium. de hęredib. inst. & Pe. de Anch. in repe. cap. si pater. de testamen. in 6. in 12. notabili, & Soc. in l. cum filio. de leg. j. in 2. col. qui dicit, quod à multo tēpore citra Doct. Perusini habent hanc op. in consulendo ꝓ canonizata, & quod vidit pro hac opinione consultum per multos Doct. Italiæ. Et quamuis ista opi. non esset tuta, quando aliud non concurreret propter auctoritatem illorum, qui tenē contrarium tamen in casu isto alia accedunt, quoniam decedēti vltimo loco, facta est substō in omnibus bonis. Et licet etiam istud per se non sufficeret, quando facta est substō post mortē plurium positorum in conditione per allegata in contrarium, quia tamen etiam in condōne positi fuerunt grauati, ut dixi, saltem ex his tribus simul concurrentibus, s. quia sint in condōne positi, & quod sint grauati, & quod in omnibus bonis vltimo decenti facta sit substō, colligitur, & præsumendum est, qđ testator voluerit ex testamento hæreditatem suam ad suos descendentes peruenire, quia ex illis satis colligitur enixa volūtas testatoris, argumen. l. cum pater. §. filius matrem. de lega. 2. Et istud etiam ex alio comprobatur. Nam testator deficiente prole masculina voluit hæreditatem suam peruenire ad Hippolytam filiam suam cum alijs filiabus dictorum filiorum, aut quolibet ipsorum descendentium pro rata. Et sic apparet, quod nō tantum filias filiorum, sed etiam descendentes ipsarum vocauit per fideicommissum, & quod illos in dispositione posuit, & similiter in defectum omnium descendentium ex masculis, & fœminis testator voluit omnia bona sua peruenire ad fratrem, seu ad ipsius filios legitimos, & naturales descendentes per lineam masculinam vsque in perpetuum, & deficiente prole masculina, ad fœminas descendentes, &c. Si ergo dictis casibus descendentes ex fœminis ab eo descendentibus, & descendentes tam masculos quam fœminas in dispositione testatoris posuit, & ordine successiuo vocauit, quos minus dilexit quam filios filiorum, & alios descendentes masculos eorum, vt ex serie testamenti apparet, multo magis præsumendum est, quod vocare voluerit dictos suos descendentes masculos per lineam masculinam ex testamento, & per fideicommissum, ne sequatur absurdum, quod minus dilectus in hoc sit melioris conditionis quam magis dilectus. l. Publius. §. finali, de conditio. & demonstr. & l. si viua matre. C. de bon. mat. Nec est inconueniens, ꝙ pro dicto absurdo euitando verba conditionalia disponant, quæ ex tacita & præsumpta mente, vt dixi, pñt di-
12 sponere, sicut † ēt, vt euitetur dictum absurdum, improprientur verba, vt probatur ex no. per Bar. in d. l. Gallus. §. etiam si parente. & in l. quidam relegatus. §. fin. de reb. dub. cum quo transit Alexand. in l. si pater. la 1. de vulg. & pup. & faciunt not. per gl. in l. si mater. §. fin. de vulg. & pup. ex qua probatur, secundū ꝙ eam subtiliter saluat Bar. ꝙ substitutio, quæ solet extendi de casu ad casum, non extenditur, quando mediante tali extensione sequeretur, quod minus dilectus esset melioris conditionis quam magis dilectus. Et quod eadem ratione recedatur a propria verborum significatione, vult etiam Alex. in d. l. sed si hac, §. liberos. de in ius vocan. Quia igitur concurrunt plura ex quibus probabiliter præsumi potest, quod testator uoluit suam hęreditatem conseruari inter suos descendentes masculos, & ꝙ deueniat ad illos de uno in alterum ordine successiuo, dicendū est, quod isto casu dicantur vocati, quamuis sint solum in conditione positi. Et istud adhuc confirmatur. Nam quamuis substitutio sit facta filiis, si decesserint sine filiis, tamen intelligitur de masculis; quia ex quo proprias filias exclusit, multo magis præsumendum est, quod uoluerit excludere neptes minus dilectas, per iura præallegata. Et hoc maxime procedit, quando
13 substituūtur alij agnati masculi, quia tunc † præsumitur, quod testator uoluerit bona in agnatione conseruare, secūdum Pau. de Castr. in consilio 79. Casus iste frequenter contingit, &c. & idem consuluerunt multi alij, quos plene refert & sequitur Socin. in l. cum auus. de condit. & demonstrat. colum. 44. versic. tertio quæro, &c. & in casu nostro, quia testator in substitutione, & dispositione fecit mentionem de filijs filiorum masculis, dum dixit, seu ipsorum filios, aut filium ex ipsis in perpetuum recta linea descendentes masculos, & cæt. Ex hac igitur parte testamenti, in qua fit mentio de filijs filiorum masculis declaratur conditio præcedentis in qua ponuntur filij simpliciter, vt scilicet debeat intelligi de masculis, ut probatur ex not. per Barto. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Trebellia. vbi dicit, ꝙ si in aliqua parte testamenti sit facta mētio de filijs naturalibus, & in alia fiat mētio de filijs simpliciter, quod intelligitur etiam de naturalibus. ar. l. qui filiabus, in princ. de leg. 1. quod etiam apparet ex alio, in casu nostro, quia filias filiorum, & sic neptes ex eis vocauit testator solum in defectum descendentium masculorum. Vnde videtur alio casu illas exclusisse. l. cum prætor. in prin. de iudi. Et per consequens non intelliguntur positæ in conditione, per quam includerentur, & vocatæ dicerentur saltem ab intestato, secundū gl. in d. l. Lucius. Si ergo intelligitur facta substitutio si filij decesserint sine filijs masculis, videtur ꝙ ēt ex hoc tñ dicantur vocati, & substituti per fideicommissum; quia isto casu locum non habet ratio, quæ assignatur per gl. in d. l. Lucius quæ dicit, ꝙ non intelliguntur filij in conditione positi ex testamento vocati, sed inuitati tacite ab intestato. Quæ ratio solum procedit & locum habere pōt, quādo filij vtriusque sexus sunt in conditione, qui de iure communi succedūt simul ab intestato. l. maximum vitium. C. de lib. præter. & in auth. de hær. ab intesta. in prin. Sed quando masculi tantum sunt in conditione, illi solum tacite sunt vocati, & fœminæ exclusæ. d. l. cū prætor. & no. Barto. in l. 2. §. videndum. ad Tertul. Ergo nō potest dici, ꝙ ab intestato sint vocati tacite, quia etiam fœminæ cum illis admitterentur, & quæ excludi non potuerunt a successione intestati sui patris grauati, & in hoc grauari, quia non fuerūt a testatore honoratæ. dicta l. ab eo. C. de fideicom. quia igitur fœminæ extantibus masculis non excluderentur, vt uoluit testator, nisi masculi dicantur ex testamento vocati, verba conditionalia dicto casu disponunt ex tacita mente testatoris, secundum Bar. in d. l. ex hac scriptura. Vbi dicit per iura præallegata, ꝙ verba conditionalia prolata ab homine, disponunt in aliquo antecedenti, vel consequenti ex pręsumpta voluntate testatoris, quando illud antecedens, vel consequens potest induci ex sola voluntate testatoris. Et prout etiam in casu nostro induci pōt. Et in istis terminis, vt dixi, non loquitur gl. in d. l. Lucius. & præcipue in casu nostro, in quo neptes ex filijs vocātur in defectū masculorū, ex quo apparet, ꝙ eis masculos ꝑferre, ꝙ stare non pōt, nisi masculi dicantur vocati ex testō, & ꝙ descendentes masculi videantur substituti, nedum probatur ex ꝑmissis verbis conditionalibus iunctis alijs, de quibus suprà, sed etiam

etiam ex uerbis dispositiuis. Quoniam post institutionem de filijs factam testator hoc mō substituit, uidelicet, & si casu contingat ipsos filios, seu aliquem ipsorū mori in pupillari ætate, aut postea quandocunque sine filijs ltimis, & naturalibus, voluit eos inuicem succedere, seu ipsorum filios, aut filium ex ipsis in perpetuum recta linea descendentes masculos, &c. Nam illa verba, seu ipsorum filios, &c. sūt dispositiua & gñalia, ideo ex illis filij filiorum & alij descēdentes ex eis substituuntur tā suis ascendētib. quam trāsuersalibus & adinuicem casu, quo aliquis eorum decedat sine filijs. Nam testator decedēti sine filijs substituit alios filios superstites, & ad istum casum referri potest etiam illa clausula, & seu ipsorum filios aut filium, & tunc intelliguntur nepotes ex filijs præmortuis substituti simul cum patruis. Item ex eadem clausula dici potest, ꝙ nepotes etiam sint substituti proprijs parentib. ꝙ dicta substō diuidatur in duas, videlicet, quod si aliquis filius institutus decesserit sine filijs, voluit etiam descēdētes ex filijs præmortuis succedere, vt est dictum. Item ꝙ voluit eos succedere decedenti simpliciter, & sic etiam cum filijs, sicut etiam aliàs diuiditur intō in duas. l. 2. de hęr. inst. facit. l. Celsus. de arbitris. & ex hac ultima filius dr̃ substitutus patruo suo nedum vulgariter, sed etiam per fideicōmissum, vt dicetur inferius. Et ꝙ istud sēserit testator, probatur ex coniecturis, de quibus supra, quæ etiam ad hoc cōueniunt, & adaptantur. Et satis etiam cōstat ex ipsis verbis substōnis, dum dr̃, in perpetuum recta linea descēdētes masculos. Nam propter illud uerbum, in perpetuum, & illud verbum, descēdētes, quod est collectiuum, apparet, ꝙ intētio testatoris fuit, quod ordine successiuo hæreditas sua transeat in suos descēdētes. d. §. in fideicommisso. & d. §. fratre. & per Doc. in d. §. quidam recte. quod fieri non posset, nisi filius esset patri substitutus. Et quia idem voluit testator in substōne facta de fœminis, de fratre & eius descēdentibus, quos substituit patri, & ordine successiuo. Vnde ex sequētibus declarantur præcedentia, & econuerso. d. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium. §. fi. de leg. 1. & quia ut dictum est, descēdētes testatoris masculi sūt magis dilecti quam fęminæ, & descēdētes ex eis, & quam descēdētes fratris, ideo etiam isto casu præsumuntur uocati. Item per eādem clausulam, s. & seu ipsorum filios aut filium, intelligi pōt, quod dicti descēdētes masculi dicti testatoris substituti, vt dixi, patruis, & proprijs parentibus in diuersis casibus dicantur etiam ad inuicem substituti. Quod probatur, quia dicta clausula est imperfecta ratione uerbi, sed uerbum illud, uoluit succedere, positū in clausula præcedēti intelligitur repetitum in hac sequenti cū suis omnibus qualitatibus, secūdum Bar. in l. in repetēdis. de le. 3. & in l. Seiæ. §. Caio. de fundo inst. Quia ergo in præcedētibus uoluit, quod contingat filios institutos seu aliquem ipsorū mori sine filijs, eos inuicē succedere. Et postea subdit, seu ipsorū filios, aut filium ex ipsis in perpetuum recta linea descēdentes masculos, perinde est, ac si fuisset expresśū, quod voluit eos inuicem succedere, si contingat eos, seu aliquem ipsorum mori sine filijs, q̄a (ut dixi) ex quo clausula illa est imperfecta, omnes qualitates clausulæ præcedētis, quæ huic possunt conuenire, intelligūtur repetitæ, secundum Bar. in dictis locis. Et quod etiā dictam substōnem reciprocam uoluerit testator facere inter filios filiorum & eorum descendentes probatur ex illo uerbo, in perpetuum, & ex illo nomine collectiuo, descēdētes, quod significat, ut dixi, quod omnes descēdētes dicantur ad inuicē substituti, ordine tñ successiuo. d. §. in fidei. & d. §. fratre. Et clarius etiam istud declaratur ex sequētibus, q̄m testator in defectum masculorum substituit Hippolytam cum alijs filiab. dictorum filiorum, aut quolibet ipsorum descēdētium pro rata, eo modo quo de masculis disposuit. Et sic in omnibus & per omnia eas, & quamlibet earum inuicem substituit, &c. Postquam ergo filias & earum descendentes uocauit eo mō quo de masculis disposuit, testator hoc exponit, & immediate declarat dicendo, & sic in omnibus & per omnia eas & quamlibet earum inuicē substituit: subaudi, sicut etiam masculos hoc modo substituit, quia si inter masculos descendentes testatoris diceretur facta ad inuicem substitutio filiæ, & earum descendentes non dicerentur eo modo substitutæ, quo de masculis disposuit. Et per consequens ex ista parte testamenti declaratur aperte, quod masculi descendentes ex masculis in præcedentibus, ad quæ habetur relatio, substituti fuerunt ad inuicem. Tertio principaliter dicitur, ꝙ nepotes & descēdētes masculi ex filijs sūt vocati & ad inuicem substituti ex alia parte testamēti, videlicet ex substitutione facta in omnib. bonis ultimo decedēti tam ex masculis quàm ex fœminis. d. §. Seia libertis. Nec obst. ꝙ hoc non habeat locum quo ad eos, qui sunt tm̄ in cōditione positi, per ea, quæ allegantur in contrariū, quia dici pōt, ꝙ immo descēdētes masculi ex masculis fuerunt in præcedentib. ēt honorati. Præterea certum est, ꝙ descēdētes ex fœminis fuerunt ante dictam substitutionem vocati, & honorati, & sic quo ad eos substitutio facta vltimo decedenti in omnib. bonis operatur & inducit, ꝙ illi dicantur ad inuicem substituti. Ergo idem est etiā dicendū quo ad descendentes masculos ex masculis positos sub vna, eadēque determinatione & conceptione verborū cū aliis. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. cum cōcor. Et isto casu contraria non hñt locū, q̄a de contraria mēte testatoris apparet, qui æqualiter vr̃ voluisse determinare oēs descēdētes. d. l. hoc iure. Ex præmissis itaque concluditur, ꝙ filij filiorū & alij descēdentes eorum sunt ex testamento vocati, & ꝙ sunt substituti proprijs parentibus per fideicōmissum post mortē eorum, & etiā patruis decedentib. sine filijs eorum parentib. tunc sublatis de medio, & etiam ad inuicem, casu quo aliquis eorum decesserit, sine filijs, tanquā ista conditio intelligatur repetita in hac substitutione reciproca, per rationē supra allegatam, vel ꝙ saltem iure subintelligatur. l. cum acutissimi. C. de fideicom. & l. cum auus. de cond. & dem. Ex quib. sequitur, ꝙ Camillus & Latius mortuo patre successerunt testōri in portione patris per fideicommissum, & consequenter ꝙ illis postmodum mortuis sine filiis illust. d. Prosper fuit per fideicommissum substitutus, & ꝙ substituit potius. Et hoc clarius demonstrabitur ex rn̄sionib. ad ea, q̄ in contrarium allegantur. Non ob. ergo dum dicr̃ primo, ꝙ p̄dictus illust. d. Prosper non est ex testō uocatus, quia reperitur solum in cōdōne positus, per no. in l. Lucius, de hær. insti. Quia immo ex tacita mente defuncti isto casu uerba conditionalia dispositionem inducunt, de qua mente ex pluribus constat, ut dictum est in præcedentib. & est ēt probatum, qđ in his terminis illa gl. non hēt locum. Et dum etiam dr̃ ex mente aliorum, quod ubi eēt uocatus, soli patri esset substitutus, & non fratrib. patruelibus. Ad istud dicitur, ꝙ ex hoc saltem probatur, qđ tanquam honoratus potuit grauari. Quod autem ipse & alij descendentes ex filijs fuerint adinuicē substituti, probatur multipliciter ex aliis partibus testamenti. Et primo per illa verba, uidelicet, & si casu contingeret, quod ex dictis filijs, aut filiorum filijs, seu eis descēdentib. in perpetuum, ut supra non superesset proles masculina, &c. q̄ uerba licet sint cōditionalia ex coniecturata mēte disponunt. ut dixi. Et sic descēdētes masculi in conditione positi intelligunt̄ adinuicē & ordine successiuo uocati. d. §. in fideidommisso. Itē substitutio reciproca inter illos fuit facta ēt p uerba dispositiua, de quib. supra, ꝑut est probatum supius. Et similiter sunt honorati & adinuicem substituti ex substōne facta ultimo decedenti ex descendentibus masculis & fœminis in oīb. bonis. d. §. Seia liber. ꝑut plenius est deductū supius. Non ob. ēt dū dicebatur, ꝙ nepotes testatoris casu sint suis parētib. substituti, dñr uulgariter tantum in fideicommisso substituti, p ea quæ hñr in d. §. quidam recte. quæ substitutio uulgaris expirauit p aditionē patris, quia immo etiā isto casu per fideicommissum uocantur post mortem patris, quia vocantur descendentes masculi in perpetuum, quæ dictio habet in se tractum temporis, & importat, ꝙ admittātur ante aditam hæreditatem, & post, per ea quæ traduntur, in d. l. Centurio. & in d. l. precib. per Bar. & alios. Præterea per fideicōmissum etiam vocantur ex substitutione facta in omnib. bonis vltimo decedenti, & quia post omnes substitutiones testator declarauit, ꝙ vult oēs substitutiones superius factas valere, etiam iure fideicommissi, quę clausula, quia stat per se, refertur ēt ad illam, per quā filius substituitur patri, p no. p Bar. in l. fin. de reb. dub. qui dicit, ꝙ talis clausula refertur ad oīa p̄cedentia. Et ex præmissis etiam colligitur respōsio ad aliud, quia inquantum dicitur, ꝙ non sunt descendentes ex filijs ad inuicem substituti, istud est falsum, & cōtrarium probatur, vt est dictū tam ex substitutione specialiter inter eos ad inuicem facta, quàm ex illa tacita, & præsumpta, quæ resultat ex substitutione facta vltimo morienti. Et ad quædam alia ex his, quæ dicta sunt, clara colligitur responsio, ideo circa ea aliter non insisto. Solum

ergo restat respondere ad vltimum, videlicet, ꝙ licet Illust. D.
Prosper sit ex testamento vocatus, nihilo minus excluditur per
superexistentiam Fabricij patrui sui & dictorum Camilli & La
tini, qui est in gradu proximior, per no. per Bal. & Raph. in d. §.
in fideicommisso, & per alia in contrariũ allegata. Sed ad istud
14 respondetur ꝙ glo. † in d. §. voluit contrariũ, s. ꝙ nepos ex filio
præmortuo admittatur simul cũ patruo. Et cũ ea transit Imo. q
illam rõne cõfirmat, qm̃, ſm cũ, vr̃ testõr voluisse, ꝙ succedant
ex fideicõmisso eo ordine, quo erant ab intestato successuri, p
no. per Bar. in d. §. cum ita. & in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de
oper. lib. Et etiam respondet ad rationes Bal. Et hanc opinionẽ
approbat etiam & sequitur tanquã cõem Alexã. in consi. 88. 1.
vol. & in consi. 26. 3. vol. & Arc. in consi. 164. col. pe. ver. venio
igitur, &c. Nec ob. ꝙ agitur de fideicommisso relicto a fratre
patruele & non ab ascendente vel a patruo, in cuius fratris suc
cessione frater patruelis excluditur a patruo, quia ille nõ repræ
sentat personam patris, nec in eius locum succedit, ergo nec ẽt
in fideicommisso dẽt concurrere, & admitti cum patruo. Quia
cũ respectu testõris nepos ex filio pręmortuo tẽpore, quo dies
fideicommissi cessit, esset in pari gradu cũ patruo, hoc sufficit,
nec debet fieri cõputatio graduum respectu ipsius grauati, quia
15 † ei non succeditur per fideicommissum, sed testatori. l. cohæ-
redi. §. cum filiæ. de vul. & pupil. Et ita etiam præsupponit Ale.
in d. cõsi. 4. in 4. vol. qui non considerat proximitatem persona
rũ respectu grauati, sed grauãtis & testatoris. Et quamuis Soc.
in d. l. si cognatis. & in d. consi. 249. aliter dicat, tñ opinio præce
16 dens vr̃ verior. Nam, vt ẽt ipse fatetur, si † ageretur de vulgari
substõne, per quã succedit̃ testatori. inst. de vulg. subst. deberet
attendi ꝓximitas respectu testõris, & nõ eius, cui facta fuit sub
stitutio. Et probatur ex no. per Bar. in l. re coniuncti. de leg. 3.
quẽ allegat. Quæ rõ in fideicommissaria locum hẽt, per quã, vt
dixi, succeditur testatori, & non grauato. d. §. cum filiæ. Nec ob.
quod no. Barto. in d. l. re coniuncti. dum loquitur de pupillari,
quem Soc. adducit pro se, quia per pupillarem succeditur pupil
lo, & testatori, inst. de pup. subst. in princ. Nec ad istam rationẽ
videtur bene responsum per Soc. qui in d. cons. dicere videt̃, ꝙ
cũ hæreditas semel sit acquisita grauato per fideicõmissum, vr̃
testõr magis considerasse ordinem, ſm quẽ succeditur ipsi gra
uato, quã illum quod succeditur testõri. Et probari videtur in
l. cum auus. de condi. & demon. & probatur in d. c. 1. de nat. suc.
feu. Quoniã ex quo, vt dixi, non succeditur grauato, sed testõri,
videtur potius habuisse respectum ad suam proximitatem, &
grauatus, ad quem peruenerunt bona, & in illis fuit magis di-
lectus, tanquam magis proximus testatori, & sub hac ratione
fuit admissus, & alijs prælatus. Quæ ratio cessat eo mortuo in
illo, qui tãquam eius proximior vult præferri propinquiori ip
si testatori, & interpretatio, de qua in l. cum auus. locum non
hẽt in fauorem transuersalis ipsius testõris contra alium proxi
miorem eiusdem, vel alium æquè proximũ. Nec ob. text. in c. 1.
17 de nat. succe. feud. quia loquitur † qñ totũ feudum est vni ex ca
pitibus lineæ transuersalis assignatũ, ideo cõmuniter in illa li-
nea conseruatur, & quasi egreditur naturã paterni feudi. Nul-
la ergo fit iniuria proximiori in gradu, si ad illud admittitur se-
quens, ſm Ant. de But. qui ita declarat illũ tex. in consi. 42. inci.
Præmittendum, &c. qui subdit, ꝙ aliud est in feudo paterno di
uiso inter fratres per partes, quod paternũ fuit, & vt paternũ
in successione conseruatũ. Et sic vult, ꝙ isto ultimo casu atten-
datur proximitas respectu acquirentis feudũ, & non vltimi suc
cedentis. Et ꝙ tunc locum non habeat text. in d. c. 1. quod facit
contra prædictam opi. Soc. Et istud ẽt vult Cal. in consi. 13. sub
rub. de feu. Nam in casu. d. c. 1. in quo totum feudum ex diuisio
ne peruenit ad vnum, alij proximiores primi inuestiti se exclu-
serũt p dictã alienationẽ, q fuit permissa, & loco partis rei feu-
dalis aliã rem receperunt, & sic peruenit ad alium causa onero
sa, merito quamdiu aliquis extat ex sua linea, non dẽt ad alios
peruenire. Et idem esset, qñ fideicommissum ad vnum ex plu-
ribus fideicommissarijs ex diuisione peruenisset, qa eius ꝓxi-
mior alijs ẽt proximiorib. testõri ꝑferretur, sed ẽ secus, quãdo
peruenit ad unũ ex iudicio testõris, ut in casu nostro. Præterea
proximiores inuestiti, & acquirentis nõ dicuntur feudum, vel
emphyteusim ab illo habere, sed potius a concedente, ſm Bar.
l. mortis causa capitur, de do. cau. mor. Non est igitur mirum, si
in eo non habetur respectus ad proximitatẽ primi recipientis,
& inuestiti, sed illius, qui vltimo successit, sed per fideicommis
sum succeditur testatori, & ab illo acquiritur, vt dixi, & in em
phyteusi, & non in fideicommisso consuluit Pau. de Ca. quem
alleg. Soc. in locis prædictis. Præterea in casu nostro prædicta
disputatio non est necessaria, quia constat, ꝙ testator non ha-
buit respectum solum ad ꝓximiorem grauati, sed etiam ad suũ
propinquiorem. Nam omnib. filijs suis decedentibus sine filijs
masculis, & deficiẽte prole masculina, tũc voluit Hippolytam fi
liam suam cum alijs filiabus dictorum filiorum, aut quolibet
ipsorum descendẽtium pro rata succedere dictis pręnominatis
filijs, filiorum filijs seu descẽdentibus pupillariter seu per fidei
commissum, &c. Et sic patet, ꝙ filiam sibi proximiorem voca-
uit cum alijs fœminis propinquioribus ipsi grauato, & per cõ-
sequẽs quod noluit præferre illos suis proximiorib. Ergo & in
casu nostro non cẽsetur voluisse præferre filium superstitẽ ne-
poti ex filio præmortuo tempore, quo dies fideicommissi ces-
sit qui habita consideratione dicti temporis, quod dẽt attẽdi. l.
si qs posthumo. §. si filium. de lib. & post. reperitur esse quo ad
ipsum testatorem in pari gradu cum patruo, quia (vt sępe dictũ
est) vna pars testamẽti alteram declarat. Et est etiam maior rõ
in casu nostro, quare non dẽat nepos excludi à patruo, quia p
testatorem non fuit aliquo casu exclusus, sed potius vocatus cũ
patruo eo casu, quo vnus ex filijs ĩstitutis sine filijs masculis de
cessisset, vt superius probatum fuit, sed Hippolytam filiam ex-
tantibus filijs masculis in totum exclusit. Si ergo illam semel ex
clusam postmodum voluit admitti cum alijs fœminis, q erant
grauato proximiores, & ab illis voluit eam excludi, multo mi-
nus nepos ex filio præmortuo, qui nõ fuit exclusus, sed aliquo
casu cum patruo vocatus, dẽt etiam in hunc casum intelligi uo
catus cum illo, quia cum fuerit magis dilectus ab ipso testatore
in hæreditate sua quam filia propria, vt colligitur clarè ex serie
testamẽti, dẽt fieri interpretatio, p quam non sit deterioris, sed
melioris condõnis. d. l. Publius. §. fi. de cõd. & dem. & p alia de
quibus supra. Et ista responsio videtur clara. Quinimmo dici
potest probabiliter, ꝙ solus illustriss. d. Prosper sit in totum ad
mittẽdus excluso patruo. Quoniam testator filios institutos &
filios fiorum & alios descẽdentes ex eis prius specialiter & ex-
presse inuicem substituit. Et non reperitur, ꝙ patruus sit voca
tus spãliter ad portionem nepotis ex fratre, de qua agitur. Et
vbi substitutus sit dicto nepoti, hoc tãtum causatur ex substõ-
ne facta ultimo decedẽti in omnibus bonis, per dict. §. Seia lib.
quæ est magis generalis, quia per illam uocantur omnes descẽ
dentes tam masculi quam fœminæ, & sic patruus dicitur substi
tutus nepoti ex fratre, quod ex alia parte testamenti factũ non
reperitur, & sic respectu istius magis gñalis aliæ substõnes præ
cedẽtes factæ specialiter inter filios institutos, & specialiter in
ter descendẽtes masculos, & ex eis possunt dici speciales, & ꝓ
talibus dẽnt haberi. l. seruo manumisso. de pec. leg. l. si quis fun
dum. §. peñ. de fun. instr. & declarat Bar. in l. 1. §. 1. de ope. no.
nun. Si igitur unus ex ex descendẽtibus masculis decessit sine fi
lijs, sicut fecit Camillus & Latinus, dẽt alius descẽdẽs ex alio fi
lio ex speciali substõne, inter eos facta admitti. & non habet lo
cum substõ generalis, ex qua patruus pręd ictorum potest so-
lum admitti, quando non extaret alius descendens ex dictis fi-
lijs, ut est casus in l. cohæredi. §. qui discretas, de uulg. & pupil.
& facit. l. cum ita. §. in fideicommisso. de legat. 2. ubi dicitur,
quod sic plures uocantur sub nomine collectiuo, quod no-
minati prius debent cæteris præferri, etiam si essent in gra-
du remotiores. Concluditur ergo, quod in casu, de quo agi-
tur, illustrissi. dominus Prosper non excluditur a patruo, sed
quod illi potius præfertur, uel saltem cum illo æqualiter ad-
mittitur.

Laus Deo.

S V M M A R I V M.

1 *Substitutio facta alicui, si sine filijs decesserit, si is decedat cum fi lijs, substitutio expirat, licet postea filij sine filijs decedant.*
2 *Prohibita alienatione extra familiam, non includũtur sub dicta probibitione extra familiam existentes, qui probibito ab intestato successuri erant.*
3 *In substitutione generaliter facta non comprehenduntur illi, quibus substitutio specialiter facta fuit. & uide nu. 11.*
4 *Probibitio alienationis collata dicitur in id temporis, quo pro- hibitus*

hibitus honoratus inuenitur.

5 *Si testator filios, & descendentes alienare simpliciter, & non in certum tempus prohibuerit, hæredis institutio, & ab intestato successio prohibita non censentur.*

6 *Sub bonis hæreditarijs per testatorem alienari prohibitus feudum, quod hæreditarium non est, contineri non dicitur.*

7 *Legans feudum extraneo in inuestitura non comprehenso irrequisito domino, cadit a iure suo, feudumq; ad dominum reuertitur.*

8 *Testator excludendo filias & omnes alias fœminas descendentes ex filio instituto, tacite includere & vocare uidetur masculos ex eo descendentes.*

9 *Si descendentes substituantur, natura eius nominis collectiui, descendentes, est, vt succedant ordine successiuo.*

10 *Vbi de descendentibus simpliciter disponitur, de natis tempore testamenti, vel mortis intelligitur.*

12 *Statut a excludente fęminas fauore agnationis, dum de filijs loquitur, verbum, filij, ad nepotes extenditur ex rationis identitate.*

13 *Genus quando per speciem non restringitur.*

14 *Prohibita alienatione inter viuos ea ratione, quia voluit testor, quòd bona perpetuò maneant in familia, censetur etiam prohibita alienatio, quę in vltima voluntate fit.*

15 *Prohibita alienatione in certas personas, intelligitur etiam prohibita successio ab intestato.*

16 *Per testatoris dispositionem, qui vult, quod bona permaneant in familia, inducitur simplex fideicommissum post mortem.*

17 *Successio ab intestato alienatio necessariò dicitur.*

18 *Concessio & donatio alicuius castri ab Imperatore facta absq; vlla dominij reseruatione, donatio simplex, non autem feudalis concessio dicitur.*

19 *Feudum francum, et liberum sine domini consensu alienari pōt.*

20 *Per feudi alienationem in vltima volūtate irrequisito domino, ipsi extantibus agnatis feudum non aperiatur.*

CONSILIVM CXLIII.

Deci. contra consi. 218.

PONDERATIS diligēter oībus, q̄ proponunt in facto, capio primū dubium, in quo quærit, an p morte do. Io. Frācisci iunioris dicatur vocatus per fideicommissum d. Bernardinus Rolandus ex testō illustriss. do. Io. Francisci senioris de Palauicinis. Et prima facie videtur dicendū, ꝙ pdicti ex aliqua parte dicti testi non sint vocati. Et prosequēdo seriē illius, & ordinē, primo dictus dn̄s testōr voluit, ꝙ aliquo ex filijs suis institutis decedente sine filijs masculis, eius bona perueniant in alios superuiuentes, aut in pręmortuorū descendētes in stirpes, & non in capita. Ex hac igitur prima substitutione non pn̄t pdicti uenire mortuo d. do. Io. Francisco nepote ipsius testatoris ex do. Federico alio filio eiusdem testatoris; quia statim ꝙ d. do. Federicus decessit cum dicto filio masculo, substitutio sibi facta de
1 fratribus suis † in dictum casum, quo sine filijs masculis decederet, expirauit, quamuis deinde d. Io. Franciscus eius filius sine filijs decesserit, vt probatur in l. ex facto. §. pe. ad Treb. Et ita ēt concludit in terminis Oldr. in consi. 21. incip. Thema tale est, testator, &c. & in consi. 141. incip. Thema tale est. d. G. & Ioan. And. in add. Spec. in tit. de testa. §. in primis. ad finem, & Pau. de Cast. in consi. 172. incip. Ne improprijs vtamur vocabulis, &c. & probatur ex not. per Bald. in c. 1. §. cum esset. in tit. episc. vel abb. & in authen. sed si quis. & in l. quibus. C. de secun. nupt. Nec etiam uocantur, uel admitti pn̄t prædicti ex illis uerbis immediate sequentibus, s. & fœminæ non possint hæreditare, nec in bonis prædictis succedere modo aliquo, &c. ex plurib. Et primo, quia ex tali dispōne priuatiua & exclusiua fœminarum nō resultat habitus, nec inclusio masculorum. l. ex facto etiam. de hær. inst. nec ex dispōnibus negatiuis resultat affirmatio. l. Titia. §. fi. de manumiss. test. & no. Bald. in l. 2. C. de cond. inser. Secundo, quia exclusio fœminarum restringitur ad fœminas præsentes & extantes tempore testamenti. l. placet. per locum a speciali, de liber. & posth. & ibi no. Bar. & al j. & facit. l. si ita, de auro & arg. leg. Tertio, quia in dicta exclusione fœminarum non vn̄r comprehēsę illæ, quæ erant grauato ab intestato successu-
2 ræ, † sicut facta ꝓhibitione alienationis extra familiam nō includūtur sub dicta ꝓhibitione existētes extra familiā, q erant ꝓhibito successuri ab intestato. l. cum pater. §. cum inter. de le. 2. & no. Bar. in l. peto. §. fratre. eo. ti. & in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. ob. & Ale. late in l. qui Romæ. §. cohæredes, eo. ti. Nec etiā dr̄ fieri contra ꝓhibitionem, si talis instituatur, s̄m gl. in l. pater §. Iulianus Agrippa. de leg. 3. cum qua communiter Doct. transeunt s̄m Imo. in d. §. ea lege. & Ale. in d. §. cohæredes. Et similiter nō vn̄r prædicti d. Bernardinus & Rolandus vocati in dicto casu per fideicommissum ex hoc, ꝙ subiunxerit testator, & uoluerit hoc locum habere in descendētib. vsque in infinitū, quos sibi substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, &c. Et præsertim ex duob. Primo, quia cum filios testōr noīatī instituerit, & eos spāliter adinuicem substituerit, casu quo alter sine filijs masculis decederet, nō intelligūtur comprehensi sub
3 hac gn̄ali substōne facta de descēdētib. † quia non refert ad illos, quos prius testator noīatim & spāliter substituerat. l. cohæred. § qui patrem. de vul. & pup. subst. & facit. l. doli clausula. de verb. ob. Secundò, quia substō facta de descendētib. testatoris, comprehendit solum illos descendētes, qui erant nati vel concepti tempore testamenti, vel tempore mortis testatoris. l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. iuncta. l. si cognatis. de re. dub. & ibi Bar. Si igitur dicto tempore d. Io. Franciscus nepos testatoris natus nō erat, neq; cōceptus, nō potest dici ex hac parte testamēti, aut ex alio vocatus, & cōsequenter nō potuit grauari, quia nō reperitur honoratus. l. ab eo. C. de fideic. & l. 3. §. sciendum de leg. 3. vel vbi dicto tempore fuisset saltem conceptus, aut etiam ꝙ de nascituris post illud tempus verba testamēti intelligantur, adhuc ex dictis ex verbis testamēti vr̄, ꝙ nō possint admitti, qa de illis descēdētibus tantū loquitur testm̄, de quib. proxime dixerat, & sic de descendētib. ex filio præmortuo substitutis alteri filio testatori decedēti sine filijs masculis, quos vocat iterum in eundem casum, vt colligitur ex illis verbis, & hoc locum habeat, &c. quod pronomen, hoc, est demōstratiuum ad oculum tam corporis quam intellectus, vt declarat Bar. & Do. in l. 1. in prin. de ope. no. nun. ꝙ ideo repetit testōr, vt declaret, ꝙ etiam de nascituris quandocūq; intellexit, & ꝙ non restrinxit se ad descēdētes natos tempore testamēti, vel mortis testatoris, ad quos, dubitari poterat, an verba præcedētia restringerentur, cum de descendētibus simpliciter testōr prius mentionem fecisset, & non de descendentibus in infinitum, & sic in illo versi. & hoc locum hēat, &c. non dr̄ nepos ex filio, puta do. Io. Frāciscus substitutus patri suo do. Federico, sed patruis decedentibus sine filijs masculis, ex qua substōne non fuit admissus, qa non euenit casus. Nec similiter ex alio casu nō inuenitur vocatus. Ideo cum ex iudicio aui nō sit admissus, sed patri successerit ab intestato, vel ex testamēto paterno, nō intelligitur ab auo grauatus, nec ab illo grauari potuit. d. l. ab eo. Et dato quod de descēdētibus simpliciter testator sensisset, & sic ꝙ nepotem substituisset nedum patruo sed etiam patri, tamen videtur, ꝙ substō non ualeat, quia testator descēdentes sibi substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Cum ergo sibi substituerit per fideicommissum, illud non potest esse validum quia iniūgitur hæredi uel legatario. l. 1. C. com. de leg. non autem ipsimet testatori, quia non potest se ipsum grauare, & sibimetipsi imputare. l. pe. de arb. Insuper vr̄ ēt, ꝙ prædicti dom. Bernardinus & Rolandus ex sequenti parte testamēti, in qua est alienatio prohibita per fideicommissum, non sint in hunc casum vocati. Quia non prohibuit testator simpliciter alienare, sed uendere & alienare. Vnde cum verbum, vendere, quod pręcedit, significet alienationem inter viuos, de eadem etiam uidetur ꝙ loquatur sequens verbum illud gn̄ale, quia vnū verbum declarat aliud, arg. l. j. de reb. dub. & qa verbum illud gn̄ale dēt restringi ad alienationem eiusdem qualitatis. l. fi. §. cui dulcia, de vi. tri. & oleoq. lega. Et dato ꝙ ēt gn̄aliter intelligatur, idem est dicēdum. Quia licet testōr suos & hæredes & eorum descēdētes prohibuerit alienare, intelligūtur tamen dicti descendentes ꝓhibiti solum eo casu, quo reperiuntur vocati, & casu quo locum habeat substō de eis facta, ac dies illius cesserit, & uenerit, quia alio casu non sint vocati. Et quando adhuc non cessit dies, grauamen & onus prohibitionis valere non potuit. d. l. ab eo. Et
4 ita etiā vult Ang. in consi. 169. s. † quod prohibitio alienationis

dicatur collata in tempus, quo ꝓhibitus inuenitur honoratus. Et bñ probatur ex no. per Bar. in d.l. codicillis. in prin. de vsuf. leg. & idem etiam vult Are. in cõs. 156. col. 5. versi. nec obstat, si substõ, &c. vbi idem dicit in quolibet onere, vt s. videatur iniunctum eo tempore, quo grauatus est vocatus. quia aliter ualere nõ potest, inducit etiam. l. epistola. §. fi. ff. ad senatuscõ. Treb. Cum ergo non euenerit casus, in quo do. Io. Franciscus nepos testatoris fuit vocatus eo adhuc viuo, vt per prædicta colligit, prohibitio ad illum nõ porrigitur nec porrigi aut trahi ad illũ potuit, qa nõ est cõmodum ex testamẽto aui cõsequutus. Præterea testõr prohibuit filios & descendẽtes alienare simpliciter
5 & non in certum genus personarum. † iõ nõ est prohibita hæredis instõ, nec successio ab intestato. l. 1. de fun. do. & l. quidã, de acq. rer. do. & declarat Bar. & Doc. in d.l. si ita quis. §. ea lege. de verb. ob. & in l. peto. §. fratre. de leg. 2. Et est rõ ẜm Bar. quia non potest quis super viuere, ideo est necesse, ꝙ habeat hæredem. Et propterea nõ obstante dicta prohibitione potuit do. Io. Franciscus testari. Et dato etiam ꝙ esset prohibitio facta in certum genus personarum, puta extra suos descendentes, & sic esset regulariter etiam prohibita hæredis instõ. d. §. fratre. & ꝑ Bar. & Doc. in dictis locis, nihilo minus in casu nostro nõ diceretur factum cõtra prohibitionem, quia per illam nõ inducitur simplex fideicõmissum, sed eo casu tantum, quo alienatio sequatur. Nam cum testator prohibuerit hæredes & eorum descẽdẽtes alienare, sed quod ipsa bona sint, & remaneant integra & vnita pro cõseruatione hæredum & successorum dicti testatoris, &c. intelliguntur prædicti, quorum cõtemplatione ꝓcessit prohibitio alienationis, uocati casu, quo sequatur alienatio, & nõ aliter nec alio casu. l. pater. §. pater filiam. de le. 3. & declarat plenius Ale. & moder. in d.l. qui Romæ. §. cohæredes. Dicto igitur casu nõ intelliguntur exclusi, q. possũt ꝓhibito succedere ab intestato, quamuis nõ sint de descẽdẽtibus masculis, quorum fauore facta fuit ꝓhibitio. l. cum pater. §. cum inter. de leg. 2. & no. Bar. & Doct. in locis præallegatis, ut dixi supra. Et est ratio, quia talis successio ab intestato est alienatio legalis. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. de qua non sẽsit testator, sed solum de alienatione hoĩs. Et ita sentit Bald. in authen. contra rogatus. C. ad Trebel. Et clarius hanc rationem assignat Are. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. de acq. hæred. Et licet etiam instituantur prædicti, qui erant ab intestato successuri, nõ tamen dr̃ fieri cõtra prohibitionem, ẜm gl. in d.l. pater. §. Iulianus Aggrippa, de le. 3. quæ est communiter approbata ẜm Imo. in d. §. ea lege, & Alex. in d. §. cohæredes. quia isto casu dr̃ expressio facta per eum modum, per quem inest, ideo nihil operatur, ẜm Barto. in his terminis in l. 3. in fi. de leg. 1. Ex quo sequitur, ꝙ d. do. Ioan. Franciscus instituẽdo sorores, quę illi erant ab intestato successuræ, non dr̃ contra ꝓhibitionem fecisse, & consequẽter alij filij testatoris in hũc casum non sunt vocati. Et multo minus castrum Zibellini, cum per testatorem fuerit receptum in feudũ à Duce Mediolani, potest venire in restõne dicti fideicommissi vigore dictæ prohibitionis alienationis factæ de bonis hæredi-
6 tarijs: † sub quibus bonis hæreditarijs alienari prohibitis feudum contineri non dr̃, cum non sit hæreditarium, nec de bonis hæreditarijs esse dicatur, secũdum Bar. in l. item uidendum. §. fi. de peti. hære. Bar. & Doc. in l. patroni. in prin. ad Treb. Et pręcipue cum sit receptum pro se, & suis filijs & descendentibus masculis, de hæredibus nulla facta mentione, quia tunc indistincte non uenit in restõne fideicommissi, etiam si fideicommissarius sit de descẽdẽtibus comprehensis in inuestitura, secũdũ Alexan. in d.l. si patroni. & consi. 195. vol. Et hoc, quia secundum eum, non est quid hæreditarium, ut ibi probat latius. Nec etiam ad dictum castrum videtur admitti posse do. Bernardi-
7 nus & Rolandus uirtute paternæ inuestituræ; † quia ex quo d. do. Ioan. Franciscus feudum prædictum alteri extraneo in inuestitura non comprehenso legauit domino irrequisito, cecidit a iure suo, & ad agnatos non reuertitur, sed ad dominum. cap. 1. de vasal. qui contra constitut. Lotha. & in ca. 1. de prohibitio. alienat. per Lotha. & in cap. Imperialem. in princip. & §. 1. de prohibita. feu. aliena. per Fed. ubi prohibetur uasallus legare etiam pro anima, & in capit. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. pote. & quod dicto casu feudum reuertatur ad dominum, & non ad agnatos, uoluit gloss. in cap. 1. §. item si fuerit. in titu. quibus mod. feud. amitta. & uidetur probari in cap. 1. §. fin. quæ fuerit prima causa benef. amit. Et idem tenuit Pet. de Ceruo. vt refert Bald. in c. 1. in 2. oppos. de success. feu. & Odofr. in summa sua sub rubrica ad quos feudum reuerta. & Ioan. Faso. in sua summa, vt etiam refert Bald. in c. 1. si vasa. feu. priue. & facit, quod no. Barto. in l. in eum qui. in prin. de interd. & releg. Sed præmissis non obstantib. contrarium arbitror de iure verius. Nam testator primo instituit filios suos masculos & superuiuentes, ac præmortuorum descendentes substituit præmorienti sine filiis masculis. Et ex hoc capite concedendũ est, quod Dominus Bernardinus & Rolandus venire non possint, ex quo dictus Federicus decessit cum filio masculo, licet postea dictus filius decesserit sine filijs, quia huic ex hac parte testamenti non sunt substituti per ea, quæ in contrarium allegãtur: deinde subiunxit testator per hæc verba, & fœminæ non possint hæreditare, nec in bonis prædictis succedere modo aliquo, &c. Ex qua exclusione generali fœminarum colligitur, quod testator passim & indistincte voluit descendentes masculos venire, & sic quod descendentes ex filio præmortuo nedum substituit alteri filio decedenti sine filijs, vt proximè explicite fecerat, sed ꝙ etiam filio decedenti cum descendentibus masculis substituit proprios illius descẽdẽtes masculos: quia excluden-
8 do † filias & omnes alias fœminas descendentes ex eo, includere & vocare videtur testator tacite post mortem sui filij descendentes masculos ex eo, arg. l. cum prætor. de iudi. & probatur ex no. per Dyn. Bart. Bald. Ang. & Mod. in l. legata inutiliter. de leg. 1. ubi dicunt, ꝙ si alicui sit concessa potestas confirmandi, & infirmandi statuta, & quædam infirmauit, ꝙ ex hoc intelligitur alia confirmasse, per d.l. cum prætor. & per l. tribunus. §. fin. de testa. mili. & ibi idem etiam tenet Dy. & Bal. Et ex dictis Doctorum in dictis locis colligitur etiam responsio ad vnũ, quod circa hoc allegatur in contrarium, videlicet ꝙ ex dispositionib. negatiuis vel priuatiuis nõ resultat habitus, nec affirmatio, ẜm Bal. in l. 2. C. de cond. inser. per l. ex facto etiam. de hær. inst. & l. Titia. §. fi. de manumis. test. quia id uerum est circa idem, sed bene inducitur habitus vel affirmatio, siue argumentum circa diuersa & separata, ẜm prædictos Doct. per dictam. l. cum prætor. Ideo inducitur confirmatio aliorum statutorum per infirmationem aliquorum. Et pariter inducitur inclusio masculorum; quia priuatio non est circa eosdem, sed circa fœminas. Et sic in casu nostro perinde est, ac si testõr dixisset expresse, ꝙ hr̃ditatẽ suam uolebat ad suos descendentes masculos ꝑuenire, & non ad fœminas. Et hoc cõfirmatur ex no. ꝑ Bar. in l. 2. §. vidẽdum ad Tertul. ubi concludit, ꝙ stante statuto, quod extantibus masculis non succedat mater, licet alij cognati per caput exclusiuum non dicantur excludi, quia in illo sola mater est posita, tamen intelligitur excludi ex capite inclusiuo ipsius statuti, per quod agnati masculi uocantur, ideo omnes alii, qui non sunt agnati, intelliguntur exclusi, quia cum aliquos uoco, alios videor excludere. d.l. cum prætor. Idem ergo econuerso, sicut in casu nostro, vt dixi. ¶ Nec obstat, dum Bar. in dict. §. videndum. dixit, quod ubi mater simpliciter excluditur, quod ꝑ hoc alius vocari non dicitur, ut in illo tex. probatur, quia, ut ipse postea declarat, illud procedit & locum hẽt, quando mater fuit exclusa nullius contemplatione, sed in pœnam & odio sui. Secus uero si contemplatione alterius, sicut in casu nostro fœminæ excluduntur fauore masculorum, ut colligitur ex præcedentibus & sequentibus, vbi testator solum masculos uocat, & declarat intentionis suæ esse, quod inter eos bona sua conseruentur integre. Et sic fœminæ odio sui nõ excluduntur, sed ex qualitate sexus. Et quidem non alia ratione, nisi quia transeunt ad alienas familias, ad quas etiam transiuissent bona testatoris, si dictæ fœminæ non essent exclusæ. ¶ Et propterea sic constat fuisse factum principaliter fauore masculorum, & agnationis conseruandæ, vt etiam declarat Richar. Malumb. in quadam disputatione, quam refert Ioan. Andr. in addit. Specu. in rubric. de testamen. uersi. sub hoc titulo generali, &c. dum considerat in effectu, quod ubi testator fuit mentionem de masculis, uidetur habuisse respectum ad conseruationem agnationis. Et facit, quod notat idem Ioan. Andr. in addit. Specu. in rubrica, de successi. ab intestato. post Iacobum de Arena in quadam disputatione. ¶ Non obstat insuper, quòd Barto. in dict. §. videndum. loquatur, quando quis ex dispositione legis uel statuti excluditur contemplatione alterius, & qđ eius dictum

dictum locum non habeat, qñ excluditur ille ex dispõne testa-
toris, sicut in casu nostro, q̃a tunc nõ intelligitur ille ꝑ fideicõ-
missum vocatus, vt probatur ĩ l. vxorem. §. hæres. de leg. 3. & ibi
no. Bar. & Imo. in l. paterfamilias testõ. de hær. inst. quoniã Bar.
in dictis locis loqtur, & sua distinctio similiter ꝓcedit, quãdo
q̃s priuatur hæreditate in odium sui. puta si hæres molestaue-
rit vxorem in vsufructu sibi relicto. Nã talis priuatio facta est
in pœnam, quæ principaliter apponitur in odium relinquentis
& secũdariò fauore vxoris: sicut etiam declarat Are. in l. Gal-
lus. §. ꝙ si is. de lib. & posth. propterea hæreditas non applica-
tur vxori, sed alijs personis, de quib. per Bar. in dictis locis. Sed
in casu nostro excludũtur fœminæ, non quidem in pœnã, nec
in odium earum, sed principaliter fauore, masculorũ, ideo ista
dispõ dr̃ fauorabilis, ſm Bar. in l. qui exceptionem. de cond. in-
deb. & in l. cũctos populos. in 6. q. prin. C. de summa Tri. meri-
to dñr masculi ad hæreditatem vocati, à qua fœminas testator
exclusit tacitè & ex coniecturis potest fideicommissum relinq.
l. cum proponeretur. de leg. 2. & l. nutu. de leg. 3. Et vltra prædi
cta, quod intẽtio testatoris fuerit ipsi filio substituere descendẽ
tes ex eo, colligitur manifeste ex ver. immediate seq. in hũc mo
dum, s. & hoc locum habeat in descẽdẽtibus vsque in infinitũ,
quos sibi substituit vulgariter, pupillariter & ꝑ fideicõmissum
in stirpes, & non in capita, &c. Nam hæc verba testatoris, si nõ
cauillentur, clare significant, quod omnes descendentes in infi
9 nitum sint vocati ex quacũq; substõne ordine successiuo, † pro
pter naturam illius noĩs collectiui, descẽdentes. d. l. cum ita. §. in
fideic. de lega. 2. & in specie per Ang. in consilio 37. cum seq. &
Are. & alios mode. in d. l. Gallus. §. quidam recte. Nec est verũ,
quod ista secunda substõ loquatur solum de eisdem descẽden-
tibus, de quib. loqtur prima, nec ad illos refertur, sed ad proxi-
mum versiculum, in quo fœminas exclusit testator, debet re-
ferri, & ad casum subauditum, qui colligitur ex illo. Nam, vt di
ctum est, excludendo testator fœminas, masculos inclusisse in-
telligitur. Ad hunc ergo casum tacitum, per quem masculi sunt
inclusi, continuatur sequens versiculus, videlicet & hoc s. quod
est dictum tacite, quod masculi admittantur, locum habet in de
scendentibus in infinitum. Et sic declarat, de quibus masculis
testator sensit, & etiam quomõ vocentur, & ex qua substõne,
s. vulgariter, & pupillariter, & per fideicommissum, quoniam
poterat probabiliter dici, quòd masculi tacite vocati per exclu
sionem fœminarum dicerentur solum vulgariter suis ascenden
tibus substituti, secũdum consilium Galli, ex quo non erat ex-
pressum aliquod verbum significans tractum temporis, vt no.
per glo. & Doct. & maxime Are. & moder. in d. l. Gallus. §. qui-
dam recte. Et similiter potuisset dici, quo testator intellexit de
masculis tantum natis vel conceptis tempore testamẽti. d. §. in
fideicommisso. & dic. l. si cognatis, sed ex versiculo subsequenti
constat, quod etiam sẽsit de postea nascituris, propter illud ver
bum, in infinitum, ideo etiam illi includuntur, ex quo constat
de mente. d. §. in fideicommisso. quod etiam intellexit testator
de dictis descendentibus. Et quod illos suis ascendentibus sub-
stituerit, probatur ex sequen. ex quibus præcedẽtia declarãtur,
l. qui filiab. in princ. & l. si seruus plurium. §. fina. de leg. 1. Nam
testator subsequenter prohibuit filios, & eius descendẽtes alie
nare, &c. Et sic prohibitio loquitur etiam, ubi omnes filii decessissent cum descendẽtibus masculis, quo casu primo substõ nõ
potest locum habere. Et consequẽter prohibetur nepos aliena
re, nedum portionem patrui, casu, quo ad eum peruenisset ex
prima substitutiõe, sed etiam portionem patris sui præmortui.
Sicut ergo dicta prohibitio loquitur de descendentib. respectu
portionis paternæ, sic etiam ad eandem portionem vocatur ex
proxima præcedenti substõne. Et facit, quod no. Bar. in l. ex fa-
cto. §. si quis rogatus. ad Trebell. dum dicit, quod si testator in
vna parte testamẽti mẽtionem de filio naturali, alia pars testa-
mẽti, in quo fit simpliciter mẽtio de filio, comprehendit natu-
ralem, etiam eo casu, quo aliàs non veniret appellatione filij, ꝑ
dictam. l. qui filiab. in princ. Præterea, si dictus versiculus, &
hoc locum habeat, non disponeret de nouo, quod descendens
sit substitutus a suo ascendẽti, sed solum prosequeretur primã
substõnem, in qua testator suos descendẽtes non substituit suis
ascendẽtibus, sed patruis decedentibus sine filijs masculis, versi
culus iste ex toto redderetur superfluus, contra. l. si quando. in
princ. de lega. 1. & cap. si Papa. de priuil. in 6. Nec obstat quod
prima substitutio comprehendat tm̃ natos, vel conceptos tem-
pore testamenti & mortis. Et in hoc ver. includãtur ẽt postea
nascituri ꝑꝑ verbum illud, in infinitũ. Quinimmo & prima de
postea natis & conceptis ẽt disponit, ex quo vocantur in quen
dam incertum futurum euentum, s. casu quo superuixerint prĩ
suo, & contingat alium filium testõris decedere sine filijs ma-
sculis. Vnde satis est, ꝙ eo tẽpore, quo vocantur, nati vel conce
10 pti reperiãtur, † sed vbi de descendentib. simpliciter disponit,
tunc procedit ꝯrium, s. ꝙ intelligatur de natis t̃pe testamẽti vel
mortis, vt notabiliter declarat Lãber. de Rãponib. in quadã di-
sputatione, quẽ refert & sequitur Io. An. in addi. Spe. in rub. de
test. ver. item Lamber. de Rãponib. & Alex. cõs. 22. & consi. 26.
3. vol. Et sic dici non potest, ꝙ iste versiculus prosequatur pri-
mã substõnẽ & primo loco factam, ne remaneat superfluus, vt
dixi. Nec ob. ꝙ illud pronomẽ, hoc, sit demõstratiuũ ad oculũ:
q̃a demõstrat, vt dixi, id qđ tacitè sensit ꝑ exclusionẽ fœmina-
rũ proximè præcedentẽ. Et ita ẽt in dubio ad proxima dẽt fieri
relatio, per no. in l. si idẽ cũ eodem §. fi. de iuris. om. iud. & in l. ta
lis scriptura. de leg. 1. Constat igr̃ ex ꝓmissis, ꝙ do. Federicus te
statoris filius fuit grauatus filio suo do. Io. Francisco restituere
portionẽ suã per fideicõmissum, seu ꝙ ille erat per fideicõmis-
sum substitutus patri, & cõsequenter cũ fuerit honoratus, po-
tuit etiam per fideicõmissum grauari in eo, qđ peruenit ad illũ.
d. l. 1. cum vulgaribus. C. cõia, de leg. & l. Imperator. in princ. &
ibi no. de leg. 2. Et prout etiã grauatus inuenitur, quia cũ testa-
tor, præsertim in d. ver. Et hoc locũ habeat, substituerit sibi de-
scendẽtes masculos vulgariter, pupillariter, & per fideicommis
sum, intelligitur omnes suos descendentes admitti voluisse or-
dine successiuo, & prout unusquisque est proximior, cum repe
riantur vocati per nomen illud collectiuum, descendentes. d. l.
cum ita. §. in fideicõmisso, & no. Bar. & omnes, in d. l. Gallus. §.
quidam recte. & Ang. in d. consi. 27. & seq. Ex quo sequitur, ꝙ
mortuo d. do. Ioã. Francisco sine filiis masculis, d. do. Bernardi-
nus & Rolandus debẽt admitti iure fideicõmissi, tanquã de de-
scẽdẽtib. proximioribus masculis ipsi testõri, & ẽt d. do. Io. Frã
cisco grauato. Nec obs. ꝙ in hac generali substitutione facta de
descendentibus, non debeãt includi filij ipsius testatoris, qui
prius nominatim & specialiter fuerant adinuicem substituti. d.
11 l. cohæredi. §. qui patrẽ. Quia † ibi substõ spãlis & gñalis erat fa
cta inter plures uocatos eodẽ t̃pe, s. ex institutione. Nam insti-
tuerat testõr patrem & filium in certa parte, & eos inuicẽ sub-
stituerat, deinde alios cohæredes fecit, & eos omnes inuicem
substituit. In hac igitur ultima substõne generali nõ cõtinet pr̃
& filius actiue uel passiue, quia eos adinuicẽ spãliter substituit.
Et illo casu sicut pater & filius nõ est aliis cohæredib. substitu-
tus, ita nec illi inueniuntur substituti patri uel filio, & inter eos
seruatur ęqualitas. In casu igitur nostro cõcedendum est, quod
in casib. in quib. põt habere locũ prima spãlis substõ, cesset se-
cunda generalis, cui in hoc est derogatũ ꝑ spãlẽ. Sed illis casib.
quib. filij & eorum descendentes per primã specialẽ substitutio
nem uenire nõ pñt, vocãtur ex generali. Et propterea d. Bernar
dinus & do. Rolãdus filii testõris admittendi sunt ad bona eius
mortuo. d. Io. Francisco, quia in hunc casum per primam sub-
stitutionem non erat prouisum. Et est rõ, q̃a si prædicti do. Ber
nardinus, & d. Rolandus mortui fuissent sine descendentibus
masculis, superstite d. dom. Ioan. Francisco, ille absque dubio
ex prima substitutione admitti potuisset, quia ex ea descen-
dẽtes filiorum præmortuorũ substituti sunt alijs filijs decedẽ-
tib. sine filijs masculis. Quia ergo d. do. Ioã. Franciscus patruus
erat spãliter substitutus, dicendum est, ꝙ ex sequenti gñali sub
stõne ipsi dicantur etiam substituti de nouo ipsi. d. Ioã. Franci-
sco, quia uerisimile est, quod inter eos uoluerit testõr æqualita
tem seruare. l. illud. C. de coll. Nam & aliàs ꝑꝑ ęqualitatem ser
uandam inter descẽdentes, limitatur & ampliatur dispõ. l. cum
pater. §. euictis. de leg. 2. & l. fi. C. com. vtriusque iud. & pulchre
per Are. in consi. 1. in fi. ubi inducit. l. quæsitum. §. sed ipse Pa-
pinianus. de fund. instru. & no. per Bar. in l. si pater. in princip.
de dona. quo casu non loquitur. dic. §. qui patrem. & in casu il-
lo cessat prædicta ratio, quia cohæredib. primis spãliter inui-
cem substitutis, uel alteri eorum alij cohęredes non reperiũtur
substituti exprefse & nominatim, ideo gñalis substõ non com-
prehendit patrem & filium actiue vel passiue, quia, vt dixi, ex
hoc non emergit inæqualitas. Alia etiam ratione filij præ-

dicti dñi testatoris hoc casu vocetur iure fideicommissi, quia descendentes masculos in infinitum substituit fauore agnationis conseruandæ, tũ quia de masculis mentionem fecit, vt dixi in pcedẽtibus; & qa hoc testator explicitè expressit paulo post, vbi alienationem bonorũ prohibuit, quia voluit, ꝙ bona sint & remaneãt vnita pro cõseruatione hæredum & successorum dicti testatoris, s. masculorum, &c. Et ẽt inferius subiũxit, ꝙ dicta bona remaneant in totum in dicto hæredes, &c. qui fauor agnationis ẽt in casu nostro militat & locum habet, ideo per substõnem primam specialem nõ dẽnt filij testatoris prohiberi, quo minus ex sequẽti gñali admittẽtur in casu spãliter non prouiso.
ēt specialiter & singulariter prohibita fuisset. Sed secus est post quam ius auth. fuit concessum, ꝙ prohiberi posset. Et ita ēt respondet Ale. in dicto consil. 5. in 3. vol. & Are. in d. l. Centurio. Nec etiam ob. ꝙ Pa. de Ca. & ēt Are. dicant, ꝙ Bar. in d. l. Centurio, velit, ꝙ per huiusmodi verba non dicatur prohibita Trebel. quia immo Bar. vult contrarium, & etiam Doc. magis communiter intelligunt Bar. istud velle, s. ꝙ Trebell. dicatur prohibita. & ita eū intelligit Ang. Imo. & Alex. ibi, & Bal. & Ang. in d. l. precib. & Ang. in consi. præall. & etiam Roma. in dicto consi. 75. Licet postea aliter velit, & male, & Ale. ēt in dicto consi. 5. & in d. l. fructus. ff. sol. ma. allegat Bar. in d. l. Centurio. pro hac parte. Et ista re vera est intentio Bar. qui vult, ꝙ sic dicatur, quādocunq; filius meus decesserit sine filijs, volo totam & integrā hæreditatem meam, vel omnia bona mea peruenire ad talem, ꝙ dicta verba importēt pupillarem infra pubertatem, de qua nihil detrahitur, & non fideicommissaria, quia de ea detrahitur ltīa & Treb. Non. n. voluit Bar. vt dicit Pa. de Ca. ꝙ ideo dicto casu nō detrahit̄ quarta, q̄a substō sit directa, & ꝙ detrahi posset, si esset fideicommissaria, sed voluit Bar. ꝙ in dubio facienda sit interpretatio, ꝙ non dicat̄ prohibita, si fieri posit, prout potest in casu suo, quia cum possit fieri interpretatio, ꝙ dicta substō sit pupillaris, s̄m quam cessabit detractio ltīæ, & Treb. ex natura ipsius actus directi, non dēt fieri interpretatio, ꝙ sit fideicōmissaria, quamuis etiam Treb. fuerit prohibita, quia non est in dubio p̄sumēdū, ꝙ testōr illam prohibuerit, etiam si verba ad hoc sint congrua, ex quo mediante alia interpretatione cessat detractio, ēt si non sit facta prohibitio. Et sic vult Barto. vt ēt dicunt alij Doc. præallegati, ꝙ si substō interpretaret̄ omni tempore fideicommissaria, & aliter interpretari non posset, Treb. diceret̄ prohibita, sed in casu suo non capit̄ talis interpretatio, s. quod tunc testator uoluerit per fideicommissum substituere, & quartam prohibere, ex quo potest cessare detractio sine aliqua prohibitione, s̄m aliam interpretatione, & ubi dicta alia interpretatio locum habere non posset, & substō solum fideicommissaria dici posset, & nullo mō directa, tūc s̄m intētionē Bar. per dicta uerba, totam & integra m, &c. diceretur prohibita Treb. Et ita concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum pater filio primi gradus possit prohibere Trebellianicā.*
2 *Sicut potest prohiberi Falcidia, ita & Trebellianica. nu. 3.*
4 *Fructus quando ueniant in restitutione fideicommissi.*
5 *Extensio passiua etiam in correctorijs locum habet.*
6 *Fideicommissum intelligitur potius relictum ab ipso hærede filij quam ab ipso filio.*
7 *Pupillus, quando possit grauari in legitima.*
8 *Fideicommissum in dubio intelligitur iniunctum illi, a quo potuit relinqui.*
9 *Quod fieri non potest per modum dispositionis, non potest etiā fieri per modum conditionis.*
10 *In pœnis non receditur a persona.*
11 *Substitutio pupillaris tacita quando admittatur contra matrē.*
12 *Vtrum in legitima & in bonis maternis imputari debeat illud, quod soluit pater filio incarcerato, & qui pro delicto per eūm confessato erat puniendus. & 14.*
13 *Legitima filij non potest confiscari uiuente patre.*
15 *Vtrum per fratres patrueles ab intestato succedatur in stirpes, uel in capita.*

CONSLIVM CXLIX.

1 QVAMVIS primum dubium non sit nouū, est tñ satis arduū. Quæritur enim, vtrum† pater filio primi gradus potuerit prohibere detractionē Trebellianicæ. Et prima facie videtur ꝙ non, per l. iubemus. C. ad Treb. ubi aufertur patri potestas disponendi, ꝙ fructus imputentur in Trebel. Si ergo non potest dicto mō à patre diminui detractio dictæ quartę, multo magis potest in totum prohiberi. l. uideamus. §. pe. de in litem iuran. & ita per illum tex. dicto mō ponderatum voluit ibi Bald. & Sali. & iura posteriora, quæ cōcedunt dictam prohibitionem, auth. sed cum testator. C. ad leg. Falc. dēnt distingui per leges anteriores, secundum prædictos. l. nam & posteriores. ff. de legib. & auth. offeratur. C. de lit. contest. iuncta. l. sciendū. i prin. qui satisd. cogā. cum ibi no. Et cum prædictis simpliciter transit Rom. in l. Marcellus. in prin. ad Treb. & in consi. 206. incip. Licet de communi, &c. & Andr. Siculus in c. Raynucius. de testa. col. 155. Licet enim, s̄m eum, hodie generaliter concedatur, ꝙ testator possit prohibere dictam quartā. d. auth. sed cum testator, non tñ intelligitur reuocatum priuilegium speciali iure cōcessum filij primi gradus, & alijs certis personis, s̄m gl. & Bar. in l. decurionibus. C. de silen. lib. 12. & Bald. in l. non plures. C. de sacrosan. eccles. & in c. 1. quo tempo. miles. & Bart. in extrāuag. ad reprimen. in versi. non obstantib. Et ista opi. approbat etiam Ale. in cons. 5. incip. Circa primum dubium. in fi. 3. vol. vbi refert, ꝙ uoluit consulere contra Bal. ꝙ prohibitio ualeat. Et quāuis idem Alex. in consi. 29. in 5. vol. & in l. Marcellus. §. res quæ, ad Treb. in hoc videatur tenere contrarium, per no. p Dyn. Ray. & Imo. in l. Lucius. §. maritus. ad Treb. ubi per illum tex. & per. l. si debitor. in prin. ad leg. Falc. dicunt, ꝙ in casib. in quib. hæres pōt duas quartas detrahere, pōtest pater facere, ꝙ vna solum detrahatur, disponēdo ꝙ filius imputet Trebellianicā in legitimā. & d. l. iubemus. sc̄d̄m eū hēt locū, qn̄ detrahitur vna quarta tantum, prout ēt uoluit Pau. de Ca. quem non alleg. in cons. 80. incip. Quia dubia. supra formata, &c. & in. l. mulier. §. cum proponeretur. ad Trebel. cum quo etiam transit ibi Alex. inducendo ad hoc. d. l. iubemus. Nihilo minus hoc non uidetur uerū, sed immo. d. l. iubemus, locū ēt hēt, quādo duæ quartæ sunt detrahendæ, ut clare præsupponit Bart. in l. quod de bonis. §. quod auus, ad leg. Falc. quem ad hoc etiam ponderat Alex. ibi, dicens ꝙ idem tenuit Ang. consulendo. Et ad hoc uerba Bart. etiam ponderat Pau. de Cast. in d. l. iubemus. & cū eo transit. Nec procedit contraria inductio facta de. d. l. ut declarat Alex. in. d. §. quod auus. Nec etiam obst. quod dicit Dyn. Ray. & sequaces, in. d. l. Lucius. §. maritus. quia erat ille specialis casus, in quo per indirectum etiam de iure antiquo poterat. d. l. quod de bonis. §. pe. & fi. secundum Barto. in. d. §. maritus. & & in l. cum pater. §. Titio. de legat. 2. Et ideo eodem modo est dicendum, ꝙ licet pater dicto casu, sc̄d̄m prædictos, per indirectum posset filio prohibere detractionem Trebellianicæ, tamē non sequitur, quòd directo possit illam prohibere. Et si aliter diceretur, ex hoc sequeretur, ꝙ etiam de iure Digestorum, & ante. d. l. iubemus, qn̄ duæ quartæ essent detrahēdæ, ꝙ pater directo potuisset filio Treb. prohibere, quia dictum Dyn. & aliorum procedit etiam de iure Digestorum, per iura quæ allegāt, secundum Imo. in. d. §. maritus. & tñ istud est contra intētionē Bar. & aliorū, maxime i d. §. Titio. & in d. §. maritus. Et cū prædicta opi. Bal. & Sali. trāseunt ēt Moder. Peru. in d. l. iubemus. Sed præmissis non obstantibus contrarium uidetur uerius, &
2 præsertim in casu nostro. Nā sc̄d̄m cōem opin. sicut† potest prohiberi Falcidia. d. auth. sed cum testator, ita potest prohiberi Trebellianica, ut uoluit Bar. & Doct. communiter, in. d. l. Marcellus. in prin. vbi de hoc late per Alexan. & per dictos Moder. Peru. in dicta auth. sed cū testōr. & per alios in alijs per prædictos alleg. & sic in hoc ius antiquum est regulariter correctū s̄m Doc. nec a dicta regula casus iste reperitur exceptus, propterea debet ualere prohibitio Treb. facta filio per patrem. Et istud etiam, uoluit Cin. in. d. l. iubemus. in 1. opp. dicens. quod illa lex hodie est correcta per. d. auth. sed cum testator. & idem etiam tenet Raph. Cum. in l. cohæredi. §. cum filię. de uul. & pu. & in l. fideicommissaria. in prin. ad Trebel. dicens, quod argumentum Bal. in. d. l. iubemus. non procedit, quia licet ibi dicatur, quod non possit testōr disponere, quod Trebelli. detrahenda per filios minuatur per imputationem fructuum, non tamen de nouo inducit specialiter & iure singulari quod nō possit pater filiis prohibere Treb. quia idem erat per ius commune prius inductum, per d. l. quod de bonis. §. fi. & l. Titia. eo. tit. & l. si ut allegas. C. eo. & l. 1. §. inde Neratius. ad Treb. Et sic. d. l. iubemus. quantum ad hoc, de nouo non inducit, sed inductum præsupponit, dato quod specialiter uelit, quod pater disponere non possit, quod fructus imputentur in quartam filiis, qui aliis imputantur. Et per hæc tollitur responsio And. Sicu. ad. d. l. de qua supra, quia non est uerum, quod contineat quo ad Trebellianicam aliquod priuilegium in fauorem filiorum, & sic habere non potest locum, qđ uoluit Bar. in d. l. decurionibus.

C.de silen.lib.12. Cum igitur possit hodie pater in totum prohibere Trebellianicam, poterit etiam uelle, ꝙ in ea fructus filijs imputetur. Et ubi etiam hoc ultimũ esset patri denegatum,
3 tñ† ad minus ſm Raph. fructus uenient in restõne fideicõmiss. ꝑ l.ex facto.in princ.ad Treb. Et eandem opi.ut dixi, sequitur &c Alex.in d.l. Marcellus, & in dicto consi.219.quinto uol.per no.per Dy.Ray.& Imo.in d.l. Lucius.§.maritus.ad Treb.& per Bal.in l.quoniã nouella.C.de inof.test.quos retuli supra: quorum decisio optime seruit in proposito, ut dicetur infra; & eandem opin. sequitur etiam Soc.in d.l. Marcellus.in prin. ubi dicit, ꝙ poterit pater filijs primi gradus prohibere Trebellianicam, per prędicta, sed non poterit etiam hodie disponere, qđ fructus computentur in illa, si eam non prohibeat, per d.l.iubemus. quæ non dẽt dici correcta ex maioritate rõnis, ꝑ not. in auth. quas actiones. C.de sacrosſ.eccl. Et istam op. expresse tenet Imo.in d.l. Lucius.§.maritus.ad Treb. qui postquam retulit Dy.& Ray. uolẽtem quod pater possit facere, ꝙ id, quod ueniit detrahẽdum pro Trebellianica, imputetur in lẽimam, subdit, ꝙ hoc procedere poterat etiam ſm hæc iura, hodie autem dicit etiam ipse, tenẽdum, ꝙ testator possit Trebellianicã prohibere, de quo ut dixi in l. Marcellus.§.quod autem, supra eo. posset tunc prohibere ipsam Trebelli. Et sic uult manifeste, ꝙ retẽta illa opin. ſm quam gñaliter potest testator Trebellianicam prohibere, de qua in d.§.quod autẽ, quod pater nedũ possit illam prohibere indirecte mõ ꝑdicto, sed etiam directo. Et in hanc op. etiam inclinat Are.in consi.67.in fi. contra Bal. Et
4 † confirmatur ratione: nam d.l.iubemus.in quantum uult, ꝙ fructus non computentur in Trebellianica detrahẽda ꝑ filios, locũ non habet in Falcidia detrahenda de legatis, sed potest pater facere, ꝙ in ea fructus imputẽtur, ſm Pa.de Ca.post gl.ibi, q̃a illa lex non dẽt ad hũc casum extẽdi, ut etiam ibi probatur ĩ fi. Ex hoc ergo seq̃t, ꝙ authẽ. sed cum testator. quæ ꝑmittit, ꝙ Falcidiam detrahẽdam de legatis singularib. pater prohibere, quia quo ad illam filij magis quam alij non sũt priuilegiati, cũ isto casu, ut dixi. d.l.iubemus. nihil ĩducat. Qua ergo rõne tex. in dicta auth. sed cum testator. qui loquit̃ in Falcidia simpliciter, & tẽdit etiam regulariter & in gñre ad Trebellianicam, uidelicet ex regula iuris antiqui, de qua. in d.§. quod autem, ubi dř, ꝙ in quibuscũq; testamentis cessat Falcidia, cessat & Trebellianica, quæ regula se extẽdit passiue ad.d.aut. ſm Bar.& Doc. communiter, in d.§.quod aũt, eadẽ rõne dẽt extẽdi ad Trebellianicam in specie detrahẽda per filios primi gradus, quia de falcidia eorũ loquit̃ etiam.d.auth.sed cum testator, ut dixi. Nec re
5 fert, ꝙ ex hoc corrigatur.d.l.iubemus: q̃a† etiam in correctorijs extẽsio passiua locum habet, vt probat̃ ex no. ꝑ Bar. in d. §.quod autẽ, & in l.2.de le.1.& ibi Are. ponderat ab hoc dictũ Bar.in prędictis locis. Et istud tenet etiam in l.1.in prin.de acq. pos. Sed retẽta etiam op. cõtraria, & sic ꝙ etiam hodie testator filijs primi gradus non possit prohibere Trebellianicam, nihilo minus in casu nostro ualuit prohibitio. Nam.d.l.iubemus. loquitur in filijs primi gradus, nec extendi potest ad aliam personam, ut ibi dicitur in fine, iuncto princip. In casu autem nostro fideicommissum non fuit relictum a filio, sed impersonaliter, quia si filius institutus quandoque decederet sine filijs masculis, non grauauit filium ad restituendum, sed uoluit bona sua peruenire ad alios aguatos. Cum igitur filius non sit expresse grauatus, potest intelligi, quod sit derelictũ ab eius hærede, & non ab ipso filio, qui potuit grauari. l.si fuerit.§.1. de lega.3.cum.l.seq. Et in dubio est etiam pręsumendum, quod
6 † relictum fuerit potius ab hærede filii, quam ab ipso filio, per nota. per Bartol. & clarius ad propositum per Imol. in l. qui duos. de uulg.& pupilla. & in dicta l.cohæredi.§.cum filiæ.eod.titu.& cap. Rainutius. de testamen. in tracta. substitu. uulg. ad fin.& Cuma.in l.1.§.fina.de uulg. & pupilla. & ibi per Alexan.& alios modern. in quibus locis concluditur, quod fideicommissum in dubio intelligitur potius relictum a substituto pupillari, & sic ab hærede pupilli potius, quam ab ipso
7 pupillo. Et per hoc inferunt, quod † in restitutione fideicommissi ueuit etiam legitima filii, in qua pupillus non potuisset grauari, per l. si fundum per fideicommissum.§. fina. cum.l. seq.de legat.1. Vnde & in casu nostro similiter infertur, quod prohibitio Trebellianicæ dicitur facta hæredi ipsius filij, & non filio, quia ipse non præsumitur grauatus, sed hæres illius.

Et præsertim sic est interpretandum: quia mediãte tali interpretatione valet prohibitio Trebellianicæ, quæ non valeret, si opi. Bald. præualeret, & sic vt actus potius valeat, quam pereat. l. quoties. de rebus dub. prout probatur in proposito ex not. per Bar. in l. Centurio. de vul.& pup. dum loquitur de substitutione facta, si filius decesserit sine filijs, vel filij eius sine filijs.& in l.codicillis. in prin.de vsufru.lega. & vult, quòd in du
8 bio fideicommissum † intelligatur iniũctum illi, a quo potuit relinqui, vt valeat potius, quàm pereat. d.l.quoties, quæ ratio etiam habet locum in casu nostro. Et ita in terminis per rationem prædictam no. concludit Alex.in consi.67.j.vol. vbi vult, ꝙ tali casu prohibitio Trebellianicæ valeat, etiam retenta opi. Bal.& sequacium, ſm quam filio non potest prohiberi, q̃a, secundũ eum.d.l.iubemus. per quam mouetur Bal. loquitur, qñ fideicõmissum relinquitur a filio instituto, vt in prin. dictæ legis, ideo extendi non debet, qñ relinquitur vel relictum præsumitur fideicommissum ab eius hærede, vt ĩ fine eiusdem legis. Nam qua ratione, vt dictum est, præsumitur fideicommissum in dubio relictum a substituto pupillari, per quã præsumptionem impeditur detractio, uel retentio legitimæ, in qua substitutus, & nõ filius potuit grauari, ita etiam præsumendũ est, ꝙ fideicõmissum sit relictum ab hærede filij, & non a filio ad effectum, vt valere possit Trebellianicæ prohibitio, & vt impediat̃ illius retentio. Insuper ex alio isto casu impeditur Trebellianicæ detractio, qñ testator expresse prohibuit, dictũ Camillum disponere posse tam inter viuos, quã in vltima voluntate de dicta eius legitima & dote prædicta, ac voluit & disposuit, ꝙ subiaceret fideicommisso. Et hoc, quia pro eo liberando a morte soluit condemnationẽ trium millium ducatorũ pro eo. Et casu quo dictus Camillus contrauenirет, & iterum detraheret dictam legitimã & dotẽ, non obstante confiscatione, vel de iure esset sic determinatũ, aut iudicatũ, ipsũ posse detrahere, & detraheret, ac nollet ea bona subiecta eẽ fideicõmisso præmisso, & dispositis, vt supra, tunc & eo casu, & non aliter ex nũc ꝑut ex tunc, & ex tunc prout ex nunc ipse testator instituit ipsum Camillum in dicta legitima tm̃, & noluit ipsum alia bona ipsius testatoris habere. In qua quidem legitima declarauit ipse testator computari velle & debere omne id totũ, qđ soluit ipse testator Illustrissimo Duci pro redẽptione vitæ ipsius Camilli, & ẽt omne aliud & quicquid de iure in ea legitima computari deberet, præsertim ẽt Trebellianicam, si quã de iure detrahere posset, &c. Quãuis igitur dici posset, ꝙ testator dicto modo prohibere filio non potuerit detractionem legitimæ, nec eius augumentũ, & ꝙ reijciãtur oĩa, quæ ad hoc tendunt. l.qm̃ in prioribus. C.de inoff.testa.& §.cæterum.in auth. vt cũ de ap
9 pel.cogn.& per no.per Bal.Sali.& alios, in l.si quando.§.& generaliter. C.de inof.test. & q̃a qđ † nõ põt fieri ꝑ modũ dispositionis, fieri ẽt non põt per modũ conditionis. l.Seius & Augerius. ad leg.Falc. Et licet etiam quo ad comitẽ Camillũ, si contrauenisset, id quod est appositum nomine pœnæ, committi
10 posset, & q̃a non contrafecit, dici posset † ꝙ nõ possit committi pœna contra hæredem cõtrauenietẽm, quia in pœnis nõ receditur à persona. l.multum, de cond.& dem. prout in istis terminis voluit Bar.in consi.7.incip. Andræas Martini, & c.per.d. l.multum. Et q̃a grauamen iniunctũ alicui nominatim non trãsit ad eius hæredem. l.si plures, de lega.3. Verũtñ quia eueniente dicto casu quo fuit institutio fcã in lẽima, in pœna cõtrauenietis disposuit testator, ꝙ Trebellianica computetur in lẽimã, & sic isto casu Trebellianicam per indirectum ꝑhibuit, ꝙ fieri potuit eam olim quam hodie, vt est in ꝑcedentib. dictum. Ex hoc alia pars testamenti, in qua directo prohibuit Trebellianicam, potest declarari. l.qui filiabus. in prin.& l.si seruus pluriũ. §.fi.de leg.1.& sic ꝙ voluerit etiam tũc illam prohibere eo mõ quo potuit, s. mediante dicta imputatione, casu quo hoc directò fieri non possit. Nam qua rõne dicto casu, prohibuit testator Trebell. eo mõ, quo prohiberi potest, verisimiliter si prohibitio fieri non posset directò, sensit alia parte testamenti, vbi simpliciter Treb. prohibuit, ꝙ prohibitio eo mõ, quo fieri potest, habeat effectum, & sic quod intelligatur prohibita dicto modo per indirectum, ex quo etiam verba trahi possunt ad hunc sensum. Et ad hoc facit, quod notat Barto. in l.2. in princip.de vulga.& pupill. versicu. vlterius quæro, quid de pupilla-
11 ri partim tacita, & c. vbi concludit, quod † licentia tacita pupillaris.

ris non admittatur contra matrem.l. precib.C. de impub.& al. subst.si tamen sit partim expressa & partim tacita quoad casus, et in casu tacito admittatur contra matrem,quia si matrem exclusit testator uno casu, ex verisimili mente defuncti dicendũ est, ꝙ illã excludere uoluerit etiam alio casu. Quæ rõ pertinet
12 ẽt ad casum nostrũ. Circa aliud dubium, † uidelicet vtrum in ltĩa & in bonis maternis imputari debeat illud,qđ soluit pater pro filio incarcerato, qui pro delicto per eum confessato erat puniendus in ære & in persona. Est in primis præmittẽdum,ꝙ
13 uiuente † patre non potest confiscari de iure communi ltĩma filii,nec uenit in confiscatione bonorum suorum,ſm Gul.Bal. & Alber.in l.si qua pœna.de his qui sunt sui uel alie.iuris, quia filius non hẽt ius in ltĩa uiuo patre.l. j. §. si impuberi.de colla. bo.& ibi idẽ uult Bar.per illum tex.uel saltem ius,qđ habet,est cõdõnale.§.si filius superuixerit patri, & ad fiscum iura cõdõnalia nõ transeunt.l.quoties.§.fi.de nouatio.& ideo dicunt prædicti,ꝙ si filius fuit condemnatus,& bona eius fuerunt confiscata patre uiuente, ꝙ patre mortuo non succedet fiscus in ltĩma filii condemnati,quia fiscus non succedit loco filii, cum ad eũ, ut dixi,non transeant iura conditionalia,immo per confiscationẽ absorbentur & extinguuntur.d.§.fi.Et idem tenet Spe.in ti. de execu.sent.§.sequitur.ver.quid si filius,&c.& Doc.in c.2.de delic.puer.& Pau.de Ca.in consi.32.inci.Omisso ordine supra scripto,&c.& idẽ præsupponit Bar.& alii in l.cũ filius. in prin. de verb.obl.nisi statuto aliter caueretur.& similiter in cõfiscatione bonorum comitis Camilli uenire non poterat proprietas peculii aduentitii uiuente patre, in quo continentur bona materna,quia cum in eis pater esset legitimus administrator.l. 1. C.de bon.mat. interdicta erat filio omnis alienatio sine consensu patris.l.fi.§. filius.C.de bo.quæ lib.Ergo delinquẽdo nõ potuit alienare,ut probatur in l.Imperator.in prin.de fideicõ. lib.& ibi no.Bar.& per istam rationem idem Bar.cũ quo transeunt alii,in l.si finita.§.si de vectigalib.de de dam.inf.tenuit,ꝙ in confiscatione non possit dicta proprietas uenire. Et ex his sequitur,ꝙ ex cessione facta patri per fiscum de legitima & bonis maternis, aliquod ius non fuit quæsitũ patri,quia fisco ius non competebat re nec spe in bonis prædictis.Et ideo qđ non habuit,transferre non potuit.l.traditio.de acq.rer.do.Et consequenter non potuit pater onere fideicommissi filium ex indulgentia principis absolutum, & restitutum directo grauare in legitima.l.cohæredi.§.cum filię.de uul.& pup.& l.quoniam in priorib.C.de inof.testa. nec ẽt per indirectum dispo nẽdo vt fecit,ꝙ casu quo uellet dicta bona deducere,& fideicommisso non subiacere,ꝙ nunc prout ex tunc instituebat eum in legitima,vt probatur in l.Seius & Augerius.ad leg.Falcid.cum ibi no.per Bar.& alios. Nec ex eo quod filius iudicii patris agnouit,in legitima sibi præiudicauit,ſm Bald.Sali.& Pau.de Cast. in d.l.si quando.§.& generaliter.C. de inoffi.test.quia illud onus per legem incontinenti reiicitur.§.cæterum.in authen. ut cũ de appell.cognosc.& tactum etiam fuit superius.Nec etiam uidetur, ꝙ solutum ꝑ filio incarcerato,& qui ueniebat cõdẽnandus,debeat imputari in legitimam,quia præsumitur,quod ꝑ patrem fuerit solutũ cã pietatis,nec potest repeti.l.j.C.de ne go.gest.& facit.l.si filius.cum ibi not.eo.tit.& l.si is. ff. eod. & no.Bar.in proposito in l.Stichus.in fi.de pecu. leg. Et licet pater in testamento declaret uelle, quod solutum ex dicta causa imputetur in legitima filii,nihil uidetur hoc filio nocere, quia pater debuit ab initio,& quando soluit protestari,ꝙ soluebat aĩo cõpensandi & repetendi.l.at si quis.§. plerique de relig. & sumpti.fun.& no.gl.& Doct.in d.l.1.& in.l.alimenta.C.de nego.gest. quia ergo ab initio ꝓsumpta fuit donatio, non potuit ex post facto pater eã reuocare.l.post perfectã. C. de don. quæ sub mod.Sed præmissis non obstantib.aliter puto cõcludẽdũ.
14 Nam comes† Camillus tpe delicti,& eo tẽpore, quo pr̃ soluit pro eo incarcerato, habebat peculium aduẽtitiũ.i.dotẽ maternã, de quo soluisse in dubio præsumitur dictã cõdẽnationẽ ꝑ illo,ſm Bar.in d.l.Stichus.circa fi.de pecul. leg. per l. Nesennius.de neg.gest.& idẽ uult Bal.in auth.ex testamento.in 5. q. 5.c.C.de collationi.per.l.fi.ff.de peti.hæred. & opinio Bar.est cõis,ſcđm Alex.in l.in quartam.ad leg. Falc.& potuit etiam ꝑ dicto filio soluere,& dicitur eius negotium utiliter gessisse, secundum Bar.in d.l.Stichus.& Bal.in loco ꝑallegato. Et quãuis loquatur Bar.quando filius fuit cõdemnatus,tamen idẽ est,qñ erat incarceratus,& ueniebat omnino condemnãdus. l. quãuis cum.l.seq.in prin.sol.ma.& ibi no.Doc.cum conc. de quib.ibi per Ale. Et ex alio nõ potest dotis maternæ fieri deductio.etiã si pater nihil soluisset,pro filio,quia pater filium illa grauauit & illum grauare potuit, ex quo ab illo ex instõne plus percepit,& q̃uis hr̃ditatẽ apud se nõ retinuerit occaliõe fideicõmissi ab eo relicti,saltẽ quatenus ex fructib.hæreditatis percepit, deduci dẽt ex dote materna,in qua fuit grauatus.l.Imperator. §.cum q.dam.de le.2. Quinimmo nihil ex ea põt deduci,etiam si minus a patre inueniatur consequutus,ex quo pater dotẽ deducere,& retinere prohibuit & ille iudiciũ patris agnouit,per no. per Pa.de Ca.& Ale.in l.si compensandi.C.de hær.inst.vbi dicũt,ꝙ si creditor à debitore sit institutus cũ hoc,ꝙ plus petere non possit,ꝙ etiam si quota,ĩ qua est institutus,valeat minus,non poterit petere illud plus,quod sibi dẽbatur,si simpliciter hæreditatẽ & instõnem agnouit.Et idem vult Alex.in l.si cum dotem.§.si pater.ff.sol.mat.in 1.col.& facit.c.cum ex officij.de test.licet aliud sit quando filius occasione ltĩmæ prohibetur plus petere,q̃a si minus est cõsequutus,ad supplementũ agere non ꝓhibetur,q̃a illa clausula de plus non petendo,tũc reijcitur.§.cæterum.in auth.vt cum de appel.cog.& no.Bal. & alij,in d.l.si quando §.& gñaliter.C.de inof.tes.& vbi solutum pro filio non cõpẽsaretur cum dote eius materna,saltem compensari dẽret cum ltĩma,q̃a cõstat,ꝙ pr̃ voluit ab initio,& qñ soluit,ꝙ in ltĩa solutũ veniret imputãdũ, cũ a principe ad hũc effectum,& nõ ad alium,uoluerit sibi cedi iura cõpetẽtia fisco in ltĩma.Et q̃uis cessio nõ ualuisset, q̃a fisco in ltĩma ius nõ cõpetebat,nec competere poterat,per allegata in contrarium,tamen ex tali actu ẽt nullo declaratur patris intentio.l.fi.de reb. eorum,& per Bar.in l.fideicommissa.§. 1.de leg.3.quam uolũtatem pater ẽt declarauit in testõ.Et est satis de uolũtate cõstare,licet nõ sit aliter ꝓtestatus, q̃a reqrit̃ ꝓtestatio solũ ad declarõnẽ volũtatis in casu prædicto,ut per Bar.in l.nõ solum.§. morte.de ope.noui nunc.in prima spẽ ꝓtestationis. Ideo non curat̃ de mõ,sed de effectu.l.mulier.in prin.ad Treb.& l.si mater.C.de inst.& substõ. Et per hęc satis colligitur responsio ad cõtraria,& cõcludit̃,ꝙ illud,qđ est solutũ ꝓ Comite Camillo incarcerato,minuit pro rata dotẽ maternã aut ltĩmã ad cõmodum aliorum,qui uocant̃ ex fideicommisso relicto a Comite
15 Bartholomeo. Quò ad aliud,de quo querit̃,videlicet † utrum Comiti Camillo succedat ꝑ fratres patrueles ab intestato ĩ stirpes uel in capita,licet de hoc sit ardua qõ, qñ filij fratrũ succedere uolũt patruis uel auũculis,de qua ꝑ Doc.in auth.cessante C.de leg.hær.& per Bar.ĩ l.post cõsanguineos.§.j.ff.de suis, & legi.q̃a tamẽ isto casu nõ agit̃ de successione patrui, sed fratris patruelis,succedit̃ in capita,& nõ in stirpes.§.si uerò neq; fratres.in auth.hær.ab intes.& declarat,& ita uult Bar.ꝑ illũ tex.ĩ d.l.post cõsanguineos.§.j.in fi.& filius alterius fratris patruelis d.Comitis Camilli nõ succedit in locũ patris, nec cõcurrit cũ patruis suis & alijs,ex quo nõ agit̃ de successione ascẽdẽtis, neq. de successione patrui,ut traditur in auth. post fratres. C. de legi.hę.& per hæc ad omnia,de quib. quæritur,responsio ex præmissis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non potest propter inobedientiam unius hæredis alium obedientem priuare.*
2 *Pœna non potest imponi non contrafacienti propter inobedientiam & contumaciam alterius.*
3 *Quem non honoro,non onero.*
Legando quis usumfructum bonorum, uidetur legare ius, quod in illis habet. & nu. 15.
4 *In dubio præsumitur ignorantia in hærede etiam extraneo, ante aditam hæreditatem.*
6 *Vbi præcedit prohibitio,et sequitur dispositio simplex, illa cẽsetur facta sub conditione,scilicet si factum fuerit contra prohibitionem.*
7 *Vbi præcedit simplex institutio, & sequitur conditionalis ademptio,intelligitur præcedens institutio facta sub contraria conditione.*
8 *Protestatio derogatoria declarat in futurum abesse consensum.*

9 *Conditio negatiua impletur per cautionem Mutianam. nu. 18.*
10 *Clausula, omni meliori modo, quid operetur.*
11 *Intellectus. l. paterfamilias testamento. de hær. inst.*
12 *Quod est prohibitum per uiam dispositionis, an possit fieri per uiam conditionis, & quando.*
13 *Verba generalia prolata ab homine, non recipiunt restrictionẽ.*
14 *Emphyteuta potest in re emphyteutica constituere vsumfructũ sine domini licentia, & aliam seruitutem.*
16 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
17 *Relatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.*
19 *Petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem.*

CONSILIVM CL.

N cã & lite vertente inter Magnificam d. Catharinam de la Moltia, & alios de eadem familia occasione hæreditatis magnifici D. Francisci mariti dictæ do. & quę tanquam hæres illius petit se immitti in possessionem omnium bonornm d. do. Francisci per remedium l. fi. C. de edic. di. Adr. tol. Videt̃ prima consideratione dicendum, ꝙ illa nullo mõ posit obtinere, q̃a nõ videt̃, ꝙ sit hæres, sed frater Ludouicus, quia testator simpliciter & purè instituit, post mortem cuius plures alios substituit, & casu quo dicti hæredes vel aliquis eorum impediret, & molestaret vxorem suam in relicto vsufructus omnium bonorũ immobiliũ possessorum per dictum testatorem, aut in commoditate vtendi & fruendi, tũc & eo casu eam instituit hæredẽ in omnibus & quibuscũq; suis bonis pleno iure, & in eorum proprietate. & ita voluit & disposuit seruari omni meliori mõ &c. Cum ergo frater Ludouicus hæreditatem semel adierit, & in iudicio responderit uelle seruare, & adimplere voluntatem testatoris, ac pro D. Catharina cauit de utendo & fruendo arbitrio boni viri, nõ hẽt locum pęna priuationis, nec translatio hæreditatis facta in d. d. Catharinam, casu quo molestatur a dictis hæredibus, vel ab aliquo eorum, quamuis etiã alter ex eis molestiam intulerit de iure vel de facto, q̃a quamuis testõr voluerit, ꝙ ex molestatione vnius tantum priuentur omnes, & ꝙ do. Catharina sit hæres, tamen hoc facere non potuit. Et sua volũtas tanquã irrõnabilis & iniusta dicto casu nõ est seruãda ut est casus sing. ẜm Bal. & Ang. ibi in l. paterfamilias testamẽto. ff. de hæ. inst. vbi est tex. ꝙ non potest testõr ꝑꝑ inobedien-
1 tiam† unius ex plurib. hæredib. priuare aliũ obedientem uolũtatem testõris seruantẽ, ꝙ est no. ẜm prædictos, & loquit̃ proprie ille tex. q̃n hæreditas fuit adempta in pœnam ab hæredib. institutis sub condõne, si ambo, uel alter eorum non paruerit, sicut in casu nr̃o. & ibi dr̃, qđ ille, qui impleuit, nõ priuat̃ ꝑꝑ
2 contumaciam inobedientis. Et † hoc quia pœna nõ potuit imponi nõ ꝯfacienti ꝑꝑ alterius contumaciã. Et idem vult Bal. in l. 15. opp. C. de his quæ pœ. no. Scđo non vr̃ habere locum priuatio & translatio, quia cum alij de la Moltia sint uocati ordine successiuo post mortẽ fratris Ludouici pure instituti, & sic sub condõne, l. hæres meus, in prin. & l. quib. diebus. §. quidam Titio. de cond. & dem. non potuerunt grauari pure in usufructu, vel in commoditate utendi, &c. ipsarum rerum, quæ ad illos pertinent iure emphyteutico, & ex antiquis inuestituris, q̃a
3 † quem non honoro, grauare non possum. l. ab eo. C. de fideic. & l. 1. §. sciendum. de leg. 3. Sicut ergo pendente condõne non potuit iniungi onus per uiam dispõnis, ita nec per uiam cõdõnis, hoc est, illi pœna priuationi imponi, si uxorem molestabũt in usufructu. l. Seius & Augerius. & ibi per Bar. & alios, ad leg. Fal. Et ubi etiam fuissent pure uocati, adhuc uidetur, ꝙ onus non valeat tanquam impossibile, quia etiam commoditas utẽdi dictis rebus non potest per emphyteutam concedi sine licentia dñi, ut probatur ex no per Bal. in c. Imperialem. in princ. de proh. feu. alie. per Fede. ubi dicit, ꝙ sicut non potest uasallus alienare sine dicta licentia, ut ibi, non poterit etiam locare ad longum tempus reseruando etiam in se omne dominium etiã utile, tãquã hoc sit factum in fraudem, quæ ratio militat etiam in casu nostro, & multo minus ꝑdicti possunt usumfructũ cõstituere sine licentia domini, arg. l. fi. C. de iure emphy. cuius licentiæ impetratio reputat̃ impossibilis, sicut quodlibet aliud pẽdens a uoluntate unius, ẜm Bal. in l. apud Iulianũ. §. fin. de lega. 1. pœna igitur priuationis apposita præcepto impossibili non valet, nec translatio facta in pœnã dicto casu. l. 1. C. de his quæ pœ. nom. & Insti. de leg. §. fi. & facit, quod no. Dy. & Bart. in l. quidam cum filium. de verb. obl. Cõfirmantur prædicta, q̃a
4 testõr † legãdo usumfructũ bonorũ suorũ vr̃ legasse ius, qđ habet in dictis bonis, & nõ vltra, ẽt si esset morte periturũ. l. qđ in rerũ. §. 1. de leg. 1. & l. vxor patrui. C. de le. Respectu ergo rerũ, quas habebat testõr in emphyteusim, & q̃ per mortẽ eius erant peruẽturæ ad alios de la Moltia, nõ quidẽ iure hæreditario, sed ex inuestituris antiquis, legatum videtur inefficax & sine effectu, ẜm Bar. Bal. & Sal. in d. l. vxor patrui. Bar. Bal. Pau. de Cast. & alios, in d. §. 1. Et per ꝯñs videtur, ꝙ prohibitio de molestãdo restringi, & referri debeat ad vsumfructum aliorũ bonorum, in quibus ius testatoris non erat morte periturum, & in quib. poterat legatum habere effectum. Et ꝙ locum non habeat in dictis bonis emphyteuticis, in quibus legatum post mortem durare nõ posset, cum, vt dixi, ius solum, quod habebat testator, legasse intelligitur, secundum Doc. in locis alleg. Sed dato ꝙ locum haberet priuatio & translatio facta in D. Catharinam testatoris vxorem, adhuc tamen sibi competere nõ videtur remedium. d. l. fin. quia ex quo frater Ludouicus per aditionẽ factus est hæres, nõ potuit desinere esse hæres facto testatoris. l. ei qui soluendo, de hær. inst. Et ideo hoc casu intelligitur grauatus restituere vxori per fideicommissum, vt videtur Bart. uelle in d. l. paterfamilias. ubi concludit, ꝙ si testator hæredem institutum priuauit hæreditate, si vxorem molestaret in tali relicto, ꝙ ille censetur grauatus per fideicommissum restituere ratione prædicta, scilicet quia cum semel fuerit hæres, non potest desinere hæres esse, & cum Bar. transit etiam Pau. de Cast. in l. j. C. de his qui ante aper. tab. & Ale. in l. in substitutione. de uul. & pup. Si ergo do. Catharina intelligitur per fideicommissum uocata, sibi non competit remedium. d. l. fin. ex quo non fuit adhuc sibi hæreditas restituta, quia non hẽt ius in bonis, scđm Bar. ibi in uersi. itẽ quærit gl. &c. Et ubi ẽt competeret, obtinere non posset, quia ut hæres directo agit & petit immitti in possessionem ideo succũbere debet probando aliã causam. l. habebat, in prin. de instito. & no Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. & Inn. in c. ex parte abbatissæ. de priuil. & Spe. in ti. de sent. §. qualiter, §. uers. ꝙ si lis, & c. Anto. de Butr. in c. dilecti. & in c. examinata. de iudic. & Pau. de Cast. in l. si is ad quem. de acqui. hære. cum concord. de quibus ibi per Alex. in fi. Ex alio etiam uidetur, quod dom. Cathari. siue sit hæres directo, siue utiliter, habere non posit remediũ d. l. fi. pro bonis & reb. emphyt. & ab ecclesia recognitis per quondam do. Francis. ex quo post mortem eius ex pacto & ex tenore inuestituræ ꝑtinent & peruenire dẽt ad alios de la Moltia hæredes institutos, per no. ꝑ Bar. cũ quo alii communiter trãseũt in l. si patroni. in prin. ff. ad Tre. dum concludit, ꝙ q. libet hæres extraneus potest ad feudũ agere petitione hæreditatis contra quemlibet possidentem, dummõ non sit ille, ad quẽ feudũ de iure pertinet quia ꝯ talẽ nõ ꝯpetit. Idẽ ergo eadẽ rõne si agat̃ remed. d. l. fi. non tm̃ ꝓ re feudali, sed ẽt ꝓ re emphy. contra illũ, ad quem de iure pertinet. Insuꝑ & alia rõne uidetur, ꝙ succũbere dẽat D. Catharina, quia constare non vr̃, ꝙ dicti hæredes illam molestauerint, & ꝙ contra prohibitionẽ fecerint, & per cõsequens nõ probat̃, ꝙ purificata sit cõdõ, sub qua illa fuit instituta. Nã ante interpellationẽ nõ cõstat, ꝙ
5 illi habuerint scientiã testi. Et in dubio præsumit̃† ignorãtia in hærede ẽt extraneo ante aditã hęreditatẽ, ut probat̃ ex no. per Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uer. ob. in 3. q. ubi aliud dicit post aditam hæreditatem, per rationem, quæ cessat, antequam hæreditas adeatur. Si igitur molestia fuit illata per ignorantiam, cessat pœna, quia non punitur ignorantia. l. genero. cum ibi plene no. per Bar. de his qui no. infam. Et ubi etiam facta fuisset & illata scienter, pœna diceretur remissa, per illam interpellationem sequentẽ, dum interrogantur ad instantiam do. Catherinæ, intendat seruare uoluntatem D. Francisci, uel contrauenire, argum. l. in diem. de in diem add. & no. in l. 2. C. de iure emph. & in l. Aemilius. ff. de minor. ubi dicitur per gl. & Barto. quod per interpellationem creditoris uidetur debitori mora pcedens remissa, durante ẽt termino ad rñdẽdum dictæ interpellationi, pœna etiam cõmiti nõ potuit, arg. l. fi. §. donec. C. de iure deli. & quia dilatione pendente, & c. l. siue pars. C. de dilatio. nec etiam ex interlocutoria iudicis declarantis in partis contumaciã eã haberi pro respõdẽte, prout est illi deterius, iux

xta.l.de ætate.§.qui tacuit.de interro.actio. uidetur habere locum priuatio, & translatio, quia fuit nulla pp appellationem prius interpositam a pcepto & ab aduocatione possessionis,& inhibitionem subsequutam.c.non solum.de appell.in 6. & per Bar.in l.eius,de appell. recip. immo uidetur etiam appellatium a breui dilatione concessa ad rñdedum interrogatorio,de qua prius conquæstus fuit, ut patet ex uerbis generalibus appellationis interpositæ uiua uoce,ideo etiam absque inhibitione uidetur,quod non ualuerit processus iudicis a quo,cap. dilectus filius Sarracenus.de rescr.ubi probatur,ſm do.Ant.& Imo. ꝙ processus factus per iudicem a quo,super articulo, a quo fuit appellatū,uel super connexis & dependentib.ab illo, nō ualet ēt ante inhibitionem. Et hoc ēt uult do. Abb. in c.super eo. de appell. Cum igitur non probetur implementum cōdōnis sub qua fuit instituta do. Cathar.sibi non potest competere bñficiū d.l.fi.ſm Bar.ibi.uersi.quæritur,utrum substitutio,&c.Prçterea ex quo prius cœpit alio remedio uti,cogitur in illo persistere,& ei obstat exceptio litis pendentiæ,authē. qui semel.C. qūo & quan.iud. Sed quamuis præmissa parum intuenti multū uideantur urgere, illis tñ nō obstātib.cōtrariū de iure puto verius. Et pmitto, ꝙ pcessit legatū factū uxori de vsufructu, seu commoditate utendi & fruendi. Et casu quo in illo inquietaretur,& in illa molestaretur uxor de iure uel de facto per hæredes infrascriptos uel aliquem eorū, illam instituit, ac postea instituit prædictos de Moltia,ſm ordinem,de quo in testō. Et sic instō prędictorū sequit legatum factum do.Catha.& ēt instōnē de ea factā, quia igit pcessit instō facta de uxore sub illa condōne,si molestabit in d. legato a dictis hæredib. vel ab aliquo eorū,sequēs instō facta simpliciter de prædictis de la Moltia dr ab initio & ab origine facta sub contraria condōne, s. si nō molestabitur uxor a prædictis uel ab aliquo eorum, ut pro
6 bat in l.pater.§.filiam.de le.3.Ex quo no.ibi Bar.ꝙ † ubi pcedit ꝓhibitio, & sequit dispositio simplex, ꝙ illa cēsetur facta sub condōne,s.si factum fuerit contra prohibitionem.Et idem dicit Pa. de Ca.in d.l.1.C. de his quę pœnæ nom. Sic ergo qū instituitur uxor, si molestabitur ad hæredib.infrascriptis, uel ab aliquo ipsorum,& deinde illi instituūtur simpliciter, dēt instō illa dici condōnalis ab initio & statim,s. si uxorē nō mole-
7 stabunt.Scdo istud confirmatur: nam † ubi præcedit simplex instō & sequitur cōdōnalis adēptio,uel translatio, intelligitur pcedens instō facta sub contraria condōne. l.aliquando.de cōdō.& dēmō.in specie per Bar.in d.l.paterfa.dū dicit,ꝙ si præcedit instō simplex,& sequit exhæredatio cōdōnalis,q̃ est adēptio uī instō facta sub condōne contraria. Si uerbo institutio pura ab initio efficitur condōnalis propter sequentem ademptionē conditionalem, eadem ratione, & multo magis si præcedat instō conditionalis in pœnam hæredis instituendi,debet institutio sequens dici ab initio concepta sub conditione cōtraria, argumento.l.patre furioso,de his qui sunt sui uel alieni iuris, Et quia magis debet operari circa institutionem simplicem instō condōnalis præcedens facta de altero in pœnā quam si sequatur,arg.l.quisquis.cum ibi notatis,maxime per Bar.de leg. 3.Tertio istud confirmatur,nam dicta institutio uxoris præcedens sub illa cōditione, si molestabitur ab hæredib.infrascrip. uel ab aliquo eorum, habet se ad sequētem simplicē institutionem tanquam protestatio quędam derogatoria, quasi dictum sit & actum,quod hæredes infrascripti sint hæredes,si non molestabunt,uel aliquis eorum non molestabit uxorem in legato sibi facto,& non aliter,nec alio modo, ut probatur ex notatis per Bar.in l.ita stipulatus.la grande.de uer.oblig. in prima oppositione.ubi dicit,quod si inter contrahentes actum sit in præfationibus de apponenda certa die in stipulatione, & deinde sequatur stipulatio aliqua die non expressa,non ualet,per illum
8 tex.Et est ratio,quia † protestatio derogatoria declarat in futurum abesse consensum.l.qui in aliena.§.Celsus.de acq.hęre.sed si contrahētes agunt, quod certa die promittatur, uidetur tacite agi,quod absque die non ualeat,quia quod uno casu est permissum,alio uidetur esse denegatum l.statu liberum.§.Stichū. de lega.2.& l.Imperatores. de postulan.Sic & in casu nostro, cum prius prohibeatur uxor molestari, & casu quo ab hæredibus uel ab aliquo eorum molestetur, instituit testator uxorem,uidetur ex hoc uoluisse,quod institutio sequens locū habeat alio casu non prouisio,s. si uxorem nō molestabūt,q̃a de negatum dictis hęredib.uno casu,uidelicet si molestabūt,uidetur alio casu concessum.s.si non molestabunt. Alia etiam, & sic quarta ratione istud paulo post cōfirmabitur. Et si forte dicatur ꝙ licet legatum vsufructus, & ea quæ sequūtur ex illo.i. prohibitio molestationis,& subinde instō uxoris,pręcedat instōnem simplicem aliorum hæredum ſm ordinem scripturæ, tamen ſm ordinem intellectus illa instō hæredum videt præcedere omnia prædicta:quia dictum legatum, & alia,quæ pendent ab illo,nō potest effectum sortiri,nisi aliq̃s eorū sit prius hæres.l.si nemo.de test.tu.& l.eam quam.C.de fideicō. Ad hoc respōdet,ꝙ in casu nostro assumptum est falsum, quia immo dictum legatum potuit confirmari & est confirmatum absque aditione alicuius eorum, ex eo q̃a D.Catharina nedum ī vsufructu,sed etiam in omnibus bonis mobilib.fuit hæres instituta.Statim ergo,ꝙ illa agnouit & adiuit,fecit,omnia in testamē to contenta sūt confirmata,& instō aliorum potuit in suspenso stare,ac etiam deficere ex defectu condōnis;quia per aditionem instituti in re certa testm̄ & omnia in illo contenta confirmant statim,etiam si cohęredem habeat vniuersalē,secundū Bar.in l.ex facto.la grande.de hær.inst.& Ang.Sal.& Alex.in l. quoties.C.eo.ti.& in consi.58.3.vol.inc.Habita super narratis vbi dicit ꝙ ita solitus est tenere legendo & consulendo. Et ꝓpterea ſm vtrūq; ordinem præcedit legatum & alia, de quib. supra. Concluditur ergo ex prędictis, ꝙ dicta instō illorum de la Moltia originaliter & ab initio dr̄ concepta sub condōne si aliquis ex eis non molestabit uxorem testatoris in relicto sibi facto,perinde ac si ī ipsa instōne & in actu instituēdi fuisset dicta cōdō expressa. Ex hoc infertur primo,quod frater Ludouicus non potuit adire,& quod mediante sua aditione non est factus hęres,quia dicta condō,sub qua fuit institutus,non erat adhuc purificata.l.is qui hęres.in princ.de acq.hæred.& no. in
9 l.is potest.eod.ti.quæ condo,cum† sit negatiua, potuit haberi pro impleta mediante cautione Mutiana.l.Mutianæ. de cond. & demon.Et idem etiam si ab initio non fuit sua institutio conditionalis, sed pura,& sequuta esset ademptio sub conditione, quia facta intelligeretur sub contraria conditione. Et sic quo ad hunc effectum non est differentia inter unam instōnem, & alteram. Secūdo infertur,ꝙ per molestiam ab uno illatam uxori,quod deficit omnis institutio, & substō facta de prædictis, & sic etiam aliorum, qui non molestarunt, quia quotiescunq; dispositio ab initio, & originaliter est concepta sub conditione adimplenda a pluribus,si vnus solus non implet, deficit cōditio & dispositio quo ad omnes, & sic etiam in præiudicium eorum,qui adimpleuerunt.l.si ita scriptum.in princ.de manumiss.testam. Secus autem si ab initio fuisset pura, & efficeretur postea conditionalis, propter ademptionem factam sub conditione.d.l.paterfamiliàs testamento,de hæred.inst.quæ isto casu loquitur,prout etiam ibi declarat Bar. & inter prædictos casus differentiam facit,per iura prædicta. Et cum eo transit Ange.& Imo. Nam diceretur institutio pura ab initio, & demum data sub contraria conditione si post illam iam factam prohibuisset testator uxorem molestari,& illam īstituisset casu, quo molestaretur,sed in casu uostro præcessit legatum & prohibitio de non molestando uxorem in illo, & institutio uxoris, si molestaretur, deinde facta est institutio simplex illorum de la Moltia. Ideo isto casu dicitur ab initio & originaliter esse conditionalis,perinde,ac si expresse fuissent instituti, & substituti,ipsi uel aliquis eorum non molestaret uxorem in relicto sibi facto. Et ideo sicut isto casu uno molestante, & sic illo non implente,omnes excluderentur ex defectu conditionis secundum Bart,& alios, in dicta l.paterfamiliàs.per d.l.si ita scriptū. Ita etiam in casu nostro,qui non differt à pręcedenti,ut probatur concludenter ex iam dictis. Et alia ratione confirmatur, quoniam testator post institutionē vxoris conditionalem subiunxit,quod ita volebat & disponebat seruari omnino,& omni meliori modo. Si ergo uoluit, quod illa institutio uxoris facta, si molestabitur, etiam ab uno solo ex infrascriptis hæredibus, ualeat omni meliori modo, &c. Ergo sequitur, quod simplex sequens institutio prædictorum de la Moltia sit conditionalis ab initio, quia iste est melior modus, quo mediante posit sortiri effectum dicta institutio uxoris superueniente molestatione, quia si diceretur pura institutio prædictorum ab initio & resolui ex post sub conditione, uno solo con-

trafaciente,alij non priuarentur hæreditate, nec priuari possent.dict.l.paterfamiliàs.quod est cõtra id, quod testõr voluit & disposuit.Et ppea illa clausula,omni meliori mõ,operatur,
10 & operari† dēt,ꝙ instõ prædictorum de Moltia intelligatur taliter concepta,ꝙ vno solo molestãte vxorem, omnes illi remaneāt exclusi,& ꝙ vxor sola remaneat heres postquã sic disposuit testõr,& ordinauit:& sic,ꝙ illorum instiõ sit ab origine cõdõnalis eo mõ,quo dictũ est:quia sic operari solet dicta clausula similem effectũ,vt probatur ex no.per Bald.in l.vinum.ff. si cer.pe.& per An.de Bu.in c.literę.de dilatio. & in c.examinata.de iud.vbi dñt,ppter dictam clausulam non videt dispones se voluisse restringere ad specificata tãtum.& per Imo.in l.nemo potest.de leg.1.Et ideo si pater simpliciter aliqd legat filio apposita dicta clausula,omni meliori mõ,in testamento, intelligit legasse iure instõnis,vt debuit §.aliud quoque.in auth.ut cum de appel.cognos.secundũ Bal.in l.quoties.C.de hæred.insti. & Raph.in l.his uerbis.in prin.ff.eo.& Pau.de Cas.consilio 347.Super primo pũcto quæritor,&c.& Ale.in l. non omnis. §.fi.ad Treb.& in cons.111.aliàs 124.3.vol.inci.Post redditum consilium,&c.& etiam per eum de dicta clausula ad propositũ in consi.80.& 188.5.vol.ex hoc sequr,ꝙ per molestationem vnius solius,defecta est condõ, sub qua fuit institutus & substitutus qlibet prædictorum de la Moltia,& ꝙ purificata est cõdõ,sub qua do.Catharina fuit instituta,& per consequens, ꝙ illa potuit adire & intētare remedium.d.l.fi.C.de edi.diu.Adr.tol.Superest ergo solum ad allegata in cõtrarium respondere. Et ex his,quæ proximè dicta sũt,manifesta responsio colligit ad l.paterfamiliàs testamēto,quæ magis videbatur obstare, qa
11 vt dictũ est,loquitur† quando instõ fuit ab initio pura,& postea fuit resoluta sub condõne,& locum nõ habet, quando ab origine est condõnalis,vt in casu nostro,ſm Bar.& alios ibi.Secũdo non obstat, quòd illi de la Moltia non potuerint grauari in vsufructu rei propriæ pendente condõne, sub qua fuerunt vocati,quia quamuis grauamen non valeat per modum dispõnis,potuit tamen eorum instõ concipi sub illa condõne,si non molestabunt vxorem,& illam instituere,si molestabunt, & sic
12 excludi ab hæreditate ex defectu condõnis. Nec obs.ꝙ† non potuit fieri per viam condõnis,quod est prohibitum per viam dispositionis l.Seius & Augerius.ad leg. Falc.quia illud procedit,quando lex resistit,secus si non assistit,secũdum Bar.& docto ibi,per l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.obl.Quando autem grauatur ille,qui non est honoratus,lex non resistit,sed non assistit,vt probatur in d.l.ab eo.in versic.non potest præsentis tē poris.iuncto d.§.alteri.& declarat Bar.in l.cum lex.de fideius. ideo prædicti potuerunt, casu quo molestent vxorem in vsufructu legato,excludit ex defectu condõnis.& vxor instituit.

¶Nec etiam dici potest,ꝙ onus videatur dilatum in tēpus,quo illi poterunt admitti:quia verba testamenti repugnant expressè.Ex quib.clare probatur,ꝙ testator voluit,quod eius morte sequuta,consequeretur vsumfructum purè, & sine dilatione, & igredi posset propria authoritate: & ꝙ etiam senserit de vsufructu rerum & bonorum emphyteuticorum verba testamenti vniuersalia demonstrant, quæ comprehendunt vsumfructũ omnium bonorum possessorum per dictum testatorem tem-
13 pore testamenti & mortis:quæ† cum sint prolata ab homine, non recipiunt restrictionem,secundum Bart.in l. generali. §. vxori.de vsufruct.leg. & præsertim cum dicatur omnium bonorum suorum quoquo mõ immobilium possessorum, &c. Nam verbum illud quoquo modo pręsertim includit dicta bona,vt per Barto.in l.specie,in dicto §.vxori.& probatur in l.1. ff.de testamen.mili. & in l.quidam.§. 1.iuncta gloss.in uerbo, quoquo mõ.de fideicommiss.liber.quæ vult,quòd per illam dictionem,sub prohibitione alienationis veniat alienatio necessaria,quæ aliàs non ueniret.Ponderanda sunt etiam illa uerba, omnium & singulorum,&c. quæ sunt geminata, & quæ operantur ultra id,quod operari solet uerbum simplex ut nota. in cap.ut circa.de electio. in uerbo,omnia & singula. & per Baldum in additio. Specia.in titul. de empti. & uend.in 2.colum. Facit,quod nota.in l.balista.ad Trebellianum,& in l.cum scimus.C.de agri.& censit. liber. 11. ¶ Non obstant insuper dũ dicebatur,quòd onus iniunctũ dictis hæredibus erat impossibile,cũ nõ possint hæredes ĩ re emphyteutica usũfructũ cõstituere,nec cõmoditatē ppetuã vtēdi cõcedere sine licentia dñi,
1 *Renunciatio fideicommissi non ualet nõ inspectis, cognitisq; uerbis testamenti.*

2 *Renunciasse quis non uidetur fideicommisso, quod ignorabat.*

3 *Renuncians omni iuri sibi competenti, an fideicommisso renunciasse uideatur.*

4 *Per non factum animus declaratur, & aditio inducitur.*

5 *Dispositio legis etiam odiosa & strictè interpretanda, quando extendatur, & quid in dispositione hominis.*

6 *Pactum generale trahitur ad incognita, quia de his intelligitur cogitatum.*

7 *Renunciari an possit. l. de his. de transactionibus, & quid cum iuramento.*

8 *Paria sunt dicere, lego pro dote, uel animo compensandi cum dote.*

9 *Ex diuersitate scripturarum præsumitur diuersitas quantitatis & ex diuersitate summarum.*

10 *Pluralitas præsumitur, quãdo a diuersis testatoribus eadem res legatur, uel diuersis personis, uel hæredibus reliquit.*

CONSLIVM CLVI.

CIRCA processum agitatum inter do. Cassandrã agentem ex una, & do. Bellam se defendentem ex altera, de duobus dubitatur. Et primo, an d. do. Cassandræ iure fideicommissi dẽatur hæreditas mater. Secundo, utrum legata sibi relicta in testamento aui, patris, & fratris possit petere. Quo ad primum uidetur prima facie dicendum ꝙ sic, quia de fideicommisso apparet ex testõ matris. Et ex deductis in processu constat & probatur, ꝙ est purificata condõ, & ꝙ euenit casus relicti fideicõmissi. Nec ab eo uidetur exclusa do. Cassandra per aliquam re-
1 nunciationem: quia si de aliqua † apparet, facta fuit non uisis, nec cognitis uerbis dicti testamenti. l. de his. de transac. & in l. 1. in princ. ff. quemadmod. testamen. aper. & plenè per omnes in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig. Nec uerba generalia trahuntur ad ea, quæ pendent ex testamento. ut no. in l. tres fratres. de pac. & præsertim, quia præsumitur, quod ignorauerit contenta in testamento matris, in quo alius fuit institutus. l. uerius. C. đ prob. & probatur ex no. per Bar. d. §. duo fratres,
2 3. quæst. ideo non uidetur † dom. Cassandra renunciasse iuri fideicommissi, quod ignorabat sibi competere. lege mater decedens. C. de inoffic. testament. & l. Clodius. & ibi per Barto. & alios, de acquir. hæred. & l. nec is. §. fin. eod. titu. quamuis etiam remiserit omne ius, quod habebat, uel in futurum sperabat habere in bonis maternis, quia hæc uerba possent importare renunciationem fideicommissi, quando cõstaret quod renuncians de eo notitiam habuisset uere, uel præsumptiue, sed secus est, quando fuit ignorans, uel ignorasse præsumitur, secundum Barto. in d. §. duo fratres, in 6. quæst. Et facit etiam, quod dixit in quæstione præceden. Et ex hoc sequitur, quòd iuramentum in hoc nihil operatur ratione deficientis consensus, quem iuramentum non supplet, & quod non operatur ultra consensum. l. fina. C. de non nume. pecu. & l. fina. qui satisda. cogan. & notab. Barto. in l. si quis pro eo, de fideiussor. in 8. membro. ¶ Sed præmissis non obstantibus contrarium
3 de iure puto uerius. Et primo, quia † d. domina Cassandra re-

pudiatio expressa, sed simpliciter protestatur, ꝙ per actũ, quē faciet, non intendit adire. Nam ex huiusmodi protestatione nō inducitur repudiatio, sed solum declaratur, quod non vult ex illo actu adire, quod contingere potest, etiam si non repudiet, quia est dare medium inter aditionem & repudiationem. Sed quando ille qui facit actum contrarium protestationi, non potest hæres esse, sicut quando prius repudiauit expresse, tūc vult etiam Bar. ꝙ ex illo actu non inducatur aditio, maximè respectu aliorum, puta creditorum, cum quibus actus non geritur.
4 Nec ob. d.l. pro hærede. §. Papinianus. † ubi per actum contrarium repudiationi inducitur aditio & intelligitur a repudiatione præcedēti recessum, quia ille text. loquitur in filio, qui prius se abstinuerat, & qui adhuc poterat a dicta abstensione recedere, & de nouo adire, ſm gl. ibi per l. fi. C. de repu. hære. & l. si qs suus hæres. ff. de iure deliber. Sed in alio hærede, qui suus non sit, secus est d. l. sicut. de repudian. hæredi. Et quia post repudiationem prædictorum domina Camilla filia testatoris quę agnouit institutiones factas in reb. certis effecta fuit hæres uniuersalis; quia illi accreuit tota hæreditas repudiata, ſm opinionem magis communem, quam tenuit Odofre. Gulieł. Fran. Tigri. Sali. & Pau. de Cast. in d. l. quoties. & Bar. Bal. & Imo. in l. ex facto. la grande, de hær. inst. Ang. & Imo. in l. 1. §. si ex fundo. &
5 Bart. in l. quoties. §. si duo. eo. ti. † In quibus locis concluditur, ꝙ hæredi instituto in re certa accrescit tota hæreditas, si cohæres uniuersalis repudiet hæreditatem, sicut habet locum ius accrescendi de tota hæreditate, quando nullus fuit datus cohæres hæredi in re certa d. §. si ex fundo, quia utroque casu est eadem ratio. Et eandem opinionem sequitur etiam Alexā. in d. l. quoties. Ex quo sequitur ꝙ d. do. Camilla obligatur creditoribus, & omnibus aliis oneribus hæreditariis. l. 1. C. si cer. pet. cū vulgaribus. Nec præmissis obst. quod satisfactum est dictæ do. Camillæ de aliis rebus non legatis per hæredes, qui repudiauerant, quia etiam habuit & cōsequuta fuit aliquas res sibi iure institutionis relictas in testamento, & quo ad effectum dicti iuris accrescendi satis est, quòd agnouerit aliquam ex dictis rebus relictis, quia ex hoc apparet, quod illas consequuta fuit ex testamento, & non ex alia causa. Et sic militat eadem ratio isto casu, quæ militat, quando omnes res ex testamento consequit. Et prædicta procedunt, & locum habēt, si nulli supersint fili masculi ipsius do. Christophori, & do. Palauicini. Sed vbi extarent prædicta, simpliciter & indistinctè locum non haberent. Nā testator prædictus, ut dictum est, instituit hæredes uniuersales, & omnes & quoscunque eorum filios masculos casu quo tempore obitus præfati domini testatoris essent mortui, &c. Et sic filij prædictorum sunt substituti vulgariter hæredibus institutis
6 in casum impotentiæ, † qui casus extēditur etiam ad casum voluntatis. l. Gallus. §. & quid si tantum. & ibi per Bar. & alios de lib. & posth. & per Bar. & omnes, in l. 1. de vulg. & pup. Quia ergo dicti filij ex dicta vulgari substōne vocantur post repudiationem hæredum institutorum ad hæreditatem repudiatā, nō potuit dicta hæreditas accrescere dictæ dominæ Camillæ, si p-
7 dicti substituti adhuc non repudiauerunt hæreditatem, † quia substitutio vulgaris impedit ius accrescendi. l. 2. §. si duo. de colla. bon. l. vnica. §. in primo. & §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Et consequenter non potest d. do. Camilla a creditoribus hæreditarijs conueniri, quia dicitur cohæredes habere d. l. quoties. Vnde an ipsa teneatur creditoribus uel non, pēdet extantibus dictis filijs masculis prædictorum hæredum a futuro euentu, quia si repudiabunt hæreditatem prædicti substituti, tenebitur per dicta superius. Si vero adibunt hæreditatem, illi creditoribus tenebuntur, & non domina Camilla, d. l. quoties, prout etiam dicunt Doct. in d. l. quoties. & in alijs locis præallega-
8 tis, qui dicunt † ꝙ pendet a futuro euentu, vtrum deliberante hærede uniuersali institutus in re certa habeatur loco legatarij vel hæredis uniuersalis, quia si quidem dictus hæres adhibit, habebit loco legatarij. Si vero repudiabit, habebit loco hæredis, quo ad hoc tñ, ut excludat q̄rela, & quoad hoc, ut possit institutus in re certa illam capere propria authoritate, habetur loco hæredis omni tempore, & sic ēt antequā cohæres adeat vel repudiet, secundum Doct. in dictis locis. Et ideo do. Camilla potuit dictas res sibi relictas propria authoritate capere quamuis substituti adhuc non essent exclusi. Sed an quo ad aliā habeat ꝑ hærede vniuersali, & sic an creditorib. hæreditarijs teneant,

pendet a futuro euentu in casu prædicto ut dictū est. Et ex pmissis infert ad aliud de quo q̄rit, uidelicet utrū coloni partiarij do. Camillæ sint exempti. Nam si illi accreuit tota hæreditas patris, & sic facta sit eius hæres uniuersalis, certum est, ꝙ coloni prædicti sunt exempti uigore 14. capituli laudi & arbitramēti, in quo concedit immunitas & exemptio bonis dictorum fratrum pro se hr̄dibus & successorib. iuncto alio c. 30. quo cauetur, ꝙ massarij & fictabiles, qui pro temporibus erunt, & qui nihil habent sint exempti. Nam sicut fictabiles dictorum fratrum sunt immunes uirtute dictorum capitulorum, & hoc negatur, ita etiam fictabiles heredum suorum uniuersalium dēnt esse exempti, ut est expressum in d. c. 14. Quinimmo priuilegium dictæ immunitatis de iure etiam competit massarijs singulorum successorum in dictis rebus. Quoniam ex d. c. 14. priuilegium immunitatis conceditur bonis, & ꝙ sic est reale, & non personale, ut patet ex illis uerbis, uidelicet, ꝙ bona uniuscuiusq; ipsorum dominorum fratrum remaneant libera & exempta, &c. Et quamuis subijciatur, pro se hæredib. & successorib. & quib. dederit, &c. Nihilo minus ꝑ hmōi uerba sequentia nō desinit priuilegium esset reale, immo magis ex illis declaratur, ꝙ sit reale, & quod transeat ad quemcūq; successorem etiā singularem, ad quem transeant dicta bona. Et hoc significant, & important illa uerba, & quib. dederit, quæ uerificantur ēt in quocunq; singulari successore. c. 1. de feud. non ha. prop. nat. feud. & per Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerb. oblig. in 5. q. ubi dicit, quod per illa uerba, & pro se & illis quib. bona concedere uoluerit, intelligitur data licentia alienandi, & sic referūtur ad quemlibet successorem singularem, per tex. in d. c. 1. cum quo transit Alex. in eo. §. super 8. q. Bar. Cum ergo in 30. c. dicatur, quod massarij & fictabiles, qui nihil habent sint exempti, referendo illud ad. 14. c. prout referri dēt, sequitur, ꝙ siue habeatur relatio ad bona, siue ad personas ibi expressas, inter quas etiam continentur singulares successores, ut dixi, ꝙ massarij prædictorum sunt exempti, quia ubi bona sunt exem-
9 pta, & sic quando priuilegium† est reale, illud etiam transit ad colonos exemptorum, ut probatur ex no. per gl. in clem. 1. de dec. & per Doc. in c. ex pate. j. deci. ubi habetur, ꝙ priuilegium conceditur terræ, puta ꝙ talia prædia non subiaceant oneri decimarum, ꝙ tūc coloni non cogūtur soluere decimam. Secus si priuilegium concedatur personę. Vnde siue c. 30. intelligatur de colonis dictorum bonorum exemptorū, siue de colonis hæredum & successorum etiam singularium, qui continentur sub illis uerbis, & quib. dederit, certum est, ꝙ dicti coloni sunt exēpti. Et quamuis etiam obseruetur, & retro obseruatum sit aliter quo ad illos qui sunt singulares successores ex actu, & contractu inter uiuos, tamē talis cōsuetudo contra uerba laudi nō dēt extēdi ad singulares successores ex ultima uoluntate, & maxime ex titulo instōnis, quia isti non sunt singulares successores simpliciter, sed participant de singularibus, & etiam de uniuersalibus ſm Bar. & Doc. in d. l. quoties. de hæredib. instituen
10 dis. Sicut dr̄, † ꝙ consuetudo cōtra ius extenditur de casu ad casum, neq; de ꝑsona ad ꝑsonam, ſm Cyn. in l. 1. C. quæ sit long. consue. & An. de Bu. in c. fin. de consue. & facit, ꝙ no. Bar. in l. 1. §. si quis autem propter. de itin. actuq; priua. cum conc. Et sicut etiam dispositio contra ius in casu simplici non trahitur ad casum mistum, ſm Doct. in l. 2. in prin. de uer. ob. per. l. uim passam. §. præscrip. de adul. Ita etiam consuetudo contra laudum in simplici singulari successore non dēt trahi ad successorem, qui participat tam de vniuersali, quam singulari. Et ita de iure puto concludendum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vbi appellatione hæredum ueniunt filij, requiritur quod sint filij & hæredes. nu. 5.*
2 *In relicto facto cognatis, uel familiæ, ueniunt illi, qui sunt nati uel concepti tempore testamenti, uel tempore mortis testatoris.*
3 *Appellatione hæredum masculorum ueniunt descendentes tantum.*
4 *Vocati per uerbum, instituo, mere directum uidentur substituti uulgariter.*
6 *Vbi ab homine fit mentio de hærede, intelligitur de legitimo.*

Hæredum

7 *Hæredum masculorum appellatione ex proprietate uerborũ ueniunt etiam extranei.*
8 *Participium resoluitur in relatiuum & uerbum.*
9 *Verbum, hæres, est nomen collectiuum comprehendẽs omnes in infinitum.*
10 *Verbum, instituo obliquatur propter clausulam codicillarem.*
11 *Verbum, instituo, & uerbum, substituo, quomodo accipiantur.*
12 *In testamentis et in materia fauorabili appellatione hæredum uenit hæres institutus in re certa.*
13 *Hæres in re certa non est proprie hæres.*
14 *Interpretatio illa capienda est, per quam actus sustinetur.*

CONSLIVM CLVIII.



VISO elegãti consi. & additionib. ad illud factis excellentissimi do. Bartolomæi Socini do. & præceptoris obseruãdissimi, & oĩb. mature & diligenter cõsideratis, & alijs quoque, vr̃ prima facie dicendum, ꝙ do. Nicodemus & do. Iac. non dicantur vocati iure fideicommissi ex testamento do. Marini antiquoris. Et primo, qa licet appellatione hæredum masculorũ d. Petri & Andreę eius filij veniant omnes agnati masculi prędictorũ præsertim ꝓpter verba sequentia, videlicet de iure succedẽtes eisdem, vt cõcludit præfatus dominus consultor, tamen prędicti do. Petri & Andrææ ꝓpter qualitatem importatam ꝑ verbum hæredes masculos, per quam declaratur, ꝙ sensit de agnatis, requiritur, ꝙ in persona agnati concurrat dicta qualitas expressa, & sic ꝙ sit agnatus & hæres prædictorum. Sicut vidi-
1 mus† ꝙ vbi appellatione hæredum veniũt filij, oportet etiam, ꝙ filius, sit heres ad hoc vt includatur sub verbis, vt no. in l. ex facta. §. si. & ibi Bar. & alij, ad Treb. Et sic etiã videmus, ꝙ si feudũ sit receptum ꝓ se & hæredib. quamuis intelligatur de hæredib. sanguinis, oportet tamen, ꝙ sint hæredes. Et iõ nec filius, nec etiam agnatus isto casu feudũ haberet, si heres inuestiti nõ esset, ẜm And. de Isern. in c. 1. an agn. vel fil. & Iac. de Bel. & moder. in ti. de eo, qui sibi & hæredib. suis. & per Ale. in consi. 19. 5. vol. cum concord. Et facit, quo vult Bar. in l. iurisiuran. §. si lib. de opeer. liber. dum concludit, quod ad emphyteusim receptam pro se, filijs & hęredib. non veniũt filij, nisi sint hæredes. Cum ergo prædicti do. Nicodemus & do. Iacobus non sint hæredes do. Mainardi & Andrææ mediate vel immediate, quamuis sint agnati, nõ videntur vocati ex illis verbis, & hæredes masculos ipsorum Mainardi & Andrææ de iure succedentes eisdẽ per quæ, vt dixi, agnati non vocantur simpliciter, sed agnati hæ
2 redes. Secundo facit, † qa in relicto facto cognatis vel familiæ, veniũt illi tantum, qui sunt nati vel concepti tempore testamẽti, vel tempore mortis testatoris l. cum ita. §. in fideicommisso. de leg. 2. & in l. si cognatis. de reb. dub. Et ideo quamuis agnati prædictorum dicantur vocati, videntur solum dẽre admitti qui prædictis temporib. erant in rerum natura, & non do. Nicodemus, nec do. Iacobus, qui etiam concepti non erant tẽpore testamẽti, vel tempore mortis dicti testatoris. Quinimmo ex quo vt infertur, testator non erat de familia nobilium de Zabarellis, & sic vocauit agnatos nõ proprios, sed tertij, uidetur solum sensisse de agnatis extantibus tempore testamenti, ẜm Bar. in d. l. si cognatis. col. vltim. per. l. si ita. de aur. & argen. leg. præcipuè in casu nostro, quo vocati sunt agnati non simpliciter, sed de iure succedentes eisdem. Per quæ verba vltima sine dubio nõ videtur intelligi de concipiendis post mortem d. do. Mainardi & Andrææ, qui ab ĩtestato illis de iure succedere nõ possunt. l. 1. §. si quis próximior. ff. vnde cogn. & in l. Titius de suis & legi. Quinimmo non uidentur uerba prædicta comprehendere omnes agnatos etiam conceptos dicto tempore, sed proximiores duntaxat, qui solum succedunt de iure exclusis remotioribus. l. post consanguineos. §. j. & seq. de suis & legitim. hæred. instit. de legi. agn. success. in princ. & §. si tamen plures. Et sic aliud est relinquere agnatis domini Mainardi & Andręę simpliciter, quo casu uiderentur uocati omnes etiam remotiores existentes saltem tempore mortis eorum, ordine tamen successiuo, dicta l. si cognatis. cum ibi no. per Bartolum, & in l. cum ita. §. in fideicommisso. & aliud est relinquere agnatis ipsorum de iure succedentes eisdem, quia per illa uerba de iure, &c. adiecta sine copula, uidetur restricta significatio nominis collectiui ad agnatos proximiores tempore mortis prædictorum, vt in iuribus præallegatis. d. l. ea tamen adie-
4 ctio. de lega. 3. Confirmantur etiam prædicta, † quia appellatione hæredum masculorum ueniunt descendentes tantum, nedum ratione absurdi euitandi, vt in casu Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de testa. in fi. quem allegat primus dominus consultor, sed simpliciter & absolute, ẜm Bal. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. ꝙ posth. per c. j. §. & si clientulus. de alien. feud. cum quo transit Pau. de Ca. Raph. & Ale. ibi. Nec per verba sequentia, videlicet de iure succedẽtes eisdem, videtur voluisse ampliare significatum dictorum verborum, ut includant agnatos transuersales, sed potius restringere d. l. ea tamen adiectio. & sic ꝙ includantur descendentes illorum & proximiores tantum tempore mortis eorum, & non remotiores, qui eisdem de iure nõ succedunt. l. si quis filio exhæredato. in prin. de iniust. rupto testa. & l. si quis posthumos. §. si filium. de lib. & posthu.
5 Vltimò facit, † quia cum omnes sint vocati per verbum, instituo, mere directum, licet hæredes domini Mainardi & Andreę tacite videantur uocati post mortem eorum, quia viuens non habet hæredem, vt declarat Barto. in d. l. Gallus. §. quidam recte. videntur tamen substituti vulgariter tantum, & in caput impotentiæ, quæ trahitur etiam ad caput uoluntatis. eadem. l. §. & quid si tantum. & ibi per omnes. Et sic per aditionem dicti do. Mainardi, & Andreææ expirauit. l. post aditam. C. de impube. & aliis substi. Non autem possunt dici isto casu per fideicõmissum substituti virtute etiam clausulæ codicillaris iuxta no. per Ang. & Doc. in l. verbis ciuilib. de vulg. & pup. Quia cum, vt dixi in principio, non posit substitutus admitti, nisi sit hæres grauati fideicommisso mortuo grauato reperiretur sibi semetipso relictum, quod esse & fieri non potest. l. plane. §. si duobus, de legatis primo. Vocatus ergo post mortem honorati, censetur compendiosè, & sic etiam per fideicommissum substitutus, ut per glos. & Fulg. clarius in l. in testamento. C. de testa. mili. quando per fideicommissum potuit ei relinqui. ꝙ nõ est in casu nostro, vt est dictum. Ideo ex defectu potestatis necesse est hoc casu dicere, quòd vocatus post mortem hæredis instituti dicatur substitutus in caput impotentiæ substitutionis vulgaris. Et ex his etiam cessare uidetur, isto casu disputa. Doctorũ in dicto §. quidam rectè, quærentium, vtrum plures uocati ordine successiuo virtute nominis collectiui, dicantur vulgariter tantum, uel etiam per fideicommissum substituti, quoniam in casu nostro non potest habere locum fideicommissaria substitutio ratione præmissa. Sed tamen præmissis non obstantibus, mihi placet conclusio primi domini consultoris, ꝙ testator videatur tantum de filiis masculis eorundem sensisse, vt idem dominus consultor etiam concludit, ultra allegata per eum probatur sua conclusio. Primò authoritate in terminis Alexan. quem non allegat, & est mirandum, in dicta l. ex facto. §. fina. in fin. ad Trebel. Nam ibi dicitur in text. † ꝙ ubi grauatur, quis si decesserit sine hæredib. quod est perinde, ac si dictũ esset, si decesserit sine liberis. Quærit autem Alex. post Rapha. quid si fuisset grauatus, si decederet sine hærede legitimo, & tãdem concludit, quamuis Rapha. dubitet, qđ habeatur perinde ac si dixisset testator, si decesserit sine hærede intestato, quia v-
6 bi† ab homine fit mentio de hærede legitimo, intelligitur de ꝑdicto per legem tertiam. §. de illo. ff. pro socio. Ita est ergo dicendum in casu nostro, cum uocauerit hæredes masculos de iure succedentes eisdem, quæ uerba idem significant, ac si legitimos hæredes expressisset d. §. de illo, & ibi Bar. ut intelligantur uocati omnes agnati successuri ab intestato, quamuis si hæredes masculos sine illa clausula de iure succedentes eisdem nominasset de descẽdentib. masculis intelligi deberet, per allegata in cõtrarium. Et quamuis Alexander in loco præallegato videatur uelle, qđ ẽt cognati ab intestato succedẽtes sub illis uerbis includantur, in casu tamen nostro dicuntur exclusi propter uerbum, masculos, per qđ fœminæ & coniũcti ex eis intelliguntur exclusi & inclusi solum oẽs agnati masculi successuri ab intestato de iure communi uel ex forma statuti, ut statim dicetur. Secundo ista opinio ratione efficacissime confirmatur. Nam testator instituit dominum Mainardum, & Andræam, & fi-
7 lios, & hæredes masculos illorum, † quorum hæredum masculorum appellatione, secundum propriam significationem ueniunt etiam extranei hæredes masculi, lege sciendum. de

verb.sign.& per Bar.& omnes in d.§.etiam si parente. Et quãuis ex adiectione illius verbi, masculos, dicta propria significatio restringatur ex coniecturata mente testoris ad descendentes, ſm Bald. & reliquos in d.§.dicta tñ restrictio solum fit, q̃n aliter testor significatũ dictorum bonorum nõ restrinxit. Sed vbi de restrictione & de interpretatione testoris ex verbis eiusdem apparet, tũc tacita & coniecturata interpretatio & restrictio cessat.l.cum ex filio.§.1.de vul.& pup.l.continuus.§.cum ita.de verb.ob.fatit.l.fin.C.de pactis conuen. & quod habetur in l.si cũ dotẽ.in prin.sol.ma. Cũ ergo post verba pdicta subiũxerit, de iure succedentes eisdem, perinde fit, ac si dixisset, q̃ de iure succedũt eisdem, quia participium resoluitur ĩ relatiuũ, &
8 verbũ, ſm gl.in clem.1.in verbo, dignitatib.de præbẽ.† & Bar. in l.centurio.in eadem quæstione, quando sũt substituti pauperes Christi, de vulg.& pu.quod relatiuũ inclusum in dicto participio, & platum sine culpa, restringit verba gñalia, quæ præcedũt, cum qualitas per illud importata non conueniat cuilibet de genere d.l.ea tamen adiectio.& declarat Bar.in l.omnes populi.in prin.de iustitia & iure.& l.cunctos populos.C. de sum. trin. Nam quilibet heres immediate non succedit de iure, sed solum ille, cui ab intestato defertur hæreditas.l.3.§.de illo.ff.p socio. Extraneus.n. quamuis institutus immediate non succedit de iure, sed mediate, vt ibi declarat Bar.& Fulg. Et sic dicta verba pcedentia, quæ sui gñalitate hærede etiam extraneum includebant ex coniecturata mente testatoris, non patiũtur restrictionem, ad descendẽtes tantum, cum testator illa restrinxerit expresse, ſm quam excludit tm̃ hæredes extraneos, & includit omnes de iure succedẽtes eisdem, & sic non tãtum descendẽtes masculos, sed etiam agnatos masculos transuersales. Et insuper dicta restrictio, quæ ex uerborum propria significatione includebat etiam cognatos masculos, cum & ipsi de iure succedant, tacitam recipit interpretationem & restrictionem, vt in ea includantur solum agnati masculi, quia ex quo omnes fœminas exclusit, vt patet ex illo verbo, masculos, quod est inclusiuum masculorũ & exclusiuũ fœminarum, ſm Bar.in l.2.§.videndum.ad Ter.& in l.cum auus.de cond.& dem.præsumitur, etiam voluisse excludere cõiunctos ex dictis fœminis, ſm Bal. & Sal.in l.1.C.de cond. inser.cum concordantib.de quib. p modernos in d.§.etiam si parente. Et sic relinquitur atq; concluditur, q̃ ex expressa interpretatione testatoris, q̃ facit tacitam cessare, excludũtur solum extranei: & q̃ ex tacita, quæ ex coniecturata mente defuncti comprehẽditur, excludũtur etiam cognati masculi. Et sic remanẽt sub illo verbo, hæredes masculos, inclusi omnes agnati masculi. Per prędicta etiam responsio colligitur ad no.per Bal.in c.1.de natu.suc.feud.& in c.si pater.col. 17.de testa.in 6.vbi notanter voluit, q̃ in substõnib.appellatione hęredis veniat descendẽs tantum per no.p Spe.in ti.de test. §.in primis. quia illud procedere potest ſm tacitam & cõiecturatam interpretationem, quæ non admittitur stante interpretatione, & declaratione expressa testatoris, sicut in casu nostro. Præterea Ale.& Are.tenẽt contra Bald.in d.§.etiam si parente ex mente Bar.& aliorum, ibi. Postquam igitur vidimus, quod omnes agnati masculi sũt vocati, restat videre ſm ordinẽ præfati domini consultoris, quo ordine dicantur vocati. Et cõcludit, & recte, quòd dicantur vocati ordine successiuo, vt colligitur ex qualitate ĩportata ex illo verbo hæredes, quæ etiam ubi staret demonstratiue & necessario, non dẽret concurrere, tamẽ ostendit mentem testatoris fuisse, vt unus post mortem alterius non admittatur, quia uiuens non habet hæredem, secundum Ale.cum quo alij transeũt in d.§.quidam recte.& quia uer
9 bum, hæres, est † nomen collectiuum comprehendens omnes in infinitum.l.in annalib. C. de lega. ac etiam idem si caperetur p agnatis masculis simpliciter, sicut de hoc nomine, cognatis, declarat Bar.in dicta l.si cognatis.col. ultim. quo casu, s.quando plures uocantur sub nomine collectiuo, admittũtur ordine successiuo, ut ibi per Bar.& omnes in d.§.quidam recte. Et ultra prædicta hoc etiam potest confirmari propter illa uerba, de iure succedentes eisdem. Ex quib.patet, quod habuit testator respectum ad successionem, quæ successio habet relationem ad tempus mortis secũdum Bald.in l.2.col. 1. uersicu. item an ualeat pactum, &c.C.de iurei. emphy. quem etiam infra latius referam. Et voluisse videtur, quod vnus post mortem alterius admittatur. Et per hæc ultra dominum consultorem colligitur responsio ad notata per Bar.in l.si cognatis.in fi.dum vult, q̃ si relinquatur cognatis tertij, sicut ĩ casu nostro, præsupposito q̃ testator non sit de familia illorum de Zarabellis, quod omnes admittantur equaliter. Quia ex quo uocauit agnatos tanquam hæredes institutorum, quorum appellatione ueniunt omnes ĩ infinitum, etiam quando non de proprijs, sed hæredib.tertij disponit, ſm Bald.in l.fina.in 4.oppositione.C.de hæred.inst.& Raph.& Alex.in l.qui liberis.§. hæc uerba.de vulg. & pup. non est possibile, quod simul concurrant actualiter plures hæredes diuersi gradus, id est, hæres testatoris & hæres hæredis, quia si primus hr̃s tempore mortis testoris viueret, hæredẽ habere nõ posset, iõ ordine successiuo admittuntur, tanquam talis ordo sit necessarius. Et prędicta sunt etiam uera, quãuis qualitas imitata per illud uerbum hæredes, non debeat concurrere actualiter in persona agnati, quia saltem per expressionem illius, quæ uere non potest concurrere in persona primi & ulterioris hæredis eodem tempore, s.mortis domini Mainardi, voluit dictus testator ostendere dictum ordinem. Sicut uidemus, q̃ si testator substituat fratrem, & filios fratris, videntur vocati eodem tempore, ſm Doctores communiter in d.§.quidam recte.contra Bar.& tamẽ si uocat fratrem & filios, & hæredes fratris, per expressionem illius qualitatis attenditur ordo successiuus, quẽ cẽsetur p illam testor ostendere uoluisse, siue concursus dictę qualitatis sit necessarius, siue non, ſm Bar.in d.§.quidam recte. cũ quo in hoc alii concordant. Et aliud est relinquere Titio, & cognatis suis, quia tunc omnes simul admittuntur, quia circa plures potest concurrere uere qualitas cognationis eodem tẽpore, quamuis sit in diuersis gradibus. Et isto casu loquitur in d.l.si cognatis.in fine, cum quo transit Cy.& Ale.in d.§.quidã recte. Et aliud est relinquere hæredib. Titij extranei, quia non potest gradatim hr̃e plures hæredes vere eodem tẽpore, s.mortis, quo casu hẽt locum quæstio nostra. Et est per prædicta dicendum, q̃ dicantur uocati ordine successiuo. Ad quædam alia facientia contra hanc conclusionem respondebitur inferius. Superest tertio uidendum retento ordine dicti domini consultoris, quo iure dicantur substituti prædicti hæredes uocati ordine successiuo. Et concludit ipse, quod dicantur substituti cõpendiosè, quia ex quo tacite sunt uocati post mortem do. Mainardi, & Andrææ, ut ex prædictis colligitur, substitutio censetur compendiosa, per no. per gl.& Fulgo. & l. in testamento.
10 C.de testa.mili.maxime † cum uerbum, instituo, directum obliquetur propter clausulam codicillarem, iuxta not. per Arg. & modernos in l.uerbis ciuilib.de uulg. & pup. & ut latius in d.consi. Quæ conclusio potest efficacius, iudicio meo, confirmari. Nam testator instituit do. Mainardum & Andræam filium eius & hæredes masculos ipsorum de iure succedentes eisdem. Et sic dicti hæredes ex hac parte reperiuntur uocati per uerbum mere directum, deinde immediate subiungitur, videlicet, & prædictos hæredes inuicẽ substituit, &c. quæ clausula quæ stat per se, refertur ad omnes prędictos hęredes tam nominatos nomine proprio quam nomine appellatiuo.l.fi. & ibi p Bar.de rebus dubijs.& tanto magis cum ad illos expresse se referat, vt patet ex verbo, prędictos, quod æquipollet uniuersali cum sit indefinitè prolatum, vt no.in l.si pluribus.de legat.2.& in c.vt circa.de electioni.in 6. Et vbi ad personam vnius & non alterius esset dicta clausula referenda, in dubio referri deberet ad personam ultimo nominatam, & sic ad hęredes dom. Mainardi, & Andręæ per not.in l.si idem cum eodem.§.fi.de iurisdictio.omnium iudicum, & per scribentes in l.talis scriptura. de lega.1.& in pulchra quæstione per Bal.in d.l.1.C.de legi.hęr. Et sic prędicti hæredes dom. Mainardi, & Andrææ reperiuntur vocati per uerbum, instituo, directum, & per uerbum, substituo, quod est commune.l.iam hoc iure.de uulg. & pupil. Et
11 propterea† uerbum, instituo, significat substitutionem directam puta vulgarem, & uerbum, substituo, importat fideicomne sit superfluum, & ut aliquid operetur.l.si quando.in princ. de leg.1.c.si Papa.de priuilegijs.in 6. Et ita notanter determinat & concludit Bar.in l.Centurio versi. 4. princip. de uulg. & pup.dicens in terminis, quòd ubi in persona unius & eiusdem substituti concurrit uerbum, instituo, directum, & uerbum substituo, commune, quòd hoc ultimum uerbum importat fideicommissariam, & aliud uerbum directam substitutionem. Et in hoc omnes cum eo concordant. & subiungit, q̃d habebit

bit substitutus electionē, ex qua velit venire. Et in hoc sunt opiniones, de quibus ibi per Alexandrum. Sed in casu nostro ista vltima disputatio non est necessaria, ex quo fuit adita hæreditas, & sic vulgaris expirauit. Superest demum ad allegata in oppositum respondere, quibus non reperitur responsum, & quæ prima facie non videntur parum vrgere. Non obst. igitur dum primo dicebatur, ꝙ agnati demū vnr vocati si sint hæredes, qa illis videtur voluisse prouidere vt hæredib. & nō vt agnatis simpliciter, ꝑ no. in l. ex facto. §. fi. ad Treb. Quia in casu nostro intellexit de hæredibus ab intestato aptitudine tantum, & non actu. Et sic sub illo verbo, hæredes, voluit includere agnatos simpliciter, qui esse possent hæredes ab intestō, quāuis vere nō essent. Quia si interpretaremur ꝙ intellexisset testōr de hæredibus mediate vel immediate institutorum nominatim, ipso actu non valeret fideicommissum, quia grauato mortuo agnatus, q vere hæres esset, reperiretur sibi grauatus restituere, ꝙ stare nō potest. d. l. plane. §. si duob. & quia agnato creditore succedente grauato debitori confunderentur actiones, sicut, & econuerso. l. cum secundum. C. de fideic. l. in imponenda. C. ad leg. Falc. vel saltem non valeret in totum, vbi etiam pro parte esset institutus. Et si dicatur, quod immo posset in totum valere, vbi es-
12 set in re certa institutus, † quia in testamentis & in materia fauorabili appellatione hæredis venit etiam hæres rei certæ, secundum Bal. in l. liberti, libertæque. uersi. sed quid si quidam. C. de ope. liber. allegat notata per Spec. in tit. de test. §. 1. uers. pone, &c. & sequitur Alex. in l. quidam. §. nihil. de edendo. & in consi. 192. Ex themate præmisso, &c. 2. vol. Ad hoc respondetur, quod regulariter non valeret, nec etiam in casu prædicto
13 valere potest secundum propriam significationem, † quia hæres in re certa non est proprie hæres. d. §. nihil. & ibi per oēs, & per Bal. in l. quoties. C. de hæred. insti. & in l. emptorem. C. loca. & Ang. in d. § etiam si parente. Cum ergo ad hoc etiam ut dicto casu valeat, necesse sit recedere a propria significatione verborum, fauorabilius est, quòd verba prædicta interpretentur de hærede non actu & vere, sed de eo, qui potest ab intestato esse hæres, seu de hærede habitu & aptitudine, sicut & aliàs verba capiuntur hoc modo. l. Labeo. de statu lib. & in l. pater mulieris. in fine. & ibi no. de iure dotium. & ideo hæc interpreta-
14 tio † per quam actus regulariter & facilius sustineri pōt, est capienda. l. quoties. de reb. dub. cum vulgaribus. Procedunt ergo & locum habent allegata in oppositum, quando actus potest valere secundum propriam verborum significationem quia a verbis tunc non est recedendum. l. non aliter. in prin. de leg. 3. Secus vero vbi valere non potest ex propria verborum significatione, sicut in casu nostro, vt dictum est. Et istud in terminis reperio tenuisse Oldr. in consi. 131. quidam habens tres filias, &c. testator enim in casu suo instituerat filium hæredem vniuersalem, & si decederet sine filijs, substituit ei Bertam testatoris filiam, & eius hęredes ex suo corpore legitime procreatos, q̄ Berta viuente adhuc hr̄de grauato mortua est, & similiter eius filius hęres vniuersalis, relicto altero filio non hærede, sed excluso, & tamen concludit Old. ꝙ filius superstes, quamuis non hæres, admittatur ad fideicommissum quantumcunque ut hæres esset vocatus, allegat d. l. ex facto. §. fi. Nec dicatur, ꝙ immo erat a matre hæres institutus. saltem in re certa, quia præteritus testamentum rupisset, vel non valuisset, quoniam potuit esse exhæredatus, nec Old. fundat se, quia esset institutus, sed quia erat filius. & etiam loquitur ipse in fortioribus terminis, quia in casu illo poterat fideicommissum valere, etiam si fuisset hæres vniuersalis matris, quia sibi ipsi non reperiebatur grauatus, ex quo non vocauerat hæredes filij instituti, sicut in casu nostro, sed hæredes filiæ nominatim substitutæ, & illa præmortua non successerat ipsi testatori, & sic apud hæredem remanserat fideicommissum relictum matri cum onere illi iniuncto de restituendo hęredibus suis. l. vnica. §. pro secundo. C. de caduc. tollendis. & ꝑ Bar. in l. quamdiu. la vltima. in fin. de acq. hær. Sed tamē dictum eius ēt illo casu potest esse verum, quia si concurrere deberet qualitas expressa in persona filiorum, admissa Berta ad fideicommissum substitutio fideicommissaria facta de hæredibus illius non valeret regulariter, quia aut essent hæredes vere, & extinctum esset fideicommissum pro rata, pro qua successissent. d. l. cum secundum. Aut non essent hæredes, & non admitterentur ex defectu qualitatis expressæ, qđ esse videtur clare contra mentem testatoris. Et ideo, ut saluetur, dicendum est, quod intellexerit de filiis simpliciter, qui etiam non sunt hæredes. Laus Deo.

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit Soc. consi. 12. uol. 3. & ipsemet Rui. supra consi. 174. uol. 2. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium non conficiens amittit beneficium quartæ Trebellianicæ, secundum magis communem opinionem.*
2 *In casu duarum causarum attenditur illa, per quam Falcidia minuitur.*
3 *In concursu duorum opinionum, illa eligitur, per quam Trebellianica tollitur, uel minuitur.*
4 *Trebellianica a testore prohiberi potest.*
5 *Substituens aliquem in tota hæreditate, detractionem Trebellianicæ prohibere dicitur, & uide nu. 7. idem si dicatur in omnib. bonis, ut nu. 12.*
6 *Maritus, qui promisit restituere quicquid ad illum ex causa dotis peruenit, expensas deducere non poterit, quia eas remisisse uidetur, quas tamen deducere posset, si dotem simpliciter restituere promisisset.*
8 *Prohibitio Falcidiæ etiam generalis sufficit.*
9 *Expressum quid dicitur nedum quando specialiter, sed etiā quādo generaliter exprimitur.*
10 *Expressum id dicitur, quod uenit ex mente necessario in uerbis inclusa.*
11 *Prohibita alienatione, Falcidia etiam prohibita esse censetur.*
13 *Differentia quæ fit, an dictio, totum, adijciatur uerbo dispositiuo an uerbo executiuo, iuridica non est.*
14 *Præsumitur, quod pater eliget bonum pro filijs consilium.*
15 *Trebellianica contra testatoris uoluntatem detrahi dicitur.*
16 *Notario in his, quæ pertinent ad officium suum, creditur, sicut officiali.*
17 *Notarius ubi aliquid in instrumento apponit, quod factum de quo agitur, respiciat, ad illudque pertineat, de partium mandato atque uoluntate id facere dicitur, et quod ita partes assenserint.*
18 *Ex publico instrumento tres oriuntur præsumptiones.*
19 *Quæ ad cautelam & gratia dubitationis tollendæ exprimuntur ius commune non lædunt.*
20 *Quæ dicuntur in uno testamento, non recipiunt declarationem ex his, quæ in alio etiam eiusdem hominis dicta fuerunt.*
21 *Compendiosa substitutio uulgarem & fideicommissariam continet.*
22 *Trebellianica hæredi ciuiliter tantum, fideicommissario uero naturaliter debetur.*
23 *Error iuris in dubio non præsumitur, sed scientia.*
24 *Filius tenetur habere ratum patris factum, quatenus lucrū ex illius hæreditate capit.*
25 *Hæres rationem administrationis fideicommißario reddere tenetur.*

CONSILIVM CLIX.



QVAMVIS loquendo pro filio proprio uidear loqui in cā propria, tn̄ conabor inquantum potero a uero non declinare, omni affectione & amore postpositis. Præsupponitur, ꝙ d. Io. Pincharus instituit Alexandrū filiū suū hr̄dē uniuersalē, & post mortem illius ei substituit quoscunque filios suos masculos legitimos & naturales, & si nō habuerit d. Alexander filios masculos, &c. tūc in dimidia suæ hæreditatis instituit filios do. Alexandri legitimandos, & in alia dimidia filios masculos do. Petri fratris sui, & filios masculos do. Caroli Ruini & do. Vrsinæ uxoris suę in stirpem, &c. & si do. Alexander quandocunq; decesserit sine filiis etiam legitimatis, tunc substituit in tota sua hæreditate ꝑfatos filios do. Petri, & filios do. Vrsinæ in stirpes &c. Quia ergo iste ultimus casus euenit, queritur, utrum Raynaldus unus ex filiis do. Petri & hæres vniuersalis d. Alexandri ex testamento possit detrahere Trebellianicam ex persona do. Ale-

in prin.de iureiu.Præterea alia subest rō diuersitatis inter pdi-ctos,quia facilius testōr prohibuit, & phibere rōnabiliter potuit Tre.aduersus filios do.Petri,& do.Vrsinæ,quam aduersus filios Ale.heredis,quia potuit & debuit testōr cogitare,ꝙ q̃uis quarta per Alexandrum detrahi possit,ꝙ tñ propter uotum parentum illam uerisimiliter non detrahet.l.scripto.vñ lib.Et q̃a
14 † psumit,ꝙ pater bonum consilium capiet pro filiis.l.nec in ca.§.j.de adul.q̃ rō cessat quo ad filios aliorum. Et pōt ēt dici, ꝙ ex quo prohibuit Tre.detrahi aduersus filios do. Petri,& d. Vrsinæ minus dilectos,ꝙ ēt sit psumendum,ꝙ illam phibere noluerit aduersus filios Alexādri magis dilectos, ar.d.l.Publi°, §.si.de cond.& dem.non.n.minus ex sequentib.declarant pcedētia,q̃ ecōtra.l.si seruus plurium.§.fi.de le.1.Et isto casu pcedētia verba,q̃ sūt dubia,dēnt magis declarari ex sequentib.quæ sūt clara,& eo magis,q̃a licet in primis substōnib. non sit Tre.
15 expresse prohibita,dicitur tamen † detrahi cōtra uoluntatem testōris.d.c.Ray.in fi.cū gl.de test.& p Ale.ī d.l.Titia.ad l.Fal. Et iō rōnabilius est,ꝙ ex sequentib.præcedentia isto casu declarentur,& eo magis quia benignius est & fauorabilius ꝙ impediat,quam ꝙ admittatur detractio Tre.d.l.si pup.ad leg.Falc. cum ibi no.Per hoc.n.ꝙ nō hēat locum detractio,magis uoluntas testōris seruat̃,q̃ p detractionem magis impugnatur.l. patrem.quæ in fraudem credito.& l.si sponsus.§.si quis rogatus. de dona.inter virum & uxor.Cuius cōtrariū,& nō bene, psupponit dñs consultor.Tertio minus ob.dū dicitur,ꝙ talia uerba s.in tota,&c.Sunt uerba notariorū,q̃ nō dēnt attēdi , quia nesciūt,quid dicāt,alle.Bald.in l.quoties.de hęred.insti.in 1.col. versi.pone.n.&c.vbi loquitur de relicto facto iure instōnis,q̃ uerba,ſm Bal.apponuntur potius de consuetudine,quia notarij nesciūt q̃d dicāt.Et potuisset ēt allegari Bar.in l.1.de iur. codic.in 6.q.qui idem dicit de cl'a codicillari.Sed ad hoc facile rñdet,& erat honestius hoc ptermittere, & forte facilius & pbabilius dici potest,ꝙ dominus cōsultor non intellexerit,quid di
16 cat.Nam † notario in his,q̃ ptinēt ad officium suū,creditur,sicut & officiali.l.apparitores.C.de exact.trib.& l.si quis decurio.C.de fal.& l.magis puto.§.ne aūt.de reb.eorū. Et de notario hoc uult Bar. p dicta iura,in l.si librarius.de re.iur.& Ale. in l.sciendum.in pen.char.de uer.ob.& Spe.in ti.de proba.§.3.
17 versi.hoc quoq;.Nam† ubi notarius aliquid apponit in instrumento,qđ respiciat factū,de quo agitur,& ad illud pertineat, dicitur illud apponere de uoluntate & mādato partiū,& quod partes ita asseruerint,ſm Bal.in l.ab executore.C.quorum appella.non recip.in l.2.circa fi.C.de executione rei iudicatæ.in l.Imperator.de statu hominum,& in l.1.circa fi.C.de priuile-
18 gio dotis.& in c.cum in iure peritus.de off.dele.Et dicit † Bal. in l.2.vlt.char.in repetitione.C.de rescind.ven. quod ex instrumento publico tres oriuntur præsumptiones.Prima,quod instrumentum sit uerū.Scđa,quòd sit solenne.Tertia, ꝙ omnia uerba prolata in eo cēseantur prolata a partib. Et ad coadiuuādum hoc ꝙ uerbum,in tota,non sit appositum ad phibēdum Tre.dominus consultor cōsiderat,quòd idēnotarius, qui fuit rogatus de testamento d.Io.de quo nūc agitur, fuit ēt rogatus de testamēto Alexandri,in quo plures substōnes fecit, & sp in tota hæreditate,& demum expresse,& post oēs prohibuit Tre. Et ex hoc infert,quod notarius per illud verbum,in tota,non habuit Tre.prohibitam, quia aliàs frustra apposuisset prohibitionem expressam.Sed ista ratio est satis debilis & fragilis,quia talis specialis prohibitio facta fuit gratia dubitationis tollēdæ.
19 Nam quæ ad † cautelam , & gratia dubitationis tollēdæ exprīmuntur,ius commune non lædūt.l.qui mutuam.ff.mādati.Et sup̄fluitas isto casu toleratur,ſm Abb.in c.solitæ.de maiori. & obe.& in c.certificari.de sepult. Et ex hoc minus argui potest quod uerbum in tota,positum in testamēto alterius,ēt per eū
20 dem notarium,non inducat prohibitionem, p pdicta.Et quia testamētum unius,& uerba,de quib.in illo,non recipiūt declarōnem ex his,q̃ dicta sunt in alio testamento, ēt eiusdem , qđ est fortius,ſm Dy.& Bar.in l. Statius in prin.de iure fisci.Et pdicta oīa ēt in spē tolluntur p Ale.in d.consi.201.in 6. vol. Nā & in casu suo,ut refert ibi in j. col. uers.Circa primum,&c.testator matrē excluserat ab oī lītia & Tre. & sic spāliter matri phibuerat detractionem Tre.& tamē testator ēt dixerat,qđ substitutus succedat in totum,uult, qđ p illud uerbū, in totū, alij dicātur ēt phibiti dictā quartā detrahere.Quāuis ergo Alexander suo testō prohibuerit spāliter,& expresse quartæ detractionē,per hoc tñ non sequitur, quī ēt diceretur prohibita p alia verba æq̄pollētia in eodē testō plata. Et multo minus sequit̃, ꝙ uerbum in tota,prolatum in alio testamento,ēt condito per diuersam personam,licet de illo sit rogatus idem notarius,non importet prohibitionem Trebellianicę.Consideratur etiam p dominum consultorem,ꝙ testōr post prædictas substōnes, alijs ēt casib.substituit,& quidē simpliciter & sine illo signo vniuersali,in tota hæreditate.Nā decedēte do.Petro sine filiis,&c. substituit filios do.Vrsinæ,& ecōtra decedente do.Vrsina sine filiis,substituit filios do.Petri,& decedente do.Petro & do.Vrsina sine filiis substituit in dimidia filios legitimādos Alexādri, & in alia dimidia Santinum de pincharis suum consanguineū, & si non extarent filii legitimati Alexandri, substituit in tota sua hæreditate dominum Santinum. Ponderat ergo, quod solum in hac vltima substitutio facta fuit ī tota hæreditate,& hoc quia Santinus in præcedenti fuerat substitutus solum in dimidia.Et sic uerbum , in tota,dicitur appositum ad alium finem, quam ad prohibendū Trebellianicam, hoc est ostendendū qđ noluit testator isto casu in dimidia, sed ultra illam substituere, ꝙ patet,quia solum de tota hæreditate fit mentio, quando substitutus in tota,in pxima pcedenti substōne fuerat vocatus in parte,vt cōtingit ēt in casu nr̃o.Et extra istos casus nō repitur ꝙ in alia aliqua parte testī uel substōne sit expressum illud uerbum,in tota.Sed ad ista ēt rñdetur facillime: dū.n. substituitur decedente do.Petro sine filiis,& econuerso decedente do. Vrsina sine filiis,&c. in hac substitutione compendiosa & reciproca continetur substō vulgaris ,s. si alter prædictorum sine filiis decedat uiuo adhuc Alexandro, & fideicommissaria, uidelicet si post mortem Alexādri extent filii ex illis ambobus & postea decedat do.Petrus,aut do.Vrsina sine filiis,agnito tamen ab illis prius fideicommisso, qui casus est ēt comprehēsus sub dicta substitutione compendiosa,ſm Bar.in l.cēturio.de uul.& pup. uer.quero, utrum substō compendiosa facta per uerbum commune,&c.de uul.& pup.de vulgari autem Trebellianica nō detrahitur, quia uulgaris , nec ēt de fideicommissaria.Sed ad ista rñdetur facile.Nam substitutio illa,si do.Petrus decesserit sine filiis,&c.& econuerso decedente d.do.Vrsina sine filiis,fuit cō
21 pendiosa,† quæ continet vulgarem & fideicommissariam,iuxta no.per Bar.in l.centurio.de vulg.& pup.substitutione. uers. quæro,utrum substitutione compendiosa facta per uerbū commune,&c.quæ fuit facta filiis decedentis, s. quia non possit admitti ex substitutione fideicommissaria, ex qua prius fuerat uocati,quæ fuit facta inter filios utriusque,quæ potuit fieri in fideicommisso illis prius relicto.l.ut hæredibus.de leg.2.& l.unica.§.in primo.& §. p scđo.C.de cadu.tollen. Siue ergo euenisset casus vulgaris,non potuit detrahi Trebellianica,quia est substitutio directa. Et potuit casus vulgaris euenire filiis alterius non natis.l.pen.de uentre inspiciendo,cū ibi notatis,vel illis natis & mortuis viuo Alexādro, vel volentibus admitti ex substōne facta Alexandro , & deinde mortuis uiuo adhuc patre uel matre.l.3.C. de hære.insti.Et idem si euenisset casus fideicommissariæ, sicut quando filii alterius fuissent admissi & uiuo pře uel matre mortui,q̃a cum ex fideicommisso successissent testatori,non potuissent de alio fideicommisso ab illis relicto quartam detrahere.l.1.§. de illo. ad Treb. Quia ergo tunc ex aliquo capite non potuit detrahi de iure Trebellia. non fuit necesse p uerbum,in tota,uel alio modo illam prohibere . Atque etiam idem quantum ad sequentem substitutionem,per quam uocātur filii legitimandi pro dimidia,& pro alia Santinus,quoniam & ista fuit vulgaris & fideicommissaria facta in relicto per fideicommissum facto filiis do.Petri & filiis do. Vrsinæ,de quib. vt dixi,non potest detrahi quarta,cessante etiam prohibitione. Idem quoque est dicendum de ultima substitutione,per quam vocatur solus Santinus nō extātib.filiis legitimandis,q̃ similiter facta fuit filiis do.Petri,& do.Vrsinæ in fideicommisso eis relicto vulgariter & per fideicommissum, & eo modo , quo dictū fuit supra, & propterea non fuit necesse ad prohibitionē quartæ apponere uerbū,tota cū alia rōne non posset nec ex uulgari vel ex fideicommissaria detrahi.Sed cessantib.etiam omnibus præmissis,adhuc per Ray.non potest Treb.detrahi contra filiū d.Caroli,& do.Vrsinę.Et est aduertendum, ꝙ istud fundm̄ nō competit,nec competere potuit fratribus d.Raynaldi,cum qui

bus

bus litigauit super Treb. sed solum prodest filio pdictorũ, sup qua nũc conceditur spãli rõne. Nã do. Petrus tanq̃ pater & tanquã ltius administrator Raynaldi, qui tunc solus erat natus, & fratres nõ habebat, diuisit bona immobilia tm̃ hæreditatis Io. cum filio do. Caroli, seu cum agente pro illo, & illi partẽ dictorum bonorum assignauit & restituit d. do. Petrus integre & sine ulla detractione. Quia ergo filius do. Caroli possidet ex titulo diuisionis, non põt ab illo peti quarta aliqua actione personali, etiam si ante diuisionem detrahi potuisset, quia illud, qđ uenit detrahẽdum per Treb. non est debitum hæredi ciuiliter
22 & naturaliter, sed† ciuiliter tm̃ debetur hæredi, & fideicõmissario debetur naturaliter, s̃m gl. Bar. & Doc. communiter, in l. 1. de cõd. indebi. & in l. cum quis. C. de iuris & facti ignorantia. Ex sola ergo ciuili obligatione non oritur actio regulariter. l. 3. §. 1. de constit. pecu. & no. gl. insti. de oblig. in prin. in Bar. in l. si vnus §. pactus ne peteret. circa prin. de pactis. Non ergo ab illo qui possidet, peti põt actione personali tãquã debita, sed actione reali, quo casu dẽt dominium probari, & agi põt interdicto adipiscendæ, s. quorum legatorum, si agitur de Falcidia, vel quorum bonorum, si agitur de Treb, ut est expressum in l. linea margaritarum. ad leg. Fal. Et si restõ sit facta per grauatum, uel eius noĩe integre & sine diminutione, agi põt cõdõne indebiti, quãdo fuit dicta restõ facta per errorem facti l. error. C. ad leg. Fal. Secus est aũt si fuit error iuris, s̃m gl. communiter approbatã in d. l. 1. ff. de condic. indebi. & in d. l. cũ quis. de iur. & fac. igno. Et tunc sumus in hoc vltimo casu, s. quando facta fuit restitutio sine quartæ deductione, quæ non fuit facta per errorem facti, q̃a do. Petrus, qui restituit, de oĩb. erat plene informatus, hoc est, de ipso testamento, ut colligitur ex diuisionis instrumẽto, & prout p̃sumit̃ sciã, cũ diuisio sit facta eo mõ, quo continetur in testõ, s̃m Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerb. obl. in 3. q. prin. De errore aũt iuris non est curandum isto casu, q̃a pp illum non datur condictio indebiti, ut p gl. & alios, in locis
23 pallegatis. Immo† ẽt in dubio non dẽt error iuris, sed scientia p̃sumi, s̃m Bar. in l. sed si lege. §. scire. de petitio. hæredi. & in l. nõ fatetur. in prin. de cõfes. Et si dicatur, q̃ Raynaldus nõ restituit, sed eius pater, cuius factum non potuit nocere. Ad istud
19 in l. si ita scriptum. in prin. de leg. 3. qui vult, quod si † conducta sit emphyteusis pro se & filijs, non ueniant filiæ, quia in contractibus masculinum non concipit fœmininum, secundũ Arch. 17. q. 4. c. si quis suadente & tandem concludit Alexan. quod si concessio facta sit pro se & filiis, quod vera sit opinio Imolę & sequacium. Si uero facta sit pro se, & l beris, procedat opin. Bald. quam comprobat hac ratione, quia si non continerentur fœminæ, sequeretur absurdum quoniam comprehẽderentur nepotes ex filia. l. liberorum, de ver. sign. & l. j. C. de con di. inser. Et sic nepotes ex filia, qui sunt remotiores, præferrentur ipsis filiabus quod est inconueniẽs. l. si viua matre. C. de bo.
20 mater. Et ubi † absurdum oriri põt, uerba extẽdũtur, vt absurditas cesset. Vnde uidemus, ₰m eum, ꝙ pro absurdo euitando aliquando appellatione filiorum ueniunt nepotes, qui aliàs nõ ueuirent. l. uxorem. §. concubinæ, de leg. 3. & d. l. liberorum. & ibi Bar. in 2. col. Et ultra Alex. idem probatur ex no. per gloss. saluando eam, ut ibi subtiliter declarat Bart. in l. si mater. §. 1. de vul. & pup. subst. quæ uult in effectu, quod substitutio, quæ solet extendi de casu ad casum, vt habetur in l. Gallus. §. & quid si tantum. de lib. & posth. nõ extenditur, qñ mediante extensione absurdum sequeretur, ꝙ minus dilectus esset melioris conditionis quam magis dilectus. Idem ergo econtra, ut. s. ne hoc sequatur, dẽt habere locũ extẽsio, q̃ aliàs ꝓhibetur. Et faciunt no. ꝑ Bar. in d. l. Gallus. §. et si parẽte. in q. disputata ꝑ Richar. Malumb. Et adhuc ista opi. confirmatur quoniam testõr prohibuit, quia uoluit, ꝙ bona perpetuo remanerent intra familiam. Cum ergo masculos de familia uocauerit, & extra eos alienationem fieri prohibuerit, ut superius probatum est, non debent fœminæ proximiores posse hęc bona consequi, & retinere ab intestato uel ex testamento, quia perpetuo inter masculos non essent remansuræ, vt testator uoluit. Et ideo dicitur alienatio etiam legalis prohibita, quia verbum illud perpetuo uerificari aliter non potest. Et eadem ratione dicendum est, quod hoc casu locum non habet d. §. cum inter. per quem probatur, ut dixi, quod facta prohibitione alienationis extra familiam non prohibetur existens extra familiam succedere ab intestato. Et ita concludit idem Soc. in d. consi. inci. Cum in præsentiarum, &c, circa fin. vbi ad hunc effectum ponderat dictionem, in perpetuum, positam in prohibitione, & repetitam in causa prohibitionis. Et ultra eum idem uult Alc. in consi 19. in c. Attentis uerbis testamẽti. col. 2. in 3. uol. uersi. & confirmari potest, &c. ubi loquitur in terminis nostris, scilicet quando testator prohibuit alienationem, quia voluit, ꝙ perpetuò in familia

milia remanerent.Nam† ſm eum,rō prohibitionis ampliat,& declarat ipſam prohibitionem,ſm Bar.in l.pater.§.fundum.de le.3.dum vult,ꝙ extendatur extra tempus expreſſum in prohibitione ꝓpter rationem, quæ reſpicit omne tempus.Igitur in caſu nr̃o dēt extendi ad alium caſum,id eſt,ad alienationem legis ꝓpter cām prohibitionis,cuius gñalitas aliter impleri non poteſt,& cuius verba alio mō verificari nō poſſunt Et quamuis Ale.poſtea in d.cōſi.videatur ab hac opinione recedere, & tenere,ꝙ immo nō impediatur ſuccedere ab inteſtato ille, qui eſt extra familia,tamen non recedit ſimpliciter a dicta ratione prius allegata pro parte cōtraria, nec negat ſimpliciter illam eſſe veram,ſed in caſu ſuo dicit eam non procedere ea ratione, q̃a ad ſuperiora ſe retulit teſtōr,& ſic per delationem ad ſuperiorem reſtrinxit gñalem cām ꝓhibitionis. Iō ꝑ talem reſtrictionem potuit operari gñaliter,vt ipſe declarat in vl.col.dum rñdet ad cōtrarium prædictum.Et ſic fatetur, ꝙ vbi cā pdicta nō fuiſſet reſtricta,prout nō fuit in caſu noſtro, ꝓcederet dicta rō. Iſtud ēt cōfirmatur ex dictis Alex.in conſi.23.2.vol. col.pe.ver.nam manifeſtè cōprehenditur,&c.& verſi.3.reſpō-
22 deo,&c.vbi cōcludit, ꝙ † licet regulariter ſub ſimplici ꝓhibitione alienationis nō comprehēdatur alienatio neceſſaria.l.peto.§.prædium.de le.2.ſi tamē dixit teſtator velle,ꝙ res ꝓhibita alienari dēat eē continuo pro hæredib.& eorum filijs,iſto caſu ſub ꝓhibitione cōtinebitur alienatio,ēt neceſſaria propter verbum,cōtinuò,quod importat vt dicta res ad alium nunquã perueniat,c.cum veniſſent.de inſ. ideo quia illud verbum aliter verificari nō poſſet,ſm eum,ex mente teſtatoris colligitur manifeſtè,ꝙ fieri non dēat,nec poſſit alienatio neceſſaria.Idē ergo & ĩ caſu noſtro eadem ratione.Confirmatur etiã iſtud alia rōne efficaciſſima iudicio meo.Nã teſtōr ĩter filios fecit ſubſtõnem ſpecialem,caſu quo alter deceſſerit ſine filijs, ꝓpter q̃ illi vnr tacitè prohibiti alienare,authen.res quæ.C.communia de leg. deinde prohibuit teſtator expreſſe alienationem bonorum ſuorum.Quo igitur ad hæc bona in perſona filiorum cōcurrit duplex ꝓhibitio,tacita.ſ.& expreſſa,ergo illis ex hoc interdicta eſt omnis alienatio,& ſic tam legis quam hominis,argu.§.ſanctiſſimas.in authen.de non alien.vbi ꝓbatur, ꝙ propter duplicem ꝓhibitionem,legis.ſ.& hoīs, intelligitur prohibita alienatio,etiam illis caſib.quib.de iure ſpeciali fieri potuiſſet,ſi adeſſet tãtum ꝓhibitio legalis. Et idem probatur in l.2. C.de vſuc.pro empt.ſecundum ĩtellectum Bar.Im.& aliorum moder.ĩ l.filiusfamilias.§.diui de le.1.& no.gl.in c.licet mulieres.de iure.lib.6.& in c.verum.de cond.appoſi.& Bald.in c. 1.
23 §.præterea.de c.Conr. vbi dicit,† ꝙ feudatarius expreſſe prohibitus alienare à dño,non poterit alienare ĩ caſib. permiſſis a iure:q̃a cũ prohibitione legis concurrit tunc prohibitio hoīs. Et ideo quamuis alienatio rei ſubiectę fideicommiſſo facta ab ignorante irreuocabiliter valeat,vt eſt tex.ſingularis ĩ l. fi.§. fi. de leg.1.ſi tamen hæres grauatus ſit expreſſe prohibitus alienare,non valebit dicto caſu alienatio,ſm Alexan.in l.Marcellus. §.res quæ.ad Treb.& in l.q̃dam teſtamento.§.fin.eod.ti.Et ita allegat in propoſito rõnem prædictam,ſ.q̃a cōcurrit ſimul duplex prohibitio,per prædicta.Idem ergo eſt dicendum eadem ratione in caſu nr̃o,vt ĩ perſonis filiorum,in q̃b.concurrit duplex prohibitio,videatur prohibita ēt alienatio legalis,quæ nō continetur ſub prohibitione ſimplici.d.§.cum inter.Si ergo ſic eſt quò ad filios,idem eſt dicendum de alijs de familia prohibitis,& vocatis ſimul cum filijs ſub eodem verbo, q̃a æqualis eſſe dēt determinatio eiuſdem verbi, quamuis etiam inter plura determinabilia ſit diuerſa ratio,d.l.iam hoc iure.& ibi declarat Ale.in l.ĩ teſtamento.C.de teſ.mil.& ĩ d.l.Gallus.§.1. de liber. & poſth. Et ꝓpterea dici non poteſt ꝙ ſecus ſit in alijs de familia,tanquam in eis ſit diuerſa ratio,cum non concurrat quo ad eos duplex prohibitio, q̃a hoc non curatur, ex quo ſub eodem uerbo cum filijs vocantur,& prohibentur,d.l.iam hoc iure.& ſic quo ad illos debet etiam legalis alienatio dici prohibita, & debent intelligi vocati caſu, quo dicta legalis alienatio ſequatur, ſicut vocantur filij, ex quo omnes ſub eadem determinatione ſunt poſiti. Nec obſtat dum Socinus in dict.
24 conſi. in contrarium allegato dixit, quod † expreſſio illius verbi,perpetuo, nihil debet operari, quia omnino ſimplex prohibitio concepta in rem,ſicut in caſu noſtro,eſt perpetua,d.§.fratre,& ibi per Bar.& Doct.dum reſpondet ad l.pater.§.quindecim.de leg.3.& per Mod.maximè Alex.in l.filiusfa.§.diui.de lega.1.vbi dicit,ꝙ iſto caſu tranſit ad nepotem,& ad deſcendētes. Quia in caſu noſtro expreſſio fuit facta aliter quam inſit;quoniã ineſt prohibitioni,quæ,vt dixi,eſt perpetua.Sed in caſu iſto fuit appoſita executioni, dum dixit teſtator, ꝙ volebat,ut perpetuo bona permanerent in familia.Cui executioni non ineſt;
25 quia ſimplex † prohibitio de non alienando extra familiam nō habet hunc effectum, ut perpetuo bona remaneant in familia: quia poſſunt de familia exire mediante ſucceſſione ab inteſtato,nam expreſſio debet operari, ut etiam dicto caſu nō exeãt. Sicut etiam videmus econtra,ꝙ ſi illud, quod ineſt executioni, exprimatur in diſpoſitiōe,ꝙ expreſſio operatur.l.3. §.ſi filius. de lib.& poſth.& declarat Bar.& alij,in l.3.de le. 1. Vltimo hãc cōcluſionē comprobo per tex. ubi mihi videtur caſus, in auth. vt ſponſa.largi.§.ſi quando. ex quo tex.extrahitur authē. ſed in ea. C.ad leg.Falc. Dicitur.n.in d.§.ſi qñ. ꝙ ſi teſtōr aliquam rē immobilē ſuæ familiæ reliquerit,aut alteri cuicunq; perſonę,& ſpecialiter dixerit,hanc rē nullo tp̃e dr̃e alienari, ſed aut apud hæredes,aut apud ſucceſſores illius permanere,ꝙ in tali legato non habebit locum Falcidia,quia prohibita eſt alienatio. Nam ſecundum gl.diceretur legatarius alienare, ſi permitteret hæredem Falcidiam detrahere.Et idem dicit glo.in d.auth.ſed in ea. & tamen illa non eſt alienatio hominis,ſed legis; quia ipſo iure reſecat.l.Plautius.& l.linea margaritarum. ff.ad leg.Fal. Eſt er-
26 go caſus ibi iuncta gl.ꝙ prohibitio† alienationis comprehendit alienationē tam legis quã hominis.Et hoc,quia teſtator dixit nolle alienari vllo tempore, per quæ verba oſtendit, ꝙ vult rem prohibitam perpetuo remanere in familia. Et quamuis illud uerbum ſignificans perpetuitatē ſit expreſſum in ipſa prohibitione, & non in executione ſeu in cauſa prohibitionis, tamen in executione intelligitur repetitum,perinde ac ſi dictum fuiſſet,ꝙ volebat dictam rem omni tempore permanere in familia,ſecundũ eundem Soc. qui ſic expreſſe concludit in d.cōſ. inci.Cum in præſentiarũ,&c.per no.per Bart.in l.4.§.eritque. vi bo.rapt.Ergo in caſu noſtro idem,in quo teſtator voluit bona immobilia prohibita alienari perpetuo permanere intra familiam,vt.ſ.intelligatur prohibita etiam alienatio legalis, & ſic iſto caſu non habet locum d.§.cum inter. propter contrariam uoluntatem teſtatoris, quæ colligitur ex dictis verbis, ut eſt caſus cum gl.in d.§.ſi quando. Et per prædicta ad multa,quæ allegantur in cōtrariũ,colligitur rñſio manifeſta.Sed rñdendo ſpecialius,non ob.in primis,ꝙ hoc fideicōmiſſum nō dicatur ſimplex,ſed ſolũ in caſum alienationis,per l.peto §.fratre.de le.2. & ꝑ l.pater.§.filiã.cum ibi notatis ꝑ Bart.de leg.3.Quia concedo,ſed dico, ꝙ hēt locũ nedum ſequuta alienatione hominis, ſed ēt per alienationē legalē, vt ſuperius eſt probatũ multipliciter. Et ideo cũ prohibita ſit alienatio extra familiã, non quidem ſimpliciter,ſed maſculorũ, prout ēt in præcedentib.eſt demonſtratum, non potuerunt bona prohibita peruenire ad filias Gulielmi ex ſucceſſione ab inteſtato,quia non ſunt de maſculis ex familia,& q̃a ſucceſſio talis,eſt alienatio legis, & ideo ex teſtō ēt nō pñt retinere. Si.n.facta fuiſſet alienatio in maſculũ de familia ēt remotiorem, quia tunc non eſt facta alienatio contra prohibitionē,cōcedi poſſet,ꝙ fideicōmiſſum nō haberet locum,d.l.filiusfa. §.cum pater.de leg. 1. Et ex hoc patet,ꝙ non eſt ſimplex, quamuis alienatio legalis comprehēdatur ſub prohibitione: quia aliàs remotior retinere non poſſet, ſed proximior admitteretur,d.l.cum ita.§.in fideicōmiſſo. de lega.2.& l.fi.de ver.ſig. Non ob.ēt ꝙ filiæ Gulielmi de ſint familia,quia licet ita ſit,tamen nō ſunt maſculi de familia, extra quos,& nō extra familiam,ſimpliciter eſt facta prohibitio ex mente coniecturata teſtatoris,ſicut fuit oſtenſum plenius ſupra, & propterea aliud tollitur, videlicet dum dicebatur, ꝙ licet teſtator habuerit reſpectũ ad maſculos, tamen fœminæ non ſunt extra familiam,& habent ſe ad maſculos, tanquã quilibet remotior de familia,q̃a ꝑferuntur maſculi,ideo alienatio fieri potuit in eas, ſicut in quēlibet aliũ remotiorē, d.§.cum pater. Quoniam nedum vocantur maſculi ſequuta alienatione,ſed ēt prohibita eſt alienatio extra maſculos de familia, ſecundũ mentē interpretatam,quamuis uerba ſimpliciter prolata aliter ſonent.Et ꝑpea in aliquem de familia fieri non poteſt,ſi non ſit maſculus,ſicut in quemlibet alium extra familiã fieri non poteſt. Inſuper nō
27 obſtat,dum dr̃† ꝙ prohibitio non porrigitur ad nepotes, q̃a
poſt

post filios vocantur etiam alij descendẽtes, qui ĩcluduntur in
fideicommisso relicto familiæ, quo casu dr̃ prohibitionem ẽt
in rem non ĩcludere nepotes, ſm Im. in l. filiusfamilias. §. 1. de
leg. 1. quia secundum Alex. ibi, Imola in hoc male loquitur, &
contra tex. in d. §. fratre. Et respondet ad allegata per Imol. Vel
secundo respondetur, ꝙ Imo. loquitur, quando prohibita fuit
alienatio, & subiunxit testator. Volo. n. eam rem peruenire ad
nepotes meos, & eis deficientib. ad alios descendentes. Ná hoc
casu vocat alios descendentes in casu, quo nepotes deficiant, &
28 non in casu, in quo ipsi alienent, quia † inclusio vnius casus est
alterius exclusio. l. statuliberum. §. Stichum. de leg. 2. l. Imperator.
de postulan. Et ideo ex hoc constat, ꝙ nepos non fuit pro
hibitus alienare, ꝓpterea restrĩgitur prohibitio ad filios institutos,
sed in casu nostro prohibuit testator alienationem, quia
voluit bona perpetuo in familia permanere, quo casu nepotes
& alios dr̃ vocasse ĩ casu alienationis, quia omnes sub vno ver
bo comprehendũtur. Ideo cum prohitio sit ĩ rem, per alienatio
nem cuiuslibet locum habere fideicõmissum, quo casu etiam
loquitur d. §. fratre. Secundò non obstat, dum dr̃, ꝙ talis pro
hibitio est solum facta fauore collegij, ideo postquam expirauit
substõ facta de illo, euanuit etiam prohibitio. Quia illud
expresse est cõtra verba & mentem testatoris. Nam dictæ ratio
nes exprimuntur copulatiue, videlicet, quia voluit, ut ĩ familia
29 perpetuò permanerent, & pro vsu ĩfra deputando. Natura † ãt
copulæ est æquè prĩcipaliter copulare, secundum Dy. in regu
li, accessorium. de reg. iu. in 6. & Bar. & Doct. in l. Titiæ textores.
§. pen. de leg. 1. Ergo fauore familiæ æquè principaliter est
facta ꝓhibitio, & non in consequentiam, vt ĩfert ratio prædicta,
quæ etiam tollitur ꝓpter illud verbum, perpetuò, ex quo
declaratur, ꝙ inuitantur etiam alij non comprehensi in instõne,
quoniam in familia non remanerent perpetuò, si prohibitio
restringeretur ad filios. Non obstat, dum dr̃, ꝙ prohibitio
ad fideicommissum relictum familiæ non fit masculorum gratia
tantum, quod constare dr̃ ex eo, ꝙ substõ est concepta inter
filios, si alter decesserit sine filijs, & consequẽter ꝙ filiæ ponũ
tur in condõne ad exclusionem fœminarum, atq; etiam, quia
ubi testator de masculis sensit hoc expressit, ar. l. vnicæ. §. sin autem
ad deficientis. C. de cadu. toll. quia immo soli filij masculi
dicuntur in condõne positi, & ex eo ꝙ de masculis expressit in
alia parte, de eisdem etiam loqui intelligitur in dicta condõne
vt late in præcedẽtib. est probatum. Et similiter ad quædam alia
ad idem tendentia, per præcedentia remouentur & tollun-
30 tur. Non ob. quoque † ꝙ licet masculi tantum de familia sint
uocati, ꝙ tamen admittuntur ab intestato fœminæ, per d. §. cũ
inter. quia hoc procedere posset, si alienatio etiam legalis pro-
hibita non esset, prout utiq; in casu nostro, sicuti ex præceden
tib. deprehenditur & colligitur. Item non ob. ꝙ quamuis sit
ꝓhibita alienatio extra masculos, tamen quilibet descendens,
& sic Gulielmus intelligitur grauatus, si decesserit sine filijs tã
fœminis quod masculis. leg. cum auus. de condi. & demonst.
leg. cum ac utissimi. C. de fideicomm. quia immo in hac tacita
condõne intelliguntur positi tantum ex interpretata men
te defuncti, quæ colligitur ex hoc, ꝙ proprias filias & neptes
exclusit, & quia masculos de familia substituit ſm Pa. de Ca. in
in d. consi. 79. in quo loquitur etiam de dicta condõne tacita,
& Soc. in d. l. cum auus. in uersi. præall. Præterea dicta condõ
tacita demum subintelligitur, quando fideicommissum non po
test in uita grauati purificari, secus autem si eo uiuente posit
purificari. ſm Cum. in d. l. cum auus. cũ quo transit ibi Soc. in
fi. 13. col. 13. col. ver. tertium corrolarium, &c. Sicut in casu no
stro contingere potuit in uita Gulielmi, puta illo alienante extra
familiam, quia tunc masculi de familia fuissent admissi
exclusis etiam filiabus Gulielmi. Præterea, si est prohibita alie
natio legalis, ut dictum est, probatum, si testator prohibuit fœ
minas per successionem ab intestato consequi dicta bona, er-
go illa conditione tacita non possunt dici positæ filiæ, per quã
dicuntur tacite uocati ab intestato, ut notatur in le. Lucius. de
hæred. institu. quia dicta conditio solum intelligitur ex inter-
pretata mente defuncti, vt in dictis iuribus, quæ interpreta-
tio cessat de contraria mente, sicut in casu nostro. l. iam hoc iu
re de uulg. & pup. & in l. in testamento. C. de testam. mil. Item
non obstat, quod in relicto facto familiæ intelliguntur cõpre-
hensi tantum illi, qui nati sunt uel concepti tpe testi, uel tem-
pore mortis testatoris. l. si ita. §. in fideicommisso. de le. 2. iũcta
l. si cognatis. de reb. dub. quia illud procedit & locum habet in
relicto facto familiæ pure & simpliciter. Sed quando differtur
in aliquem fututum euentum certum uel incertum, tunc satis
est, ꝙ quis sit natus uel conceptus dicto casu adueniente, ſcđm
Io. An. in addi. Spe. in rub. de test. uer. item Lambertinus de Rã
ponib. &c. & Pa. de Ca. in consi. 78. Viso dicto puncto, &c. &
Alex. in consi. 22. & melius in cons. 26. in 3. uol. Cum ergo ma
sculi de familia sint uocati, si sequatur alienatio hominis uel le
galis, & sic sub conditione, vt dictum est, satis est, ꝙ do. Anto.
Maria esset natus uel conceptus tempore, quo Gulielmus fe-
cit cõtra prohibitionẽ, & sic tpe mortis eius. Itẽ non obst. qđ
Gulielmus non potuit prohiberi alienare, nec grauari in euen
tum alienationis, quia non fuit honoratus, cum bona testato-
ris nõ habeat ex sua prouisione, sed tanquam hæres ab intestõ
patris sui. l. ab eo. C. de fideic. & l. sed si sic. de leg. 3. quia prohi-
bitio fuit in rem. Et sic quilibet de familia grauatur tanquã suc
cessor uniuersalis uel singularis ipsius Baptistæ instituti & ho
norati in reb. prohibitis alienari. quo casu grauamen tenet, li-
cet ille successor non sit honoratus. l. si fuerit. §. fi. de le. 3. secus
si grauaretur nomine proprio, ut l. seq. §. fi. Sicut etiã uidemus
31 ꝙ † prohibitio in rem instituto filio facta tm̃ transit ad ne-
potem, ſm Doc. in d. §. diui. & tamẽ ipsi ẽt loquuntur, quando
ueniret ad bona prohibita, non iure fideicommissi, sed tanquã
hæres ab intestato patris, sicut fecit Gũli. Postremo non ob-
stat, dum dicebatur, ꝙ uno ex filis testatoris decedente sine fi-
liis masculis, sed cum filia ab intestato, uel condito testõ, quod
alter filius testatoris, si superfuisset, admitti non potuisset ex
fideicommisso relicto familiæ generaliter, sed ex alia speciali fa
cta inter filios, quia per hãc specialiter factã dicto casu intelligi
tur derogatum alteri generali. Si ergò in illa generali non con
tinetur iste casus quo ad filios, ergo nec quo ad alios uocatus
sub eodem nomine familiæ. l. iam hoc iure. de uul. & pu. Quia
respondetur dupliciter. Et primo, ꝙ spãlis, & pñalis substitutio
non est circa idem, sed circa diuersa, qm̃ illa facta inter filios il
lo casu speciali, si unus decesserit sine filiis, est in hæreditate, &
sic est uniuersalis ẽt respectu fideicommissariæ, sed fideicom-
missum relictum familiæ est solum de bonis immobilib. aliena
ri prohibitis, & sic est particulare & singulare, etiam si esset de
bonis mobilib. & immobilibus, ex quo in illo nõ ueniunt, nec
uenire possunt iura & actiones, ſm Bar. in l. Centurio. de vulg.
& pup. in 2. q. principali. uer. uel quid si dicat, bona mea uolo
32 peruenire, &c. Vna ergo † substitutio non derogat alteri, quia
non sunt circa idem, ideo possunt simul concurrere l. recusa-
re. §. si Titius. ad Treb. & ibi per Bart. & Doct. communiter. Si
ergo casus ille euenisset. s. ꝙ unus ex filiis testatoris decessisset
cum fœminis tantum, alter qui super fuisset, uenire potuisset
ex fideicommisso uniuersali, & petere hæreditatem, uel ex par
ticulari bonorum immobilium tanquam quilibet de familia,
quę bona immobilia & alia bona hæreditaria differunt ab hæ
reditate. l. 1. C. de euic. Et sic potuisset eligere, ex qua substitu-
tione uenire uoluisset. d. §. si Titius. Secundo respondetur, qđ
potest etiam fieri inæqualis determinatio inter filias & alias re
motiores, quando sequeretur absurdum, qđ fœminæ proxi-
miores essent deterioris conditionis quam remotiores, ꝓut
sequi posset in casu nostro, per ea quæ dicta sunt superius, arg.
not. & per gl. & Bar. in d. l. si mater. §. 1. de uulg. & pup. subst. &
melius probatur in c. cum dilectus. de consuetu. Ex quo notat
ibi do. Abb. ꝙ fit inęqualis determinatio, quando aliàs sequere
tur legum correctio, ita & hic fieri potest, quando ex determi-
natione ęquali posset absurdum sequi. Ista tamen respõsio nõ
est necessaria, quia pręcedens est clara. Concluditur ergo, qđ
do. Ant. Maria in casu, de quo agitur, iure fideicommissi intelli
gitur esse uocatus. Laus Deo.

A D D I T I O.

In hac eadem causa consuluit Barb. consi. 43 uol. 4. & Corn. cons. 230. uol. 3. & Crot. consi. 48 & Soc. consi. 227. uol. 2. & ipsemet Rui. refert in §. Diui. car. 96, col. 2. uide etiam not. ad Ale. cons. 55. uolu. 3. Menoch. consi. 95. num. 154.

Vltimum. In hac eadem causa contra consuluit Deci. consi. 361. & 456. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Matris portio quando patruis applicetur.*
2 *Iura diuersa oriuntur ex filiorum disparitate.*
3 *Exclusus relinquit suam portionem ei, qui eum excludit.*
4 *Fauore agnationis excluduntur fœminæ ab agnatione.*
5 *Sorores quo sensu ab hæreditate excludantur, directo ne, an contrario.*
6 *Argumentum a sensu contrario sumi nõ potest, ubi induceretur correctio iuris communis.*
7 *Verba a contrario sensu sumpta ad quos restringantur.*
8 *Statutorum uerba sic capi debẽt, ut euitetur correctio iuris communis.*
9 *Casus a sensu contrario collectus dici debet omissus.*
10 *Argumentum quare sumi non debeat in descendentibus.*
11 *Determinatio non fit æqualis, ubi inducitur correctio legis.*
12 *Argumentum quando sumi debeat respectu totius orationis.*
13 *Sorores per statutum non excluduntur a patruis.*
14 *Soror exclusa a fratre, beneficio matris admittitur quandoq;.*
15 *Auus maternus per patrem exclusus, beneficio auiæ potest succedere.*
16 *Filiæ dotatę portio, quando & qualiter applicetur masculo.*
17 *Mater an excludatur patrui contemplatione.*

CONSILIVM. CLXIX.

ISO & examinato pũcto, & statutis ciuitatis Mutinæ diligenter inspectis, est primò videndũ vtrũ patrui infantis defuncti excludant matrẽ a portione, quæ ei dẽtur de iure communi, iuxta aut. defuncto. C. ad senatusc. Tert. Secũdo videbimus quid de sororib. Circa primum videtur prima facie dicendum
1 ꝙ portio debita matri de iure communi dictis patruis dẽat applicari, ꝑpter statutum sub rubrica, ꝙ attinentes ex linea materna, &c. in quo disponitur, ꝙ agnati masculi vsq; ad quartum gradum succedant decedenti ab intestato, siue sit testabilis, siue nõ, matre & auia materna penitus exclusa. Quamuis igitur in casu nostro cum matre concurrant sorores defuncti, videtur ꝙ excludatur, & ꝙ eius portio patruis per statutum deferatur, ẽm Pa. de Ca. qui sic cõcludit in l. illam. C. de col. Nam ẽm eum, si patruus ex forma statuti excludit matrem, eã quoq; excludere poterit, & eius portionem cõsequi, etiam si cum ea concurrat frater vtrinq; cõiunctus. Idem etiam in simili quæstione voluit Pa. de Ca. & Bal. ibi, ẽm eum, in l. si uiua matre. C. de bo. ma. quia ad hoc nõ solet allegari argumentum illius tex.
2 vbi probatur † ꝙ ex disparitate filiorum diuersa iura oriũtur, & dispariter statui dẽt. Et ideo est argumẽtum, secũdum Bal. ut refert seu intelligit & sequitur Pau. de Cas. ꝙ si statutum dicat, ꝙ extãte masculo filia dotata nõ succedat patri, & superstit vna dotata & altera nõ dotata, ꝙ prima non succedat, sed alia vna cum masculo, quia disparitas earum hoc suadet, licet prima facie videretur iniquum, ꝑp inuidiam, quæ oriri posset inter eas. l. cum pater. §. euictis. de le. 2. Et sic potius videretur, ꝙ ꝑp nõ dotatam etiam dotata succedat, arg. l. si communem. quemadmodum seru. ami. Sed cõtra est, dicit Pa. de Cast. secũdum Bal. Sicut ergo isto casu excluditur filia dotata per masculũ ad eius commodum, quamuis cõcurrat cum alia nõ exclusa, sic & in casu nostro dẽt mater excludi, & eius portio patruis applicari, licet cũ ea cõcurrãt sorores defuncti nõ exclusæ, & q̃ cũ m̃re de iure cõi solent simul succedere. d. auth. defuncto. Et confirmatur ex no. per Bar. in l. 2. §. vidẽdum. ad Ter. dum vult, ꝙ por
3 tio † exclusi applicetur illi, cuius contemplatione fuit exclusus, per. l. 2. §. cum duo. de coll. bonorum. Præterea vr̃, ꝙ explicite sic etiam uelit & determinet prædictum statutum in ver. sin autem decesserit aliquis, &c. vbi disponitur, ꝙ nõ extantib. agnatis prædictis, sed extante matre & sorore, vel sororibus, succedãt æqualiter pro uirilib. portionib. dicta mater, soror, vel sorores prędictæ, &c. A ꝯrio ergo sensu, quod argm̃ est ualidũ, l. 1. §. huius rei. de off. eius cui mand. est iurisd. agnatis extantib. nõ succedit mater, quamuis cum ea cõcurrat soror. Quinimmo vr̃ per hãc rationem, ꝙ soror, uel sorores similiter sint exclusæ dicto casu simul cum matre, quod uidetur satis rationi congruum, & conuenire intentioni statuentium. Nam qua ratione per statutum excluditur mater a dictis masculis, si sola superstit, eadem rõne dẽt excludi, sororib. etiam super extantibus. Et similiter cum illæ in successione defuncti nõ sint de iure cõmuni melioris cõdõnis quam mater. d. auth. defuncto dẽnt pa
4 riter excludi, quia † fauor agnationis, propter quem includuntur masculi, ẽm Io. And. in addi. Spe. in rub. de succes. ab inte. & Bal. in l. 1. C. de adult. cum concord. tendit pariter etiam ad exclusionem earum. & præcipue cum hoc etiam colligatur ex statuto, sumpto ut dixi, argumento a sensu contrario. Et quãuis regulariter in statutis non habeat locum dictum argumentũ, quando ex hoc resultat correctio iuris communis, secundum Bal. in l. omnes populi, de iust. & iu. in 6 q. prin. & Iaco. Butr. Bar. & alios, in d. l. 1. de offi. eius, &c. & Fulg. & Sal. in l. conuenticula. C. de epis. & cler. & Doc. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt a præla. & Roma. & Mod. in l. si cum dotem. in princ. sol. ma. cum concor. de quib. in dictis locis. Nihilo minus in casu nostro videtur esse aliter dicendum ex mente statuentium, & spãli rõne. Dicitur autem in statuto, si autẽ decesserit aliqs nõ extantib. aliquib. descendentib. vel ascendentib. vel agnatis prædictis masculis, sed extante matre tantum, vel matre, & auia, ꝑdictis & sorore uel sororib. saltem ex latere paterno coniũctis, ut supra, uel extante auia paterna, & ipsis sorore & sorib. succedant æqualiter pro uirilib. portionib. &c. Dum ergo statutũ dicit, non extantib. descendentib. in hoc argumentum a contrario sensu potest sumi, & sic ꝙ illis extantib. personæ infrascriptæ non succedant, quia per hoc ius commune non corrigitur, immo cum iure communi concordat statutum, si sumatur dictum argumentum, quia dicto iure descendentes excludunt dictas personas, in d. auth. de hær. ab inte. in prin. Sicut ergo quo ad dictos descendentes potest & debet sumi dictum argumentum, sic etiam sumendum est quo ad alios, quia cum prædicti omnes determinent uerbum illud, decesserit, dẽt esse omnium æqualis determinatio. l. iam hoc iure. de uulg. & pup. & l. quãuis. & l. hæreditatem. C. e. ti. Præterea illa conditio negatiua importata per illa verba, uel agnatis prædictis, respicit pariter omnes casus infrascriptos. Sed quo ad primum, scilicet quando extat mater & auia tantum, sumitur, & sumi põt a contrario sensu, quia in præcedentib. illæ sunt exclusæ in sensu directo ꝑ statutum, & sic per sensum contrarium, tunc ius commune non corrigitur, quia iam ab illo erat recessum, sed concordat cum alia parte statuti præcedente, ergo debet etiam sumi quo ad alios casus sequentes, s. quando soror concurrit cum matre uel cum auia, quia dicta determinatio dẽt pariter determinare omnia determinabilia, d. l. iam hoc iure. Multa alia pro hac parte adduci potuissent, quæ studiose omitto, quia verbosus nec eẽ, nec uideri uolo. Sed præmissis non obst. contrarium de iure arbitror uerius. Et incipiam ab hoc vltimo, videlicet, vtrum
5 sorores † excludantur in sensu directo uel contrario. Et est dicendum quod non. Nam statutum pręcedens sub rubri. quod filiæ uel mulieres dotatæ, &c. in fine, sorores excludit directe & expresse solum extantibus fratribus uel liberis eorum masculis. Cum ergo solum includat prædictos, alii in eodem capite inclusiuo non intelliguntur positi. l. cum prætor. de iud. l. maritus. C. de procu. Per aliud etiam statutum sequens exclusæ non inueniuntur sorores directo per agnatos alios transuersales, sed per illud solum excluduntur mater & auia paterna, & omnes ascendentes per lineam maternam & auiæ paternæ, & cognatos usque ad decimum gradum. Et sic sorores, quæ sunt agnatæ, non reperiuntur positæ in capite exclusiuo huius statuti. Nec per hoc, quod mater uel auia paterna excluduntur, intelliguntur exclusa soror, ut probatur ex no. per doct. in l. illã. C. de colla. & per infra dicenda declarabitur. Solum ergo restat uidere, an excludatur per dictũ uersiculum sin autem decesserit, &c. sumpto argumento a contrario sensu. Et est dicendum
6 ꝙ non, † quia, ut dixi, non potest sumi, secundum Doct. in locis præalleg. quando ex hoc inducitur correctio iuris communis. Præterea ubi sit sumendum, debet sumi, si fieri põt, ut non corrigat. l. pręcipimus. in fin. C. de appellat. & leg. sancimus. C. de testa. & prout fieri potest hoc casu, in quo dicto modo potest argui, & ita & taliter quod soror per hoc non erit exclusa, quoniam, ut dixi soror solum ex præcedentibus excluditur, quando fratres aut filii fratrum, & prædictis etiam extantibus excluditur mater, & auia, & cognati, & quæ aliæ perso-

personæ etiam ab alijs agnatis masculis vsque ad quartum gradum sunt exclusæ. Et dum postea statutum subdit, si autem decesserit aliquis non extantibus aliquibus descendentibus, uel ascendentibus, vel agnatis prædictis masculis, &c. debet sic a cõtrario sensu sumi argumentum, ergo extantibus aliquibus descendentibus, ascendentibus, uel agnatis, s. illis qui excludunt personas infrascriptas tam de iure communi, quam ex forma statuti, & sic quando superest soror cum matre, uel auia non includitur in argumēto sumpto a contrario sensu quilibet agnatus transuersalis, sed ille solum, qui excludit utramque ex dispositione statuti, prout est frater, & quilibet masculus de-

7 scendens ex fratre. Verba† igitur sumpta a contrario sensu restringuntur ad illos, qui sunt superius positi in capite inclusiuo, quando soror superest, & sic ad fratres, & ad fratrum liberos masculos, si exponantur verba illa sumpta a contrario sensu scilicet uel extantibus agnatis prædictis, videlicet illis, qui superius sunt uocati ad exclusionem infrascriptarum personarum, prout sunt omnes agnati usque ad quartum gradum, quãdo solum extat mater, & auia, uel fratres, & filij fratrum tantum, quando cum eis, uel altera earum concurrit soror, quia mediante hac restrictione dictum argumentum de nouo non corrigit ius commune, sed concordat cum præcedenti dispositione statuti. Nam sicut non sumitur argumentum prædictũ indistincte, quando ex hoc corrigeretur ius commune, sic etiã debet restringi ad hunc effectum, vt euitetur legum correctio argumento. l. quæ de tota, de rei uendicatione. Bene facit pro hoc tex. in c. cum dilectus. de cõsuetud. vbi probatur, & ibi no.

8 Doc. & maxime do. Abb. in 5. notabili, ꝙ† verba statuti debēt capi largē, vel stricte, si ita interpretando euitatur correctio iuris communis. & l. 2. C. de noxa. Si. n. voluisset statut um excludere sororem per alios agnatos remotiores, uerisimile est, qđ hoc expressisset in sensu directo, sicut expressit de fratre, & de filiis fratris in fi. præcedentis statuti, arg. l. unicæ. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. Et propterea prædictum argumentũ a contrario sensu debet restringi modo prædicto, & tanto magis, quia eodem statuto cauetur, quod in cęteris casibus non comprehensis in statuto ius commune seruetur. Et propterea argumentum a contrario sensu non debet sumi, quando ex eo resultat correctio iuris cõmunis de nouo, ut probatur in d. c. cum apostolica. in uersi. directe. de his quæ fiunt a præla. & ibi no. do. Abb. ꝙ sensus contrarius dicitur subauditus, & non expressus, & eadem ratione nec comprehensus, ꝙ dicit esse notãdum pro statuto disponente, ꝙ statuta intelligantur plane, & sine subauditione, & idem dicit Bal. in l. 2. C. de cond. inser. per gl. ibi, facit. l. apud antiquos. C. de furt. ubi ꝓbatur, ꝙ uenit ex

9 coniectura, † immo casus, qui a contrario sensu colligitur, põt dici omissus, & per consequens non comprehensus, ut colligitur clare ex no. per Bal. in l. 1. C. de inuti. stipul. Et præsertim ꝓdicta procedunt, cum statutum hoc in sensu directo satis operetur contra ius commune, dum vult, ꝙ auia paterna succedat simul cũ matre, & cum sororibus & ꝙ soror ex uno latere tm̃ succedat cum matre aliis sororibus coniunctis ex utroque parente, contra d. auth. defuncto. ad Tert. & contra auth. post fratres. C. de suis & legit. Et iõ cũ in hoc directo sensu possit statutum operari, non debet aliter sumi argumentum a contrario sensu, ſm Doc. in locis præalleg. Pręterea vbi ēt argm̃ a contrario sensu sumeretur simpliciter, & absq; ulla restrictiõe, adhuc cognati non possent succedere, qm̃ statutũ vult, ꝙ dictis agnatis nõ extantibus, sed extante matre, & auia paterna tm̃, uel extante matre, & auia ꝑdictis uel sororibus saltem ex latere paterno cõiũctis, vel extãte matre, & ipsa sorore, vel sororib. coniũctis, vt supra vel extante auia paterna, & ipsis sorore, & sororibus, succedant æqualiter pro uirilib. portionib. dicta mater, soror, uel sorores, & auia, &c. Si ergo sumatur argm̃ a contrario sẽsu, dici dēt, ꝙ agnatis ꝑdictis extantib. ꝑsonæ ꝑdictæ non succedãt æqualiter, nec pro uirilib. portionib. Et sic ꝑ illud nõ includuntur agnati, sed solũ ꝙ dicto mõ non succedant dictæ mulieres. Qualiter aũt tunc succedere debeant, statutũ ibi hoc non determinat, nec in alia parte, igitur est casus omissus, & remanere debet in dispositione iuris cõmunis, ſm ꝙ ꝑdictæ ꝑsonæ debent aliter, & alio modo succedere d. auth. defuncto. & d. auth. post fratres. & ita in proprijs terminis dictum argm̃ a contrario sensu sumit Soc. in cons. 207. In cã do. Annæ & c. circa fi. ꝙ ēt ultra cũ melius declaratur. Nã dispositio illa statuti ꝙ non extantibus agnatis prædictis succedant dictæ muliere, æqualiter, & pro uirilibus portionib. potest diuidi in duas. Prima est, ꝙ succedant. Secunda est, ꝙ succedãt æqualiter, & uiriliter. arg. l. Celsus, de arb. & l. 2. ff. de hær. insti. Argm̃ ergo a cõtrario sensu non sumitur, nec debet sumi ex prima, sed ex sequẽti, in quo ponitur tota oratio, & dispõ seu decisio. Et præsertim quia sumendo ab hac parte dictũ argm̃, non corrigitur ius cõe sicut corrigeretur, si ex prima parte sumeretur, sed fit reditus ad ius cõe, ꝙ est fauorabile, vt notat gl. in c. statutum. in uerbo, dinumerandũ. de præbē. lib. 6. do. Ant. in c. olim tibi. de uerb. sig. per illum tex. & Alex. in l. si cõstante. in prin. sol. mat. col. 3. Et cũ possit sumi, & contra ius cõe, dēt sumi eo modo, quo cõcordet cũ iure communi. d. c. cum dilectus. de consuetud. Non obstant allegata in cõtrariũ, videlicet, ꝙ æqualis esse dēt determinatio. d. l. iam hoc iure. & iõ sicut quoad descendentes, & quoad transuersales oẽs, qñ nõ superest soror, sumitur simpliciter, ita dēt ēt sumi extãte sorore in medio. Et primo r̃detur,

10 † ꝙ immo quoad descendentes non sumitur, nec sumi dēt argm̃ a cõtrario sensu, quia cum de iure cõi directe & expresse descẽdẽtes, si extãt, ꝑferantur, nõ dēt sumi dictũ argm̃, per quod diceretur vocari indirecte, & tacite. d. c. cum apostolica. & no. in d. l. 2. C. de condi. inser. quia expressum facit cessare tacitum. l. cũ ex filio. §. 1. de vul. & pup. & idem qñ soror non est in medio. Nam cũ agnati usq. ad quartum gradũ præferantur aliis, s. matri, & auiæ ex dispõne præcedenti eiusdẽ statuti expressa, cessat tacita, & subintellecta, quæ resultat ex argõ a cõtrario sensu. Secundo & notabilius respondetur, ꝙ non dēt fieri de-

11 terminatio æqualis, qñ ex† hoc induceret correctio legis, sed dēt potius fieri inæqualis determinatio, ut minus præiudicetur iuri cõi, ut est text. ualde singularis in d. c. cũ dilectus. quem ad hoc sũme no. & commendat do. Abb. in d. 5. not. Et in hoc ille tex. ſm eũ est multũ singularis ad interpretationẽ statutorũ. Et iõ quamuis dictum argm̃ possit sumi certis casib. quia per hoc a iure cõi non receditur, non tñ est sumendũ aliis casib. in quib. ius cõe corrigeretur. R̃ndetur & tertio, ꝙ nõ est faciẽda æqualis determinatio, qñ in oĩb. determinabilib. nõ est eadem rõ, ſm An. in §. hinc nobis. in auth. de hęr. & fal. & Imo. in l. Caius. sol. ma. est quo transit Ale. in l. iã hoc iure. in dispõne legis, de qua tractamus. Sed quoad descẽdẽtes, & transuersales, qñ soror non est in medio, cõcedit, ꝙ dictũ argm̃ sumatur ea rõne, vt dictũ est, qa per illud a iure cõi non recedit, q̃ rõ cessat, qñ reperit soror in medio, iõ dēt tunc in fauorẽ agnatorũ ar-

12 gm̃ cessare. Quarto & vltimo r̃ndet† ꝙ vbi sumi debeat simpliciter, ꝙ dēt argui, & argm̃ sumi respectu totius orationis, & sic ꝙ illis extantib. dictæ fœminæ non succedant æqualiter, & æquis portionib. vt superius fuit plenius expositum. Et secundũ hoc quoad omnes erit æqualis determinatio. Sed per hoc non sequitur, ꝙ masculi debeant succedere, quãdo extat soror, sed successio spectat ad fœminas de iure cõmuni, tanquã casus iste sit a statuto omissus, vt dixi. Postquam igitur est cõclusũ, & re-

13 cte, quod† sorores non excluduntur a patruis ex ꝓuisione statuti, dicitur ēt qđ non excludit mater. Et quamuis ubi sola cõcurreret cũ dictis agnatis remanet exclusa ex ꝓcedēti parte statuti, q̃ hoc casu loquit, & disposuit, tñ ex quo nunc concurrit cũ sorore, quæ non inuenit exclusa beneficio sororis, admittit mater cũ ea, ut probat in l. 2. §. si sit consanguinea. ff. ad Tertul. vbi mr̃, q̃ excluditur a patre existente in aliena familia, ea. l. §. obijcitur, beneficio sororis defuncti admittitur pariter cum ea, quia soror tanquã agnata excludit dictũ patrem, qui ē cognatus. Sic ergo & in casu nr̃o soror non exclusa, & de iure communi præfertur patruo, dēt illũ excludere, & matri obstaculũ remouere, prout in simili uoluit Bar. in l. 1. §. si filium. de bon.

14 pos. contra tab. ubi concludit, quod† soror vtrinq. coniuncta exclusa e fratre consanguineo ex forma statuti bñficio mr̃is excludentis dictũ fratre de iure communi succedet cũ ea, per. d. §. si sit consanguinea. Et cum eo transit Bal. in l. si quis filium. ad fi. C. de inof. test. Et in terminis nostris idem etiam consuluit collegium Perusinum, ut, s. mater, quæ excludebatur a patruo ex forma statuti, beneficio sororis utrinque coniunctæ, quam patruus non excludebat, succedere posset cum sorore exclusa patruo, per d. §. si sit consanguinea, & quia iste casus est a statuto omissus. Quod consiliũ reperitur inter consilia Angnum.

num. 210. incip. Statutum supradictum, &c. Et cum eo transit Pe. de Anch. in c. 1. de consti. circa fin. uersi. anteq consilia, quæ habeo, &c. & idem consuluit Imo. in consi. incip. In casu præmisso discutiendum est, quis succedat Ludouico, &c. quem refert & sequitur Ale. in l. illam. C. de colla. allegant etiam, quia in odiosis sub simplicib. nõ cõprehenditur mistũ. l. uim passã. §. pscriptione. de adult. Itẽ quoq; in qõne simili determinat Bal. in
15 l. qcũq; col. 4. C. de ser. fug. Dicẽs, q † auus maternus p statutũ a patre exclusus bñficio auiæ ñ exclusæ succedet simul cũ ea, qa non exclusus trahit ad se exclusum, & non econtra. Cum ergo dicti patrui in casu nostro per sorores excludant, & succedere nõ possint. dñr nõ extare, seu hñr p nõ extantib. quia paria sũt nõ extare, uel extare, & nõ succedere. l. 2. §. sed si sint sui. ad Tr. & ibi Bar. l. si necẽ. §. si deportatus, de bonis lib. l. 2. in princ. de bon. pos. ſm tab. & in §. sed nostra. insti. de suc. lib. & ppea succedit dispõ statuti, q vocat matrẽ, & sorores agnatis pdictis nõ extãtib. quinimmo ubi ẽt su pextaret solũ soror cõiũcta ex parte patris, cui mater pfertur de iure cõi. d. auth. defuncto adhuc mater p dictos patruos nõ excluderet, immo p dictã sororẽ excluderent, & matri obstaculũ remoueret. ut pbatur ĩ d. l. 2. §. si sit agnatus ad Tertu. & probatur ex no. per Barto. in l. 1. §. si filiũ. de bõ. pos. cõtratab. & bñ facit. l. fi. §. fin aũt. C. ad Tert. & illũ tex. ad hoc ibi ẽt põderat Bal. Et p hac parte cõsuluit ẽt Are. in cõs. 26. inci. Proponit ex facto, &c. & ĩ cõsi. 141. inci. Viso pũcto ad me trãsmisso, & statutis cõis Senarũ, et d. Bened. de Perus. in cõs. 236. et Ale. in d. l. illã. Et ab ista opi. tãq cõi nõ est recedẽdũ in iudicãdo, et cõsulẽdo. q̃uis ẽt aliq hoc vltimo casualiter uoluerint, et pro eorũ opinione disputatiue multa adduci possẽt. Et p pdicta apparet, q Pa. de Ca. q in d. l. illã. male loqtũ uoluit, sicut in prin. retuli, q in casu nro portio matris applicetur patruis. qa hoc est ꝯ d. §. si sit cõsanguinea. & cõtra authoritates pdictas. et illũ ẽt rephẽdit Ale. in d. l. illã. & similiter dicẽdũ est, q nõ bñ loquatur Pau. de Ca. post Bal. in d. l. si uiua
16 matre. C. de bonis mr. dũ dicit † portio filiæ dotatæ applicabit masculo p statutũ & succedet cũ alia nõ dotata, q nõ excludit a dicto statuto, qa immo dotata bñficio indotatæ excludentis masculũ remotiorẽ dẽt succedere p d. §. si sit cõsanguinea. Et ita in terminis tenet do. Pet. Phi. Corne. de Peru. in d. l. fi. C. ad Ter. uersus fi. p d. §. si sit cõsanguinea. & p no. p Bal. in l. qcũq; licet de pdictis mẽtionẽ nõ faciat. & ad no. p Bar. ĩ d. l. 2. §. uidẽdũ. rñdetur ẽt in d. ctis locis, & maxime p collegiũ Perutinũ,
17 & p Are. in dictis consiliis, & psertim in casu nostro, quia † nõ est uerũ, q mater excludatur cõtẽplatione patrui, ex quo ipse p sorores prius excluditur. Rom. n. Bar. posset locũ habere, qñ sola mater cõcurreret cum patruo. Et propterea concludo, q mater & sorores succedere debeãt, & patruis pferri. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pleno iure, quid importetur.*
2 *Gerundium quando conditionem importet, & quando non.*
3 *Viduitas quibus uerbis indicatur.*
4 *Prohibitio non nubendi ideo nulla est, quia nuptiæ debent esse liberæ.*
5 *Suitas per dationem substituti uulgaris tollitur.*
9 *Institutionis effectus in futurum euentum confertur.*
7 *Cautio Mutiana quando dicatur necessaria.*
8 *Hæres, dictio enunciatiue prolata in præcepto dupliciter intelligitur, & num. 10.*
9 *Verbum ambiguum in iudicio prolatum, interpretationem recipit secundum mentem proferentis.*
11 *Hæres esse desinit, qui contra cautionem uenit.*
12 *Hæres sub conditione negatiua institutus, cautionem substitutis præstare debet.*

CONSILIVM CLXX.


ISO testõ magistri Barth. de duob. principaliter dubitatur. Et primo, vtrum eius hæres instituta, vt in testõ cõtinetur, sit hæres, & potuerit eius hareditatem adire. Scdo adueniente casu substõnis factæ prædictæ uxori, illa possit Trebellianicã detrahere. Circa primũ vr prima faciedicẽdũ, q potuerit adire, qa testtõr do. Camillã eius uxorem in uita sua seruando tm̃ vitam uidualem, sibi hrdẽ uniuersalem dominam, & usufructuariã instituit, fecit, & esse uoluit pleno iure. Cum ergo mediante tali institutione sit illi hæreditas delata, concurrentibus ẽt alijs potuit adire, vt no. in l. is potest. de acq. hæred. & tps in instõne appositum reijcitur. l. hæreditas ex die. de acq. hæred. Nec dici pt hæres ex re certa, cum uoluerit testator eã esse hæredem vniuersalem. & uerba sequentia, s. dominam, & usufructuariam, apposita ad augmentum non inducunt diminutionem. l. si mãcipia. in prin. de fund. instru. & l. nulla. & ibi no. de legi. Et tan-
1 to † magis hoc est uerũ propter uerbum illud, pleno iure, qđ importat quantũ ad pprietatẽ, & vsumfructum, ſm Bal. in l. mater. C. ad Tert. & vbi ẽt esset instituta in usufructu tm̃, quia tñ ei non est datus cohæres vniuersalis, diceretur hæres in solidum. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hæredi. insti. & plene traditur in l. quoties. C. eo. ti. Nec ẽt uidetur dici posse, qđ per illa verba, videlicet, seruando vitam vidualem dicatur instituta sub illa conditione scilicet si uitam uidualem seruauerit, quia gerundium
2 † illud seruando, est iunctum illi uerbo pręsentis tpis, instituit, & illud uerbum determinat, iõ cõdõnem non facit. sed demũ quando iungitur uerbo futuri temporis. l. situ ex parte. cum gl. & ibi no. Bar. de acq. hære. Vbi illud gerundium, ad eundo, exponitur, id est, si adierit, ut in gl. quia iungitur participio, habiturus, de quo in tex. & sic ẽt sensit, & intellexit Bar. & alii. Hoc ergo casu uidetur potius importare quoddam onus viduitatis. Seu illud uerbum, seruando, debet exponi, id est, quandiu uel donec seruauerit uitam uidualem, secundum quam expositionem institutio est pura, & adiri potest non pręstita cautione Mutiana, secundum Bal. qui in hoc finaliter residet in cons. incip. Proponitur, quòd Manfredinus. 5. uol. secũdum ultimã impressionem. Et quamuis prius dubitet, & arguat, quod illud verbum debeat exponi si seruauerit, & sic conditionaliter, tamen, vt dixi, postea remanet in alia expositione, secundum quã non est opus cautione, prout etiam vult Bar. & alii cõiter, in l.
3 fi. C. de indi. vidui. tollẽ. vbi concluditur † quod si legetur uxori, quandiu vidua erit, qđ per hoc non inducitur viduitas sed legatum pro primo anno est purum, & pro sequenti conditionale, ut donec erit uidua, capiat sine satisdatione, quod cum desierit esse uidua, desinet capere. l. filio. de annuis leg. & arg. l. pater Seuerinam. §. fi. de condi. & demon. & dato quod institutio fuisset conditionalis, id est, si non nuberet, tamen talis conditione diceretur purificata cautionem præstitam de restituendis bonis adueniente casu restitutionis. l. Mutianæ. de condi. & demon. & auth. cui relictum. C. de indict. vidui. tollen. & in auth. de nup. §. quod uero, ver. si uero. Satis est enim quod caueat re sti uere, si contrafecerit, ut in dictis iuribus, ut in effectu fecisse dicitur in casu nostro, absque eo, quod caueat non trãsire ad
4 secundas nuptias. Et † hoc, quia talis cautio, & promissio de non nubendo non ualeret, quia libertas nubendi non potest per pactum tolli. c. cum locum. cap. requisisti. & c. Gemma. de sponsa. Et ultra præmissa, quod etiam do. Camilla sit hæres, pbatur ex confessione contrariæ partis, ad cuius instantiã misit iudex præceptum in scriptis, in quo narratur, quod est hæres usufructuaria mariti in uita sua tantum, quæ uerba enunciatiua probatur contra illos, ad quorum instantiam pręceptum emanauit. l. optimam. C. de contrahe. & commit. stipu. Nec refert, qđ dom. Camilla non esset præsens, ex quo dictum præceptum fuit ad illam transmissum ad instantiam partis, ideo illi prodest, & pro ea plene probat dicta confessio, sicut probat confessio emissa in epistola, quę peruenit ad partem. l. Publia. in fi. depo. & per Ant. de Butr. & Abb. in c. fi. de confes. & Ant. Imo. in c. si cautio. de fide instrumen. & Bar. in l. nuda. de dona. & in l. cum quis decens. §. codicillis. de leg. 3. Sed præmissis nõ obstantibus contrarium puto de iure uerius. Nam testator, ut dictum est uxorem instituit seruando uitam uidualem in uita sua tantum, & post mortem eius, uel si aliam uitam elegerit quam uidualem, legauit, &c. & in residuo totius hæreditatis substituit Petrum Franciscum & fratres. Cum ergo illi sic substituti sub illa conditione, si do. Camilla aliam uitam quam uidualem seruauerit, & sic ab ea sit hæreditas adempta sub dicta conditione, intelligitur sub contraria conditionem substituta, & perinde est ac si instituta fuisset, si uitam uidualem elegerit. l. aliqñ. de condi. & dem. & l. pœnam. qñ dies leg. cedat. & sicut
5 dicimus † qđ per dationem substituti uulgaris tollitur suitas, quia

quia ex quo fit filio substitutio, sub ꝯdõne, si hęres nõ erit, hoc est, si non poterit, uel noluerit hæres esse. leg. cum proponas. C. de hęredib. instituen. intelligitur institutus sub contraria conditione, si hæres esse uoluerit. Et sic uidetur ei data licentia abstinendi, ut declarãt Moderni, maxime Alex. in l. si filius hæres. de uulg. & pup. Et per hoc tollitur, qđ contrariũ allegatur, s. ꝙ illud gerundium iunctum uerbo, instituit qđ est præsentis temporis, nõ facit cõdõnẽ, ẜm Bar. in d. l. si ex parte. quia cõdõ in casu nostro non inducitur ex natura gerundij, sed per ademptionem cõdõnalẽ, ꝑp quã uxor dicitur uocari, & institui sub contraria conditione, vt dixi. Præterea dicendum est, ꝙ immo illud gerundium, seruando, exponitur conditionaliter, si seruauerit, quia licet uerbum instituit, cui adiungitur, sit præsentis temporis, non tamen habet effectum de præsenti, sed in futurũ, & post mortẽ, & in illud tempus est collata ĩstitutio, ut no.

6 in l. illa instõ. de hęred. institu. Quia ergo† effectus ĩstitutionis confertur in futurum euentum, similiter onus uiduitatis iniunctum per illud gerundium, s. seruando uitam uidualem, differtur post mortem testatoris, quia cum prius non possit esse uidua, citius non potest uitam uidualem seruare, & propterea satis dicitur gerundium iunctum verbo futuri temporis attẽto effectu, qui præualet, & qui attendi debet. l. 3. § si. ff. quod quisque iuris. Per prædicta etiam remouetur, qđ uoluit Bal. in cõs. allegato in contrarium, dum dicit, ꝙ verbum illud obseruando, exponitur, i. quamdiu, uel donec obseruauerit, & sic ꝙ nõ faciat conditionem, per notata in d. l. fi. C. de indic. uidui. tollẽ. quia in casu nostro dicta expositio non potest locum habere propter ademptionem conditionalem, quę facit, ut dictum est ꝙ institutio dicatur facta sub illa conditione, si uitam uidualem elegerit, & per consequens illa expositio, quamdiu elegerit, nõ procedit, quia de alia mente testatoris apparet. Et vbi ẽt testator vxorem instituisset quamdiu vitam uidualem seruauerit, adhuc tamen institutio diceretur conditionalis, & cautio Mutiana esset necessaria, ut uoluit Bal. in d. l. fi. C. de ind. uidui. tollẽ. uer. quęritur. quid si testator, &c. ubi vult† ꝙ si testator dixit in

7 stituo vxorem meam donec castè, & honestè vixerit, ꝙ tunc sit necessaria cautio Mutiana, quia dicta verba non sunt apposita super annuo legato, sed super vnico, & perpetuo. Et iõ ratione futuri temporis est cauendum, quia est relictum, qđ requirit perseuerantiam uoluntatis, & non põt hæredis institutio esse annua, nisi in milite. l. miles ita. de hære. insti. & sic Bal. hoc casu differentiam facit inter institutionem hæredis, & legatum, ꝙ est notãdum ẜm Sali. ibi, qui transit cum Bal. Et quamuis dicat hoc uerum, quando vxor habebãt cohæredem, cui possit caueri, tamen satis est, ꝙ habeat substitutum, sicut in casu nostro, cui est cauendum. Et ubi etiam cohæredem non haberet, nec substitutum, adhuc tamen præstari posset, & deberet dicta cautio, s. uenientibus ab intestato, vt in auth. de nupt. §. qđ uero. uersi. præfatę autem. & in l. is cui. & ibi Doct. de cond. & dem. Et propterea ex hoc ostenditur, ꝙ Bal. in d. consi. non bene loquitur, idem Bal. & Salic. contrarium uolunt in d. l. fi. vbi respondent ad notata ibi, s. qđ locum habent in legato facto, quamdiu vidua erit. Et rationem reddunt diuersitatis inter legatum, & institutionem hæredis. Si ergo institutio reperitur facta sub illa conditione, si uitam uidualem elegerit, seu seruauerit, non potuit vxor adire, nisi prius præstita cautione Mutiana, quæ habetur loco implementi conditionis negatiuæ d. l. Mutianæ, prout negatiua uirtualiter dicitur prædicta conditio, quamuis concepta sit per uerba affirmatiua, quæ nõ sunt in consideratione, sed sensus implicitus verborum, qui est, qđ dicatur vxor instituta si non nupserit, prout etiam in his terminis uult Bar. in d. l. Mutianæ. in 1. col. uer. opposi. quod habeat locum, &c. per l. pater. §. socius. eod. tit. & Bal. in d. l. fi. in versi. præallegato. Et idem dicitur de qualibet affirmatiua quo ad uerba, quæ habet implicitam priuationem, & negatiuam, ut notatur in l. fin. de doli exceptio. per gloss. & in clem. fin. de rescript. Et probatur in l. inter stipulantem. in princ. & in l. huiusmodi. de uerb. obli. & ibi no. Doct. & per Bar. in l. nec codicillos. C. de codi. ¶ Nec cautio præstita de restituendis bonis est sufficiens, quia debuit præstari etiam de fructibus restituendis, & tam perceptis quam percipiendis, quia, ut prædo tenetur, si contra facit secundum Bal. in d. auth. cui relictum. Et ibi hoc explicite uolunt moderni, ꝙ factum nõ inuenitur. d. auth. cui relictum. & in corpore unde sumitur. Sed fuit pstita dicta cautio, tanquam ab vsufructuaria, quæ cauere debet de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituẽda re finito vsufructu, sicut factum fuit per do. Camillam. l. 1. in princ. vsufruc. quemadmo. caue. & ad quam cautionem non tenebatur, prout forte credidit, quia instõ continet ẽt proprietatem, per allegata in contrarium. Sed ad cautionem Mutianam, quæ non fuit præstita, ut dixi, & quæ etiam præstari debuit, licet petita non fuerit. d. l. Mutianæ. vbi dicitur, ꝙ hæres debet offerre se paratũ cauere, &c. Et ibi hoc plene declarat Soc. in tertio notabili. Nec obstat etiam, ꝙ pars fuerit confessa, do. Camillam esse hęredẽ.

8 Quia ad hoc clare respondetur† ꝙ uerbum, hæres, prolatũ enũciatiue in pręcepto, potest intelligi duob. modis, uidelicet in illo, qui est hæres per aditionem, & in illo, qui scriptus est hæres qui tamen non adiuit, ẜm Pau. de Cast. in l. 3. §. si quis, de hære di. institu. Et poterit esse casus, secundum eum, in quo illud verbum capietur hoc ultimo modo. Et probatur ultra eum in l. ꝗ hæredi. in prin. de cond. & demon. & ex notatis per Bar. in l. cũ filio. de leg. 1. Et hoc secundo modo debet capi in casu nostro,

9 quod dupliciter probatur, primo,† quia vbi uerbum ambiguũ profertur in iudicio, debet interpretari secundum intentionẽ, & fauorem proferentis. l. si quis intentione ambigua. de iud. & ibi hoc etiam uult Bar. Quod procedit, etiam si ille non sit aliter interpretatus, secundum modernos in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. possess. super quinta lectura, & maxime in casu nostro. in quo certum est, ꝙ talis interpretatio est utilis confitenti, secundum Alc. in l. scire debemus. in prin. de uer. obl. Secundo probatur, ꝙ uerbum, hæres, intelligatur tantum de scripto, quia illi, ad quorum instantiam factum est præceptum, postea negant alibi, & in alio iudicio dominam Camillam esse hæredem, & adire potuisse. Et sic contrarium dicere uidentur

10 eius, quod prius dicuntur confessi. Iõ † ad euitandum contrarietatem verbum, hæres, prolatum enunciatiue debet capi pro hærede scripto tantum, quia confessio unius ita debet interpretari, ꝙ contrarietatem non contineat, ẜm Bal. in l. cum falsa. C. de iur. & facti ignor. in l. fi. in fi. C. de iureiur. Bal. Pau. de Cast. & Ale. in l. 1. in prin. ff. ne quis eũ, &c. & Ale. in cõsi. 82. col. 6. 3. vol. & tanto magis isto casu, in quo cõstat, ꝙ do. Camilla nõ est, nec esse potest hæres mediante aditione, sed solum est hæres scripta. Non nocet ẽt talis confessio, quæ dicitur oriri ex illis uerbis enunciatiuis, quando de illo enunciato disputatẽ principaliter, ut fit in casu isto, ẜm dom. Ant. in c. illud. de pręsump. & Bal. in l. ad probationem. C. de probat. cum concor. de quib. per Moder. in d. c. illud. & per Ale. in consi. 139. in vlt. col. 1. uol. Et aliis modis ad contrarium posset responderi. sed quia prædicta sufficiunt aliter non insisto. Et per hæc remanet prima dubitatio absoluta. Circa uero secundum dubium, uidelicet, utrũ do. Camilla transeunte ad secundas nuptias posit Trebelliani cam retinere & uidetur prima facie dicendum quod sic, quia in hunc euentum testator substituit Petrum Franciscum, & fratres, &c. & sic compendiosè, quæ hoc casu continet uulgarem & fideicommissariam, ex quo est facta per uerba denotãtia tractum temporis, uidelicet si non elegerit uitam uidualem, quia potest intelligi ante, & post aditam hæreditatem, secundum Barto. in l. centurio. de uulg. & pupil. uersi. quæro, utrum substitutio compendiosa facta per uerbum cõe, &c. cum quo alij transeunt, & in l. precibus C. de impuber. & aliis substi. Nec ex eo, quod prædicti sint substituti pleno iure dicitur prohibita Trebellianica, secundum Pau. de Castr. in authen. sed cum testator. C. ad legem Falc. & in consi. 150. & Roman. in authen. similiter. in fi. C. ad leg. Falcid. & in consil. 75. & 79. & Capram in consilio 83. incipien. Ciprianus de Fulgineo, &c. & Oldr. in consilio 248. incipiente. Præsupposita consuetudine, &c. quia secundum prædictos, illud uerbum pleno iure, potest aliud significare, & importare, ut plenius declaratur in dictis locis. Sed præmissis non obst. contrarium uidetur uerius. Nam aut domina Camilla non pręstabit cautionem Mutianam antequam nubat, & per transitum ad secundas nuptias locum habebit substitutio uulgaris, quia illa non fuit, nec potuit esse hæres per ea, quæ dicta sunt in præcedenti dubio, iõ cessabit detractio Trebellianicæ. Aut dictam cautionem præstabit, & adhuc idem est, quia faciens contra conditionem, & cautionem, retro uidetur prædo fuisse, & non seruanti fidem nil patrocinatur fecisse

cisse cautionem, secundum Bal. in dicta auth. cui relictum. in 2. vel 3. col. In sui ergo præiudicium est perinde ac si cautionem non præstitisset. Et hoc etiam Mod. ibi dicit, & probatur etiam ex illo tex. in fi. vbi dicitur, perinde esse ac si non esset relictum. Ergo ex hoc sequitur, quod non potest Trebellianicam retinere, si ei nihil patro-
11 cinatur cautio, aliàs ei cautio prodesset. Nam † hæres veniens contra cautionem, desinit hæres esse ex legis dispositione, quæ potuit hoc facere, & non homo, vt notatur in l. in substitutione. de vul. & pup. & quia retro fingitur non fuisse hæres substitutus, potest venire ex uulgari, quæ non expirat per aditionem, quando ille, qui adiuit per dispositionem legis, desinit hæres esse ipso iure, & retro fingitur non adiuisse, sicut quando hæres esse ipso iure, & retro fingitur non adiuisse, sicut quando hæres priuatur, quia monitus intra annum non impleuit uoluntatem defuncti. auth. hoc amplius. C. de fideic. §. si uero. in auth. de hered. & falc. & no. gl. cum qua alij transeunt in d. l. post aditam. C. de impuber. & alijs substi. & probatur in terminis nostris in auth. de nup. d. §. quod vero. versi. præ-
12 fatæ. vbi dicitur † quod hæres in solidum institutus sub conditione negatiua, cautionem præstat substitutis. Loquitur ergo etiam tex. de substitutis vulgariter tantum. Si ergo substituto vulgari duntaxat præstatur cautio, ergo si contrafaciat hæres ex uulgari admittitur substitutus. Et hoc ideo, quia ipso iure lex facit illum desinere esse hæredem, & fingitur illum retro hæredem non fuisse, secundum Soc. in d. l. Mutianæ. Et quamuis Ang. ibi post Petrum uideatur uelle, quod ipso iure non desinat hæres esse, sed in effectu, & idem uelit Imola in l. si is cui. eo. ti. tamen non impeditur substitutio uulgaris, per illud nudum nomen hæredis. l. & si si ne. §. sed quod Papinianus. de minorib. & leg. 2. §. interdum. de vul. & pup. & per Bar. in l. 1. in 5. q. eo. ti. Sicut ergo potest ex uulgari admitti substitutus vulgaris, ita etiam ex ea potest venire ex compendiosa, in qua vulgaris continetur, secundum Bar. in d. l. centurio. & in versi. præallegato, sicut posset eam eligere hæreditate non adita. l. recusare. §. si Titio ad Trebellia. Si ergo locum habet uulgaris, igitur cessat detractio quartæ. Et vltra prædicta, quod non possit dicto casu Trebellianica retineri, probatur etiam in d. §. quod vero. versi. si vero transire. ubi dicitur, quod hac lege isto casu admittitur quis ad legatum, vel ad hæreditatem: & si ad secundas uenerit nuptias reddat, quod datum est, tale, quale acceperit restituens, &c. Quæ verba significant, ut restitutio fiat in eadem qualitate, & quantitate, & sic integre, & sine ulla diminutione, & consequenter absque detractione alicuius quartæ. l. fi. C. ad legem Falcidiam. Et adhuc ista opinio confirmatur. Nam non potest illa, qui contrafecit fructus, quos interim percepit, retinere, sed debet illos restituere. d. auth. cui relictum. Si ergo non datur retentio fructuum, qui non solent uenire in restitutione fideicommissi. l. in fideicommissaria. in prin. & ibi plene notatur ad Tre. pari ratione non debet concedi retentio quartæ. Et quia ubi conceditur, fructus percepti iudicio testatoris in ea imputantur. d. l. in fideicommissaria. Si igitur hoc casu detrahi posset quarta, non daretur repetitio fructuum, sed dicta imputatio haberet locum usque ad mensuram Trebellianicæ. Quia ergo fructus qui solent in quartam imputari, restituuntur, per hoc declaratur, quod Trebellianica non retinetur. Et ita concludendum uidetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli an ualere possint quandoque testamento existente inualido.*
2 *Codicilli ex uoluntate tacita defuncti præsumuntur conseruati, cum primum a testamento ualido pendere incipiunt.*
3 *Testator in dubio non præsumitur elegisse uiam, qua impugnentur sua ipsius iudicia.*
4 *Substitutio facta in codicillis an reguletur pro institutionis conditione.*
5 *Fideicommissum in codicillis relictum, quando habere possit effectum.*
6 *Proprietas plena quæ dicatur, & quid contineat.*
7 *Actus quando in alterius detrimentum uerti dicatur.*
8 *Ecclesiæ parochiales collegiatæ non ueniunt ecclesiarum parochialium appellatione.*
9 *Verba in significatu proprio sunt accipienda.*
10 *Exceptio quo casu regulam non firmet.*
11 *Verba geminata, & uniuersalia, plus important, quam simplicia.*
12 *Prohibitio alienationis facta filijs, non porrigitur ad nepotes.*
13 *Limitatio quædam importata per clausulam, ita quod.*
14 *Coniunx secundo nubens non plus debet relinquere coniugi, quam uni ex liberis primi matrimonij.*

CONSILIVM. CLXXI.

PRAESVPPOSITA validitate decreti excellentissimi senatus Ianuensis, & quod de nullitate illud redargui non liceat. Primo uidendum est, an codicilli sint nulli ex hoc solum, quod ab initio non valuerit testamentum ex defectu solennitatis, & formæ
1 introductæ a statuto. Et † quamuis regulariter valeant codicilli, quando ab initio testamentum non ualuit, tanquam non dicatur tunc ab illo pendere, sed per se stare, secundum Dy. & Bar. in l. legata inutiliter. de le. 1. per illum tex. secundum vnam lecturam, & per notata in l. 3. §. fi. de libe. & posth. & ibi per Pa. de Ca. & Cy. & alios, in l. 1. C. de codicil. Contrarium tamen videtur dicendum isto casu, quia secundum intentionem testatoris videtur codicilli habere dependentiam a testamento, quod sufficit ad effectum, vt annullentur, perinde ac si ab illo penderent secundum ueritatem, sicut contingit, quando testamentum ab initio est ualidum, quo casu si ex post deficiat, annullantur codicilli. d. l. 1. C. de codicil. Assumptum autem uidetur probari ex uerbis ipsorum codicillorum. Et primo dum dicitur. Item addendo dicto testamento in ea parte, qua suos hæredes instituit, &c. per quam relationem ad testamentum satis uidetur testator uoluisse, quod codicilli habeant dependentiam ab illo, ergo ualere non debent, ac si ex post facto
2 testamentum ualidum ab initio decessisset. † Sicut econuerso codicilli, qui cœperunt pendere a testamento ualido, conseruantur ex tacita, & præsumpta uoluntate defuncti, quamuis postea testamentum annulletur, secundum Pau. de Ca. & Modernos, in d. l. 1. C. de codicil. per l. si filio. §. 1. de hæred. instituen. Sed hoc non obstante contrarium est omnino dicendum, quia, ut dictum est, quando testamentum ab initio est nullum, ut in casu nostro, codicilli ualent, quia a testamento nullo non pendent, secundum Bar. d. l. legata inutiliter. & Doc. in d. l. 1. Nec obstat, quod testator codicillando habuerit relationem ad testamentum, quia hoc non fuit factum ad finem, ut ab illo penderent, sed ad alium effectum, scilicet ad ostendendum, quod intentio testatoris erat supplere, & addere quædam, quæ in ipso testamento fuerant omissa. Et ita est potius interpretandum in dubio, ut actus potius ualeat, quam
3 pereat, l. quoties. de reb. dub. & de uer. obl. l. quoties. † Nec in dubio testator uidetur elegisse uiam ad impugnandum sua iudicia. l. miles qui destinauerat. de test. mili. Quæ ratio cessat in casu econuerso, de quo per Pa. de Cas. & Moder. in d. l. 1. quia ex præsumptione, quod uoluerit testator codicillos pendere a testamento ab initio ualido, non sequitur annullatio, sed conseruatio codicillorum. Præterea predicti loquuntur in casu certo, id est, quando constat, quod testator uoluit codicillari in casu quo testamentum rumpatur, ideo mens, de qua apparet, debet attendi, & seruari. l. non aliter. in prin. de leg. 3. & l. in conditionibus. in prin. de condi. & demon. de qua non constat necessario in casu nostro, per dictam simplicem relationem ad testamentum, quia licet dixerit testator. Item addendo dicto testamento, &c. non sequitur, quod aditio ueniat accessorie, sed potest stare principaliter & per se, ita quod sint duæ dispositiones separate eiusdem hominis, per notata per gl. in c. 1. ne sede uacan. & per Bart. l. si conuenerit. §. si nuda. de pig. act. Et hoc præsertim isto casu est uerum, cum huic testamento, quod est nullum ad initio, nihil possit accedere. l. eius qui in prouincia. si cert. pet. & sic ex qualitate actus, cui nihil potest cedere præsumendum non est, quod uoluerit testator ab illo codicillos pendere, & quia in dubio capienda est interpretatio, per quam actus ualeat potius quam pereat. dicta l. quoties. ¶ Nec
4 etiam obstat, quod substitutio fideicommissaria, de qua in codicillis, regulatur secundum naturam institutionis. d. l. Lucius. §. pater. & d. §. Mæuia. ad Trebe. & sic quod dictum fideicommissum videatur habere dependentiam ab institutione, quia fideicommissum regulatur secundum naturam institutionis ualidæ, vt in dictis iuribus. Sed quando est nulla, dici non potest, quod assumat naturam

suram institutionis, quod non est & maxime ad finem, ut sequatur annullatio actus, alias sequeretur, quod fideicommissum universale in codicillis relictum nunquam ualeret, etiam quando testamentum ab initio esset nullum. quod est contra intentionem omnium in d.l.1. Et ex hoc etiam apparet, quod fideicomissum, tanquam connexum institutioni, non debet uitiari, quia nunquam valeret, ut dixi, & quia falsum est, quod sit connexum, quia per se, & sine institutione potest stare, puta si ab intestato relinquatur, institu. de fideic. hæred. §. preterea, & prout etiam dicitur ab intestato relinquitur, quando testamentum ab initio est nullum, quia habetur pro non facto. l. non putaui. §. non quæuis. de bo. pols. contra tabul. & l. 4. §. condemnatum. de re iudica.
5 † Secundo uidendum restat, vtrum fideicommissum, de quo in dictis codicillis, impediatur habere effectum uirtute dicti decreti. Et videtur quod effectum habere non posit, quia Iacob. alter filius testatoris ex decreto dicti senatus Ianuæ in sua tertia parte illi ab intestato debita non potuit a patre grauari, neque ei per patrem aliquod onus apponi: vnde sequitur, quod reciproca substitutio, de qua in illis, facta filijs, & nepotib. quondam Nicolai non valuit in persona Iacobi ex defectu potestatis ipsius testoris, quia quamuis sit reciproca, dicitur tamen onus continere, & ideo reijcitur de legitima tanquam contineat onus, secundum gl. Bar. Bal. Sali. Pau. de Ca. & alios, communiter, in l. si pater puellæ. C. de inof. test. Nam etiam dicto casu prohibetur tacite alienari per legem, rerumque quæ subiacent restitutioni, authen. res. C. commu. de lega. & no. in l. Marcellus. §. res que, ad Treb. ideo saltem ex hoc dicitur fideicommissum hoc onus continere, per no. per Bal. in l. fœminæ. §. illud, in fi. C. de secun. nup. ubi dicit
6 † plena proprietas est illa, quæ habet in se proprietatem, usumfructum, & ius alienandi, & dominium absolute dictum est plena proprietas cum potestate alienandi. Quemadmodum ergo Iacobo non potuit fieri dicta substitutio fideicommissaria, similiter non ualuit quo ad Laurentium & dictos nepotes, propter dictum decretum, inquantum in illa dicitur. Ita quod inter dictos hæredes & descendentes, ut supra, ipsius Philippi in omnibus seruetur æqualitas, &c. Quæ non seruaretur, si onus fideicommissi aliis impositum ualeret, & iniunctum Iacobo esset nullum. Et præsertim si Iacob. ex substitutione alijs facta deberet admitti, & alii Iacobo non essent substituti. Et vbi etiam Iacob. solus ex substitutione esset exclusus, & quoad alios conseruaretur, adhuc inter filios Philippi inæqualitas surgeret, quia solus Laurentius admitteretur ad partem dictorum nepotum, respectu quorum extitit casus fideicommissi ab illis relicti, & sic plus de hæreditate patris consequeretur Laurentius, quam Iacob. quod uidetur expresse contra tenorem & mentem decreti, in quo dicitur quod alii hæredes & descendentes dicti Philippi de bonis & hæreditate eius non possint plus habere, quam habeat, seu habiturus sit dictus Iacobus pro sua tertia parte, &c. & prout plus de hæreditate Laurentius consequeretur, si solus per fideicommissum dicto casu admitteretur, quia ex fideicommisso succeditur testatori, & non grauato. l. cohære. §. cum filiæ. de vulg. & pup. Sed non obstante decreto, & aliis, puto quod in persona omnium locum habeat fideicommissum: Quia iste casus in decreto non comprehenditur, nec per illud dicta substitutio, etiam quoad Iacobum prohibetur. Nec obstat quod per decretum Philippus sit prohibitus super tertia parte Iacobi directe, uel per directum apponere aliquod onus, modum, uel conditionem aliquam grauaminis in præiudicium ipsius Iacobi & hæredum suorum, quia quando dicitur onus in præiudicium Iacobi, declaratur in uer. ita quod, &c. uidelicet quando tertia portio Iacobi minueretur, & alis illa diminutio applicaretur, ita quod alii plus haberent, quam haberet, vel habiturus esset Iacobus pro sua portione, quod non contingit mediante dicta substitutione reciproca, per quam unus non dicitur plus consequi ab initio quam alius. & quamuis ex post facto a casu Iacobus & quilibet alius potuisset minus consequi, hoc non debet attendi. l. de fideicommisso. C. de transac. & l. si pater puellæ. quia decretum, quod vult onus aliquod imponi non posse super dicta tertia parte in præiudicium Iacobi, debet intelligi, quando principaliter in præiudicium Iacobi grauaretur sua portio, & non secundario, uel a casu, per no. per gl. ualde no. in c. quamuis. de pac. in 6. in glo. fi. quæ vult quod actus non dicatur
7 verti † in detrimentum alterius, quando non affert ei detrimentum principaliter, sed secundario, ex qua infert ibi Dominic. quod si ex forma statuti sit cautum, quod debeant citari illi, in quorum detrimentum fit actus, intelligitur principaliter & non secundario. Præterea decretum debet intelligi de iure, quod simpliciter

tenderet ad præiudicium Iacobi, sicut quando grauatus fuisset legatis factis ad non pias causas. Sed hoc casu onus, de quo agitur, non affert simpliciter præiudicium Iacobo, sed habet se pariter ad commodum, & lucrum, sicut ad damnum, d.l. de fideicommisso, & d.l. si pater puellæ. Ergo de hoc onere, quod non est onus simpliciter nec in præiudicium Iacobi simpliciter vergit, sed secundum quid, non intelligitur decretum, quia cum sit odiosum tanquam auferens liberam testi factionem. l.1. C. de sac. sanc. eccl. & l. in re mandata. C. manda. iuncta l. dudum. C. de contrah. empt. verba dicti decreti debent intelligi simpliciter, & non secundum quid, & sic de præiudicio quod inferretur Iacobo simpliciter, & non de illo, quod habet se non minus ad lucrum quam ad damnum. l. hoc legatum. de leg. 3. Et facit tex. in c. statutum. de electionib. in 6. iunctis ibi no.
8 tatis per Io. And. vbi habetur † quod in materia stricta appellatione ecclesiarum parrochialium non veniunt ecclesiæ parrochiales collegiatæ. & per illum tex. dicit Abb. in rub. de maio. & obed. quod appellatione clericorum non comprehenduntur clerici in dignitate constituti, neque canonici in materia stricta, quia in illis reperitur qualitas, quæ non est in clericis simplicib. Et idem tenet in c. bonæ. el 1. de electio. quia qualitas alterat ipsum simplex. Et hoc maxime, quia hoc casu ex tali onere resultat ab initio inæqualitas inter filios, quam præsertim decretum ponderat, & reprobat. Nec, vt dixi, debet esse in consideratione, quod ex post facto inæqualitas possit inter prædictos surgere, quia de inæqualitate, quæ ab initio inducitur & immediate a testatore, decretum intelligitur, & non de illa: quæ ex post facto oritur etiam immediate a casu & a fortuna, per rationes prædictas, videlicet quia ex tali fideicommisso reciproco non dicitur inferri Iacobo præiudicium in sua tertia parte principaliter, sed secundario, neque simplici-
9 ter, sed secundum quid. & † quia uerba debent intelligi per prius & non per posterius. l. boues. §. hoc sermone. de uer. sig. ubi autem esset onus simpliciter, & quod non haberet se pariter ad lucrum, posset esse magis dubium, vtrum potuisset imponi Iacobo, si etiam aliqua inæqualitas non insurgeret, ut quia non solum Iacobus sed etiam alij essent æqualiter grauati legatis factis ad non pias causas. Nam ex uerbis decreti videtur, quod tunc Iacobus non potuerit grauari, licet inter filios seruetur æqualitas: maxime quia decretum excipit legata ad pias causas relicta a Iacobo pro sua rata,
10 nisi dicatur, quod † exceptio non firmat regulam in casib. non exceptis, quando illi casus non comprehenderentur sub regula: si exceptio non fuisset facta. l. generali. §. uxori. de lega. 3. & ibi no. Bar. & l. Lucius. §. plurib. & ibi etiam per Bar. ad Tre. & no. Bar. in l. 1. ad fi. de reg. iur. Et puto, iste casus non videtur comprehensus sub regula, quæ videtur loqui de onere simplici, quando induceret inæqualitatem inter filios, quod aliter non prosequor, quia de hoc non agitur verisimum tamen arbitror, quod vbi præiudicium non infertur Iacobo principaliter, neque simpliciter, sed secundario, vel secundum quid, & quando ex illo inter filios ab initio inæqualitas non resultat, prout in casu nostro, quod de tali præiudicio non intelligitur decretum, per prædicta. Et non ob. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. quia de legitima, de qua ibi, reiicitur omne grauamen, siue contineat onus principaliter, siue secundario, & siue sit iniunctum simpliciter, siue secundum quid, ut probatur in d.l. quoniam. in verbo,
11 quodcunque onus. &c, quia † uerba geminata, & uniuersalia hoc significant, quia plus important quam uerba simplicia, & sub quibus comprehenduntur ea, quæ aliàs non comprehenderentur, ut no. in l. balista. ad Treb. & per Bar. in l. cum scimus. C. de agr. & censi. lib. 11. & per Bal. in c. Imperialem. de prohib. feu. alien. per Fed. & Ale. in l. si patroni. in prin. ad Tre. cum concord. sed in casu nostro uerba decreti odiosi & contra ius restringuntur ad onus, & præiudicium, quod infertur principaliter, & simpliciter, & non ad illud quod secundario, & secundum quid iniungitur. Sed dato quod Iacobus ex substitutione prædicta propter decretum non esset admittendus, nihilo minus inter Laurentium & alios nepotes fideicommissum reciprocum conseruaretur, & in totum in casu de quo agitur, dictus Laurentius admitteretur. Nam per decretum est statutum, quod non posit Philippus priuare Iacobum filium suum in totum, vel pro parte a portione illi ab intestato debita, nec illi onus aliquod imponere, nec in tertia parte illum grauare, nisi ad pias causas, pro rata tamen non in solidum. Et ea ratione sic fuit ordinatum, vt dicitur in procemio dicti decreti, uidelicet propter indignationem dicti philippi contra Iacobum conceptam ex iniustis, & irrationabilib. causis. Ne igitur iniu-
ste

ste priuaretur hæreditate, decretum fuit eo modo, quo dictum est, q̄ rō expressa in decreto refertur solū ad Iacobum, & quo ad alios cessat, ex qua infertur, ꝙ quamuis Iacobus grauari nō possit ad diminutionem suæ portionis, ꝙ tamen alij potuerūt grauari, quia dicta prohibitio facta dicto Philippo respectu Iacobi, tanquam odiosa. ut dixi, non extenditur ad alios. Sicut dr̄
12 † ꝙ prohibitio alienationis facta filijs, quia est odiosa non porrigitur ad nepotes, quaquam, etiam largo modo filij dicantur, secundum gl. in §. nos igitur. in auth. de rest. fideic. & Cy. Bal. & & Sal. in l. voluntas. C. de fideic. & Bar. in l. Lucius. §. j. ad Tre. Dy. Bar. & alios in l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. 1. & tanto magis quia, ut dixi, in alijs cessat rō prohibitiones. l. Papinianus exuli. de mino. & l. naturaliter. §. nihil commune, de aeq. pos. Nec ob. ꝙ decretum velit æqualitatem seruari inter filios, & descendentes Philippi, q̄ non seruaretur, si alij possent grauati, & nō Iacobus, quia decretum habuit respectum solū ad qualitatem, quæ inter filios seruatur de iure communi ab intestato, & hoc quantum ad ipsum Iacobum. Et sic intentio dicti decreti est ꝙ æqualitas solum seruetur quo ad ipsum Iac. & ad eius cōmodum, ita ꝙ ipsi Ia. minus relinqui non possit, quā sit tertia pars illi ab intestō debita, nō aūt intētio decreti fuit, ꝙ aliis non possit relinqui minus & quin in plus grauari possint quā Iaco. qđ colligitur primo ex p̄cedētib, cū dr̄, ita ꝙ alij hæredes, & descēdētes dicti Philippi ī stirpē, & nō ī capita nō possint, nec dēant ipsi, nec filij, nec hr̄des ipsorū ꝑ se, nec per alias ꝑsonas ꝓ eis palam, vel secrete inter viuos, vel in vltima voluntate, ꝑ rectū vel indirectum, quouis titulo seu colore, quouis mō aliquid ex bonis seu hæreditate dicti Philippi plus hr̄e, q̄ hēat seu habiturus sit dictus Iacob. pro sua tertia parte, &c. Ex quib. verbis manifeste constat, ꝙ Senatus restrinxit prohibitionē factam Philippo ad istud videlicet, vt Iacobo minus tertia parte, & alijs plus cum diminutione dictæ partis relinqui non possit, quia
13 † illa dictio, ita ꝙ, hēt vim limitationis & taxationis, ẜm Gul. & Ang. in l. nulla. de legi. & Ale. in l. lega. inutiliter. de leg. 1. per l. Lucius. §. qui habebat. ad Tre. in fi. & arg. l. qui aliena. §. libertos. de neg. gest. & ex hac parte declarat, vt dixi, illud, qđ sequit̄ incōtinēti, s. ita ꝙ, inter dictos hr̄des, & descēdētes, vt supra, ipsius Philippi in oīb. seruetur ęqualitas, &c. eo videlicet mō, quo proxime dictum est, etiam satis probatur ex illo verbo, vt supra quod referri potest ad totam orationem, in qua ponitur. Et sic etiam determinat illa uerba, in omnibus seruetur ęqualitas, &c. Et est sensus, quòd inter hæredes, & descendentes ipsius Philippi in omnib. seruetur æqualitas, ut supra. Et sic ꝙ plus non habeant ex hæreditate sua alii descendentes, quam habeat seu habiturus sit dictus Iacob. pro sua tertia parte, quia illa dictio, vt supra, relatiua, inducit repetitionem præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, secundum Bart. in l. si quis seruum. §. fin. de lega. 1. in l. 1. §. fin. si famil. furt. fecisse dica. & in l. sanctio legum. de pœnis. & eadem declaratio etiam sumitur ex his, quæ sequuntur immediate, dum dicitur. & si forte aliquid contra prædicta fieret, nō ualeat, nec teneat, ut dictum est, sed fieri debeat contributio per dictos hæredes, & descendentes, vt supra, & reducantur ad æqualitatem prædictam &c. In primis namque ponderanda sunt illa uerba, sed fieri debeat contributio per dictos hæredes descendentes, ut supra, &c. Nam ad contributionem prædicti tenentur, quando illis plus relinqueretur quā ipsi Iacobo, nec aliter uel alio mō p̄dicti tenentur contribuere. Et similiter pōderāda sunt illa alia verba, & reducantur ad æqualitatē p̄dictam, quæ declarant, ꝙ illa æqualitas, de qua p̄dixerat, & quā seruari voluit, in hoc cōsistit, ꝙ tertia portio Iacobi non minuatur ex hoc, ꝙ aliis plus relinquatur. Et sic prohibetur Philippus aliis plus relinquere, qn̄ hoc tendit ad diminutionem dictæ tertię partis, sed non ꝓhibetur relinquere minus. Nec istud est inconueniens, nec absurdum, quia cum dictus Philippus non esset contra alios ad iram prouocatus, nō erat uerisimile, ꝙ aliis minus relinqueret ideo Senatus non curauit quoad alios restringere facultatem testandi sed quoad Iacobum tm̄, quia uerisimiliter suspicari debuit ꝙ calore iracundię Iacobum deberet priuare. Et istud ēt qn̄que fit per legem ex alia simili rōnabili causa, ut in l. hac edi
14 ctali. C. de secū. nup. quæ † prohibet coniugem plus relinquere secundo coniugi, quam reliquerit vni ex filiis prioris matrimonii, cui minus relinquit. Et ex hoc dici potest, decretum esse validum, ex quo in totum non aufert liberam testī factionem, sed pro parte. d. l. hac edictali. & ꝙ ēt fieri pōt per cōtractum, per ea quæ habentur in l. stipulatio hoc modo cōcepta. de ver. ob. Vn̄ ex p̄misis sequitur, ꝙ quamuis ex parte Iacobi fideicōmissum non fuerit validum, seu ꝙ non potuerit Iacob. grauari per fideicommissum nec ex illo admitti per prædicta, nihilominus inter alios valuit & ad quos non porrigitur prohibitio facta Philippo. Et satis quoad Iacobū dicitur seruata ęqualitas ex quo tertiam partem habuit sine dimi nutione, quia de hac æqualitate sensit decretum, ꝙ voluit tm̄ Iacobo prouidere, & non aliis. Et per consequens Laurentius admitti debet ex fideicommisso relicto post mortem omnium filiorum Nicolai, & in totum, casu quo Iacobus non admitteretur, quia qui nō admittitur ad partem, nec admitti speratur, non facit partem. l. si duob. §. fi. & l. plane. §. si duob. de leg. 1. & traditur in §. si cęterum. ea. l. & plenius in l. huiusmodi. §. si Titio. eo. ti. Nec ob. ꝙ Laurentius plus capiat ex hæreditate patris, quam Iacob. ꝫ forma decreti, quia decretū ꝓhibens aliis plus relinqui, solū hēt respectū, qn̄ plus relinqueretur aliis cū diminutione tertiæ partis debitæ Iacobo ab intestato. Sed qn̄ dicta portio Iacobi non minuitur, nō curat decretū, ꝙ aliter & alio mō aliis plus relinquatur, vt ꝑ prędicta ꝓbatur. Nec prædictis ob. ꝙ etiā quo ad alios non debeat fideicommissum valere, sicut non valet quo ad Iacobum, vt quoad omnes fiat æqualis determinatio. l. iam hoc iure. de vulg. & pup. quia illud procedit, quando secūdum æqualem determinationem potest in persona omnium substitutio valere. d. l. iam hoc iure. Sed quando in persona omniū non potest esse valida, ut in casu isto, tunc valet quo ad illum, in quo valere potest, ne utile vitietur ꝑ inutile, ẜm Ale. qui ita declarat in terminis in l. in testamento. C. de testa. mili. in pen. col. Et ita concludendum puto in præmissis. Laus Deo.

Finis Tertium vol. Consiliorum Domini Caroli Ruini

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes sunt Quaterniones.

CAROLI
Ruini
Consilia
Tom. 3.














mm